ACRONIS ET PORPHYRIONIS
COMMENTARII
IN
Q. HORATIVM FLACCVM.

EDIDIT

FERDINANDVS HAVTHAL.

VOL. II.

BEROLINI,
SVMPTIBVS IVLII SPRINGERI
MDCCCLXVI.

DVVMVIRIS DOCTIS ATQVE HVMANIS

M. D. BABINGTONI

SOC. TRIN. COLL. CAMBRIG.

ET

GVSTAVO WOLFFIO

PROFESSORI BEROLINENSI

HVNC LIBRVM

D. D. D.

EDITOR.

COMMENTARII
IN SERMONVM LIBRVM I.

†) Vet. cod. Par. A., quem inde ab initio epodi XVI mutilum cognouimus, *scholiis ad Sermones et Epistulas caret,* sicuti bonus ille codex, ex quo *Ed. Romana* (r) exscripta est, quae, prius quam ad '*Carmen Saeculare Oratii*' transit, quod 'Q. F. *Poetria*' excipit, post priorem epodi XVII partem, omissis quidem scholiis ad u. 50. 51 et 52, ad alteram nihil adfert nisi haec: 'Explicit Liber Epodorum

ACRO

VID obseratis. vt cur mea dicta negat duras dimittere in auras. Non saxa nu. sur. na. inducit canidiam p̄cibus suis implac*aa*biliter r̄n̄dentē. Inultus nunquid patiar.'

Ut in hac sic in ed. *Mediolanensi* (m) atque in *Veneta* (u) Epodos secuntur 'QVINTI HORATII FLACCI CARMEN SAECVLARE' et 'QVINTI HORATII FLACCI DE ARTE POETICA AD PISONES LIBER', quibus tamen adiuncti etiam sunt commentarii in Sermones atque in Epistulas. Illis inscriptio data est haecce: '*Acronis Commentaria* in Quinti Horatii Flacci Sermonū Libros Duos', his contra praeter 'QVINTI HORATII FLACCI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS et — — SECVNDVS' nulla commenti Acroniani praemissa. Haec autem utraque editio, et Mediolansis et Veneta, *princeps uocanda est earum, quae Acronis commentarios in Horatii Sermones et Epistulas obtulerunt.* Notanda etiam est inscriptio ipsis Sermonibus anteposita: QVINTI HORATII FLACCI SERMONVM LIBER PRIMVS AD MEC*OE*NATEM. Sat*y*ra prima.

Adhibui in Sermonibus praeter has uetustas editiones, quae ex codicibus manu scriptis profectae sunt: 1. codicem Par. γ (7), librum optimae notae et per uetustatem et per uirtutis auctoritatisque pondus maximi pretii. 2. Multo minoris omnibusque partibus inferior existimandus est cod. Par. X (7985), saeculo XV in Italia a scriba ignorante neglegentius exaratus et praeter 'COMENTVM' in Carmina Epodd. Carm. saec. et Art. po. etiam Sermonum expositiones usque ad II, 7 exhibens, ubi exit cum uerbis: *decembri autem mense saturnalia.* Vide descriptionem in ed. Lips. p. 6. Singulis locis per totos Sermones in partem uocaui uetustissimum Ambrosianum (conf. Vol. I p. II), porro, inprimis in introitu

scholiorum, Ambr. Q (Q. 75. sup. saec. XI. descr. in ed. Lips. p. 5), Ambr. 5 (D. 114. descr. ibid. p. 10) saec. XV aliosque eiusdem aetatis, ut Norfolcianum (N. descr. p. 6—7), Rom. Vat. 3316 (sign. n. descr. p. 9), Ven. class. XIII. 43, sign. V. descr. p. 10, Monac. elect. 375. saec. XII, sign. M ad Acr. descr. p. 6 etc. Neque ex his neque ex codd. Florentinis Laur. pl. XXXIV, 1. saec. XI, Laur. pl. XXXVIII, 27 et pl. XCI sup. 22 et 23 aliisque multa adferre angustiae finium sinebant. In *Barcellonensi* satiris scholia non sunt data. Ex Bφ scholia plurima, inprimis ad I, 1 et II, 3, exscripsi, utpote quae ex uett. interpretum, potissimum Porphyrionis, fonte profecta, non tamen ita comparata sunt, ut, quod de expositionibus epistularum ualet, ad emendationem locorum uexatorum uel deprauatorum contribuere multum possint. His aliquoties adiunxi scholia ex Par. 7978 (F) ex saec. XII ineunte, quae semper fere cum BφCE faciunt. Hic cod. F satirae *secundae* libri I rubram dedit inscriptionem: 'Tigellii hermogenis modulatoris mores describit. *egloga prima*, et ad u. 86 (Regibus etc.) in margine posuit hanc aeque rubram: '*Egloga secunda*'. Similes inscriptiones etiam in aliis codicibus inueniuntur, qua de re suo loco disputatum est. Inter hos est modo dictus Ambr. Q, in quo singulae satirae uocantur eclogae, ut: INCIPIT EGLOGA T̄CIA EIVSDEM. et: INCIPIT EGLOGA SEPTIMA AD MECENATEM etc. Conf. libros Porphyrionis. Liber Sermonum eodem modo quo in Ambr. 5. (conf. ed. Lips. p. 10), ibi inscribitur: ACRONIS COMMENTVM IN Q. HORATII FLACCI SERMONES. Primus eorum liber epigraphe caret; nihil adest nisi: METRV̄ HEROICV̄ AD MECENATEM. Ambr. et b: Q. H. F. EPISTOLARVM LIB̄. II. EXPLICIT. INCIPIT SERMONV̄ LIBER PRIMVS. γ: Q. HORATII FLACCI LIBER SERMONVM PRIMVS INCIPIT. Notandum autem est, in hoc codice non, ut in Suecouat. Vat. 1657. Ambr. Harl. Graeu. Fran. Barc. Bern. A. Parr. EBφ aliisque uett. codd. Horatii, Sermones extremum occupare locum sed Epistulis priorem. Etiam de hac re alius erit uberius disputandi locus.

SERMONVM libri ideo dicti, quia uili sermone potius quam tumenti, siue qui [quia] ad praesentes scribuntur. Epistulis enim ad absentes loquimur, sermone cum praesentibus. Quamuis igitur hoc opus *Satiram* esse Horatius ipse profiteatur, cum ait (S. II, 1, 1): *Sunt quibus*

33) qu*i* *ad* γn. recte. rell. qu*ia* *ad* ort. ex praeced. qu*ia*. q*ui* et qu*ia* om. N. — Epistolis libri. absent*ibus* X, Cvca. *ad* absen*tes* γ,mfh. sermone *cum* pr. γ. sermon*ibus* pr. X. sermone *uero* pr. C. rell. sermo*ne* pr. 35) igitur om. X. *ore* ipse X. *profite*tur mv. profi*tea*tur γn, Cafh. *con*fiteatur tacite inc. Q. Sat*y*ram libri. opus *graece* Satyram X.

in satira uidear nimis acer et ultra legem tendere opus, tamen proprios titulos uoluit ei accomodari, hos priores *libros duos Sermonum*, posteriores *Epistularum* [in]scribens. *Satira* dicitur lancis genus tractum a chora Liberi Patris, qui est minister uini et epularum. Satira istius inter Lucilii satiram est et Juuenalis (media?), nam et asperitatem habet, quam Lucilius, et suauitatem, quam Juuenalis, mixtam in suo carmine. Denique nisi Juuenalis (carmen) scripsisset, isto nemo esset melior. Verum tamen sciendum est, quia satirarum carmen a primo omnium auctore Lucilio repertum est: plerique satiram a lance [, quae] plena (ac?) diuersis frugibus in templo Cereris refertur (referta?) nomen accepisse dicunt; nam et ea hoc nomine appellatur. Ergo et hoc carmen propterea satiram nominarunt, quia ita multis et uariis rebus refertum est, ut [nimio plus] audientes saturet. *Alii* dicunt, quod ideo satira uocata sit, quod ita conuicia et crimina hominum libere inuadat, ut saturati homines i. e. ebrii.

2) *no*luit fh. rell. *u*oluit. accommoda*ri*, γ,fh. rell. accomoda*re*. ei acc. uoluit N. hos *priores lib. duos* γ. Hos *primos* duos lib. fh. rell. hos priores *du. libros*. 3) epist*o*larum et hic libri. *scribens* libri. *ins*cribens ex C tacite ind. Q. — Sat*y*ra libri. Sat*i*ra 1 in epigr., sat*y*ra et satyram in scholio Q. 4) scripsi *P*atris. conf. E. II, 1, 5. Verg. G. II, 7. I, 328. A. VIII, 454. Plin. IV, 10. Varr. R. R. I, 2. Curt. VIII, 2, 6. 5, 8. Liu. XXXIX, 8—18. qui est *dator* uini et *laetitiae* C. *dator uini* et *min. epul.?* 5) Luci*ll*i X. Satyra *autem* ist. int. Luc. Satyram et Juu. *est media* C. conf. Gerlach. ad Lucil. reliq. Tur. 1846 p. 118: 'Satira Horatii inter Lucilii Satiram et Juu. *media* est.' Lucilii est, om. *satiram*, fh. 6) *qualem* pro *quam* C. — in suo *carmine* γN, in suo *opere* X. in *opere suo* mvcafh. om. C. iuuenalis † (uel) mix*ta* in suo carmine. denique γ. 7) iuuenalis carmen X. rell. om. carmen. 8) est γ. rell. om. sat*i*rarum γ. sat*y*rarum X, mvca. Satyrum fh. At sciendum tamen est, quod Sat. carm. (om. praepos. *a*, ut mvca) pr. omn. auct. Luc. *sit* rep., *etiam ipso Horatio teste. Qui fit* . . . C. — a pr*incipio* omn. auct. X. *aut*ore add. Conf. de laude Lucilii Quintil. X, 1, 93: 'ut eum — omnibus praeferre non dubitent.' 9) pl*ae*rique vfh. 10) *re*fertur. rell. *in*fertur. Pro lect. vulg. *in templo* habet C: 'in temp*lum* Cereris inferebatur, nomen accepisse *plerique* dicunt.' Neque *refertur* neque *infertur* propter abl. *templo* ferendum. Scribendum est refer*ta*, uocabulum scribis minus notum atque a me petitum ex *Diomede* de orat. III p. 483. P: — 'siue a *satura lance*, quae *referta* uariis multisque primitiis in sacro apud Priscos Diis *inferebatur*.' Ex *in sacro* ortum uidetur *in templo*. Alii legunt: prim. *sacris* Cereris inferebatur. Similiter *Festus* p. 145 ed. Lindem. conf. p. 249: 'satura et cibi genus dicitur ex uariis rebus conditum, et lex multis aliis con*ferta* (non con*fecta*) legibus' etc. Cic. Acad. I, 4: formam, et eam plenam ac *re*fertam. Cic. Sext. 20: uita plena et *con*ferta uoluptatibus. Vide infra in hoc ipso scholio: *uariis rebus refertum est.* — *quae* abici et seruari potest. 10) dicun*tur* — appellan*tur*. nam et *eam* h. n. appell*ant* mvca. 11) *nominarunt* γ. appellarunt. *Satyram* quia X. appella*u*erunt edd. et C. — nimio plus C. 13) uoc*ata* γ. appellata al. uocata 1 m. suprascr. X. rell. uo*cita*ta, quod ex Diomedis l. l. inductum: 'quoddam genus farciminis, quod multis rebus refertum Satiram dicit Varro *uocitatam. sit* γN(G?Q). rell. est. ita *in* conui*t*ia fh. rell. om. *in*. ita *uitia* X. 14) satu*rati* γXNG. rell. satu*ri*.

SATIRA I, 1.

ACRON.

1. *Qui fit, Maec. ut nemo — sequentes?* (Id est:) Quae ratio, quae res facit, ut studia diuersa laudent? [Respondet auaritia.] *Qui.* Unde, quo modo, ex qua causa? *Sortem.* Propositum, professionem, institutum uiuendi.

2. *Seu ratio dederit, seu fors obiec.* Signate dixit: *ratio dederit, fors obiecerit.* Aut ratione inimus propositum uitae, aut fortuna; uerbi gratia: aliquis init (rationem), ut militet, hoc rationis est. Alius de summo gradu felicitatis ad ima detrusus init [docendi aut] arandi necessitatem; hoc fortunae est; [*seu fors obiec.*]. Breuiter duas sectas tetigit; nam cum dicit *ratio,* Stoicos tangit; cum *fors,* Epicureos. Stoici enim dicunt, omnia certa ratione fieri, Epicurei fortuitu.

3. *contentus u. Terentii* illam tractat sententiam (Phorm. I, 3, 20 [172]): *Omnes nosmet nostri paenitet.* — *diuersa.* Officia.

4. *o fortun.* Hic instabilitatem humanae uitae carpit.

grauis annis. Figurata locutio pro *annos.*

5. *fractus.* Debilitatus; figurate *fractus membra,* sicut (A. IX, 582): *pictus acu chlamydem*; id est, fracta membra habens.

ACRON. Et codd. et vett. edd. Acr. carent inscriptionibus sat. primae.

5) Lemma *Qui fit* amplificaui propter scholion, quod in γn principem locum occupat, in fh post glossam *ex qua causa* positum, in XG,mvca plane om. est. Verba *Respondet* (respond*it* n) *auaritia* in γn leguntur. *Qui id est* quae ratio — laudent n. *id est* om. γ. *Qui fit id est,* unde, quo modo, *et* qua causa; *ita ut sensus sit,* quae ratio — lauden*tur*? C. 7) modo om. Q. — *Sortem.* propositum. gl. Ambr. profess. propos. γ. rell. prop. prof. X: prop. *in* prof. C: inst. *uitae.* 9) Lemma seu *ratio* ded. amplificaui. Signate — obiecerit om. X (ex Porph.?). — obiecerit *et* breuiter (uide inferius) C. 11) aliquis *secum* init *rationem* ut mil. C. 12) Delenda sunt uerba *docendi aut*; nam de uno tantum agitur, atque de magistro siue praeceptore artem dicendi (Cic. Acad. I, 1) factitante in hac satira non sermo est, quamuis *docere* absolute dici possit Cic. Q. Fr. II, 4. Orat. I, 28. 42. Suet. Gramm. 23. Ac neque doctor ad ima i. e. in infimum humilitatis ordinem detrusus (Suet. Caes. 28) dicendus est, neque magis etiam *iuris legumque peritus,* propter quem olim temptaueram *di*cendi sc. ius Cic. Flacc. 3 siue causas uel causam. Cic. Orat. I, 2 et 56. Rosc. Am. 21. Hoc certe manifestum est, scribendum esse *a*randi cum γ,Cvca pro inepta vulg. lectione *o*randi, quam fhQ temere retinuerunt. Spectat enim h. u. ad uersum 9: '*Agricolam* laudat iuris legumque peritus.' 13) Lemma *seu fors obiec.* huc non pertinet: superius a me conloc. est. *s*ors in lemm. cafh. — t*eli*git γ. rell. t*an*git. cum dici*tur* X. Stoicos *notat* C. *s*ors cafhQ. rell. *f*ors, ut plurimi uett. codd. Horatii pure et cum varr. lectt. *Sors* equidem notaui ex K. 14) certa γ. rell. om. 15) fortu*na* G. rell. fortuitu. 16) *Illam Terentii* mvcafh. 17) *Omnes* γX,mvca. om. fhQ(G?). totum sch. om. C. Fleckeisen. transpo. *nos*tri *nosmet.* — s. offi*t*ia Bφ. studia C. 18) Hic X,Cmvca. rell. Hi*nc*. 19) *e*locutio tacite inculc. Q, qui 'hoc schol. male ex seq. repetitum' putat et uncis inclusit. Fig. locutio γ,ca (ut Bφ ad u. *fractus*), om. p. annos. figura*ta* per annos mv, om. locutio. figurata locutio per annos X. *s. factus* per annos Bφ. *pro* annos Ambr.

7. 8. *Militia est potior.* Κατὰ κοινὸν ait. *Quid enim?* Quare non? et est comicum. *Concurritur,* Confligitur [a milite in pugna. *momento* In puncto temporis]. *Momento.* Nam cito mori pro beneficio est.

9. 10. *agricolam l.* Beatum appellat.

iuris l. Quia multa genera iuris sunt.

sub galli cantum. Prope galli cantum, ut (A. I, 662): *sub noctem cura recursat.* *Sub* autem quotiens tempus significat, accusatiuo iungitur, quotiens locum, ablatiuo. *Consultor.* Percontator; nam interrogator non dicitur. *Consultus* est, qui docet, *consultor,* qui discit.

11. *ille.* Rusticus. *uadibus.* Sponsoribus, a uadimonio, quod promittit is, qui ad iudicium prouocatur, certo die [se] adfuturum. *Vades* ideo dicti, quod qui eos dederit, uadendi habet potestatem.

extractus. Ad soluendum uectigal.

13. 14. *Caetera de genere hoc.* Qui diuersa laudant de inconstantia.

d*elassare ual. Fab.* Id est, ualde lassare. Ita sunt multa, ut si uelit

1) κατα KOINVM *ait* γ. In X spat. vac. relict. graecis uocibus . . . . . . *ait.* Κατὰ Κοινὸν supp. *ait* C. recte. Κατα ΚουΗ ουμ., om. ait, v. cata *coenonian* m. Κατὰ νομίμες a. Κατὰ νομίμου cfhQ. ait om. mvcafhQ. — *Quid enim* omn. mei codd. Hor. Acr. et Porph. Quid*ni* (Lambin. Fea) ex glossa *Quare non* (Am*br.*) ortum uidetur. Bφ: Sic dicit mercator: laborat ille miles uel quid laboratur a milite? 2) a — temporis om. γ. a om. fh. 3) *ei* cito mori C. 5) genera *legum* X. Quia est aliud ius scriptum, aliud non scriptum C. 6) Prope galli cant. om. X. 7) recur*sas* Q. conf. Priscian. Arusian. Alcuin. et Seru. ap. Ribbeck. — iungi*mus* mvcafh. rell. et φ iun*gitur.* Sub *quando* temp. φ. locum *datiuo* φ. 8) Bφ: *consultor. Consultores* uocabantur qui legis peritos consulebant de iure. matutin*ali* [sic pro matu*tino.* conf. Auct. Carm. de philom. 16] maxime tempore. utpote magistros. Dicit ergo. quia dum excitantur illi tales a somno: dicunt illos felices esse qui in rure secure dormiunt. 10) Sponsoribus *a* uadimonio omn. libri. *a* om. Q sine ulla ratione, ita ut sententia sic omni careat sensu. Nam uadimon*io* non promittebatur, sed uadimoni*um* id ipsum est, quod promittitur. conf. Cic. Quint. 7. Nep. Attic. 9. Cato ap. Gell. II, 14. Sublata praepositione distinguendum esset post *sponsoribus,* quae uox tamquam glossa ad *uadibus* posita est in Bφ, *uadimonio* autem, sequente *quod* (i. e. quia; nam pronomen propter *adfuturum* accusatiuus esse nequit), datiuo casu accipiendum, ut: *adesse comitiis* Cic. Att. I, 10. Sponsione enim agricola se obstrinxerat, uadimonium certo s. constituto die *sistere* i. e. *diem obire* s. *ad uadimonium uenire.* Locus haud ita facilis est. — Qu*o* contra librorum auctoritatem Q tacite ex C induxit pro bona vulg. lectione *quod.* conf. Porph. et Cic. Quint. 6. promit*tis* qui γ. 11) *se* addidit Q, iterum tacite ex C: *qu*o promittit *se* is qui ad iud. *uocatur* c. d. *af*futurum. a*ff*ut. edd. *ad*fut. codd. *se* et in Acr. et in Porph. (conf. argum. C. I. 13, etc.) aliquoties omittitur; saepe adhibetur ab utroque interprete, ut C. II, 20 argum. etc. — V*i*des erratum typ. in f, repetitum ab h. 12) uadendi, *id est, discedendi* hab. C. eos dedit X. Schol. in Bφ: *uadibus.* uades dicuntur sponsor (sic) quod qui eos dederit uaderei (uade*re ei.* conf. Porph.) i. recedere interim permittatur. Dicit ergo. quia qui uadimonium dare sub satisdatione et in urbem ob hoc uenire coactus est ad iudi*t*ium. laudat manentes in urbe. quibus non est necesse propter iudi*t*ium ad rus transire. 13) *coactus* ad solu. vect. C. i. qui de uilla compulsus est uenire in urbem propter aliquam (suam in se admissam Terent.) culpam [culpam delicti Cic. Rab. 1] Bφ. 14) Caetera pro alia γ. — *per* inconstantiam C. 15) Ista γ. *Adeo* C; rell. *ita. Caetera.* i. exceptis istis Bφ. *genere* s. illorum hominum qui sua officia detrectant et aliena laudant.

haec enumerare, homo garrulus nimium fatigetur. Fuit tamen Fabius eques Romanus Narbonensis, qui aliquos libros pertinentes ad Stoicam philosophiam conscripsit. Hic autem Fabius Pompeianas partes secutus [est] cum Horatio de disciplinis saepe contendit; ideo ait *loquacem.*

14. *Ne te morer.* Magna breuitate occurrit quattuor personis, ut intellegas, quo uelis trahi posse.

15. *audi, quo rem deducam.* Quid? uolo dicere, quia omnes queruntur de professionibus suis, et nemo uult eas deserere.

16. *qui modo miles.* Deest *eras.*

19. *licet e. beatis.* Vobis mutatis, scilicet professionibus uestris.

20—22. *quid causae est mer. quin il. Juppiter ambas Iratos buccas inflet.* Qua causa Juppiter non iure inflet contra eos buccas [suas] i. e. irascatur et exspuat in facies eorum et promittat, se posthac preces eorum non admissurum? [Ordo est: Quid causae est, quin Juppiter merito iratus ambas buccas inflet illis, uel quid causae est, quin Juppiter merito iratus dicat, neque iam fore se facilem posthac, ut praebeat aurem uotis?]. *Buccas inflet.* Propter iracundiam, quod est indignationis signum. *uotis ut pr. a.* Ut precibus illorum propitium se praestet.

23. *praeterea u. s. u. q. i. r.* Ne quemadmodum qui iocularia narrat, ridens percurrit, et ego ridens percurram, quod coepi: [audi, qua ratione coepi. Ordo est: Praeterea ne sic percurram, ut qui ridens percurrit iocularia, quamquam quid uetat uerum dicere ridentem? *Quamquam.* Deest] audi, quia rationem cepi. Sensus est: quamquam [laetitia] ad ueritatem

1) *de*fatigetur C. — *tamen* om. fh. Fuit *autem* c. — *fabium.* fabium *maximum* commemorat narbonensem qui pompeianas partes secutus aliqu*ot* libros ad stoicam (sic) pertinentes conscripsit, utpote *facundissimus.* Si inquit omnia genera hominum enumerarem qui plus laudant aliena offi*t*ia quam sua. non solum ali*o* lassitudinem inferrem sed etiam fabi*um.* 2) γ bis: 1. aliq. lib. ad sto. phil. pertinentes . . 2. secutus aliq. lib. *scripsit* ad stoicam (om. phil. ut Bφ) pertinentes et cum . .; *con*scripsit magna br. etc. 4) nonnumquam de secta stoica cum Horatio contendit *acriter.* C. *ymo* ait X. 6) quo *uelis* trahi γ. trahi quouis fh. rell. quouis tr. — Lemma interposui C hoc schol. ad. u. 19 posuit, quod ignorasse uidetur Q dicens: *Magna* etc. pertinere potius uidetur ad uerba *Atqui licet esse beatis* u. 19. 7) *Quid uolo* libri. Quid *uelim* Q. 8) suis om. γ. 9) u. 16. *eris.* pro esto γ. u. 17. *consultus.* s. eris γ. *rusticus.* s. qui es γ. u. 18. *eia* hortande dicit ut *mit*tet (m*ut*ent Bφ) officia. 10) Vobis γ rell. om. — professionibus γ. conditionibus fhQ. schol. om. XG,Cmvca. *quid causa et* pro quare non γ. *quin.* ut non γ. 12) non iure γ. rell. iure non. — suas om. γ. post *suas* fh h. l. interpo. *quod est indignationis signum,* quae uerba γ tamquam separatam glossam ad *buccas inflet* habet. uide infra. 13) se om. X. 14) Ordo — uotis om. γ. 16) *ia*m libri. *tam* Hor. et Q tacite rec. ex C. *ita* subintellegitur. 17) *uotis* libri. (uotis i. e. precibus illorum C) rectissime. *uocibus* tacite et temere inculc. Q. Preces et uota possunt glossae uocum, non uoces esse uotorum s. precum. — Propter irac. om. γ. propter om. X. — indigna*ntis* C. 20—22) audi — Deest om. γX. 21) est om. v. 22) *ridens* i. percurrit ridens γ. 23) ration*em* X,v. rell. ratio*ne.* *ce*pi X pro uulg. lect. *coe*pi. recte. conf. Terent. Heaut. V, 2, 11. — laetitia om. γ. risus γ. rell. om. *a*besse X.

discendam risus obesse non possit, sicut crustula infantes a literis non impediunt; *siue sic:* quamuis et ridentem licet uerum dicere, ut risus remedio duritiae sit, quae dicentem uera sequitur, ne aspere audiatur, quod uerum dicam.

25. *olim.* Nonnumquam, interdum.

crustula. Placentas. *Crustula* quando neutraliter dicimus, *edulia* significamus, ut *Verg.* (A. VII, 114): [*Et uiolare manu malisque audacibus orbem*] *Fatalis crusti;* quando feminino, *haec crusta* fragmenta (fragmentum?) significat, ut idem *Verg.* (G. III, 360): *Concrescunt subitae currenti in flumine crustae.*

27. *am. ludo.* Risu, iocularibus rebus.

seria. Necessaria.

28. *terram q. u. a.* Qui rusticae uitae studet. Superius de inconstantia dixit, modo de auaritia.

30—32. *hac mente.* Hoc consilio, hoc proposito. *aiunt.* Ideo dicunt, se a prima aetate laborare, ut habeant in senectute.

32. *Cibaria* i. e. uiatica, alimenta. *congesta.* Multa collecta.

33. *nam exemplo est.* Parenthesis est.

magni form. lab. *Magni* ἀντίθετον: *paruola magni laboris.*

35. *haud i. ac non inc. fut.* Quia formica, quam tu in exemplum trahis, in eo cautior est quam tu, quod per hiemem requiescit et utitur praeparatis: tu autem, ut nemo sit te ditior, nulla pericula pertimescis. *Non incauta futuri.* Prouidens, (ut) *Verg.* (G. I, 186): *metuensque inopi formica senectae.*

36. *inuersum.* Mutatum, inclinatum in hiemem; perpetuum [magnum]

1) crustu*la* — inpedi*unt* γ,(mvcafh *imp.*). crustu*lis* — impediun*tur* (G?)Q. sic crustu*lis* infantes *alliciens* non impe*n*dunt X. 3) reme*dium* sit om. γX. — asper*a* γ. 6) Cru*sta* Q. rell. Cru*stula.* — edi*l*ia X. conf. Gell. XVII, 11. 7) ut *apud* u*i*rgilium γ. Et — orbem om. γ. c add. locum Lucretii. 8) fracmenta signific*at* ut *apud eundem uirgilium* γ. rell. fragm. significa*mus* ut *idem* Virg., locutio Acronis sermoni magis consentanea. fragmen*to* X. rell. fragmen*ta*. Dicendum autem est, pluralem *crustae* hoc sensu (conf. Cels. V. 9 et Plin. XXXIX, 4 cum Plin. XXXVI, 6) rarissime occurrere; *crustae* enim *parietum* Plin. XXXV, 12 dicebantur et 'res non solidae ac sincerae' Sen. Provid. 6. Hinc quaeritur, legendumne sit *figmenta*, ut Apul. Met. IV p. 155 Elm. *vanis somniorum figmentis.* 11) *Risu* γ C. rell. om. reb. ioc. γ. rell. ioc. rebus. 13) Superius — auaritia γ, fh. om. XG,mvca. *Hactenus* de inc. *locutus est*, *nunc* de au. C. 15) *Ideo* libri (*ratio* X). tacite om. Q. 16) se γ. rell. *sese* (Hor.). Dicunt ideo sese C. 17) in sen. *unde uiuant* C. Distingue post senectute et scribe: 32. Cib. etc. *Congesta.* Multa collecta γ. rell. om. 18) Parenthesis, om. est C. In γ 2 m. add. *positio.* 19) Magn*i* ἀντ. fh. recte. Magn*um* ant. γXG,mvca (Porph.). Conf. u. 36. utrumque om. Q. paru*o*la Ambr. Bφ pure, E et γ 2 m. mut. o in u). paru*u*la libri Acr. et Porph. 20) Schol. in γ,fh. om. XG,cmvca. 21) *req*ui*s*cit γ. requi*es* — cit. Bφ. quiescit fh. *prae*paratis γ. recte. Cic. off. I, 4. *Liu.* XXXXII, 12. paratis fh. *autem* γ. *uero* fh. 23) schol. ex γC: metuens*que inopi* γC. rell. om. Verg. libri: atque *inopi metuens* form. conf. Nonius XXX, 33. 25) perpetuum C. rell. magnum.

epitheton anni, ut (A. II, 250): *Vertitur interea caelum et ruit Oceano nox*, quoniam in se semper annus reuertitur et uoluitur. *Contristat Aquarius.* Maximae autem pluuiae et frigora commouentur, cum sol in Aquarium uenerit; hoc autem fit XVII. Kal. Febr.

38. *Quaesitis patiens* [Contenta] i. *quaesitis* per aestatem patiens utitur atque contenta.

Cum te. Inuadit auarum hominem.

[39. *Dimoueat.* Cessare faciat, uel prohibeat a negotio.]

41. 42. *quid i. i. t. a. p. e. a.* Id est: Cum omnia facias propter argentum, o auare, quid te iuuat, cum hoc defoderis in terram? Quasi ἀνθυποφορά est, ut dicat auarus: sic coepero argento hoc uti, redit *ad assem* h. e. ad exiguum.

42. *timidum dep.* [Scilicet] Te timidum, ut in Arte poetica (u. 170): *inuentis miser abstinet et timet uti.*

[44. *At ni id fit.* Id est: nisi hoc minuatur.]

45. *triuerit. Si* deest.

47. *ut si reticulum p.* Quemadmodum inter seruos plurimos, qui portat panis reticulum, non plus accipit quam is, qui nihil portat, ita et tuus uenter non plus accipiet quam meus, quamuis non multum possideam. *Reticulum* rete [est], quo in urbe panis uenalis [inter uenales] portari solet; *uenales inter.* Inter seruos uenales.

49. 50. *referat.* Expediat, proficiat.

intra Naturae finis uiu. Naturae fines sunt, ut satur sit homo, quod etiam exiguo censu contingere potest; quod tantum est, quantum capit

2) *re*uertitur γ. 3) Maximae — febr. om. C. Interposui lemma *contrist. Aquarius*, ad quod hab. C: tempestate, pluuiis, et frigoribus, quae maxima concitantur sole in aquario constituto, decimo quinto Calend. Februarias, atque in eo est diebus triginta, scilicet usque ad decimum quintum Calend. Martias. 4) fit om. γ. 5) *patiens* Contenta libri praeter γ, qui habet schol. Quaesitis — contenta. fh sine lemmate: quaesitis per aest. — contenta. C: *ante quaesitis.* per aestatem. 7) *Insurgit* in auarum C. 8) *Di*mou. libri Acronis, ut γEBφ et omn. fere Pariss. Harl. etc. D*e*mou. K. Ambr. Fran. Barc. etc. schol. om. γ. 10) o om. γ. — terra γ. rell. ter*ram*, ut Liv. VIII, 10. antip*of*ora γ. antipophora X,vca. anthypoph. C. ἀνθυποφ. fh. 13) scilicet om. γ. Te timidum γ. rell. om. *ac* timet X,Cmvcafh, ut omn. fere uet. codd. Hor. *et* (&) timet γ. *ac* timet in Hor. 17) inter uenaleis *pueros*, qui pan*es* por*tabit*, non plus accipiet etc. C. Cum C, paucis exceptis, faciunt Bφ: 'Quemadmodum inquit inter uenales pueros puer qui panes portabit non plus accipiet *eo* (quam is C) qui uacuus [et nihil portans C] ambula*u*it [— *bit* C] similiter [ita tu C] quamuis plus laboraueris in diuitiis [in acquirendo quam alius C] cum factus fueris [sis C] pecuniosus. non plus uenter tuus *r*ecipiet quam eius qui exiguum possidet.' 18) accipi*et* CQ. accip*it* libri (accepit mv). — *et* tuus γX,m. rell. om. *et.* mult*um* γ. rell. mult*a*. 20) est om. γX,Cv (r*ae*te) ca. — inter uen. om. C. panis *uenalis* po. solet γ. glossa: *uenales inter.* inter seruos uenales. rell. *uenales.* Seruos. panis *uenalis* ut panis *plebeius* Seneca E. 119. 22) proficiat om. γ. *referat* dis*tet* B. dis*cet* φ (sic). 23) fin*is* γ in Hor. ut K. Ambr. al., in scholio i in e mut. γ. — sat*ur* sit ho*mo* γXG,CQ. rell. sa*tis* sit hom*ini*. 24) potest. *Intra naturae fines* uiui*tis* que tantum γ. *Quae* mv. rell. potest. *Quod.*

uenter hominis per naturam. Id est: cum naturae fines non possis excedere magnitudine diuitiarum, quia omni modo et naturae legibus seruiendum, quid tibi prodest late possidere? Numquid ideo, quia habes centum milia modios, plus potes comesse quam ego, qui habeo centum modios?

51. 52. *at suaue est.* Obiectio [est].

dum ex p. Iterum interrogat. Quasi contentio inter duos dialogismos.

haurire. Accipere, consumere.

relinquas. Concedas.

53. *cur t. p. l. c. g. n.* *Cumeram* dicimus uas ingens uimineum, in quo frumenta conduntur, sicut Ipse alibi (Epist. I, 7, 30): *Forte per angustam tenuis uulpecula rimam Repserat in cumeram frumenti;* siue *cumerae* dicuntur uasa fictilia similia doliis, ubi frumentum suum reponebant agricolae. Tertio [modo] dicuntur *cumerae* uasa minora, quae capiunt quinque uel sex modios, quae lingua Sabinorum *trimodia* uocantur. *Granaria* [autem], horrea, in quibus frumenta reponuntur; repositoria.

54. *ut tibi s. s. o.* Sensus hic est: ita stultus est, quisquis ex magnis diuitiis uult sumere, quod ad uitam possit sufficere, ut ille, qui cum certus modus aquae sit necessarius, malit eum de flumine quam de fonte haurire breuiore. *Liquidi,* aquae, humoris, liquoris.

56. 57. *Eo fit.* Exinde fit, ut multi propter auaritiam periclitentur. *copia.* Multitudo, ut (A. II, 564): *Respicio et quae sit me circum copia lustro. Plenior,* maior. Ordo est: copia plenior iusto. *Iusto,* moderato, sufficienti. Id est, ultra usum plus quam oportet.

58. *cum ripa.* Cum securitate sua, id est, cum domicilio i. e. sede auferat eos periculum. Hic allegoricos docet, paucis contentum neque sordidos quaestus sectari, neque inplicari periculis. *Auolsos.* Raptos,

2) magnitudin*em* X. omni *modo* γG (Q) et C. rell. omni*no*. 4) co*mmedere* X. co*mm*esse γ. rell. co*m*esse. 5) *Mille* pro milia γ. est om. γX. 6) Item X. 11) *re*conduntur fh. 14) Tertio *modo* XG,mvca. modo om. γ,fh. 15) uel γ. rell. sine. — pro uulg. lect. trimodiae deprau. ex *corbulae* trimodi*ae* Colum. XII, 18, 2; 50, 8; Varr. ap. Non. 1, 14, scribe sum γ trimodia sc. uasa. Plin. XXXIII, 1. Plaut. Men. Prol. 15. uocantur γ. rell. dicuntur. autem om. γ. 16) reposit*a*ria γ. repositoriis uulgari intellectu uasa et mensae inponebantur. Plin. XXXIII, 11, 49 et 52. Granaria — repositoria om. XG,mvca. *granaria.* horrea, repositoria frumenti capaciora. quod dicit ad differentiam cumerarum C. 17) Vt *sibi* sit fh pro Vt *tibi si* sit. hic γ. rell. om. 18) qu*ae* X. rell. *quod.* 20) aquae, humoris, liquoris γ et C, qui addit. more graeco. *Liquidi.* liquoris. *Quo* fit X. *Liquidi.* liquoris G,mvcaQ. s. potus i. aquae. Liquoris, aquae, potus fh. 22) *copia.* pro copie, om. multitudo, γ. abundantia, multitudo pecuniarum. et bonorum. ut C. 25) i. cum γ. *uel* cum dom. fh. rell. uel dom. 26) aufer*et* γ. rell. aufer*at* (ferat Hor.). — Schol. *Hic* — periculis γ h. l. posuit. Conf. Porph. et C: *Haec autem est allegoria* — causam, et: *Allegoricos* — perdet. Rell. inferius u. 59. 60 po. post *impetu*. *Auolsos* γ, ut Bφ et E, in quo 2 m. supra o po. v. rell. au*u*lsos. Q tacite inculc. A*uer*sos. — sublatos γC. rell. om. Glossas *Demergat* γC. *spec. pro genere* om. γ. *in*plic. γ.

sublatos. [*Ferat.* Demergat.] *Aufidus.* [Species pro genere.] *Aufidus* Apuliae fluuius cum impetu fluens, [sed] nunc pro periculo posuit.

59. 60. *At qui — quanto est opus.* Quantum sufficit.

limo. Pro eo, quod perturbata uita.

Turbatam haur. aquam [Quasi sordidus]. Allegorice quaestus sordidos.

nec uitam a. i. u. Id est, non cadit in periculum, nec nimia mole deprimitur raptus aquae impetu.

61. *Ut bona pars.* Maior. — *decepta cupidine falso.* Falsa opinione, aut inepta et inani cupiditate. [*Cupidine falso* pro eo, quod est falsa cupiditate.] Et notandum, cupidinem genere masculino pro cupiditate (poni?) noue omnino. Ita multi homines praua cupiditate possessi dicunt: appetenda est maxime pecunia; (felix?) cui defertur praecipue.

62. *nil satis est inq. q. tanti qu. hab. sic.* Dicit, quod numquam satis diuitiae congerantur; pro modo enim earum et personis defertur honor. Auarus ideo plus uult habere, quia cumulus diuitiarum grandem hominem congeminat.

63. *quid. fac. illi.* Si talis est, ut ab hac persuasione remoueri non possit, permitte eum miserum esse. Quid enim facias ei, qui talis est? Libenter miser est, qui pro uoto suo magno labore quaerit maximam pecuniam.

64. *Quatenus.* Quamdiu, donec.

ut quidam mem. Athenis. De Timone ait Atheniensi, qui cum odium generi humano indixisset, ipse tamen sua pecunia lactatus est.

65. *Sordidus.* Auarus.

2) sed om. γ. 3) *Atqui.* certe γ. eadem script. in 1 Genen. i. qui nihil plus desiderat nisi quantum ei sufficit. Bφ. 4) *con*turbata X. 5) Quasi sord. fh. om. γXG,mvca. Alleg. q. sordidos γ. rell. om. C: continuatio allegoriae, *turbata aqua* pro quaest*u* sordid*o*. Ne*que* Ccafh, ut plurimi uett. codd. Hor. *Nec* γX(G?Q),mv, ut recentiores codd. FHIM etc. 6) nimia *negotiorum* mole *tamquam* aquae impetu raptus obruitur C. *deprimi*tur γ. rell. obruitur. 8) *Ut* γXG (Q rec. *ut* in Porph. *at* in Acr.), ut K cum glossa Porph. m. 2: magna Bφ: pro magna. Harl. cum glossa: *sicut* ita inquit agis. φB, uterque cum gl. *sicut.* in B et E rubra lit. V a. m. 2 mut. in A. E: al. At. eadem correctio et uar. lect. in aliis, ut PF etc. *ut* pure etiam in recc., ut Sorb. St. Victor aliisque. *At* omn. edd. Acronis. 9) ina. cupiditate. *aquae in petu* (sic.) ex scholio praeced. pro eo q. e. f. cu. γ. Bφ: i. cupiditate quae fallit homines. scholion: Dicit enim quia sicut aufidus fluuius apuliae rapidissimus illos ad se ut perdat trahit qui casu super ipsam ripam suam stant. ita ipsa cupiditas adquisitionis suos assecutores decipit ad hoc ut perdat. — Cupidine — cupiditate X,mv. om. Ccafh. 11) omnino γX(G?Q),mv. (nou*ae*). *poni* cafh. *omnino* noue *poni* noue poni C. Omnino homines X. — *poss*essi γ. recte. conf. Plin. XXX, 1: possessis hominum sensibus. Cic. Verr. III, 68. rell. *oppress*is. 12) appetend*a est* maxim*e* pecunia γ. rell. appeten*dam esse* maxim*am* pecuni*am*. — cui def. precipu*ae* γ. cui defertur: praecipue v. rell. cui defertur praecipue. Q: 'ex seq. schol. male repetita uidentur aut lacunosa sunt.' 13) *sis.* Nescio qui (qu*id* G) tibi dicit quod γG,m. 14) con*grega*ntur X,mv. conf. Quintil. X, 1: turbam uocabulorum. 17) illi X. 20) donec om. X. 21) *Th*imone γ,v. — odium *pecuniae* gen. hum. γ. 23) Sord. Auarus γC. rell. om. Quod X. Quia solebat populus *bene de se meritis in publico* applaudere *sed* malos *et improbos auersari et* exsibilare C.

populi c. uoces. Quia solebat populus ingressis in theatrum bene meritis plaudere, malos exsibilare. *Vel aliter*: Quando donabat munus, pauca donabat (dabat?), et a populo sibilum patiebatur. [*Contemnere, uoces,* id est, non curare [de] obloquiis populi] *solitus s.* dicere. *contemplor.* Considero, conspicio.

68. *Tantalus a. l. s. f. c.* Auaros ait paena urgeri, quam Tantalo fabulae adscripserunt; sed commendandum est hoc pronuntiatione. Vult autem hoc dicere, quod similis est Tantalo, qui habet pecuniam et non utitur, quia, quemadmodum Tantalus non potest uti praesentibus, ita neque auarus; sed ille a Furiis, iste sua uoluntate prohibetur.

captat. Desiderat, cupit.

inhians. Timens, sollicitus. *Quidam stupens gaudio* accipiunt.

et tamq. pa. sacris. Bene *sacra* in comparationem et picturam introduxit, unde nihil ad quaestum adimi potest; nam ex una parte religio prohibet, ex altera tantum ars sine fructu intuentium animos quoque inludit.

72. *aut pictis t. g. t.* Eleganter tales ait auaris esse diuitias, ac si pictae sint tantum, quae per auaritiam tangi non possunt. Quid interest inter abstinentiam et picturam, nisi ut usu tantum fruaris?

73—75. *Nescis quo ualeat n.* Increpat auarum: usum pecuniae ignoras. Emphasis est: ad quos factus est usus numus? Nescis.

74. *panis e.* [Definitio, quibus rebus necessarii sunt numi.]

75. *adde quis h. s. d. n. n.* Id est: adde etiam illa, quibus negatis

1) populo*s* X,mv. (ingresso*s* mv.) ingress*us* X. — — Quod autem dicit *sibilat.* tractum est ex hoc quia malos principes ciuitatis *te*atrum ingress*us* populus exsibilabat. bonos autem plausu excipiebat Bφ. 2) exsibil. γBφ,C. exibil. Xmvcafh. — Quando *da*bat γ. — *mi*nus donabat γ. dona*uit*X. 3) schol. om. γ. *Contemnere* autem *uoces*, id est, non curare fh. *autem* et *id est* om. C. rell. om. autem uoces id est. cu. obloqu*ia* pop. C. curare *de* emendo Cic. Att. XIV, 13. Satius est omittere *de*, ut *obl.* sit datiuus, ut Plaut. Truc. I, 2, 35: *rebus alienis.* conf. Plaut. Trin. IV, 3, 50. 7) hoc om. fh. 10) uol*umpt*ate X. sua *sponte* prohi*bitus* C. 12) Bφ: *inhians.* cupiens ad alia festinare. C: timens *ne a — mittas*, sollicitus *ut plura acquiras*, et stupens *Prae* gaudio, *quando illa aspicis.* 13) sacr*am* in comparatio*nem* X. sacr*a* in comparatio*nem* Q in locum, ut *in domos*, *in fines* apud Cic. et Caes., non in rem introducitur. *in possessionem* introd. serius dicebatur Paul. in Pandect. XXV, 5, 2. apta sacra comparatione (om. *in*) et pictur*as* introdu*cit* ostenditque . . uide quae seq. C. 15) intuen*dum* X. *in*lud. γ. 18) *cogeris.* ut *tuis* tantum fruaris γ. diuiti*a*s habitas *aut pictis.* diuitias non in *husu* (sic) habitas (in B m. 2 corr. usu diuitias habes). assimilat pictis tabellis. quoniam sicut aliquis considerat tota die picturam pulchram ex qua nihil tibi assumere potest. Ita auarus suas diuitias conseruans et mirans. Nihil contingit ex eis Bφ. 19) Nescis *quid* in Hor. et lem̄. fh, ut D et recc. codd. Horatii, ort. ex glossa *ad quid* C. ad qu*od* γ. — ignor*as* γ. rell. ignora*ntem.* ἐρώτημα, ad ostendendum usum fructum ipsius pecuniae C. 20) Enfasis γ. nummus nescis mvcaQ. nummus, nesc. fh. interrogationem feci X: *minimus* nescis. pectus. *ematur* etc. Graecae uoci spat. uac. rel. uidetur. 21) Definitio — numi om. γ. deffin. X. Diff. fh. Melius schol. in C: '*enumeratio* earum rerum quibus *emendis* nec s*u*nt numi.' 22) γ: nega*ntis.* ueste. calciamentis et lauacro gl. γ.

dolet natura hominum. Dicit autem balneum usumque mulieris et alia huius modi, quibus aut frigus aut fames repellitur. *Doleat.* Aegre ferat. *Quis.* Pro quibus.

76. *an uigilare.* Quae patiantur auari.

78. 79. *compilent.* Exspolient (. *fugientes.*?) fugituri (fugit*iui*?). *Compilare* dicuntur (milites), qui, occisis quibusdam, insignia in bello tollunt. *iuuat.* Semper timere, semper sollicitum esse, (. *horum.*) quae tu bona iudicas.

semp. ego optarem paup. e. bonorum. Sic (dictum est?) *bonorum pauperrimus,* ut (A. I, 14. II, 22): *Diues opum.* (Sensus est:) Ego semper opto egentissimus esse neque (nolens) habere haec bona, quae mihi adferant cruciatum.

80. *At si condol. temptatum frigore corpus.* [*Temptatum*], aut aere aut aqua uexatum; i. e. si temptatum corpus tuum frigore aut alio casu condoluerit, nemo te optabit conualescere.

81. *lecto te ad. fixit.* Deiecerit in lectum.

82. *habes qui adsid.* Qui prope te sedeat [praestans tibi curam].

82. *fomenta p.* *Fomenta* dicta, quod aegritudinem *fouent*; inde et *fomites* dicti, quod flammam foueant.

83. *suscitet.* Leuet, sanum faciat.

84. *saluum te.* Esse.

85. *oderunt.* Te. perauaritiam enim tam durus et tristis es.

86. *miraris c. t. p. o. p.* Miraris te odio esse, cum tu omnia argento postponas i. e. miraris, si nemo te amat, cum omnibus rebus praeponis argentum h. e. cum post argentum ponis omnia.

2) *de*pellitur C. 3) *Quis* p. quib. γBφ. rell. om. 4) Haec sunt quae C. pati*a*ntur γ. rell. pati*u*ntur. 5) *expo*lient *uel compilent* (sic). fugituri γ. com*peli*ent. spolient X. *spoli*atum *expi*latumque Cic. Verr. IV, 27. *compilent.* expolient. *fugienteis.* fugiti*uos* C. *opprimant* uel expolient Bφ. fugituri om. mv. 6) qui *ai*occisis (sic) γ. expectamus *hostibus* uel *ducibus* occ. — insignia uirtutis siue militaria Cic. ad Diu. III, 13. Caes. B. G. VII, 45. insig*ni* bello X. Comp. di. *milites* — tollunt φ uet. man. 2,mvca. 7) Cum C interpone lemma *horum.* 9) optar*em* γX,mvca, ut Ambr. Fran. Bernn. A. (o*bt*arem) EF etc. optar*im* fh, ut KbEBφ aliique multi et uett. et recc. Pithoeus in Med. 1474 mut. e in i. *Hoc dictum est* ut *diu. op.* cum genitiuo casu. sensus est, ego *malim* egentissimus esse, *quam* habere illa bona quae mihi afferant cruciatum. 13) *aut* aere aut *aqua* γ. aere aut aqua mvcafh. aere *iniqua* X. scribe. aere *iniquo* uexatum. aer iniquus ut *sol* iniquus Verg. A. VII, 227. *uina* iniqua capiti Plin. XIII, 4. *locus*, *palus* iniquus Liu. II, 1. 65. Caes. B. G. II, 10. 27. Tacit A. I, 63. aere aut *frigore* tacite in culc. Q. nec hab. haec bo. quae cruc. aff, om. mihi X. 15) gl. ex γ Ambr. rell. om. 17) se*dat* v. praest. t. curam om. γ. *omnem* curam *et officium* C. 18) *eo* quod X. — fou*ent* γ,vca. rell. foue*ant.* — *et* fom. γBφ,C rell. om. flamm*am* γφ. uet. man. 2. rell. flammas (fla*mas* v). fomites, quibus ignem fouemus et alimus C. 20) leuet γXG. rell. om. *sub*leuet e lecto et san. faciat C. glossa *esse* ex γ. rell. om. schol. ad *oderunt* ex γ. rell. om. conf. Porph. et C. 24) praeponi*s* γX. rell. praepo*nas.* poni*s* libri. pon*as* tacite inc. Q.

88. *At si cogn.* Sensus est: At si cognatos, quos tibi gratuitos natura concessit amicos, humanitate tibi deuinxeris, ita uideris operam perdere, ut qui asino uelut equo uult uti. De asino autem prouerbiale est. *Aliter:* at si uelis aliquo obsequio aliqua sedulitate conciliare tibi affines tuos, perdis operam, sicut perdit operam, qui uult docere asinum currere. Nam qui in cursu exercet asinum, perdit operam, quia exercendus equus [est] —: [Sicut *perdit operam,* qui uult asinum frenis regere, ut uice equi fungatur,] ita etiam perdit studium (amicitiarum?), qui sine aliquo beneficio amicos sibi uult retinere.

nullo nat. labore q. t. d. Quia nullo nostro labore, nulla (nostra) industria nobis nascuntur propinqui.

91. *parentem.* Famulantem, obedientem, ut doceat currere parentemque faciat.

92. *denique s. f. g.* Sensus [est]: Postremo cum aucta sit pecunia tua, minus iam debes paupertatem metuere et labor tuus finem debet accipere, cum adquisitum habeas, quantum optaueras.

sit finis. habito finem adquirendi.

93. *paup. metuas minus.* i. fac, ut pauperiem minus timeas.

94. *Incipias.* Fac, ut incipias, ait. incipe minus pauperiem metuere.

parto quod auebas. [Id est:] Aut quantum auidus fueras quaerere, aut auide cupiebas; unde *auidi* auari sunt dicti.

95. *diues.* Deest hic *ita*, ut sit: ita diues, ita sordidus.

1) est om. γ. *an* si, al. *at* suprascr. m. 1. γ. (Acr.) *ac.* al. *at* (Hor.), ut P (gl. sed). *cognatos* om. Q. — gratui*tos* omn. libri. gratui*to* (G?)Q. Et *homines gratuiti* i. non empti uel mercede conducti uocari possunt ut res e. g. *nauis* Senec. Benef. VI, 19. hum deu. Videris *tibi ita* op. γC. 2) *inh*umanitate X,vca. 3) Hoc autem est prouerbiale *schema* C. A*lt*er v. *an* γG,mv. rell. at. 4) affines tuos γ. tuos om. X. rell. tuos affines. 5) perd*is* γX. rell. perd*es*. sicut perdit operam qui γ. sicut*i is* qui mvcafh. Sicu*t* is Q. sicuti inis X. 6) incursū γ. exer*cit*et v. 7) est om. γ. operam om. mv. operam perdit cafh. Sicut — fungatur om. X. 8) Scribendum est sine dubio *studium amici*tiarum i. e. ami*corum* (conf. Suet. Tib. 51) pro inepta lect. vulg. stud. *diuitiarum*, ex quo nihil potuit facere Q. qui sine *ullo labore et de nihilo* uult am. sibi ret. Bφ. 10) Qu*ia* γX,mv. rell. Qu*i*. — nulla *nostra* ind. X. 11) nasc. *amici* C. 12) obedientem — faciat om. XG,mvcaQ, qui dicit *recte*. Sunt autem seruanda correctis insanis uerbis *parentem ut* (fh) cum γ: parentem*que*. C: Ordo est: doceat asinum parentem i. e. obedientem frenis, id est, frenatum currere in campo. Bφ: *parentem.* obtemperantem. 14) est om. γX(G?Q). 15) *sed* labor fin., om. *tuus* C. 16) adquisitum habeas γφ. rell. hab. acq. X: hab*es* acq. — γ pergit: *hab*ebas (l. auebas. glossa: *hau*ebas. cupiebas. desiderabas) enim *aut* quantum ou. *fu.* querere etc. X: *habes* enim quant. mvc: *habes* (hes) enim (n. v.) *ait* quant. — hab*eas* enim *ait* Asc. uox *enim* orta ex compendio n., quod tamen h. l. pro seq. uerbo *ne* positum esse potest. C: — 'optaueras: habes enim quod auebas, id est, auide cupiebas: unde *auidi* dicti sunt auari. *parto*, id est, parato eo quod desiderabas?' Aut scribe: *parto.* habes enim *quod auebas. Auebas.* Aut quantum etc., aut omittens *habes enim* lege, ut supra posui. 17) *sit* — adquirendi γ. rell. om. 18) Schol. *Paup.* — timeas γ. rell. om. fac ut non metuas paupertatem C. 21) sunt om. γ. 22) *ita sordidus* ex γ. rell. om.

97. *non umq.* Potest et *nonnumquam* legi, ut perraro melius seruo uestitus fuerit.

100. *Tyndaridarum.* Graecarum mulierum, pro Tyndaridum. Significat autem Clytaemnestram aut Helenam. [Nam] Clytaemnestra Agamemnonem, Helena Deiphobum interfecit, et ambae Tyndarei filiae.

101. 102. *quid m. i. s.* Fingit sibi respondentem eum, quem adloquitur. *ut uiuam Neuius.* Neuius [enim] tam parcus fuit, ut merito sordidus appellaretur, et contra Cassius *Nomentanus* tam profusus fuit, ut sestertium septuagies libidine et gulae impenderet. Huius cocum Damam nomine Salustius Crispus centenis milibus aeris conductum habuit. *Aliter:* Nomentanus aut nomen proprium est, aut gentile de Nomentana ciuitate; significat quendam Cassium luxuriosum, qui inde fuit.

102—104. *Pergis.* Id est, in contrariis perseueras. *Pugnantia secum.* Id est: Quare pugnantia contra se loqueris? — quod auarus et luxuriosus pugnantia sunt —, et non magis te conuertis ad id, quod est commodum i. e. medium? Ordo: frontibus aduersis pugnantia. *componere.* Comparare, quoniam qui repugnant, frontes aduersas habent. *non ego.* Poeta ad auarum.

uappam i. a. n. *Vappae* dicuntur perditi ac luxuriosi, *nebulones* uero uani et leues ut nebula. *Aliter:* *Vappa* dicitur stultus et insulsus, qui nihil sapit; dicitur etiam *uinum uappa,* quod perdidit saporem.

105. *Est in te Tanain quiddam soc. Viselli.* Tanais, libertus Maecenatis,

1) nonnumquam, om. legi, pro *aliquando,* ita ut perraro Vmidius seruo suo melius uest. fuerit C. 3) mulierum γ,fh. rell. om. pro tindaridum γ. rell. om. *Clytaemnestra* Tyndaris Ouid. A. II, 408. T. II, 396. et *Helena Tyndaris* Verg. A. II, 569, siue *Tynd. Lacaena* Verg. A. II, 601. Macrob. V, 17, 16. Ouid. A. I, 746. puella Tyndaris apud Hor. C. I, 17. 4) Nam om. γ. 5) *at* ambae γ. — tyndarei γ (G?Q dicens: *Tyndari* libri). rell. Tyndari. Usitatior forma Tyndareus (Τυνδάρεως) apud Ouid. et Auson. et Grammaticos quam Tyndarus (Τύνδαρος). 6) herum X. rell. *eum.* 7) Neuius γbXG, ut codd. Porph. M (teste Halmio. Q. p. XXXV tacet, in Acr. et Porph. scribens *Naeuius*) R2, atque omnes fere codd. Horatii. Naeuius Bern. 'A', mvC. *Meuius* ca. Orellius, qui *Maenius* recepit, refert (ex Fabric.): '*Maeuius* Acro et Porphyrio.' Adi indices. *enim* om. γ. *ut uiu. neu*; *neuius* nimiae parcitatis fuit Bφ. 8) *at* cont. C. *et* γX,mvca. rell. om. moment. v. — profusus γ. Noment. *adeo suorum bonorum profusus* C. rell. prodigus. *profusus* absolute de hominibus *Cic.* Quint. 12. Verr. I, 7. *Martial.* VIII, 38, 11. 9) libidine X. — huius coquum XG. *habens* coquum mv. *habens cocum* a. rell. *huius* cocum. — damam nom. γ. rell. nom. damam. 10) cent. *numis* cond. C. — Aliter om. γ. 11) nom. propr. γ. rell. propr. nom. 12) Casium γ. 13) Pro inepta glossa Fabricii (fh): *Pergis.* peruersas habet γ i. in contrariis *perseueras* (pers. in contr. C). rell. om. 14) quod γ, ua. quam (quoniam) X. rell. quia. 17) quoniam qui γ. *qui* quae X. rell. quoniam *quae.* comparare, interrogatio obiurgatoria C. — frondes X,m. 18) Non — auarum om. X,m. 19) *ac* γ. rell. et. 20) auari et leu. φ. — nebulae X,C. rell. nebula. 21) *etiam* γ. rell. enim. Glossae in γ: *uappam.* stultum et insulsum. u. 101: *neuius.* auarus. u. 102: *nomentanus.* luxuriosus. 22) *tanain* s. spadonem. *quiddam.* i. multum. *uiselli.* quidam hirneosus.

nobilissimus spado, socer autem Viselli herniosus, ac si diceret: multum interest inter eunuchum et herniosum, uel inter ramicosum et spadosum.

106. *Est modus in rebus.* Ut *Ter.* (Andr. I, 1, 34): *nequid nimis.* Ideo ait: est modus in rebus, ut: μέτρον ἄριστον.

ultra citraque. Id est, ultra [hos modos i. e.] fines et infra rectum consistere non potest, sed in iisdem.

108. 109. *illuc. u. a. r.* Quia digressionem fecit, inducta fabula Umidii transit modo ad propositum suum, [i. e.] ad danda praecepta; [Et est] duplex sensus: aut quod omnes alienas condiciones laudant, suas uituperant, sed praecipue auarus, qui miserum dicit et egentem; aut quod caeteri quidem homines aliena studia adprobant, auarus uero in eo, quod auarus est, sibi placet.

Nemon' ut auarus Se probet. Quod *nemo auarus se probet,* nemo auarus sibi sufficiat, nec de se iudicet. *Se probet.* Probet [esse] se auarus, qui aliena cum gemitu miratur.

se probet. [Sibi] placeat, [se] laudet.

ac potius l. d. s. [Id est] moderationem, temperantiam. Ad sermonis sui sensum, quem inchoauerat, recurrit, cum coeperit ante dicere, nullam hominem statu rerum suarum gaudere et laudare diuersa, a quibus dissentire tamen auarum ait, qui solus proposito suo gaudet. Haec autem admiratio pronuntiantis non ad illud pertinet, quod auarus se non probet, sed nemo alius.

110. *quodq. a. c. g. d. u. t.* Quomodo tabescat auarus, cum uideat, pleniora [esse] ubera capellae uicini [sui] esse. *Ouid.* (Art. am. I, 349, 350): *Fertilior seges est alienis semper in agris Vicinumque pecus grandius uber habet.*

1) *uiselli* γX (*in*selli), u (*b*iselli perperam ref. Q dicens: *Bi*selli cod. Med. Pat. *Viselli* Fabr. — At uero Fabr. in scholiis et Acr. et Porph. habet, ut C, Visel*lii*, in lem. Visel*li*). *M*isellii Asc. ut pauci rece. codd. *ua*selli m. *be*selli (ui superscr.) E. (2 m. mut. *be* in *ui*). *Vi*selli omn. fere codd. — *Herniosi* fh. rell. *her*nios*us* ut Porph. (h*i*rneo*s*us γ). 2) *uel* inter γ. rell. i. e. inter. 4) iuxta illud *Phocylidis* πάντων μέτρον ἄριστον, id est, omnium modus est optimus. huic autem simile est, μηδὲν ἄγαν, id est, *ne quid nimis*, ut ait *Terentius* C. *Est modus.* ut me*tro* ariston. hoc est ne quid *minus.* ideo a. e. m. i. r. quia digress. etc. γ. 5) *Id est* ult. γ, om. hos modos i. e. 6) h*is*dem γ. *ei*sdem Q. rell. *iis*dem. 7) *de*gr. X. conf. Cic. Orat. II, 77 et III, 53. 54. Gell. I, 3. — U*mm*idii γ, ut u. 95 V̄midius quidam. *Ub*idii X. *ui*bidii vca. *Vui*dii fh. *Umi*dius quidam lectio tuta plurimorum codd. Hor. cuiusque aetatis, et uett. Bernn. KBCE. Ambr. Fran. Barc. Parr. ED etc. *Hu*mmidius φB (cum rasura) H. *Vim*midius Bern. A. Par. P. *Vn*idius, *uel Um*id. O. 8) i. e. om. γ. — prec. γ. Et est *om.* γ. 13) *Quod* om. X. 14) suffi*cit* X,mv. — *Se probet.* probat se auarus γX,mv, utraque om. *Se probet.* probat esse auar*um* caQ. probat esse *se* auar*um* fh. 16) *Sibi* et *se om.* γ. 17) Id est om. γ. — Ad sermon*em* sui sensus re*dd*it (redit) X. 19) *sed* laud. C. rell. et. ab *iis* tamen diss. ait au. C. 20) gaud*ere* X,mv. (dissenti*ret* t. a. ait sol*am* prop. suo gaudere mv). 21) *Haec — alius* iisdem uerbis dicta recurrunt in Porph., nisi quod habeat: *quod auarus se probet* pro: q. au. se *non* probet. 22) *ali*ud X. 23) uide*at* γ. rell. uiderit. 24) esse om. γ h. l. uicini *esse* γ. rell. uic. *sui.* 25) gra*u*ius

111. *neque s. m.* Quoniam maior est turba pauperum, moneo, ut nemo se existimet pauperem.

paup. t. c. Ad illud redit, ut dicat, quomodo auarus non patiatur se esse pauperem, sed studeat singulos superare diuitiis.

113. *sic fest.* Superiores diuitiis uincere cupienti.

114. 115. *ut, cum carc. mis. rapit ungula currus.* Totus iste uersus διάφορον est. Nam, hoc interposito, sequentem superiori sensui adiungit; qui sensus talis est: Quemadmodum auriga instat cum equis his, qui uincunt equos suos. Quando autem instat? [Tum] *cum rapit ungula currus.* Contemnit autem sequentem i. e. posteriorem; ita auarus semper festinat uincere ditiorem.

quid interest in matrona, ancilla, pecc. togata. Negat interesse quicquam, utrum quis in matrona an in ancilla an etiam in adultera delinquat, secutus opinionem Stoicorum, qui omnia peccata paria esse dicunt; neque enim rei admissae quantitatem sed admittentis uoluntatem spectant. *peccesue togata;* Matronae, quae ob adulterium a maritis repudiabantur, togam accipiebant sublata stola propter ignominiam; toga autem meretrici apta. Ita enim prostare solebant cum togis pullis, ut discernerentur a matronis; et ideo quae adulterii damnatae fuerant, hac ueste utebantur. Aliter: *togatae* dicebantur in publicum procedere feminae adulterii admissi causa. Alii *togatam* dicunt libertinam, quia antea libertinae toga utebantur, stola uero matronae.

64—66. *Villius in F.* Pro eo, quod est in matrimonio Faustae. Nomina semper incerta pro certis. Nam Fausta Syllae filia Tito Annio Miloni nupta fuit, ut supra exposui. Alibi (C. II, 12, 13): *me dulcis dominae musa Licymniae* pro Terentiae et (S. I, 2, 25): *Malchinus tunicis demissis ambulat,* pro Maecenas. Et hic: Villius in Fausta, [i. e.] Annius in Fausta. Eodem numero syllabarum commutationem nominum facit.

2) uti mer. γ. rell. mer. uti. 3) *fama.* opinio tua. gl. etiam in γ. 5) Ze*u*ma *ui*tare γ. tibi suff. uit. γ. rell. suff. tibi euit. 7) *amas* mer. γ. rell. om. amas. 8) — et in *mer.* et in *lib.* γ. 9) persona sua γ. rell. sua pers. 10) da*m*pna γ. 19) ob adult. a mar. γ. rell. a mar. ob adult. C: a mar. rep. *propter* adult. 21) sol. prost. cum *stolis* pullis togis ut discerne*rent* a mat. γ. rell. prost. sol. 22) q*uae* γ. rell. qu*i*. Suringar. III, 52 leg. qu*ia*. 24) togam γ. — stola uero matronae γ. rell. om. 26) Nomin*a* om. fh. Nomine. a (Hor.). 27) *Syllae* omn. libri. Pauciores codd. Hor., inter quos K: in faustas *ullae,* habent S*u*llae, quod uidi in uet. cod. *Liuii.* Puteano saec. VII Parisiis. conf. Ang. Mai in Cic. Or. pro Q. *Sylla* III, 2 p. 125. 28) exposu*it* fh. 29) licy*n*niae γ. Licinae va. Lic*ini*ae fh. — Malc*h*inus γ,a. rell. Mal*th*. 30) id est om. γ. 31) f*a*cit γ. rell. fecit.

Syllae gener. Non uere gener, sed quia Syllae filiam stuprauit ita frequenter, ut ipse esse uideretur; nam (Milonem?) Longarenum (dictum?) habuit maritum.

Villius. Pro *Annius Milo.*

hoc miser uno Nomine deceptus. [Quoniam nobilis filiam adfectauit uxorem, uel hac re, quod dicebatur matronas adpetere. *Deceptus,* quia amator decipitur nobilitate dilectae, qui putat se hoc minus peccare, quod nobilem stupret. Vel: *deceptus,*] quod filia Syllae esset hominis potentis et clari, sperans talis uiri filiam castam fore uicturam nec umquam peccare posse. Fausta dicebatur filia Syllae. Hanc cum Villius inpetrasset uxorem, forte Longarenus adulter domi eiusdem puellae erat; ita Villius conlisus est plagis, et nihil ominus eam postea tenuit apud se propter nobilitatem. Annius Milo maritus fuit Faustae, Cornelii Syllae filiae. Qui rediens a caena, scilicet a famula, Longareni, adulteri uxoris suae, ante aedes suas, ne adulterium deprehenderet, pugnis caesus est et ferro petitus.

67. *exclusus fore.* A familia Longareni moechi. Et notandum *fores* numero singulari *Ter.* in Adelphis (II, 3, 11): *Quidnam (con)crepuit fores?* Item *Cicero* pro Cornelio (Cic. pro C. Cornelio I fragm. 44 Or.): *Aperuit forem scalarum,* sed ex uerbis accusatoris ridentur, ut in Flacciana (Cic. pro Flacco 2. Baiter. Schol. Bobiens. p. 230. Or.) *strangulauit* [posuit].

68. *huic si Muttonis.* Id est, Villio si animus loqueretur ex uerbis

1) nam Long. hab. maritum. omn. libri. C recte: nam ea *Milonem,* Longarenum *dictum,* habuit maritum. 4) *Villius* prn annius milo γ glossa. rell. om. 5) *hoc mi. uno. deceptus* est. quod filia s*i*llae esset etc. γ. quoniam — deceptus om. mva. 7) se hoc γ. rell. hoc se. 9) pecc. posse γ. rell. po. pecc. 12) co*n*lisus γ. 13) *E*nnius milo Bφ. 14) scilicet γ. rell. om. — a fum*ula* (corr. ex fam*ilia* a m. 1) γ. rell. a fam*ilia*. a fam*ilia* ortum est ex scholio seq. ad u. 67 *exclusus fore*] *A familia* Longareni etc. 15) depr*ae*h. Bφ,v. — Bφ addunt scholio haec: quem ait nulla alia re in hanc iniuriam ac contumeliam recidisse. quam quod magnae nobilitatis uxorem habere affectauerit. 16) excl. fo*rae* v. — not. fo*res* γ. rell. fo*re*. 17) adel*fis* γ. — fo*res* γ, vafh. fo*ris* CQ. *Con*crepuit libri Acr. *crepuit* edd. Terentii. Quaeritur utrum fo*res*, fo*ris* diceretur. Bis cum uet. cod. fo*res* pro fo*ris* seruaui. Singularis h. u. etiam in Plauto, Liuio, Cicerone et Ouidio occurrit. 18) aper*ui* γ. 19) flac*cina* γ. 20) straug*ui*lauit, om. posuit, γ. 21) id est *Iu*llio v. Bφ glossa: *huic.* ennio scilicet. scholion: '*huic si muttonis.* haec uerba sic introducit Horatius quasi mu*tto* i. uirile membrum *e*nnii ad ipsum *e*nnium loqueretur. cum ipse animo secum tractauerit dicens. quid causaris o *henni* de ista contumelia quam modo a familia longareni sustinuisti? Numquid ego poposci cum efferbui ad coitum ut sumeres mihi cunnum magnae nobilitatis ortum? Non. Respondens uero *e*nnius mu*tt*oni suo inquit. Ideo quia magno patre nata est puella. accepi ad tuum opus.' Lemma *huic* amplificaui addens: *si Mutt*onis. Mu*tt*onis habent γEBφHP Barc. Bernn. AC (mo*ti*onis K) aliique. *mut*onis vafhCQ in scholio. Cic. pro Scauro 3 *Quinti Muttonis hominis sordidissimi* mentionem facit. conf. not. 3 Angeli Mai, qui laudat Cic. in fragm. or. pro Fundanio (Beier. Fragm. Cic. p. 173): 'Non modo hoc a Villio Annale, sed uix mehercule a Q. *Mut*one factum probari potest,' et addit: 'mihi *Muto* in loco Horatiano videtur nomen uiri, quidquid ibi contradicant *Acro et Porphyrio*, quos recentiores interpretes gregatim sequuntur.' Conf. μυττός in Voss. Etym. et *μύτης ὁ πρὸς τὰ ἀφροδίσια ἐκλελυμένος* in Hesychio.

Muttonis. Mutto autem dicitur membrum uirile, ut *Lucil.* libro VIII (Lucil. fragm. VIII, 11. Gerl.): *Laeuâ iam lacrimas Muttoni absterget amica.*

70. 71. *magno progn. deposco cons. cun.* De stirpe magni consulis oriundum. *Prognatum.* Natum.

uelatumq. stola Velatum Ornatum. Proprie toga mulieris *stola* dicitur, et notandum in hoc uersu, quod *toga* et *stola* communem syllabam fecerint.

72. 73. *at q. m. m.* Id est: quanto meliora monet natura tuis sensibus, quae abundat necessariis, his scilicet, quae usus exigit. Abundat autem, si tu sis bonus dispensator, id est, si [tu his] tuis recte usus fueris. *Meliora* scilicet quam quae tu aestimas.

diues o. n. s. Id est: quae natura propriis opibus abundat, quoniam, quantum est in ipsa, non denegat uoluptatem simpliciter quaesitam.

modo. Tantum modo.

[75. *recte disp. uelis.* Id est: si cum ratione uelis erogare et uiuere.]

ac non fugienda petendis Inm. Id est: si uere uis inmiscere ea, quae debes fugere uel petere. *Fugienda.* meretricem adpetere uel matronam. *Petendis.* Licitis.

76. *Tuo uitio rerumne lab. Nil. ref. putas?* Tu putas nihil interesse, utrum tuo uitio labores, an naturae. Nostro uitio laboramus, si dolemus, cum desit phasianus; rerum natura laboramus, si dolemus, cum desit panis. *Alii* dicunt uitio nostro laboramus matronam concupiscentes, rerum uitio, si usus feminae non adest.

78. 79. *unde.* A quo, ut (A. I, 6): *genus unde Latinum.* Non est autem loci sed personae.

haurire. Capere. [Acquirere, percipere].

Ex re. Ex impetratione.

quam ex re dec. fr. Plus mali accipit, qui amat nobilem, si fuerit deprehensus, quam fructus, si impetrauerit.

80—82. *Nec magis huic.* Id est, nobili. [Ostendit, non diuitiis fieri pulchritudinem sed natura] et sermonem suum conuertit ad puerum

2) le*ua* lacrimas mu*tt*oni (superius *muto.*) γ. le*na manu* lachrymas mutoni C. rell. *laeso iam.* Posui *Laeuâ* (manu gl.) iam etc. *abs*terget γ,mfhCQ. *ex*terget va (Petron. 6). conf. Porph. 5) oriund*um* γ,mva (cunnum). rell. oriund*am.* Natum γ. rell. om. 6) Ornatum γ. rell. om. 10) si *tu* sis γ. rell. om. *tu.* — tu*i*s γ. rell. tu *cis.* 11) meliora — *es*timas γ. rell. om. 13) quaesitam. rell. *acqui*sitam. 15) Id est om. γ. 16) schol. om. γ. si *uero uis* mva. (non uis G). si *non uelis* fhQ (*uelis* Hor.) 17) meretricem — Licitis γ. *fugienda.* Illicita γC, qui addit: *nempe* meretricem, uel matronam appetere. *petendis.* licitis C. rell. om. 24) qu*o* γ,Cmva. qu*ibus* fhQ(G?). 26) Capere γ, om. acq. perc. 27) *Ex re.* ex imp. γ. rell. om. Ex *coitu.* plus *enim* mali C. 29) — fructus *et iucunditatis ex amore* C. 30) Ostendit — natura (fhQ) om. G,mvaC. γ extremo scholio hanc partem habet.

Cerinthum pulcherrimum hoc tempore. Sensus est: nec magis erit tuum femur, o Cerinthe, tenerum, aut crus rectum, si inter niueos uiridesque lapillos iacueris. Hic autem docet, natura, non ornatu pulchras esse mulieres. [Hic autem] Cerinthus dicitur illis temporibus fuisse prostibulum pulcherrimum. Prostibulum autem dicitur scortum. Fuit autem hic puer insignis facie atque candore. Ordo est: Nec femur aut crus est magis tenerum huic [i. e. nobili] inter niueos uiridesque lapillos quam, o Cerinthe, hoc [sit] tuum, cum rectius femur atque etiam melius crus persaepe (sit?) togatae.

uiridisq. lapillos. Margaritas, gemmas.

[*melius.* Decentius.]

togatae. Plebeiae ancillae. Nec magis inuenis pulchras nobiles quam ignobiles. Ostendit, non diuitiis fieri pulchritudinem sed natura.

83. *Adde huc.* Ad haec, ad commoda eorum, qui simplici contenti sunt femina, quae nullo lenocinio formatur.

sine fucis gestat. [Sine uelamine simulationis], sine lenocinio, sine fallacia, sine extrariis ornamentis. *Fucus* genus herbae marinae est, unde lana inficitur. Et in Carm. *Hor.* III, 5, 28: *neque amissos colores Lana refert medicata fuco,* et *Verg.* G. II, 465: *Alba nec Assyrio fucatur lana ueneno.* Inde etiam corruptae merces *fucatae* dicuntur, et pro dolis et fraudibus *Ter.* (*Eun.* III, 5, 41): *fucum factum mulieri. Mercem.* Corpus, quod uenale est.

1) *Ch*erin*th*um — *Ch*erin*th*e — *Ch*erin*th*us γ in scholio, in lemmate autem glossae sic: '*hoc cerinthe.* crus. aut femur.' Cherinthum mfh. Ch*ae*rintum v. Cherin*t*um a. Omnino *Ch*erin*t*e est lectio frequentissima in codd. Hor. et uett. ut Harl. ED, et recc. *C*erinthe M ad Porph., K (*hoc* erinthe) Ambr. aliique pauciores. Cerin*te* Bern. B Fran. Ch*o*rinthe b, lectio orta ex signo uocatiui o: Ch$\overset{o}{e}$rinthe etc. Non distinguendae uidentur duae scripturae, altera Acronis *Che*rinthe, altera Porphyrionis *C*erinthe, sed haec una *Cerinthus*, graece Κήρινθος, recta est putanda. In Tibullo II, 2 et IV, 2 idem nomen, non idem puer uel adulescens est. — *eo* temp. C. *Sensus* est C. rell. *Id* est. — er*a*t fh. 3) iacueri*t* C. non *etiam* om. C. — pul*c*ras γ. Alterum *Hic autem* delendum est. Cerinthus autem, om. Hic, C. 4) fuisse pulcherrimum scortum C. 6) γ: 'Ordo est. Nec magis tenerum est femur illius matronae quam tuum o cherinthe. *nec magis inuenis pulchriores nobiles quam ignobiles.* Ostendit (adde *non*) di. fi. pu. sed natura.' uide initium scholii. 7) *est* huic C. *i. e. nobili* h. l. delendum, quippe supra iam dictum neque ad ordinem pertinens. C: huic *matronae licet sit* inter — quam hoc tuum, o Cerinthe, cum etc. 8) pers. *sit* togatae. C. γ habet glossam: *togatae.* meretricis *quas* superius exposui. 10) *Uniones et* margaritas. *uirideis.* smaragdos C. gemmas om. mvaC. 11) gl. om. γ,Cmva. 12) schol. om. mva. 13) De *Ostendit* — *natura* uide superius. 14) Ad haec gl. γ,C. 16) *et* nu. len. form*e*ntur γ *et* nu. len. form*a*ntur v. *quae* nu. len. form*an*tur m. *quae* n. l. form*at*ur fh. *quod* n. l. form*at*ur a. Ad comm. fucis om. C. *sine fucis.* sine len*i*cinio. sine (sine om. C.) fallacia. sine extra*r*iis ornamentis γ. sine uelam. simulationis om. γ,C. sine lenoc. et extr. om. G,mva. fallacia om. G, mvafhQ. extra*riis* γ. extra*neis* fhQ. in extra*riis* rebus Cic. Inu. II, 59. extra*neae* res ibid. 56. extranea ornamenta ibid. 22. ex*ternis* C. 17) hc. mar. *est* γ. rell. gen. est herbae. 19) refer*at* γ. — assyri*os* γ. 21) te*rr*entius γ. — Mercem est γ. *mercem.* corpus uenale C. rell. om.

84. 85. *neque si quid honesti.* Id est: pulchri, ut Poeta (*Verg.* G. II, 392): *Et quocumque deus circum caput egit honestum.* Matronae, inquit, si quid honesti habent, id solum ostentant; quod turpe est, magnopere occultant; non ita fit in meretricibus, quae aliquando et pulchriores sunt.

[*iactat h. p.* Ut diuites matronae faciunt.]

86. *Regibus h. m. e.* Reges quando emunt equos, operiunt eos, ne inducti pulchritudine aut clunium aut faciei emant equum pedibus mollioribus. Hoc ergo dixit, unumquemque debere idem facere circa contemplationem mulieris, ut magis utilitatem quam speciem formae aut natalium sectetur.

87. 88. *ne si facies.* Ordo est: ne si facies decora, fulta est molli pede *emptorem inducat hiantem.* Emere cupientem, quia hiantes in bona non cernimus uitiosa. *Molli.* Debili. *Fulta.* Sustentata.

[*inducat.* Decipiat.]

[*hiantem.* Cupientem.]

quod pulchrae clunes. *Clunes* dixit feminino genere, sed *Iuu.* (XI, 164): *hic clunis* dixit, quod tenemus [*Ad terram tremulo descendunt clune puellae.*].

90. *recte.* Scilicet faciunt. *corporis optima.* Pulcherrima in mulieribus.

ne corp. o. Lyncei C. o. Lynceus quidam tantam uim in acumine dicitur habuisse oculorum, ut trans [parietem] pontum [uideret et], dum staret in Sicilia, uideret classes de Africa exeuntes. Sensus est: Noli, inquit, nimium acute eligendo, quae bona sunt, in ea, quae contraria sunt, caecus esse, id est: sic debes in utramque partem iudicium habere.

3) mag*no*pere omnes mei libri Acronis et Porph., magn*o o*pere G(Q). bene quidem magno, maiore et maximo opere, sed non opus. conf. Porph. Epod. XII, 23, ubi opus est. 5) schol. om. γ. *Quod* diuites C. 6) Notandum est, Cod. γ neque inscriptionem ECLOGA. III. neque maiorem lit. initialem ante h. u. ostendere, id quod in M ad Porph. atque in EBφD Bern. C aliisque haud paucis factum est. 7) ind. pulchr. γ. rell. pulch. ind. 8) di*x*it γ,mv. rell. dicit. *it* γ. rell. *idem.* 9) fo. aut nat. *sectetur* γ. rell. fo. sectetur aut nat. nata*les* sectetur C. 11) Verba *emptorem ind. hi.* (in libris: ind. hi. empt.) tamquam nou. lemma induxi, nam *quia* — *uitiosa* non ad Ordinem pertinent. Emere cup. γ. rell. om. 12) Debili γ,C. Sustentata γ. rell. om. 13) Decipiat om. γ. *Inducat.* seducat, decipiat C. 14) Cup. om. γ. h. l. uide supra. Emendi cupidum C. 17) Ad — puellae G(Q). om. omn. mei libri et C, qui habet: — genere, *masculino autem fere utimur* (?). 18) S. faciunt γ. faciunt C. rell. om. pulch. in mul. om. G,mva. 19) *in* om. γ propter praec. *uim.* in acumine om. G. C: 'Lynceus *Apharei filius tanto fuit oculorum acumine*, ut *per* parietem uideret: qui *stans* in Sicilia uidebat *naueis* ex Africa *soluenteis.* Sensus est, noli tam acutus esse *in deligendis bonis*, ut in iis quae sunt his contraria, prorsus caecutias, sed in utramque partem *aeque circumspectus esto.* 20) di. ha. oc. γ. rell. oc. di. ha. — Posui *trans pontum* pro inepta lect. uulg. *trans parietem*, quae ex Apollodoro originem duxisse uidetur. conf. Apollod. I, 8, 2. 9, 16. III, 10, 3. 11, 2. Hygin. 14. Plin. II, 17. Ouid. M. VIII, 304. Scholia ad Hor. E. I, 1, 28 neque ab Acr. neque a Porph. data sunt. Verba *uideret et* delenda sunt. 21) est om. γ. 22) legendo G(Q). rell. *eli*gendo. 23) id γ. rell. hoc. sic γ,mv. rell. om. in utr*a*que par*te* afh. in utraque part*es in*dicium v. rell. in utr*amque* (utram m) part*em.*

91. *Hypsaea c.* Quaedam matrona fuit eo tempore oculis uitiosis.

92. *O crus! o brachia!* Quasi haec habere dicat spectator plebeiam nescio quam: Nescio, cuius laudas crus et brachia [sed habet uitia inter nates, et potes eam contemnere].

Depygis. Id est, sine natibus; *pyga* enim est pars corporis posterior; uel certe cum magnis natibus, ut *de* hinc *ualde* intellegatur. [Πυγὰς autem Graeci dicunt nates.]

breui lat. Deforme est in feminis, furcam latere habere maiorem.

94. *Matronae praeter faciem. Praeter faciem matronae,* inquit, nihil cernere [matronae] possis; reliquae enim corporis partes ueste celantur, nisi forte Catiae similis est, quae ob pulchritudinem crurum neglecta pudore alta ueste utebatur. Haec autem adeo uilis fuit, ut in aede Veneris [theatri Pompeiani] adulterium committeret.

[96. *Si interdicta petes.* Si honestae feminae, quam compellere non licet, concubitus appetes.] *Interdicta* [autem]. Prohibita. *Petes.* Matronam.

uallo circumdata. [Custodiis munita, circumdata satellitibus, ἀλληγορικῶς, uel *uallo,* id est ornatu uestium.] Allegoricos, custodiis obseruata.

97. *insanum.* Pronum [ad libidinem] amatorem; semper enim ibi plus incendimur, quo difficilius peruenimus.

98. *lectica.* Quoddam uehiculum, quod trahitur a mulis siue (uel?) equis.

1) Quaed. matr. γ. *Placea* (conf. Porph.) Hypsaea matr. C. Rell. Matr. fuit qu. — oc. uit. γ. rell. uit. oc. 2) Amplificaui lemma *O crus.* etenim uerba o *brachia* fh. male conloc. ante *Quasi.* Nescio *cuius* γ. rell. Nescio *cur.* recte *cuius* i. e. *togatae,* plebeiae. C: '*crus.* laudat crura et brachia *togatae,* quae fingit admirari spectatorem. Animaduerte, uerba *Quasi* — *quam,* quae in fh tamquam schol. separatum post *Nescio* — *contemnere* conlocata atque in mva plane om. sunt, in cod. γ priorem locum tenere. Bφ glossa: *Ypsea.* Ipsea oculos uitiosos habuit. scholion: i. si uis mulierem ducere. Ne sis callidus considerator in pulchritudine et neglegens in malis moribus illius et lasciuia ueluti sis cecior ipsea quae uitiosos oculos habuisse dicitur. 6) *uel* γ. rell. *aut.* — *de*hinc γ. rell. de *hic.* C: *de* hic deminuit. — Πυγ. — nates om. γC. Pygas autem graece (*G*raece fh) dixit nates mvafh, non *Pyas* ut ref. Q. Bφ: '*depygis.* depygis inquit i. de meretricibus. satis cernes, utrum sit nasuta uel alia membra habeat. *Pigya* (sic) proprie est redditio stupri. ponitur uero pro meretricibus.' 9) matronae γ. rell. po. inferius. 11) *ob* pulc. negl. pud. γBφ. rell. negl. pud. *propter* pulc. 12) *al*ta γBφ. rell. *ela*ta. *ueste accincta.* C. — Veneris *Theatinae* (*Te*at. Or.) *ad* Theat*rum* Pompeian*um* etc. C. Res incerta est. conf. Manso mythol. Versuche p. 225, ubi 17 aedes et sacella Veneris Romana notata sunt. Equidem delenda puto uerba *theatri Pomp.* cum Bφ: Haec autem adeo uilis fuit, ut in *templo ueneris* adulterium *perpetrasset.* γ insuper haec duo habet scholia non modo non cohaerentia inter se sed maxime disiuncta atque contraria: 1. *catia* inpudica mulier quae uestem usque ad talos dimittebat tegens pedes. quos habuit foedos. 2. *ni catia.* nisi forte *sit catia quaedam matro*na quae nudabat crura quae pulcra habebat. 13) schol. om. γ. C habet schol. Porph. 14) compellere mafh. 15) Interd. autem proh. om. mv. Delendum est *autem.* 16) *Custod.* — uestium om. γ. ἀλληγ. — uestium (fhQ) om. γG,mva. Alleg. cust. obs. γ. rell. om. Alleg. cust. *septa ac munita* C. 18) *ad lib.* om. γ. *Ardentem in* libidinem, *quod custodiatur*; semper enim *ad id* pl. C. amatorem γ. rell. om. 20) schol. om. G(Q),mva. *lectica.* uehiculum C. — *siue* equis γ. *et* equis fh.

ciniflones. Ciniflones cinerarii uulgo, qui calefaciebant ferrum, quo mulieres capillos crispabant. *Ciniflones* et cinerarii eadem significatione apud Veteres habebantur ab officio calamistrorum [id est, ueruum] in cinere calefaciendorum, quibus matronae capillos crispabant. Cuius rei et *Verg.* meminit dicens (A. XII, 100): *crines Vibratos calido ferro.* Dicti autem *ciniflones* ab eo, quod in cinerem flant ad calefaciendum ferrum, quos et *cinerarios* appellabant.

99. 100. *palla.* Pro *peripodio* posuit, quod dicunt *tunicopallium. Plurima.* Officiunt s. sunt. *inuideant.* Obstent. *Rem.* Corpus mulieris.

101. *Altera nil obstat. Cois tibi.* Altera, inquit, quae prostat, perlucida ueste utitur, ita ut nuda conspici possit; haec autem uestis in Co insula conficitur, per cuius nimiam subtilitatem quaeque [sunt] interiora translucent.

paene uid. est Ut nud. Prope ita eam potes uidere ut nudam. Sensus est: Paupercula induta est Coa ueste subtilissima, et ideo potes eam totam uidere, brachia, tibias et pedes, ueluti nuda sit.

105. *leporem u. u. a. in n. sectetur.* Inducit quasi canticum amatoris matronae; est autem canticum hoc: Venator persequitur leporem, ut capiat et captum contempnat. Amor meus huic similis, est, absentia et difficiliora desiderat et parata contempnit.

106. *positum.* · Paratum, adpositum in conuiuio, ut *Persius* (I, 53): *calidum scis ponere sumen.*

107. *Cantat et adponit.* Addit ad canticum, uel sociis adponit ad comedendum.

1) Ciniflones ecnerari. (sic) — crispabant. Cinifl. et cin. etc. γ. rell. om. 3) *ueruum* γ,mafh. *n*eruū v. 6) ad ferr. calef. mvafh. 7) *a*pella*bant* γ. rell. appellant. C. om. Dicti — appellabant. C: — calamistrorum, *qui acus et ueruta flando in cinere calefaciebant*, quibus etc. Bφ: 'Ciniflones et cinerarii *idem sunt* ab offitio calamistrorum in cinere caleficiendorum, quibus matronae crispabant (om. capillos). Unde uirg. uibratos calido ferro m*u*rraque merdentes.' Hoc schol. Acronis idem fere in Porph. est, ita ut alterum ex altero natum appareat. Et extrema pars addita est et glossa *id est ueruum* interpolata, quamuis neque *ueru* neque *uerutum* sit comendis capillis seruiens calamis*trum* (Plaut. Curc. IV, 4, 21), quod et *acus* (Isidor. Orig. XX, 13. Juu. II, 94), et *fistula breuis* (Nonius 15 n. 27) et *ferrum* uocabatur. conf. Ouid. A. I, 505. Qu*o*d Braunhardus temptauit *id est ferrorum*, ideo non probandum est, quod pluralis non usitatus erat. *Habebantur* omn. libri pro *dicebantur* (Porph.) siue uocabantur. 8) peripodi*a* γ. *ponitur*, quod tunicopallium *dici potest* C. 9) gl. ex γ. supp. sunt. C. rell. om. — inuide*bant* obstabant fh. Corp. mul. γC. rell. om 10) Pro lect. uulg. *praelucida* posui *per*lucida. uide infra et Tib. IV, 6, 13. Seneca de const. 18. ueste utitur γ. rell. utitur ueste. 11) Koo γ. ch*oo* G. cho, ut in lem. *chois* v. rell. *Co* et *Cois.* 12) quae*que* int. γ. quaec*um*que sunt int. C. rell. quae *sunt* interiora. Quae *intra* sunt Porph. scholio in γ praemissa sunt haec: *Coae* uestes dicebantur admodum subtiles. *Cois* uestis est quae conficitur insula *coo* perlucida. alii *cois* coctinis (sic). Altera etc. 18) similis *est* γ. rell. *est* huic similis. 19) deserat γ. contempnat (a in i mut.) γ. 20) sic schol. constitutum ex γ. totum om. C. fh: Id est oppositum in conuiuio (om. G,mvaQ), ad comedendum paratum G,mvafhQ. 22) Amplificaui lemma *adponit.* can*ti*cum γ. rell. can*tum.* conf. schol. praecedens. C: *apponit.* in conuiuio edendum.

109. 110. *Hiscine uers.* Quod cantare dixit, quibus uenatori amorem suum comparat.

curasq. gr. Quas patiuntur, qui matronas amant.

111—113. *Nonne cup. — Quaerere plus prodest etc.* Nonne satius est quaerere, quem finem cupiditatibus natura statuerit, quid tolerare possit, si denegetur, quid denegatum sustinere non possit? Multum tibi prodest quaerere, quid doleat natura uel ferat. Ordo est: Nonne quaerere plus proderit: Quid negatum [sibi natura sit] latura, uel: Quid negatum dolitura est natura?

113. *inane.* Inutile.

[*abscindere.* Discernere.] *Abscindere soldo.* Pro utili, et est figura detractio, [*soldo* pro solido] i. e. utilia [ab] inutili(bus?) separare. *Solidum* est manducare panem, *inane* autem, phasianum.

114—118. *num t. c. f.* Simile argumentum.

tument. Libidine inflammantur.

tentigine. Distensione nerui, libidine, quod uenas tendat.

119. *non ego.* Id est: nolo rumpi tentigine i. e. extensione [uirilis membri], sed in praesentem uenerem inruere.

parabilem amo uenerem facilemque. Facilem, quae propter utilitatem sine dilatione est. *Parabilem.* Id est, uiliorem pretio. Et hi uersus ex Graeco translati sunt.

120. 121. *illam p. paulo.* Id est, illam, '*post paulo uenio*' quae dicit. '*Si exierit uir,*' Philodemus dixit. *Gallis.* Relinquo.

Sed pluris. Pretii maioris, quia difficilia cariora sunt.

1) *eum* γ, ut Porph. rell. amatorem. 5) fin. cup. γ. rell. cup. fin. 7) Sensus potius quam ordo est, nam *proderit* posuit pro *prodest* atque orationem directam pro obliqua. 8) sibi natura sit G et omn. edd. — *uel* — natura. γ. rell. *et* quid dolitura. 10) Inutile om. mva. 11) Discernere om. γ. — Pro γ rell. om. 12) soldo pro so. om. γ,mva. *ab* om. γ, ut in Hor. uersu. *Separare* sine praep. *a* usus freq. apud Ouid. T. I, 9, 28. H. XVIII, 173. Lucan. IV, 75. ab inuti*li* omn. libri. scribe inutili*bus* aut in*utili re*, ut Bφ: inu*tilia* separare quae attingere non potes *ab utili et stabili re,* quam contingere potes. C: *abscindere.* allegoricos, inutilia ac uana, ab utilibus et necessariis praecidere et separare etc. 13) *fa*sianum. conf. Suet. Vitell. 13. nullus liber habet phasian*am* (auem). Plin. XI, 33. Martial. III, 15, 16. 16) Dist. ne. lib. q. ue. tendat γ. Libidine q. ue. tend. dist. nerui fhQ(G?). om. mvaC. 17) *dis*tensione membri uirilis C. *uirilis membri* mvaQ. rell. om. 18) *in*ruere γ. *ir*ruere mv (*iuu*rere). rell. ruere. inruere in uenerem, ut *in odium.* Cic. Verr. Act. I, 12. conf. ad Acr. argum. Epod. XII. 19) quae γ. rell. om. 20) est γ. rell. om. est *id est* uiliorem pretio et γ. rell. dilatione. Parabilem pr. *ui*liorem. — Parabilem — sunt. om. m. — Hi autem uersus *ex Philodemo Poeta Epicureo* translati sunt C. 21) Hi uersus in relictis Philodemi epigrammatibus non leguntur. conf. Anthol. Gr. II, 5, 71 ed. F. Iacobsii, qui in Verm. Schr. V, 264 et Wolf. Anall. II, 5, 357 hoc epigr. nouum esse probauit. 22) Scholia *Id est — Relinquo* ex γ. Vulgo: 'Id est, illam, *quae dixit: ueni*, si exierit uir.' C: *illam paulo p. Ordo* est, Philodemus ait illam quae *dicit, paullo post,* supp. *ueniam,* aut, *sed pluris,* id est, non tam uili pretio: aut ueniam, si uir meus exierit illam inquit relinqui debere Gallis, matris Deum sacerdotibus, qui concumbere non possunt. aut Gallis, id est, barbaris hominibus etc.

Gallis, hanc Philodemus ait. Gallis, quia autproniores sunt in uenerem, aut multum donant. [Ordo est: Illam post paulos quae dicit: ueni, si exierit uir, Philodemus dixit, Gallis relinquo]. *Philodemus* autem quidam philosophus fuit physicus (Cynicus?), qui Gallos multum donare mulieribus dixit, aut quasi diuites, aut quasi in libidinem proniores. *Alii* dicunt, Epicureum fuisse, qui cum multa de eadem secta scripsisset, dicens de muliere difficili ait: Gallis haec danda est ministris matris Deûm [sacerdotibus], qui concumbere non possunt. Dicit Horatius: Quantum, inquit, ad me pertinet, potius amplector meretricem nec nimis promptam nec nimis duram, sed inprimis perduram, post uero facilem. Quae etiam pluris pretii erit, id est, acceptior alicui uiro Gallorum, qui adulteria magno pretio mercantur, uel quia nimium abundant diuitiis, siue quia incensioris sunt libidinis, ut sit ordo uerborum talis: ego namque amo uenerem facilemque *illam paulo post sed pluris* id est, acceptiorem illi, si exigeret uir Gallus. *Hanc Philodemus ait sibi* placere.

122. *Stet.* Aut pro constet, aut stet in lupanari.

rectaque sit. Non gibberosa.

123. 124. *candida.* Sine uitio corporis. Haec sententia Horatii est: Ne deprehensus aut pecunia se redimat, aut ab adultero ad reddendam contumeliam constupretur, aut certe manifestus adulterii reus cum ad iudicium productus sit, condempnatus fiat infamis.

hactenus. In tantum.

Nec magis alba uenit q. d. n. u. Ut nolit se inlecebrosis fucis ornare. *Alba uelit.* scilicet esse.

125. *dextro.* Lateri meo et meo corpori.

126. *Ilia et Egeria est.* Istius modi mulier cum mecum inierit, do

1) qu*ia* γ. rell. *qui* pro*mptio*res G,mva. rell. pro*n*iores. utrumque recte dicitur. illud uel proferrem, si per net. codicem liceret. *Ordo — relinquo* om. h. l. γ,mva. 3) γ: *Gallis* i. qui solent magno pretio emere *flagitia* γ. *ait.* relinquo. uolo illam gratam γ. 4) ph*i*sicus γ. *pi*sicus v. rell. physicus. Bφ: Philod*a*mus. Philodamus epicureus cinicus uel cined (cinaedus?) more canis uiuens sicut epicurei. D: Philodemus epicu*rus* cinicus more canis uiuens sicut epicu*ri*. Glossa in γ: Philodemus. epicu*rus* fuit. 5) pro*n*ptiores v. proptiores a. 6) de *eadem* muliere mva. rell. om. 7) ministris γ. rell. om. sacerdotibus mvaQ(G?). om. γ,fh. Dicit Horatius Bφ. Scholion *Quantum — sunt libidinis* petii ex γBφ. 10) sed *inprimis* perd. γ. sed *primum parum* perd. Bφ. *inprimis* h. l. intellege *primum*, ut Cic. Attic. V, 1. Sal. Iug. 26. 12) *ha*bund. γBφ. incensioris lib. sunt Bφ. 15) *ait sibi.* placere γC. 16) pro constet γBφ. C: aut stet in lupanari γ. 17) Non gib*be*rosa γ. non gib*bosa* C. rell. om. Gib*bus* et gib*bosus* rariores sunt formae quam gib*ber* et gib*be*rosus. 19) adulter*io* γ. 21) conde*mp*n. γ. 22) tantum mē hoc sit γ (sic. aut tantum inest, hoc est, sit, aut tantum munda hoc est sit). 24) s. esse γ. rell. om. 25) dextr*o* γ, ut omn. Pariss. Ambr. Fran. Barc. Bern̄. K (dex*to* — laeu*o*) ABC. lateri meo Ambr. et γ qui addit: meo corpori. 26) *Ag*eria fh, non *Ae*geria (Q). Aegeria a. v: *Haec u. s.* = supposuit, non *scilicet* (Q). *huius* modi mulier. Ilia et Egeria est. *Istius* modi muli*eri* cum mva. illi fh. rell. om.

nomen [illi] Iliae et Egeriae, quae speciosissimae fuerunt. *Ilia.* Mater Remi et Romuli. *Egeria.* Nympha uxor Numae Pompilii.

127. *Dum futuo.* Facio.

129. 130. *uae pallida.* Quidam putant *uepallida* unam partem orationis esse, quomodo *uesana*; sed magis diuidendum est, ut *uae* interiectio sit feminae timentis ac perturbatae.

desiliat m. Mire ostendit, ab ipso lecto fugam esse faciendam.

conscia. Ancilla conciliatrix.

130. *lecto Desiliat mul.* Adulterii scilicet sui. *Mulier.* Ipsa mulier.

131. *cruribus h. m.* Propter tormenta.

doti depr. Quia antea adulterae dotem tantummodo perdebant.

132. *discincta tunica.* Quia omnes apud antiquos toga se cingebant, aut quia omnes antea militabant, aut quia cingebant sese subarmali [situm] et ita procedebant omnes. *Fugiendum.* Si deprehensus fuero, mire dixit, [ostendit ab ipso lecto fugam esse faciendam].

133. *Ne numi pereant.* Redimendo adulterio. [Quibus adulteri redimebant adulterium.]

134. *Fabio uel iud. uincam.* *Fabio.* Moecho. Satis urbane significat, Fabium pro adulterio iudicaturum, si iudex in hanc rem constituatur, qui harum rerum et ipse sectator sit, tamen miserum esse deprehendi: [et] probe [ait]; nam si istum, qui est adulter, interrogem de qualitate adulterii, respondebit, malum esse, et probare poterit, quod non expedit adulterari. Suspicari debemus, hunc adulterorum fautorem esse potuisse.

PORPHYRION.

1. 2. *Amb. coll. pharmacopolae.* Marcus Tigellius Hermogenes musicae artis scientia praeditus C. Caesari dictatori fuit familiaris, postea

1) Ilia — romoli γ. Ilia mater *fuit* Romuli et *Rh*emi C. *Egeria* nimpha Pompilii. γ. Eg. ny. Nu. Pompilii, om. uxor. C. Tacio γ. rell. om. 6) *ac* γ. *aut* fh. *et* tacite inculc. Q. ut uae (uae*h* a) sit interiectio mva, om. fem. tim. ac pert. 9) Adult. — mulier γ. rell. om. 13) sub *arma situm* fh. *sub armale situm* mva. sese *siue* sub armale suū γ. subarmale *suum* GQ. Locum uitiatum esse patet. Ablatiuus ponendus est, ut Plin. XXVIII, 4. Pro subarm*ale situm* uel *suum* scripserim subarma*libus*. Schol. *Si — faciendam.* γ. 16) Red. adult. γC. rell. om. Quibus — adulterium om. γC. 18) Mecho γ. rell. ipse om. fh. 20) *est* depr. γ. rell. *esse.* et om. γ. ait om. γ. 22) probare γ. rell. probar*i*. Bφ: *fabio.* Loquitur quasi in adulterio deprehensus. et si non aliter uincam accusatores tamen fabio iudice i. quamdiu ille iudex fuerit uincam ego quia ille adulterii sectator est. et amare fabium denotat. Hoc schol. tractauit in Mus. Rhen. 1845 p. 147 Grotefend, qui comparans *Stoicum loquacem* (S. I, 1, 14) ueteres interpretes adlusionem non intellexisse dicit. —

PORPH. Sermo secundus ad Mecenatem 2.

26) Amb. coll. *f*armacop*u*lae M (pharmacopulae 1 m. γ). Marcus MA2(G?Q). M. Tig. vaC. om. fh. Tigellius M1va(G?Q). Tigell*us* fh. Tig*i*llus RD. 27) scienti*ae praed*itus M. Halm.

Cleopatrae, quia dulciter cantabat et iocabatur urbane. Augusto quoque ita placuit, ut inter familiares [ac] domesticos haberetur. Erat autem largitor adeo, ut omnibus musicis et circulatoribus multa donaret, et ideo morte eius tristes illos ait factos esse. Porro autem causam insectandi hominis non mediocris ingenii habuit Horatius, quod carmina eius parum scite modulata esse dicebat. *Ambubaiae* autem sunt mulieres uagae ac uiles, quibus nomen hoc causa uanorum et ebrietate balbutientium uerborum uidetur esse editum. *Nonnulli* tamen *ambubaias* tibicines Syra lingua putant dici.

balatrones. Balatrones a balatu et uaniloquentia dicuntur. Colligit autem, hac satira fere homines, dum uitia uitent, in contraria uitia recidere.

7. *hunc s. perconteris a. c. a. p. et reliqua.* Si interrogaueris alium, inquit, cur maiorum suorum bona mutuatus pecuniam deuoret, respondebit, nolle se uideri sordidi pusillique animi. Et erunt, qui eum laudent, alii uero, qui uituperent.

9. *conductis — numis.* [*Conductis numis*] foenore sumptis, eleganter dixit, sicut *conductae* operae dicuntur [eius, cui], quibus merces ob opus praestatur.

12. *Fufidius uap. fam. timet ac neb.* Id est, timet, ne, si non acriter usuras exegerit, *uappa* dicatur ac *nebulo*, id est, uilis ac nugatorius.

14. *quinas hic capiti mercedes exsecat. Mercedes* pro usuris dixit secundum illud superius quod dixerat *conductis numis. Exsecat* autem *capiti* ad illud pertinet, quod auari foeneratores, cum dant usurariam pecuniam,

praed*ict*us Q. p. XXXVI. scient*ia* praed. R2,afh. *senten*tia praed. v. musicae artis perit*issim*us C, (Acr.) om. scientiae. scientiae *perit*us (G?Q). musicae artis *expertus.* ualde largus D. *scientiae* uocem noli putare interpolatam, ut sit *artis i. scientiae* sed genitiuum scienti*ae* ortum ex u. *artis.* scientia artium Cic. Orat. I, 6. *scientia praeditus,* ut sensibus pr. Cic. N. D. I, 8, bonitate Cic. Dom. 42, crudelitate, metu, modestia al. — Gaio M. familiar*is* M.

2) *ac* omn. edd., om. MR2G. Utraque uox *famil.* et *domest.* tamquam nomina et subst. et adi. in usu erant, *familiaris* autem *domesticus* quidem, non *domesticus fam.* dicebatur. 3) lar*gitior* M. Halm. et 2 (m. 1 corr.). rell. largi*tor*. conf. Acr. 4) mort*em* M. *eos* ait vafh. rell. *illos* ait.factos *dicit* 2. Verba *Porro* — dicebat Mus. Rhen. Nou., 473 Teuffel. interpolata dixit. C. Is fortasse carmina Horatii negabat satis perite et modulis suis descripta, et iccirco carpitur ab illo. 6) *ac* M. rell. *et. casu* M. rell. causa. 8) *in*ditum afh. 9) bala*tru* R. 10) sat*u*ra M. 11) per*cun*ct. fh. — *il*lum afh. 12) *bona* MRA2. recte. rell. *mores. mutua*tus A2. mu*tat*us MR. *ui*tatus v. *uitans* afhCQ. 14) uero MAR. rell. om. 15) Cond. num. om. M. 16) sicu*ti* R. Insanam esse lect. uulg. et codd. et edd. conduc*ti* ope*re* unus Ascensius uidit scribens conduc*tae* oper*ae* i. e. *operarii.* conf. Cic. Sext. 50: operae conductae. Cic. Verr. 1, 56: quantum paucae operae fabrorum mercedis tulerunt. Cic. Harusp. 13: numos diuidere operis tuis i. e. conductis. *eius cui* MR2. rell. *ii* (ei Q) *quibus.* Pro *eius cui* scribendum puto *quibus,* cum *cui* pro *a quo* non ferendum sit. 18) timet nisi non acr. MRA2G,v. *non* om. fh. tim. *ne nisi* acr. Q. tim. *si non* a. Scripsi: tim. *ne, si non* acriter, lit. i mutans in e. 19) ac om. MR. (exegerit. Vappa nebulo, ut va). exegerit, *V*appa *uocetur. Ac nebulonis*] *Nebulo* dicitur uilis ac nugatorius fh. — nuga*tor* R. (Acr.). 20) *exigat* MG. rell. exi*git.* 21) quod dixerat om. fh. — capi*d*i M. 22) *u*eneratores M. nec. usur. 2.

primi mensis usuras capiti ipsius sortis statim mouebant; hoc est ergo *exsecat.*

15. *quanto p. q. c. t. a. urget.* Ac tanto, inquit, grauioribus usuris onerat unumquemque, quanto intellexerit, eum neglegentius res suas agere.

16. 17. *nomina s. m. s. u. u. s. p. d.* Dicit, eum tam praecipitem esse auaritia, ut non dubitet, etiam filiis familias cum periculo exigendi pecunias credere, dummodo credito suo graues usuras inponat.

18. *pro quaestu s. f. h. uix cr. possis.* Hoc per ἀνθυποφορὰν dicitur; cuius sensus est: Sed putet forsitan aliquis pro modo quaestus sibi eum indulgere, cui haec respondet: *uix credere possis, quam sibi non sit amicus.*

20. *ita u. pater ille Terenti f. q. miserum et reliqua.* Notus est apud *Terentium* (Heautontimor.) Menedemus ille senex, qui de se paenas exigit, quod filium a se per duritiam sui fugauerit.

25. *Malthinus t. d.* Sub Malthini nomine Quidam Maecenatem suspicantur significari, ab re tamen nomen finxit; *maltha* enim μαλακὸς dicitur. Porro autem tunicis demissis ambulare eorum est, qui se molles ac delicatos uelint haberi.

27. *Pastillos Rufillus ol. Gargonius hirc.* Haec quoque exempla ad inmoderatam intemperatamque uoluptatem pertinent: alii quippe munditias plus iusto adfectant, alii nullam corporis sui habent curam.

28. *sunt qui nolint t. n. i. q. s. t. r. i. u.* Matronas significat; hae enim stola utuntur ad imos pedes demissa, cuius imam partem ambit instita adsuta.

31. *Quidam n. h. c. exiret fornice, macte.* M. Cato ille Censorius cum uidisset hominem honestum e fornice exeuntem, laudauit existimans libidinem conpescendam esse sine crimine. *Macte* autem *magis aucte*, id est, *cumulate* significat.

36. *nolim laudarier, inquit.* Caius Cupiennius Libo, Cumanus, Augusti

1) capit*is* M2R (capititis corr.) G. stat*um* M. statim (corr.) G. *fatum* R. rell. sta*tim*. mouebant MR2G. *ad*mon*e*bant v. *a*mouebant afh. 2) *ex*secat MA. exectat R. ex*igat* 2. ex*icat* v. exi*git* afh. 3) urg*u*et M. 6) exigen*do* fh. 8) posse*s* M. per ΑΝΘΥΠΟΘΡΑΝ M. spat. uac. in RG. per υπόφοραν va. καθ ὑπόφοραν fh. 9) put*at* fh. rell. put*et*. for*san* vafh. aliq*ui* M. 10) respondet *hic* 2. Verba *uix* — *amicus* om. fh, qui habent: respondet. [*Pater ille Terenti*] Notus et q. seq. In *a* est lemma: *Vix* — *reliqua.* 13) su*am* fh. 14) Mal*th*inus M2(G?Q),vafh. Mal*ch*inus — Mal*ch*ini R. 15) significa*re* vfh. om. 2. — nomen om. vafh. 17) nol*u*nt haberi 2. uel*i*nt haberi MR(G?Q). Edd. hab. uelint. 18) g*a*rgonius MG, ut uett. codd. Hor. Bernn. KC Ambr. Graeu. Frau. Parr. γII (gorg. EDφIMOP) .g*å*rgonius B. g*ao*rgonius Bern. A. 20) *adf.* M. 21) nol*u*nt G, ut nonnulli uett. codd. Hor. Ambr. Bern. B Parr. φB (1 mut. in u) IMR etc. — h*ae* AR,v. h*ac* 2. rell. *haec.* 22) *di*missa 2. — *ins*ita *ads.* MR. 24) Censori*nus* afh. 25) *e* forn. M (Halm. Q tacet p. XXXVI) R2. *est* v. rell. ex. 26) autem om. fh,u. *Macte* tamquam nou. lem. ponentes. 28) inquid M. *Ga*ius cupennius A2. gauius cu*pen*ius M (Halm. Q p. XXXVI: Cupi*en*ius). Caius cu*pp*ennius R. C. 2. C. Cuppe*n*ius v. C. Cupennius a. Caius Cu-

familiaritate clarus, corporis sui diligentissimus fuit, sectator matronarum concubitus [adpetens?]. *Albi* autem non pro *candido* uidetur mihi dixisse, cum utique possint et uulgares mulieres etiam meretrices candidae esse, sed ad uestem albam, qua matronae maxime utuntur, puto relatum esse.

37. *Audire est o. p. p. r. q. moechis n. u. u. o. p. laborent.* Urbane abutitur Ennianis uersibus: *Audire e. o. p. p. r. Q. r. r. L. a. u.* Sed illud urbanius, quod cum Ennius *uultis* dixerit, hic *non uultis* intulerit.

39. 40. *utq. illis c. d. u. a. h. r. c. d. i. s. pericla.* Merito hoc dicitur, cum adulteris ut raro contingat concubitus earum, quas sectantur, et ipso metu periculi (ii?) non sinceram inde uoluptatem percipiant.

41. *ille flag. a. m. c.* Hoc de C. Sallustio uidetur dici, qui deprehensus ab Annio Milone in adulterio Faustae, Syllae Felicis filiae, uxoris eius, flagellis caesus est.

42. *dedit h. p. c. n.* Ne testes ei abscinderentur, paenam pecunia redemit.

44. *Hunc perminxerunt calones.* *Perminxerunt* pro *stuprauerunt* positum est. *Calones* autem serui dicuntur a calando, hoc est, quod uocentur ad ministerium. Nonnulli a Kalendis putant, quod ea die cibaria accipiant.

45. *quin etiam i. a. et reliqua.* In adulterio deprehensis ait interdum euenisse, ut uirilibus amputatis dimitterentur.

p*ienn*ius (G?Q). praenomen C. om. fh. Cupiennius omn. fere uett. codd. Hor. Ex Pariss. BφP hab. cup*enn*ius, Bφ cum scholio: caius cupennius — sui sect. dil. *fuit.* matronarum conc. *appetens.*

1) dil. *fuit* MRBφ. rell. om. Participium *adpetens* mihi ideo uidetur addendum, quod *sectator concubitus* recte dici nequit. Sectator cum genitiuo aut comes est, ut *Galinii* Cic. Rab. Post. 8, aut adsecla discipulus, ut sect. *Aristotelis* Gell. XIII, 5, eloquentiae aut philosophiae ibid. XIX, 5. Absolute apud Cic. Mur. 34: lex Fabia, quae est de numero sectatorum. quid opus est sectatoribus? Tac. A. IV, 68: neque omiserat coniugem liberosque percolere *sectator domi.* Et pluralis *concubitus* praeferendus est. 2) mihi uid. 2. poss*u*nt R. 3) *et* mer. 2. 4) *puto* rel. *esse* MRA2(G?Q). Edd. utuntur puto rel. *est* v. utuntur relatum est, om. puto, afh. 5) Lemma *Audire -- laborent* MR(G?Q). rell. *Audire -- recte.* praecium, infra pre*ti*um M. 7) ille afh. rell. ill*ud.* 9) *ut* raro MR. rell. om. *ut. ut raro* defendi potest. conf. Plaut. Capt. I, 2, 62: *ut saepe* summa ingenia in occulto latent! Hor. C. I, 11, 3: *Ut melius* etc. Cic. Attic. II, 21: ut ille tum humilis, ut demissus erat! 11) Gaio Sall. M. — di*cit* afh. *dicit dici* v. (non dici*tur* dici ut ref. Q). rell. *uidetur* dici. Acr. uid. dic*ere.* a*n*io M. 12) Faus*tulae* R. syllae *felicis* filiae A2G. syllae f*ae*licis filiae R. syll*e* feli*cae* filiae M (neglexit Q). s*i*ll*e* felicis *fi*lice (non felice ut ref. Q). Syllae Felicis ux., om. *filiae,* a. Syllae (S*u*llae Q) filiae ux*or*, om. *Felicis,* fh. S*u*llae filiae uxoris Q. 13) flagellis MRA, ut Acron. rell. om. (Q p. XXXVI: post *eius* adde ex *codd. flagellis.* 14) penam M. re*di*mit Q (corr. p. XXXVI). 16) per*mix*erunt (bis) M (negl. Q. p. XXXVI). *N*unc permi*nx*erunt. perm*ix*erunt AR (sic) G, qui prius n expunxit. perminx. cal. perm*is*erunt v. perm*in*x. (bis) afh. 17) calando. *Et* hoc vafh. rell. om. — uocen*tur* (RA2(G?Q). uoc*e*tur M (Halm.). rell. uoc*ent.* 18) *ea* M (negl. Q) RA2,va. *eo* fhQ. -- accipi*eb*ant 2. 20) *ait* AR. a*u*t M. interdum ait Asc. rell. om.

46. *Iure omn. Galba neg.* Subaudiendum hic extrinsecus: *factum dicebant.* Est enim totum tale: Iure omnes factum dicebant, Galba autem negabat. Amare autem Seruium Galbam iuris consultum perstrinxit, quasi contra manifestum ius pro adulteris responderet, quia [et] ipse adulter esset.

47. *Tutior at quanto merx est in cl. sec. Libertinarum dico.* Ait, multo quidem tutius esse, libertinae conditionis mulieres sectari. Quas tamen si cupidius quis adpetat, ut Salustius Crispus, in eandem infamiam corruptorum morum incidere.

48—50. *Sall. in quas — quaque mod. Munifico esse licet.* Hoc est, quantum permittitur, saluo modestiae temperamento largiri.

55. *Ut qu. Marsaeus am. Originis; ille — mimae.* Mima quaedam, nomine Origo, fuit iisdem temporibus, in quam Marsaeus patrimonium suum inpendit.

58. 59. *unde f. m. g. q. r. t.* Hox ex persona sua Horatius dixit intellegi uolens, ex nimio mimarum aut meretricum amore uexari quidem censum, sed multo grauiora dampna famae accidere.

an tibi abunde p. s. e. n. illud quidquid ub. off. euitare. Euitare accipe, quia sic plenum sit: An tibi abunde personam satis est euitare, non illud, quidquid officit, euitare. Ait, non satis esse personam matronae euitare, nisi etiam illud, quidquid nocet atque officit, euites.

rem p. oblimare. Oblimare conterere significat, ut quae a fabris limantur.

quid inter — Est i. m. a. peccesne togata. Negat, interesse quicquam, utrum quis in matrona an in ancilla an etiam in adultera delinquat, se-

1) factum dicebant M(G?Q),v. factum . . spat. uac. . . dicebant 2. factum *dis*cebant a. extrinsecus. Iure omnes, factum dicebant. Galba etc. fh, om. Est enim totum tale. 4) respon*det* M. et om. MRG. 6) Tucior *ad* quan*tum* mer*s* M. meres E. conf. lib. de cod. Barc. p. 22. *mos* R. — Lemma in fh: *At merx.* Verba *Lib. dico* ad lemma, non ad schol. (Q) pertinent. *Aut* M, ut supra ad u. 45. *At* multo quidem R2. At q. multo v. rell. *ait.* tocius M (Halm.). tutius *est. esse* lib. 2. 7) mul. sectari MR. rell. sect. mulieres. 8) *ad*p. M. Sa*ll.* M. — in *ea*dem infami*a* MR2G. in *ean*dem infami*am* A,Q. in candem om. vafh. 10) Lemma plenum in R. Sallustius — moechatur (om. at — suaderet). quaque — licet M. rell. quaque — licet. 11) perm. *Sallustio* mod. afh. perm. *Saluo* A. perm. alu*um* M. rell. perm. *aluo.* Recte scribitur *saluo* mod. *temperamento,* ut: *saluo officio* Cic. Rosc. Am. 1. saluo ordine Stat. S. V, 181. saluo iure amicitiae Cic. ad Diu. XIII, 77. salua conscientia Seneca E. 117. conf. Plin. VII, 24: *certo* temperamento. Justin. II, 7: *tanto* temperamento. 12) Ut — ille mi*n*ae, om. Qui patr., M. Mi*na* quaedam M (Halm), v. 13) *his*dem MR. eisdem Q. rell. *iis*dem. 14) inp. M. 16) aut mer. om. M. 17) mult*a* M. rell. mul*to.* grauior*i* v. 18) *ha*bunde MR. Propter iter. uo. *euitare* fh. om. *Euitare acc. — off. euitare.* qui*d*quid M. quicquid omn. fere uett. codd. Hor. h. l. 22) ut om. R. 24) pecces*ue* M, ut omn. fere uett. et recc. codd. Horatii. pecces *ne* I. pecc*as* ue Bern. E. pecc*asue* G(Q),v. — quiequam M h. l. conf. u. 60. 25) qu*i* R. an anc., om. in R. — de*sig*nat M. de*linquit* vfh. rell. delinqu*at.*

cutus opinionem Stoicorum, qui omnia peccata paria esse dicunt. Nec enim rei admissae quantitatem sed admittentis uoluntatem spectant. Togatae autem in publicum procedere cogebantur feminae adulterii admissi conuictae.

64—66. *Villius in Fausta Syllae g. h. m. u. Nomine dec. pen. dedit.* Villius pro Annio dixit. Annius autem Milo maritus fuit Faustae, Cornelii Syllae filiae, qui a familia Longareni (?) adulteri uxoris suae, rediens a caena ante aedes suas, ne adulterum deprehenderet, pugnis caesus est et ferro perterritus; quem ait nulla alia re in hanc iniuriam ac contumeliam recidisse, quam quod magnae nobilitatis uxorem habere adfectauerit.

68. *huic si Muttonis u. m. t. u. d. h. a.* *Muttonem* pro uirili membro dixit *Lucilium* imitatus; ille etenim in VIII (Lucil. fragm. VIII, 11 Gerl.). sic ait: *A laeua lacrimas Muttoni absterget amica.*

72. 73. *at q. m. m. p. i. d. o. n. suae.* Quanto meliora monet, quam quae tua natura aestimas. Bene autem dicta *diues opis suae naturae,* quoniam, quantum est in ipsa, non denegat uoluptatem simpliciter quaesitam.

76. *tuo u. r. labores n. r. p.* Tuo uitio laboras, si matronam concupiscas, rerum autem, si feminam.

81. *sit l. hoc Cerinthe t.* (Puer?) Cerinthus nomine prostitutus dicitur fuisse insigni specie atque candore.

83. *Adde huc q. m. s. f. gestat apertis et reliqua.* Adice nunc, inquit, ad commoda eorum, qui simpliciter meretricum concubitu contenti sunt, quod nullo lenocinio tecta aut fucata corpora in usu habent nudasque con-

1) o*pp*inionem M. 2) enim om. vafh. — *a*missae M (Halm.). admiss*i* R. quantita*te* M (Halm.). 3) f*ae*minae M (Halm.). 4) *Syl*lae M. infaustae *silae* G. conf. Acr. 5) a*n*io ut supra. — a*nn*ius M. 6) qui familia, om. a,M2G. longaren*ia* MG(Q)2 (2 m. del. i corr. longare*na*), v. rell. longare*ni*. *adulteri ux. suae* om. vafh. — rediens cena ante *e*des M, om. a. adulter*is* ux. A. red. a *cae*na R,v. 7) adulter*ium* 2. — pugnis *caesus* (*collisus plagis* C) non est p. interfectus sed contusus Plaut. Bacch. III, 3, 46, oneratus Plaut. Amph. I, 1, 172, ut *caesus pugnis* apud eundem Curc. I, 3, 48. Truc. IV, 2, 55, apud Terent. A. I, 2, 28: caesus *uerberibus*. conf. Hor. C. I, 12, 26. IV, 12, 8. ferro *perterritus* MR2G,v (perte*r*itus). recte. conf. Cic. Caecin. 9: *ferro* te reieci atque *perterrui*. *peti*tus (Hor.) afhQ. 9) *r*ecidisse MR2G(Q),va. *in*cidisse fh. 12) dixit MR2,vafh. dicit tacite inculc. Q. *posuit* 2. — etenim ille MG(Q). ille etenim R2. (*ex*enim v) vafh *a* laeua AG. *ale*ua M (sic Halm.) v. ait *Laeso iam* lachrym. afh. a lae*n*a lachrim. R. Muttonis. mu*tt*onem. muttoni MG(Q). mu*t*oni R,vafh. in VIII A. in u || M (Halm.). rel. IIII. aut 4. 14) quam *tu quae* nat. aestim*at* afh. quam *quae tua* nat. aestim*as* RGv (aesti*u*as). quam quae tue natura *es*timas M (Halm.). 15) autem om. fh, quia nou. lem. posuerunt *Diu. opis nat. suae*]. suae (sue M) nat. MR2. rell. nat. suae (Hor.). 17) concupisc*is* R. conc*upas* rerum autem *siue* faeminam M (Halm. conf. Q. p. XXXVI). rell. con*cupiscas*. lect. vulg. *rerum autem si faeminam.* 19) sit licet *hoc ce*rinthe tuum M,v. Sic licet *hoc ch*erin*te* tuum R. Sit. l. h. c. t. *ch*erin*tus* a (sic). Lemma in s: *ce O* Ch*ae*rinte] Ch*ae*rin*thus*. conf. Acr. — Cerinth*i* nomine coni. Ritter. Exspectamus u. *puer*. C: pulcherrimum *scortum*. 21) Adice M (uon v, ut ref. Q). *addice* G. rell. adyce R,a uel adiice vafh. *huc* vfh (Hor.). codd. *nunc*. 22) *a*commoda M. 23) nu*das*que MR2 (nus*di*que v). rell. nu*da*que.

spiciunt. Matronae autem si quid formosi habent, id solum ostendunt; quod reprehensibile est, magnopere occultant.

86. *Regibus hic mos est, ubi eq. merc. opertos Inspic.* Reges cum equos emunt, opertos considerant, ne, si speciem eorum mollities ungularum destitueret, capti pulchritudine inutiles equos mercentur, uidelicet utilitatem pulchritudini praeponentes. Hoc ergo dicit: unumquemque debere facere circa contemplationem mulieris, ut magis utilitatem quam speciem formae eius aut (nobilitatem?) natalium sectetur.

91. *Hypsaea caec.* Plotia Hypsaea uitiosos oculos habuisse dicitur; quam hic amare in transitu percussit.

94. *matr. praeter faciem nil c. p. Caetera, ni Catia est dem. u. teg.* Praeter faciem nihil cernere matronae possis; reliquae enim corporis partes ueste celantur, nisi forte Catiae similis est, quae ob pulchritudinem crurum pudore neglecto alta ueste utebatur. Haec autem adeo uilis fuit, ut in aede Veneris (propinqua?) theatri Pompeiani adulterium cum Valerio, Siculo colono ac tribuno plebis, obducto uelo admiserit.

96. *si i. p. u. c. nam t. et reliqua.* Si honestae feminae, quam conpellare non licet, propter quod maxime incenderis, concubitus adpetes, multa sunt, quae te inpediunt, quo minus perspicere possis, qualis sit, quam concupiscis. Vallo autem circumdata allegoricos dicitur i. e. custodiis septa ac praemunita.

1) formo*n*si M. 2) *perhen*sibile M (Halm.). repr*ae*h. va. magn*o o*pere Q ex G, ut ad Acronem, intulit. mag*nop*ere omn. libri. conf. Acr. 3) M fert inscriptionem: Egloga III (Ecloga III Halm.), ut quidam uett. codd. Hor. EBφD. Bern. C etc. In aliis, ut Bern. B, rubra tantum lit. init., in aliis, ut Bernn. AE Barc. etc., atra. In G,v noua satira significata est. Quidam, ut γ, et inscriptione et maiore lit. initiali carent. — *cum* MA2(G?Q). Reges equos *si* em. afh. *cum* et *si* om. R,v. *quando* Acr. *a*pertos fh rell. opertos. opertos *operant* cons. M (Halm.) 4) *ni*si specie*m* eorum molitiet (Halm. mo*lli et* Q) ung. destitu*ere*tur M. *nisi in* specie*m* eorum *moliti* et ung. destitu*ere* R. ne si speci*em* eorum mol*li et* ung. destitu*eret* 2. speci*em* A. ne si specie*s* eorum molli*ties* (molic*ie* v) ung. destitu*eret* vafh. *nisi* speci*e* eorum *molli et* ung. destitu*eret* G. *ne* si speci*e* eorum mollitie*s* ung. destit*uat* Q. ne si *pulchritudinem* eorum mollities ungularum destitueret C. Diuites prudentia callentes cum equos emunt opertos considerant, ne speti*ae* et magnitudine illorum decipiantur. ac per hoc potius ungulam pedis considerans (considerant). utrum nam mollis habeatur. *utilitatem uidelicet pulchritudini praeponentes.* similiter docet unumquemque debere *agere* circa contemplationem mulieris. *et* magis utilitatem quam speciem formae aut *nobilitatem* natalium sectetur Bφ 5) pulcrit. MA. — merc*ar*entur fh. — uidelicet util. pu. praep. om. vafh. 7) *ergo* codd. *igitur* vafh. 8) *nobilitatem* natalium Bφ. *claritas* natalium Tacit. H. 1, 49. sectet 2. 9) Hypsea cecior M. *ph*ocia *ipsea* M. (Halm. Yps*ae*a Q. l. l.) *Ploti*a Hi*p*sea R. P*lo*tia Hypsaea A. Pl*o*tia *Isea* 2. Isae*u* cecior *placia* Isae*u* v. *Placia* Hypsea afh. hab. fertur 2. 11) *nihil* cem. po. cet. ni cat*e*a M. 13) teguntur afh. om. v. rell. *celantur* (*cael.* R). — nisi forte ni cat*i*ae M (Halm. nicatiae Q. l. l.) nicatiae 2G. pul*cr*. M. 14) autem MR. rell. om. *ce*de M (Halm.). cum om. fh. 15) Valerio (ualeri M) *ac* Siculo Mv. Valeri*a* ac Siculo a. 17) compel*lere* afh. rell. compell*a*re. 19) t*ae* M. 20) con*spicis* afh. — *quod* est vafh. *ad*p. — *in*p. M.

98. *ciniflones parasitae.* Et ciniflones et cinerarii in eadem significatione apud Veteres dicebantur ab officio calamistrorum in cinere calefaciendorum, quibus matronae capillos crispabant; cuius rei et *Verg.* meminit dicens (A. XII, 100): *Vibratos calido ferro murraque madentes.*

99. 100. *plurima q. i. p. a. t. rem.* Hoc est: et alia plurima, quae non patiantur tibi corpus eius apparere.

101. *altera nil. obst. Cois t.* Altera, inquit, quae prostat, pellucida ueste utitur, ita ut uelut nuda conspici possit. Haec autem uestis in Kῳ insula conficitur, per quam ob nimiam subtilitatem, quae intra sunt, translucent.

105—107. *Leporem uenator ut alta In niue s. p. s. t. n.* Quemadmodum uenator fugientem leporem capere, adpositum autem in caena non uult tangere, hac specie matronam adpeti ait, quia non sit licitus ac facilis eius conplexus, meretrices autem fastidiri, quod copia earum sit in promptu.

cantat et adp. m. e. a. h. s. Amator, inquit, matronae hoc cantat.

108. *Transu. in medio.* Licitam uenerem transscendit ac fastidit.

109. 110. *his cine uers. s. p. t. et reliqua.* His uersiculis, quos cantare eum dixit, quibus uenatori amorem suum conparat.

111. *Nonne cup. statuat nat. mod. et reliqua.* Nonne satius est, inquit, quaerere, quem finem cupiditatibus natura statuerit, quid tolerari possit, si denegetur, quid denegatum sustineri non possit? *Quaerere* magis prodest. Negari autem sibi homo prudens ea tantum [non] aegre fert, sine quibus famem ac sitim frigusque submoueat.

1) et ci*nel*ones M. (Halm.). v. — *o*nerarii M (Halm.). parasi*ti* et *cinp*lones 2. 2) ca*lf*ac. G(Q). cale*fic*. R. cale*fi*end. 2. 3) et om. 2. *dicens* om. fh. *Crines* Vibr. fh. rell. om. 4) uibrat*o* v. m*yrrha*que afh m*ur*aque R. rell. m*urra*que. 5) *rem.* Rem R. 7) nihil M. — inqu*id* M. quae pr. *quae* lucida MG,v. prostat lucida afh. prostat *prae*lucida Q. conf. Acr. *per*stat R. 8) ita ut om. fh. — Kῳ MG. spat uac. in R. edd. Co. 9) translu*cet* M. 12) *ac* MG. rell. hac. — *spe* afh. rell. specie (spē 2). *ad*p. M. appet*ere* a (epp.) fh. 13) co*n*p. M. — quod M (Halm.). *qua* fh. rell. *quid.* 16) *his cine uersiculis* transuol*at* in medi*um* licitam — fastidit speras tibi et reliqua. his uersiculis MG,v, qui habet medi*o*. Hoc schol. om. R. — *at* fast. (G?)Q. rell. *ac.* Scholion in Acrone idem est. 17) His uers. om. R. quo MG. qu*os* R2. qu*od* Q. conf. Acr. rell. qu*ia*. 19) sta*bat* M in lem. (Halm.). statu*it* Acronis libri. stat*uat* (glossa in Bφ: imponat) omn. fere codd. Horatii. statu*it* Bern. B. Parr. I T. In Bern. A et Parr. FO man. 1 mut. a in i. — Verba *Nonne* — *non possit* eadem sunt in Acrone. inquid M. 20) cupi*diti*bus M (Halm.). cupidi*ni*bus R2 (Hor.). 21) *sed* deneg*a*tur M. quid deneg. om. M. to*ll*erare R.fh. toler*a*re a. — possis R. non possit om. A2. si den. sust. poss*is* R. 22) prudens *et* tantum (om. *non aegre fert*) sine quibus M2G. pr. *ea* tm̄ sine e quibus R. prudens *et ea* tantum *aegre fert* sine v (*et* negl. Q). prudens ea *non aegre fert* sine afh. pr. ea tantum non aeg. fert Q. Deleui *non* sententiae contrarium. 23) su*m*mou. M2,vafh. Pro uulg. lect. omnium librorum Allegoricos *et* Q posuit: Allegoricos; *est:* inutilia etc., id quod Porphyrionis sermoni repugnat. Rectius esset *id est*, quod in Acrone ad h. l. legitur, neque tamen necessarium; etenim *et* ex Horatii uersu est, atque C habet: *allegoricos* (scil. dictum s. dixit), *inutilia ac* uana ab utilibus *et* necessariis *prae*cidere *et* separare. *saep*erare M (Halm.).

112. *et inane abscindere soldo?* Allegoricos, et inutilia aut uana ab utilibus ac necessariis recidere ac separare.

114—118. *num t. c. f. u.* Satis eleganter ac probabiliter haec inferuntur. Ait enim, sicut qui famem ac sitim sedare cupiat, uasorum, quibus haec inferantur, delectum non habeat, ita rei ueneriae rationem esse, si quis ea[m] ex necessitate non ex deliciis aut praua persuasione uelit nosse.

119. *non ego n. p. a. u. f.* Quod ad me pertineat, inquit, ego certe non faciam, ut malim tentigine rumpi quam in quamlibet occurrentem necessitatem libidinis effundere; nam et illam malo, qua facile potiri possim.

120. 121. *illam post paulo s. p. s. e. u. G.* Haec distinguenda sunt, ut singula legantur. Ita demum enim significabuntur uerba eius, quare magno uendat et differendo amatorem cupidiorem sui faciat. Gallis autem has ait aptiores esse, quia Philodemus Epicureus, cuius sensum transtulit, relegat tales ad Gallos, qui magno adulteria mercantur, uel propter diuitias, uel quod incensioris libidinis sunt.

123. 124. *ut neque longa, Nec ma. alba uelit q. d. natura uid. d. n. u.* Hoc est: quae simpliciter agat, nec proceritatem sibi staturae aut fucis colorem mentiatur.

125. *haec u. s. dextro c. m. laeceum.* Hoc est, quod *Lucilius* ait in quinto (fragm. V, 25 Gerl.): *Et cruribus crura dilaxat.*

126. *do nomen quodl. illi.* Eleganter fingo mihi, in tenebris meretricem illam aliquam esse de nobilibus; per quod significat, non interesse, quae sit, cum eam non uideas, uel cum omnium eadem corporis natura sit.

129. 130. *uae! pallida lecto Desil. mul.* Quidam putauerunt, *ue pallida*

3) *Satis* om. vafh. Satis prob. ac. el. 2. — haec om. vafh. 5) inferuntur vafh. ha*bent* v. ha*bet* afh. — uenereae R2,a. Venereae fh. uene*rere* v. uener*iae* MG(Q). 6) e*a* ex MRAG. *eam* ex 2. *rerum* necessitatem vafh. 7) nosse uelit 2. 8) inquid ego M (Halm. inq. *a*go Q. l. l.). 9) quam *ubi libet necess.* a (v*bil*ibet a) fh. quam quamlibet nec., om in, v. quam inquam *liberos* currentem necess. R. quam inquam *libero* c currentem (sic) necess. M (Halm.) .quam inquam liber*oc* curr. necess. G. quam in *quamlibet occur*rentem necess. A(Q). 10) *facile* MRA2G(Q). publice vafh. 12) ita. Demum enim MR ita demum enim 2. rell. Ita enim demum. — significab*a*ntur 2,vafh. 13) cup. sui MR. rell. sui cup. 14) ait has R. *as h*ait M (Halm.). rell. has ait. actiores R. — *f*i*lod*a*mus M (Halm. *P*hilodamus Q p. XXXVII). philod*a*mus RG, ut Bφ. conf. Acr. Philod*a*n*i*us v. rell. Philod*e*mus. epicur*ius* M (gr. ἐπικούρειος). epicu*rus* G, ut uulgo uett. codices. rell. Epicureus. 15) rel*i*gat R. — qu*ia* afh. magno *pretio* Bφ. 16) s*u*nt MRBφ. rell. s*i*nt. 18) qu*a* fh. qu*e* M. 21) in VIII MA. in V° R2. rell. in *quinto*. — diallaxon MA. (Danielis addit: alt. uet. cod. *dialacon*) 2. di*alaxon* RG,v. *dilaxum* a. dila*xat* fhQ. 23) *illam* cicere uult Q, sed in Hor. est *illi*. 24) uideas *tum* cum M. uid. *sed* cum om*ni* ead. R. rell. uid. *uel* cum. 25) Ve *palli*da MR, ut haud pauci codd. uett. Horatii, inter quos Ambr. Regin., alii *uep*allida, ut KA, alii *ue pallida*, ut Parr. EOI (cum glossa *interiectio*) etc., *uae*: pall. Bφ, porro quidam aut pure aut cum siglo *uel* pall. ut Magdal. Barc. Bernn. BE, Parr. DMPT Geneu. etc., alii pauci denique *ne* pall. ut Par. 7983 chartac. aliique recc. ut Harl. 2642. *ue* palli*dam* MBφ.

nunc unam partem orationis esse; ut (*Persius* I, 97): *uegrandi subere coctum*, quod ait Persius Flaccus, ut significet *ualde pallida;* sed mihi uidetur *uae* imitatiuo charactere dictum, ut illa perturbata mariti aduentu hanc lamentationis uocem proferat.

miseram s. c. cl. Ancillam scilicet, quae conscia sit dominae in hoc adulterii facinore.

132. *Discincta tunica fug. est, ac pede nudo.* Ενεργῶς[, hoc est, otiose] expressa perturbatio adulteri de ipso lecto subito fugientis.

133. *ne numi p. aut puga aut d. f.* Ne deprehensus aut pecunia se redimat, aut ab adultero referenda contumelia stupretur, aut certe manifestus adulterii reus, cum ad iudicium profectus sit, condempnatus infamis fiat.

134. *Deprendi miserum est: Fabio uel iudice uincam.* Satis urbane: Si, inquit, Fabius pro adultero iudicaturus iudex in hanc rem constituatur, qui harum rerum sit et ipse sectator. [, malum esse deprehendi censebit].

SATIRA I, 3.

ACRON.

Omnibus hoc u. c. In hac *ode* docet, quod alter alterius uitia debet patienter ferre.

1) ue grandis sub ubere MG (*uegr.*) *negritudinis* sub *urbe* R. rell. *uegrandi.* recte, ut C. F. Hermann II, p. 22 not. 34. Muncker. ad Albric. I p. 301. O. Iahn. Seru. Verg. A. XI, 552. 2) ualde pallid*am* et Bφ, qui habent: — at uero *sapientioribus* uidetur *mimetico* caractere i. imitatiuo dictum *ue.* ut uxore pert. ma. adu. hanc lamentatio*nem uocis* proferat *a lecto consurgens. ue* inquit mihi. 5) Anci*llam* MR2,v. Ancil*la* afhQ. 7) Energos MG,v. Ενεργῶς A,hQ. 'Εναργῶς f. Aeneagros (sic) a. — otios*a* perturb. 2. adulter*ii* M. 9) nu*mmi* M et rell. libri. *puga* G (non, ut Q refert, v, quae habet p*y*gae), ut Bern. C (K: *fu*ga), cum rasuris ι≋ Bern. A Par. P., puga *uel* pi I., piga Par. Mb etc., *pie* Mon. M (Halm.), py*gae* Bφ cum glossa: propter redditionem stupri. Verba lemmatis *aut p. aut d. fama* om. afh. — se om. fh. 10) ab adulter*io* referend*am* contumel*iam cum* stupr. MR. referend*a* contumeli*a con*stupretur A. — manife*ste* 2. 11) iud. uenerit cond*a*mpn. Bφ. — condempn. M2. 12) uin*cas* M. Satis urbane *significat* fab*io* pro adulte*ro*. M. Satis urb. sign. fabi*um* 2. pro adultero iudicatur*um* si iudex 2, ut Acron. rell. Si, *inquit* Fab*ius* etc. Bφ: *fabio.* loquitur quasi in adulterio deprehensus. et si non aliter uincam accusatores. tamen fabio iudice i. quamdiu ille iudex fuerit uincam ego quia ille adulterii sectator est. et amare fabium denotat. 14) *et* ipse MRA. rell. om. *et.* Verba malum esse dep. censebit om. MR2G. recte, nam *uincam* supplendum est. Lectio codicis M ne sic quidem seruari potest: Satis urbane significat. *Fabio.* Pro adult*ero* iudicatu*ro*. *Judice, id est,* iudex *si* in hanc rem — sectator. De scholiis ad h. l. conf. Haupt. in Mus. Rhen. nou. III, 147.

ACRON. Nullae inscriptiones in libris Acronis.

19) Hoc argum. legitur in γ et fh, om. XG,mva. C habet longius scholion (Stoicos, qui magna sua uitia non cernentes, amicorum et aliorum etiam parua notabant restat ut maxima peccata aut moneant impunita, aut noua supplicia adinueniantur), in quo etiam haec dicta sunt: 'Quare simulat se Stoicum, ut ad eorum reprehensionem commodius accedat, *docens quod alter alterius uitia debet patienter ferre.*' *h*ode γ.

2. *rogati.* Etiam rogati.

3. *Sardus.* *Sardum* dixit, quod in Sardinia sit natus; Sardinia enim insula est.

4. *ille Tigellius hoc.* Quasi de noto dixit *ille.* *Hoc.* Quod dico.

Caesar. Augustus, sub quo Horatius.

patris. C. Caesaris.

Proficerit. Inpetraret, persuaderet.

6. 7. *si coll. ab ouo. Usque ad mala — citaret.* Ab initio prandii usque ad finem. *Ouum* enim initium caenae erat, quippe quod in egressu [gustu] statim a balneis offerebatur; *mala* antem in secundis mensis erant. *Citaret* autem i. e. clamitaret. *Citari* dicuntur, qui uoce clara citantur.

7. 8. *summa.* Acutissima, quae in summa parte organi est et ὑπάτη dicitur.

modo hac. Id est, tenera uoce, sicut chordarum nouissima teneriorem sonum emittit, quae in tetrachordo ima est. Haec eadem νήτη a musicis dicitur.

quattuor ima. Id est: post quattuor, ac per hoc quinta.

10. *nil aeq. h. f. i. Aequale.* Mediocre. Ut *Sallust.* de Catilina (c. 15): *citus modo, modo tardus incessus* [*erat*]. In omnibus ostendit inaequalem.

saepe uelut qui. Ordo est: Saepe currebat uelut fugiens hostem.

11. *persaepe u. q. Junonis sacra ferret.* Κανηφόροι apud Athenas hodieque dicuntur, quae sacra in capite portant et sensim incedunt et lento gradu.

12. *modo reg. atq. tetrarchas.* Subest imitabatur. *Tetrarchae* dicuntur, qui quartam partem regni imperatoris habent.

1) Etiam rogati γ. rell. om. Et hoc schol. om. XG,mva. Sardum — natus γ. Sardus *qui* (qu*ia* Q) in Sardinia *est* natus. Sardiniensis enim *incola* est fhQ. *quod esset* in Sardinia natus C. Sar*diensis* est *insula* γ. om. C. posui Sar*dinia.* Plin. III, 7. Mela II, 7. Martial. IV, 60, 6 et *insula* pro *Sardiniensis incola,* quod h. l. ineptum est. De hominibus et rebus (mel. Hor. A. p. 375) Sar*dus,* de rebus tantum Sar*dous* dicebatur, ut mare Sardoum Plin. III, 5. regna Ouid. F. IV, 289. Glossa de Sardinia insula ideo adiuncta uidetur, quod Sard*ius* dicebatur incola urbis Lydiae. Hor. E. I, 11, 2: *Croesi regia Sardis.* — *Desistant.* cantare gl. γ. 4) dix*isset* γ. — Quod dico γ. rell. om. 5) *et* Hor. γ. 7) Proficeret — persuaderet γC. rell. om. 8) *prandii* γ. rell. *coenae.* quippe *cum* γBφ, ut Porph. 9) *exitu* C. rell. *gustu.* Scribendum est *in egressu.* eff. γBφ. 10) *autem* γBφ. rell. *uero. Mala.* Secundae mensae cibos gl. γ. *citaret.* clamaret γ gl. 12) Acut. *chorda quae suprema* est et νήτη dicitur C. — *hi*pate*que* γ. 14) *cor*darum γ,fh, ut plurimi uett. codd Horatii. rell. *ch*ordarum. 16) dicitur *al.* quinta corda nete dicitur γ. G schol. sic habet: Modo h. q. c. q. i: *Quarta* chorda nete dicitur. mv: *quinta* chorda *ne te* dicitur. Mediocre γC. rell. om. 18) sa*l*ust. γ. citus modo m. t. γC. rell. modo citus m. t. 19) erat om. γ. inces*su* mv. *in* incessu mollior Ouid. M. XI, 636. inces*sus* rarus nec ita longus Cic. Orat. 18. fractus Quintil. V, 9. erectus Tac. H. I, 53. 21) canefor*ae* γ. conf. Porph. Verba. Καν. dicuntur om. G,mva. 22) qu*ae* Bφ et ex Porph. Q recte, nam uirgines erant. Plin. XXXVI, 5. Cic. Verr. IV, 3. omn. libri Acr. *qui.* — *in* om. γ. — et sensim inc. et le. gr. γ. sensim progrediens Cic. Tusc. III, 22. rell. et lento gradu incedunt, om. sensim. *sacra ferret.* ita sensim incedebat γ. 23) Sub imit. γ. rell. om. 24) regni om. γ. imperatoris om. C.

13. *sit m. m. tripes.* Mensa a tribus pedibus dicta.

14. *concha. salis p.* Marina, in qua plerumque sal ponitur. *Puri*, id est, sine condimentis, simplicis, non conditi.

16. *huic parco pauc. cont.* Id est: isti parco, isti paruis contento si dedisses ducenta milia, post quinque dies nihil inuenires.

17. *nil erat in loculis.* Arculis, ab eo, quod est *locus*, deminutiue *loculus.*

noctes uig. Accusatiuum posuit, ut iugem ostenderet uigiliam, quomodo (A. I, 47): [*una cum gente*] *tot annos Bellagera.*

19. 20. *sic.* Quomodo iste. *Inpar.* Inconueniens.

immo alia. Sensus iste est: Confiteor, me habere uitia [sed] leuiora, nec sum similis Maenio, qui dicebat, se ignoscere peccatis suis et ea tamquam leuiora pro nihilo ducere.

21. *Maenius abs. Non cum carp.* Maenius cum de Nonio male loqueretur, ait illi alter: Dic mihi tu: nescis te? Hic est Maenius, qui, uenditis rebus omnibus, unam sibi columnam reseruauit in Foro, unde gladiatores spectaret, quae [columna] Maenia dicebatur.

22. *an ut ign.* Nescis, et te uitiosum esse, an putas, te nesciri?

24. *inp. hic amor est.* Quo sibi aliquis ignoscat.

25. *cum tua peruid. o. m. l. inunctis.* Duo grauiora et *lippus* et *inunctis*. Ordo est: Cum tua mala oculis inunctis lippus peruideas i. e. cum tua uitia uideas quasi caecus, cur aliena perspicis oculis aquilae? *Inunctis* autem *uelut inunctis*, ut Persius (I, 79): *Hos pueris monitus patres infundere lippos* [pro *uelut lippos*].

27. 28. *aut aquila.* Haec multum uidere traditur; nam sola fert solis radios, hoc est, rectis oculis solem spectat; deinde et ex alto latentem leporem conspicit.

aut serpens Ep. [Quem Romani in templo Aesculapii posuerunt. Apud Epidaurum Graeciae ciuitatem Aesculapii templum est, in quo maxime colitur Aesculapius.] Generaliter omnes serpentes multum uidere dicuntur, *Epidaurium* [autem] propter historiam posuit; a libris enim Si-

1) tripes. delphica. gl. γ. 2) pler. sal. γ. rell. sall. pler. *id est* γ. rell. autem. 4) Id est γ. Ordo est, fh. rell. Pro isti parco *isti* pa. γ. Parco isti pa. fh. huic pro isti parco G. rell. isti parco Pa., om. alt. isti. 6) Arculis γ. rell. om. 9) una cum gente om. γ. Vt cum ge. fh. ut *una* cum C. rell. una cum ge. 10) schol. om. G.mva. Inconueniens γC (*sic inconu.*). rell. om. 11) *iste* γ. rell. om. — sed om. γ. 12) Me*u*io a. *N*euio v. — tamquam om. γ. 14) Me*u*ius cum de Neuio a. me*u*ius γ. no*uo* γ. 15) Verba *Hic est* — dicebatur om. G,va. Verba Maenius qui — dicebatur om. ma. et Q ex Porph. scholio translata putat. 17) columna om. γ. 18) Nescis — nesciri om. G,mva. 19) Qu*od s. gl. ignoscat* γ. *quo* sibi *quis* ignosc*it* C. rell. om. 20) Cō tua v. — Duo. gr. — *inunctis* γ. rell. om. 21) *uel* lippus *uideas* γ,mv. 23) uelu*ti* γ. 27) concipit fh. Totum schol. om. G,mva. 28) Quem — Aesculapius om. γG,mva. 31) autem om. γ. — posuit om. γ.

byllinis Romani sunt moniti pro remedio ciuitatis, ut simulacrum Aesculapii de Epidauro insula peteretur. Quo Romani cum uenissent et errore multorum simulacrorum certum inuenire non possent, in conspectu omnium [serpens] nauem petiit. Qui ad urbem delatus in ripa uel insula Tiberis uisus subito non comparuit. In ipso autem loco templum Aesculapio condiderunt.

at tibi contra. Ut sint aliqui contrario, qui uelint inquirere tuae uitia.

et illi. Amici tui, quorum uitia reprehendis. *Rursus.* Inuicem.

29—35. *iracundior est p.* Interrogatiue, hic quem non fers, quicumque alterius uitia notas.

paulo minus ap. Qui non se aptant ad mores hominum, *minus apti* dicuntur, qui nesciunt rerum tempora, qui importuniores sunt. *Minus aptus.* Ineptus.

acutis naribus. Ab acutis hominibus rideri possunt hi, qui iracundiores et inepti. *Acutis naribus* ergo metaphoricos dicit a canibus, qui odore inueniunt cubilia bestiarum. *Alii* sic exponunt: Habet aliqua uitia, ita ut paulo iracundior sit, ne possit deridentium urbanitatem, quae nunc maxime exercetur, sustinere; praestat etiam de se ridendi materiam, quod rusticius tonsus sit, et toga ipsius defluat laxosque calceos habeat.

[29. *minus aptus.* Ineptus.]

31. *rusticius t. t. d. Rusticius,* inperitius. Comparatiuum est; aduerbialiter. *Quidam* dicunt, de Caesare (Vergilio?) hoc dictum esse, quia fluebat eius semper toga i. e. non erat [semper] bene composita, et inperito tonsore utebatur.

1) sunt om. γ. 2) *in* Epidauro, om. insula, pete*rent* C. simula*cr*. γ. simula*chr*. mvfh. 4) serpens om. γG,m. naui*um* v. naue*m* γ. rell. nau*im*. 5) c̄paruit γ. rell. *ap*paruit (a*p*uit v). — γ habet insuper hoc scholion: *serpens epidaur*. nomen serpentis. hunc romani in templo aesculapii posuerunt. 8) reprehen*disti* C. Inuicem γC. 9) iracundior — notas om. G,mva et uncis incl. Q, qui *uitia reprehendis* inculc. pro uit. *notas* ex superioribus quic. *cuius* uit. notas γ. 13) ineptus γ Ambr. et C, qui addit: *quales sunt* qui non se apt. ad mo. ho. et *obseruare* nesc. etc. rell. om. conf. schol. subseq. In γ glossae: *acut. naribus*. suspi*ti*osus. *rideri*. uituperari. *horum hom.* quia multi sunt supi*ti*osi his temporibus. 15) meta*f*oricos γ. 16) Habet aliq*uis* γG,mv. aliq*ua* afhCQ. 17) derid. *ua*nitatem γG,mv. *urb*. afhQ, ut Porph. *t*unc afh. rell. *n*unc. 18) de*sideranti* γ. non ita male. rell. de se ridendi. 20) actus EBφ a 1. m., a 2 m. corr. *aptus*. gl. irisus. Scholion: his exemplis colligit amicorum uitia si leuia sint ferenda esse. et est sensus. Si habet amicus tuus aliqua uitia ita ut sit palebo iracundior uidelicet ut non possit sustinere si quis urbanus acuta nare quod est subsanantiam irriserit eo quo aut male tonsus est aut non bene indutus uestibus, seu male cal*ti*atus pedibus praecipio tibi leuiter ferenda illius talia uitia, quia iste talis est bonus uir ut non sit illo melior et erit tibi uere amicus. et sub tali homine inculto latet ingenium. Age enim secundum illud prouerbium: *Amici mores noueris non oderis.* 21) imperi*tus* fh. inperitius — aduerbialiter om. Gmva. Compara*tiuum* est adu. γ,fh. Compara*tiuo usus* est adu. Conf. Quintil. IX, 3, 19. imperitius aduerbialiter. de Verg. hoc dictum esse *uolunt* C. 22) qu*ia* γ. rell. qu*od*. 23) semper om. γ. i. e. erat. semp. om. C. 24) et ute*re*tur imp. tons. C. i*n*p. γ.

Et male laxus In p. calc. haeret. Male laxus, [Indecenter uel] ualde laxus, indecenter laxus; [uel] non *male laxus,* sed *male haeret,* pro *non haeret,* ut (A. IV, 8): [*Unanimam adloquitur*] *male sana sororem.* [Hic dicitur pulsare Vergilium, qui indecori et corporis et habitus fuit].

32. *bonus.* Verus amicus.

33. *non alius q.* Docet poeta, non esse omnia uituperanda.

at tibi amicus. Ita pronuntiandum grauiter, ut sit amicus uerus. His exemplis colligit, amicorum uitia, si sint leuia, esse ferenda.

at ingenium ingens. Quasi Maenius hoc dicat: sed haec in inculto corpore celantur; quia non facile probat aliquis, sapientem esse eum, qui male uestitur.

34. *latet.* Id est, celatur.

35. *te ipsum concute.* Excute, considera, diligenter exquire. [Hoc Maenius respondet]. Hoc Maenio respondetur.

num qua t. uit. inseu. olim Natura. Numquid aliqua uitiorum natura insita fuerit, ut (A. II, 8): *iam nox humida caelo praecipitat.*

Inseuerit. Ingenuerit, fecerit.

36. *aut etiam c. m.* Mire duo dixit; uitia enim aut nascuntur, aut mala consuetudine trahuntur. Ostendit, ex consuetudine nasci multa mala; nam si (te?) neglexeris, uitiosus efficeris, quemadmodum neglecto agro spinae nascuntur[, ita indisciplinato uitia generantur.]

37. *Filix.* Herba incommoda.

38. *illuc praeuertamus.* Ad exempla illa transeamus. Aut redeamus, aut ueniamus, pro transeamus, sicut (A. I, 317): *uolucremque fuga praeuertitur Hebrum.*

38. *amatorem quod amicae.* Hoc est, quod dicit: non debemus offendi uitiis amicorum, sed nos uitia eorum saltem tolerare debemus. Debemus

1) Male lax. Indecenter laxus. his exemplis mva (om. uel — uerus). Fabricius (fh) habet uerba inclusa et Q dicit: 'Scripturam Fabr. intactam reliqui quamuis male sanam. Quanto meliora infra Porph. exhibet et concinniora!' Equidem longius lemma interposui, atque ope cod. γ totum schol. tam turbatum iam ita constitutum uidetur, ut sententiae simplices, ad rem aptae atque concinnae sint. 3) Unan. adloq. om. γ. unanim*em* fhC, ut Medic. aliique libri Verg. rell. Unanim*am*. Utrumque dicebatur, teste Seruio. — Hic — fuit om. γC. 5) Verus amicus γ. rell. om. 7) His — ferenda om. G. 8) sint leuia mvafh. leuia sint mut. Q. 9) di*cit* γ. 12) i. celatur γ. rell. om. 13) Prius schol. om. G. Hoc Maen. resp. om. γ,C. Hoc M*oe*nio respondetur γ. rell. om. 15) uit. nat. γ rell. nat. uit. 16) *u*mida Ribb., ut Ambr. Bern. A ad Hor. Epod. XII, 10. *hu*mida Acr. libri. 17) Ingenuerit, fec. γ. rell. om. 18) Mire haec duo coniunxit C. — *in*nasc. C. 19) *contra*h. C. — Ost. ex cons. γ. rell. Ex cons. ost. C: ex cons. autem nobis multa insunt uitia; nam si neglexeris *te*, *uitiosus efficieris*, quemadmodum — *in*nascuntur. — uit. efficeris γ. 21) ita ind. uit. gen. om. γC. ita *in* indisc. va. in om. fhQ. 22) schol. ex γ Ambr. rell. om. Herba *inutilis et* incomm. C 23) Ad exemp. il. transeamus γ. rell. om. Illuc redeamus et prius dicamus. illuc ueniamus, ad exempla scilicet. tale est illud: uolucr. C.

et nos, inquit, imitari amatores, qui non solum non offenduntur amicarum uitiis, sed etiam (ea?) laudant[, quia aliquando turpes meretrices diligentur].

39. *turpia d. c. u.* Quia uitia dilectae non apparent oculis amatoris: aut non uidet et decipitur, aut uidet et delectatur.

40. *polypus Agnae.* *Agna* nomen meretricis putidis naribus. *Polypus* autem uitium narium, quod adulescentem nobilem delectabat.

41. 42. *sic erraremus.* Ut aut non uideamus uitia amicorum, aut uisa laudemus.

et isti errori. Quod laudamus uitia amicorum, id est: ipsa Virtus, si ita errarem, appellaret me uirum bonum.

honestum. Amicitiarum *nomen*; (ita fieret,) ut hic error uirtus appellaretur.

43. *ut gnati.* [Vitium non fastidit] Genitiuus casus.

44. 45. *Strabonem appell. Paetum pater.* Intortis oculis Strabo [qui est] dicitur, *paetus* autem leuiter declinatis. Et hoc [autem] et his, quae subsecuntur, ostendit, a parentibus filiorum uitia aut non intellegi, aut intellecta dissimulari, quod praecipit circa amicos quoque esse faciendum. *Paeti* [autem] dicuntur proprie, quorum oculi huc atque illuc cum omni uelocitate uoluuntur.

male paruus. Nanus, ualde paruus, dedecorose paruus, nimis exiguus.

1) et γ. rell. om. 2) quia — diliguntur om. γ sed ea *saepe* laudant, aut, decepti amore, non uident, aut uidere nolunt, aut delectari se fingunt C. 3) schol. om. G,mva. uncis incl. Q. 4) fhQ male om. *non* ante prius *uidet.* 5) *Ha*gna nomen γ. 7) uitia amic. γ. rell. amic. uit. *uideremus* — laudaremus (G?)Q. rell. ui*dea*mus — laud*e*mus. schol. om. G,mva. 9) Qu*o* laud. γ. rell. Qu*od* laud. ut i. e. uelim ut — laudemus, et in scholio particula optandi est. conf. Ter. Heaut. IV, 6, 6: ut omnes dii perduint — adiuuent! etc. — Insanam lectionem uulg. 'Quod laudamus uitia amicorum i. e. ipsa uirtus si ita err*o*rem appellaret me uirum bonum' Q non correxit simpliciter confitens: 'scholion non adsequor.' Virtus autem Acroni h. l. dea est, ut ipsi Horatio. conf. Cic. N. D. II, 23 et 31. Liu. XXVII, 25. XXIX, 11; hinc scribendum est: 'ipsa Virtus, si ita err*a*rem (γ), appellaret me uirum bonum.' Aliter in scholio subseq. et in Porph., qui *uirtutem* opposuit *uitio.* 10) me*mini* uirum bo. G,mva. 11) Hoc schol. Q uncis incl. ut interpolatum. C: *Vellem in amicitia. utinam* eum errorem haberemus erga amicos, ut aut laudaremus eorum uitia, aut non uideremus; *ita fieret,* ut error ille *potius uirtus quam uitium dice*retur. 13) Genit casus γ. rell. om. Vit. non fast. om. γG,mva. 14) Int. oc. Str. di. γ. Verba *Intortis* — faciendum om. G,mva, qui post *uirum bonum* sic pergunt: *Appellat paet. pat.* paeti proprie dicuntur, quorum — et quae seq. infra — Strabo qui est *de*tort. fhQ. Strabo dicitur qui est *dis*tortis oculis C. Hor. S. I, 3, 47: *dis*tortis cruribus; 9, 65: *dis*torquens *oculos.* Vergilius, qui hoc u. nusquam adhibuit, semel (G. IV, 451) dixit oculos *in*torsit, Ouid. M. VI, 515: *de*torq. lumen. 15) leuiter γBφ,C. rell. le*n*iter. *ex* hoc γ pro *et.* rell. om. utrumque. Hoc *autem* et his fhQ. 16) intellect*u* fh. rell. intellect*a.* quod γ,C. rell. *Idem.* praec*i*pit γ,C (Porph.). rell. praecepit. 18) autem om. γ. — Haec scholia G,mva sic habent: '— bonum. *Appellat* (uide supra) quorum huc atque illuc oculi *uelociter uertuntur. Male p.* leuiter inclinatis oculis *niger et macilentus* (conf. Porph.). 20) Nanus γ. ualde paruus, exiguus, *nanus* C. rell. om. nanus. Nan*us* et na*na* (νάνος Aristot. de part. an. IV, 10). Gell. XIX, 13. Suet. Tib. 61.

46. 47. *ut abort. fu. ol. Sisyphus.* Filius Antonii, nepos mariti Cleopatrae, Sisyphus pedalis fuit, quem Antonius dilexit. Hic solebat in scapha natare. Secundum *Alios* fuit intra bipedalem staturam, ingenii ignei. Antonius triumuir, frater Antonii, uiri Cleopatrae, habuit filium prodigiosae breuitatis; istum *Sisyphum* appellauit, qui erat ardentissimi ingenii.

47. 48. *Hunc Varum. Hunc.* Alium filium. *Varus* appellatur introrsum pedibus retortis. *Distortis.* Quia introrsum habet crura torta.

balbutit Scaurum. Scauri sunt, extantes talos habent. Suauiter autem dixit: *balbutit Scaurum* [hoc est, balbutiendo uocat illum *scaurum*]; sic enim blandientes infantibus infringere linguam [suam] solent, ut eos imitentur. Alii dicunt *scauros* esse, qui habent talos inuersos. [Si filius habet tortuosos talos, pater balbutiendo uocat *scaurum.*] *Prauis.* Distortis.

[*fultum m. t.* Quia tali reliquum corpus sustentant].

49. *parcius hic uiuit.* Hic ostendit, quomodo amicorum uitia appellare et aestimare debeamus, ut honestioribus uerbis nominentur.

Hic uiu. Quicumque amicus.

50—52. *iactantior hic.* Qui natura *iactans* est, habet stultitiam.

concinnus am. Postulat ut uideatur. Suauis dicatur, compositus, bonus, id est, si iactans est aliquis, dicatur, quod uult *uideri* apud amicos, concinnus et bonus.

truculentior. Iracundior.

52. *Plus aequo liber.* Ultra quam oportet. *Plus aequo* liber est, qui, quod sentit, tacere non possit.

simplex. Non ambiguus aut bilinguis, sed, qui quod sentiat, dicat. Vulgo autem *simplex* modestus dicitur.

Iuu. VIII, 32. Prop. IV, 3, 41 et Lamprid. in Alex. Seu. 34. *de*decorose γ. haec uox, et adu. et adi., usitata ab Aur. Vict. epit. 5 et 39. *in*decorose fhQ, uocabulum non Latinum.

1) Fil*ius* — ignei γ. om. mva(G?)Q. Fil*ii* Ant. nep. mar. Cl. fuit pedalis. Alii dicunt fuisse intra bip. — ignei fh. M. Antonio triumuiro pumilio fuisse dicitur intra bipedalem staturam, quem ipse Sisyphum *appellabat*, ob ingenii calliditatem: hic aliquando in Alexandrino mari, cum inspectantibus Antonio et Cleopatra, in scapha uelificaretur cum aequalibus, tanta dexteritate anteuertit alios, ut eis quidem esset delectamentum, aliis uero admirationi C. 3) sca*fa* γ. 4) uiri om. fh. 5) appel*lat* mvafhQ(G?). *ap*ella*uit* γ. conf. C. 6) *Alium filium* et *Quia* — *torta* γ. rell. om. 8) Scauri *autem* sunt γ. — Suauiter autem dixit *balb. scaurum* γBφ. (Porph.) rell. om. 10) hoc est scaurum Bφ. rell. om. inf*r*ingere Bφ,aQ. rell. et Porph. libri in*fin*gere, quod uoc. non Latinum est. conf. in*frin*gimus in Acr. ad u. 54. — suam om. γ. *quasi* eos Bφ. 12) *calces* γ. rell. talos. recte. conf. Apul. Flor. 3 cum Auct. B. Afr. 38 et Hor. E. II, 1, 176. Pers. V, 104: *recto* talo. — Si — scaurum om. γ. — torct. v. Distortis γ. rell. om. 13) Schol. in fh. om. γG,mva. quia tali corpus *fulciunt et* sustentant C. 14) *qualia* am. uitia Porph. 15) de*be*mus *et* hon. γ. *Nunc* ostendit amicorum uitia *nominibus* honestioribus *esse commutanda.* 16) Quicumque am. γ. rell. om. 17) Naturaliter iactabundum sequitur stultitia C. 19) si om. γ. 21) Iracundior γ,fhCQ. om. G,mva. 24) Non *dissimulator aut assentator*, sed C. 25) mod. *et mansuetus habetur* C.

53. *caldior.* [Pro *calidior*, feruentior] Feruidior ad irascendum.

53. *acris inter.* Inter fortes.

54. *haec res et iungit iu. et seru. amicos.* Quia uitia infringimus et lenioribus nominibus appellamus.

55. *At nos uirt. ips. inuertimus.* Id est, [male interpretamur.] deprauamus. Sensus [est]: At uero nos adeo maligni sumus, ut non solum amicorum uitia non tegamus, uerum etiam laudes mala interpretatione culpemus [dicentes, quae bona, mala. Contra] Debebamus uitiis alia dare nomina i. e. leuiora. Nos uirtutes etiam deprauamus i. e. laudes amicorum in uituperationem conuertimus.

56. *Sincerum cup. uas incrustare.* Id est, uirtutem polluere uitio, ἀλληγορικῶς de bono uiro, quasi de bono uino. *Incrustari uas* dicitur, cum aliquo uitioso suco inlinitur et inquinatur, secundum quod et *Lucil.* in quarto Satirarum: *nam mel regionibus illis Incrustatur* [*calix rucia*]. [Vel etiam uasa, cum sint pura, uelut si sint fracta, incrustantur, hoc est, cooperiuntur auro]. *Incrustare.* Minuerè uel stagnare.

57. 58. *Illi Tardo cognomen Pingui damus.* Illum, qui pinguis, et tardum appellamus, naturam uertentes in uitium. Ordo: illi pingui cognomen Tardo damus naturam uertentes. [Pinguedo enim praegrauat et tardos facit.]. *Illi.* Probo. *Demiss. homo.* Tristis. humilis. *Tardo.* Quia paulo tardius sentit, segnem dicimus. *Pingui.* Stulto.

1) Pro cal. feru*en*tior om. γ. Fer*uid*ior γ. rell. om. Rarius dicebatur *feru. ad iram.* Ab ipso Horatio adhibebatur et *feruens* C. I, 13, 4: iecur, S. I, 10, 62: ingenium, et *feruidus* A. P. 116: florente iuuenta Feruidus, C. I, 30, 5: puer i. Cupido, IV, 13, 26: iuuenes; uerbum *feruere* autem cum ablatiuo E. I, 1, 33: Feruet *auaritia miseroque cupidine* pectus. Claud. in Ruf. I, 100: lucri cupidine feruens. 2) Inter fortes γ. rell. om. 4) le*u*ioribus vaC. rell. le*n*ioribus, infra tamen le*n*iora. 5) male interpretamur om. γ. est om. γ. *At* uero *nos* adeo γ. Nos uero adeo fhQ. rell. om. *Sensus — culpemus.* Q addit: '*ergo* quae etiam *Porphyrionica* sunt.' cur? ideo quod G,mva illa omittunt? — *at nos uirt.* adeo *maligno* sumus *ingenio*, ut am. uit. non modo non tegamus, uerum etiam *laude digna* culpemus, quando ea male interpretamur C. 8) dicentes, quae bona, mala. Contra om. γ. contra. Debe*ba*mus γ,fh. rell. Contra de*be*mus. 9) le*u*iora γm,vafh. le*n*iora (G?)Q. cónf. u. 54 superius. γ habet: alia dare *uel leuiora*, om. nomina *leniora uel leuiora*? — uirt. etiam γ. rell. etiam uirt. 11) *Id est* equidem posui. Virtutem — uino γ,fh. Allegoricos de bono uiro uirtutem uitio polluere G(Q), om. quasi de bono ui*n*o. Alleg. de b. ui*n*o quasi de bo. u*ir*o uirt. uit. polluere mva. virtutem uitio poll. ἀλληγ. hoc est, uiro bono *detrahere*, uas *autem* in cr. dicitur, c. a. u. s. inl. *atque* inq. *iuxta* illud Luc. Satyr. 18: *nam mel reg. illis incrustatus calix rucia* C. γ insuper habet: allegoricos de uiro bono *detrahimus.* 14) in *quarto* sa*ti*rarum γ. in 18. Satyrarum fhQ, ut Gerlach. Verba *secundum — incrustatur* om. G,mva. — nam *mel* γ,C. nam *u*el fh. incrustat*us* γG,C (non v, ut perperam ref. Q). incrustat*ur* fh. cale*x* rutia γ. cali*x* rucia C. rell. om. *cal.* et *rucia.* 15) Vasa dicuntur etiam incrustari, *quando* coop. *uel argento uel* auro C. *cum* si sint Asc. -- co*h*op. v. Verba *Vel etiam* — auro om. γ. Minuere uel stagnare γ. rell. om. 11. u. *Illi* add. lemmati. 18) uitium. Ordo — facit γG. — uitium i. e. pro pingui tardum. Pinguedo enim praegrauat et tardos facit. Q. lectio uulg. uitium pro pingui tardo. Pinguedo etc. conf Porph. 20) Glossae *Illi* — *Stulto* ex γ. conf. C.

58. 59. *Hic fug. omn. Insidias nu. malo lat. obdit apertum.* Si sit aliquis cautus et non facile se iungat insidiosis, eum *astutum* appellamus.

obdit. Obicit, offert, opponit.

60. *cum genus hoc. int. uitae uersetur.* Cum in genere huius uitae uersetur insidiosorum hominum. *Ubi.* Quo tempore.

63. *Simplicior quis est, qualem m. s. l. Obt. tibi.* Ordo est: Si quis est simplicior, qualem me tibi obtulerim, o Maecenas, hunc appellant molestum et stultum. Sensus uero hic est: Si quis libere et sine obseruatione temporis appellauerit amicum suum, hunc dicunt stultum et *molestum.*

65. *Impellat.* Adloquatur. *Quouis sermone.* Quod uidetur importunitatis.

66. [*communi sensu pl. caret.*] Si quis est simplex, ut legentem aut cogitantem molestus interpellet, statim eum carere communi sensu dicimus. *Sensu.* Sapientia. *inquimus.* [Συστολή, quia] Dicimus. *Inquimus* media syllaba longa esse deberet.

67. *Quam tem. in nosm. legem sanc. iniquam.* Quia eadem ab aliis patiuntur et eidem conditioni subiacemus, quia etiam illi eandem de nobis legem statuerunt. [*Sancimus* autem firmamus, iudicamus.]

68. *nam u. n. s. n.* Ideo debemus uitiis amicorum ignoscere, ut [illi] et alii nostris ignoscant.

69. *Minimis Vitiis. urgetur.* Grauatur.

70. *Conpenset.* Conparet.

amicus dulcis u. ae. c. m. conpenset uitiis bona. Amicus bonus debet conpensare mea uitia cum bonis et, si plura sunt bona, ad ea propensior fieri i. e. ea magis laudare.

His ce. His bonis pluribus inclinet.

71. *Modo.* Tantummodo.

72. *amari Si uolet.* Accedet ad plurima mea bona, et recedet a malis, amari si uult. *Lege.* Condicione.

1) Si sit al. cautus γC. *et* non γ. *qui* non C. 2) eum γ. hunc C. rell. sic: Si non uult se admiscere insidiosis et nullum laedere, *stultum* appellamus. opponit om. G,mva. 4) uersetur om. G. 5) insid. hominum γ. hom. insid. C. rell. om. *In* quo tempore γ. quando. quo temp. C. 6) fh interponunt lemma: *Communi sensu plane caret.* 7) est simpl. γ. rell. simpl. est. — tibi *exibui* γ. 10) Adloquatur γ. rell. om. Quod uidetur import. γ. rell. om. 12) Lemma om. γG, mva. 14) Sapientia γ. rell. om. — Συστ. quia om. γ. Dicimus inquimus γ. rell. om. 15) esse deb. γ. rell. deb. esse. 17) pati*untur* γ. rell. pati*mur*. 18) sta*tuere* γ. rell. statue*runt*. — *Sancimus* au. firm. const. om. γ. *autem* inter Sanc. et firm. fhQ. iudicamus G,mva. constituimus fhQ. 19) Ideo *deb.* uit. am. ign. γ. rell. Ideo uit. am. deb. ign. 20) et *aliis* γ. (sic) *et illi* C. rell. ut illi, om. et. 21) Vitiis γ. rell. om. grauatur om. γ. 24) conp. γ. — s*u*nt γmvafh. sint. (G?)Q. fieri om. fh. 26) His inclinet γ. rell. om. 27) Tantum modo γ. rell. om. 28) Schol. om. G,mva. uncis incl. Q. *se sedet ad* γ. — reced*at* γ. 29) amari si uult γ. rell. si am. uult. — Condi*ti*one γC. rell. om.

hac lege in trutina ponetur eadem. Id est: [et] de ipso eodem modo aestimabitur. Allegoricos: qui ignoscit uitiis aliorum, mox eandem ueniam consequetur.

73. *qui ne tub. propr.* Hoc dicit: Quod si quis suis magnis uitiis ueniam poscit ab amico, minoribus uitiis amici debet ignoscere. *Tuber* est *gibbus*, [hinc tuberosus, id est gibberosus].

76. *deniq. quatenus exc. pen. uit. irae.* Quoniam uitia irae et alia uitia non possunt penitus aboleri ab hominibus, debemus moderate ea uituperare. Si non possunt, inquit, dissimulari uitia amicorum, saltem talia aestimemus, qualia sunt, nec debemus ea malignitate nostra augere. Iam paulatim eo descendit, ut aduersus Stoicos disputet, qui dicunt, omnia peccata paria esse: animum ergo peccantis, non quantitatem peccati spectandum.

78—81. *Ponderibus odulisque suis.* Id est: [propriis] aestimationibus, iudiciis, mensuris debet uti, et hoc modo debet punire peccatum. *Modulisque.* Mensuris.

ac res ut q. e. i. s. d. c. Prout est una quaeque res et quemadmodum uitium est in quauis re, ita et paena ratione procedit i. e. pro qualitate uitii paenam debemus adhibere. Hic autem tangit Stoicos, qui dicunt, omnia uitia paria esse. *Coercet.* Scil. ratio.

si quis eum seruum. A simili argumentum facit et docet, non omnia peccata similia esse, ac per hoc nec similes paenas esse.

ligurrierit. [Degustauerit] Deglutierit.

82. *Labeone ins. i. s. d.* 1. Labeo iuris peritus uituperabat leges Augusti Caesaris; huic modo reprehendit Horatius ingratiam Caesaris. 2. Martius Antistius Labeo iuris peritus memoratae libertatis, nam in Augustum libere inuectus est; ideo etiam eum nunc poeta male tractat, ut gratificetur Augusto.

83. *sanos.* Sapientes.

1) Id est — aestim. om. G,mva. et om. γ. 2) alleg. om. γ. 4) suis magn. uit. γ. rell. magn. su. uit. 6) Tuber — gibberosus om. γ. 7) *Quatenus* uitia γ. rell. *Quoniam* uit. 8) abo*li*ri fh. 9) dissimu*landa sunt* C. dissimula*re* γ,fh. — saltem talia γG(Q),mva. saltem *tamen* fh. estime*mus* γ. aestime*ntur* Q. rell. *ex*istime*ntur*. 10) nostra γG(Q). rell. om. 11) omn. pecc. γ. rell. pecc. omn. 12) spectan*dum* γ. Porph. similiter: *animum spectandum* non quant. etc. spect*ant* mvaQ(G?). spectent fh. 13) Id est γ. rell. om. propriis om. γ et C, qui habet: — *aequo* iudi*cio*, aestimati*one* et mensu*ra* conuenienti debet uti etc. 15) Mensuris γ. rell. om. 19) Ratio γ. *supp.* ratio C. 21) peccata similia esse γ. rell. pec. esse similia. 22) Degust. om. γ. Deglutierit γ. cf. Alcim. Auit. IV, 364. 23) γ habet duo scholia. rell. om. t. Mar*tius* γ,mvC. Mar*cus* Asc. Q; M. fh. conf. Porph. Bφ: In gratiam Augusti labeonem insanum iudicat, qui contra caesarem multa *pertinaciter* (contumaciter Porph.) et dixit et fecit. quo dicit etiam insaniorem illum inter sanos computari qui discretionem peccati non considerat in uindicta. C: Mar*tius* Antistius Labeo iu. mem. lib. multa *libere* contra Caesarem et dixisse et fecisse dicitur, ab eo latas leges *contumaciter* (Porph.) reprehendens. quare in gratiam Augusti eum hîc carpit et *insanum* nominat. 26) etiam γ. 28) gl. sapientes hab. fh (perperam Q.)

83. 84. *quanto hoc furiosius atque Mai. pecc. est.* Quod fecit dominus, quam quod seruus admiserat.

84. *paulum deliq. amicum.* Paulum si peccauerit amicus, odisti eum; quod peccatum nisi concesseris, saeuus et acerbus uideare uel habeare.

85. *in suauis.* Amarus. *acerbus.* Asper.

86. *ut Rusonem d. a.* Significat, hunc Rusonem foeneratorem fuisse et eundem historiae malum scriptorem, qui solitus esset a debitoribus suis audientiam exigere.

87—89. *qui nisi c. t. Qui.* Debitor. Ordo est: qui nisi undeunde extricat numos. Qui debitor nisi parauerit usuras aut sortem, audiet historias Rusonis foeneratoris i. e. lites et conuicia. Alii dicunt: *historias*, quod is malus historiographus fuerit, adeo ut debitores eius, cum non haberent unde redderent, pro paena eum recitantem suas historias paterentur audire.

misero. Debitori. [*uenere Kal.* Quia in Kalendis (sicut in Epodo dixit in Idibus) quibuscumque credita erat pecunia, reddere cogebantur. Et iste debitor nisi undecumque extricasset i. e. colligisset mercedem aut nummos, audiebat, ut captiuus amaras historias *porrecto iugulo*, quasi morti addicendus esset.]

iugulo. Iugulus incerti generis est nam et *hic* iugul*us* et *hoc* iugul*um* dicimus.

historias. Iniurias, contumelias. Ordo [est]: ut captiuus, audit. Ast hic allusit, quoniam malus historiographus dicitur fuisse.

Comminxit lectum potus. Comminxerit quicumque amicorum. Inuitasti quendam amicum ad caenam, is *potus comminxit lectum* tuum, aut si fregit catinum, eo debes illum odisse?

91. *Euandri man. tritum.* Euandrum ferunt caelatorem ac plasten Atheniensem a M. Antonio Alexandriam perductum et inde inter captiuos Romam uenisse ibique multa admiratione digna fecisse. Hic ergo adlusit ad speciem materiei dicens, uas fictile caelatum fuisse. *Tritum.* Perfectum, operatum.

2) admis*erat* γ. admis*erit* C. rell. admis*it.* 3) Paulum si pecc. γ. rell. Si pau. pecc. — quod *paulum,* pecc. γ. q. pecc. *paruum* fh. paulum et paru. rell. om. Totum schol. om. C. ue habeare γ. rell. om. 5) Glossae *amarus* et *asper* γ,C. rell. om. 6) rosonem γ in Hor., in lem. et in scholio. inferius tamen *rus*onis. *rus*onem v(G?Q), ut plurimi uett. codd. Hor. ru*f*onem fh. ut ed. Neapol. *drus*onem recc. codd., ut DIOPRT Geneu. aliique. 9) *Qui.* Debitor γ,C. rell. om. — unde vfh. 11) *h*is γ. is (G?)Q. rell. *hic.* 12) fu*it* γ. 13) haberent *reddere* γ. rell. hab. *unde* redd*erent.* 15) *uenere — esset* om. γ,C. — sicut et G. et sicut Q, rell. om. *et.* Verba *sicut — Idibus* in parenthesi posui. 21) dici*mus* γ. rell. dici*tur.* 22) est om. γ. audit *hoc. has* hic all. γ. 24) comminxerit quic. am. γ. rell. om. 25) *su*um γ. freg*it* γ(G?Q) rell. *si* freg*erit.* *si* om. Q. 27) fert. γ. 28) A*l*exandream fh. 29) ergo γ. rell. om. 30) Perf. operatum γ. Perf. *caelatum* C. rell. om.

ob hanc rem. Quia uas aut calicem deiecit nobiliter factum, ideo debet minus iucundus uideri? Ordo est: 'Ob hanc rem minus iucundus amicus sit mihi, quia ante positum pullum in mea parte catini sustulit?' Ideo hunc debeo persequi?

95. *Fide.* Pro *fidei. sponsumue.* Promissum. *negauerit.* [si in placito pro me noluerunt spondere.] Si noluerit spondere pro me, uel: si *negauerit* uenire ad spondendum pro me.

96. *Quis paria.* Quibus, Stoicis scilicet. Doctrinam Stoicorum reprehendit, qui omnia peccata paria esse dicunt, nec ipsos quidem in hac sententia permanere.

97. *Cum uent. ad uerum est.* Ad aestimationem ueri, ad iudicandum. [Ad aestimationem in hoc, quod facilius diiudicatur furtum quam homicidium, quod Stoici nolunt.]

sensus m. r. Consuetudo probat, non paria esse peccata, quia aliter punimus furem, aliter homicidam. Sensus [est]: Aliter indignatur animus, cum audierit homicidium factum, aliter cum furtum.

moresque. Iudicium, [et] aestimatio hominum. Id est: cum uenerimus ad ueritatem h. e. ad iudicandum de peccatis, *sensus et mores* abnuunt *paria esse peccata. Moresque.* Quia aliter sentiunt homines caeteri quam Stoici.

98. *Atque ipsa util. iusti p. m. et aequi.* Ingeniose ait, *iustum* et *aequum* ex utilitate descendere. Inter *iustum* autem et *aequum* haec differentia est: *Iustum* est, quod ex lege descendit, *aequum* uero, quod ex natura, ut *Maro* (A. VII, 203): *haud uinclo nec legibus aequam.* Est enim utilitas uera iusti et uirtutis mater; altera est, quae uidetur pecuniaria. Illa ergo utilitas iusti mater repugnat praeceptis Stoicorum. Ostendere uult, iustitiam non esse naturalem, sed natam esse ex utilitate.

99—106. *cum prorepserunt.* Id est, processerunt; docet, quomodo nata sit ex utilitate iustitia.

primis animalia terris. Hypallage: [pro] prima animalia; intellegendum [autem] homines.

1) ob — uas om. mva. Alt. schol. in γ: quia deiecit catinum. — deie*cit* γ(G?Q). rell. deie*cerit.* 3) ante *me* po. C. — catini m. 1 in mea parte catini om. C. 5) Pro fidei γ,C. rell. om. Vulg. lectio: promissum, si in plac. — spondere. γ: Promissum — me. rell. om. 8) Quibus Sto. scil. γ. rell. om. Vulg. lectio: Dogma repreh. Sto. C: Aperte repr. hoc Sto. dogma etc. 9) omnia γ. rell. om. — dicunt *nec* ipsos γ dicunt *et ait ne* ips. vafhQ. dicunt *cum ne* ips*i* quidem in *ea* sent. perman*eant nisi uerbotenus* C. — hac om. vafh. 11) Pro scholio Ad *aest.* — *nolunt* γ habet hoc: Ad aest. — iudicandum. 15) *est* om. γ. *autem* tacite inculc. Q. 16) Q: '*factum* et postremum schol. uncis inclusum recte om. G Med.' sensus et γ. rell. om. *sensus moresque* Hor. 19) Lemma *moresque* interpo. γ. 22) procedere G(Q),mvaC. *descen*dere γ,fh. conf. infra. 23) ut om. afh. 24) enim γ. rell. autem. 30) pro om. γ,mva. 31) autem fhQ. rell. om.

100. *turpe.* Incultum.

102. *usus.* Indigentia.

103. *uerba quibus uoces sensusque notarent.* Qui *uerba* et *uoces notant* et *sensus* nostros.

102. *fabricauerat.* Composuerat.

103. *notarent.* Declararent.

104. *Nomina.* Scilicet rerum.

dehinc absistere bello. Secedere, separari. Zeugma; coeperunt, postea quam inuentae sunt leges.

105. *oppida c. m.* Hoc [eo pertinet, ut probet, quod] superius dixerat, homines inter se ab initio, cum orti essent, pugnam habuisse, sed primo ferino ritu deinde ad arma paulatim processisse.

et ponere leges ne quis fur esset. Ecce ubi probat, iusti matrem esse utilitatem.

108. *sed ignotis pe. mo. illi.* Quia nemo de illis scripsit, ignorantur.

109. *Venerem incertam.* Incerti mariti, omnibus expositam, quia non habebant certas uxores.

110. *Viribus editior.* Fortior.

in grege taurus. Scilicet cecidit minores iuuencos, uindicans sibi uaccas.

111. *iura i. m. i. f. u.* Necesse est, inuentas esse leges, propter metum incommoditatis. Adhuc ostendere uult, iustitiam non esse naturalem, sed inuentam esse propter utilitatem. Natura enim praestat scire, quae sunt appetenda, quae etiam fugienda, sed ratio, quae plus ualet, discernit iustum ab iniusto.

112. *tempora s. fastosq. u. e. m.* Si antiquitatem uolueris retexere, in qua leges nullae erant, inuenies iustitiam inuentam propter naturam. *Fastosque.* Libros consulares.

113. *nec n. p. i. s. i.* (Cic. Q. Tusc. V, 49): *Natura enim nouit, quid sit amarum, quid dulce, quid album quid nigrum; quid iustum, quid iniustum, nescit.* Non potest enim tollere cupiditatem habendi et dolorem (timorem) amittendi, quae utraque non natura sed uita nos docet, et neque iustum diligitur neque uituperatur iniustum.

2) *Indi*gentia γ,C. recte. rell. *dili*gentia. 3) not*ent* mvafh. 5) Composuerat γ. rell. om. 6) declararent γ. rell. om. 7) s. rerum γ· rerum C. rell. om. 8) Seced. sep. om. G (Q unc. incl.), mva. — *zeu*ma γ,v. 10) eo — quod om. γ. — sup*erius* γ. rell. supra. 11) essent C. rell. sunt. 13) *ubi* γ,mva, *uti* (G?)Q. *ut* fh. *hic* ostendit iusti etc. C. 16) Incerti mariti γ. omn. expo. *non* certi mar. C. 17) hn̄t = hab*ent* γ. heāt v. rell. habebant. 18) aeditior. Fortior γ. rell. om. 19) Schol. Scilicet — uaccas ex γ. rell. om. 20) Necesse — incommoditatis om. G,mva. 27) Libros cons. γ,C. rell. om. 28) Nat. *enim* nouit γ. Nat. nouit, om. enim, (G?Q),mv. Natura om. a. Nou. nat. f. h. 30) nescit. tollere enim cup., om. Non potest, γ. — dolorem γ. rell. timorem. 32) diligi*tur* — uitupera*tur* γ. rell. dilig*it* — uituper*at*.

114. *diuidit ut bona diuersis, fug. petendis. Petendis.* Licitis. Id est: quomodo potest natura separare bona a malis, ita non potest separare iusta ab iniustis [sicut Stoici uoluerunt]. Natura enim bona ac fugienda operi suo adtribuit, sed iustum ab iniusto ratio secernit, quae non optinet hoc, ut tantum peccet, qui caules eripuit, et qui sacrilegium fecerit. Non ita per naturam, quod iustum sit aut iniustum, intellegere possumus, quomodo intellegitur, quod utile aut inutile sit, aut quantum distet malum a bono. *Diuersis.* Id est: contrariis malis.

115. *nec uincet r. h.* Id est: in hoc ratio procedit. Nec potest probare ratio hoc, quod tantum is peccet, qui alienum hortum uexarit, et qui patrem occidit.

117. *nocturnus.* Pro noctu, ut alibi (Hor. Ars poet. 268): *uos exemplaria Graeca Nocturna uersate manu.*

legerit. Rapuerit, furatus sit, ut Poeta (*Verg.* B. IX, 21): *Vel quae sublegi tacitus*; unde et *sacrilegi* dicti sunt.

118. *regula.* Iustitia, moderatio. Debet moderatio adhiberi, ut dignas adhibeat paenas.

quae paenas inr. aequus. Utpote paruis paruas, magnis magnas.

119. *scutica.* Loro, habena, dixit graece.

120. *Nam ut feruta — non uereor.* Non uereor, ne dignum maiore supplicio afficias leuiore, cum mineris pari supplicio omnia persequi peccata, si tibi datum fuerit imperium.

120—122. [*Nam ut ferula caedas.* Paruo supplicio afficias] ne *ferula caedas* eum, qui grauiora commisit.

meritum maiora subire. Dignum maiore supplicio *non uereor.* Nam qui dicit, omnia paria esse peccata, seuerus admodum est; seuerus autem leuia supplicia nescit ferre.

cum dic. e. p. r. Id est: cum tu, o Stoice, dicas, omnia crimina aequaliter esse punienda, non uereor, ne eum torqueas leui paena, qui

1) Licitis γ. rell. om. Lemma *diu.* — *diuersis* amplificaui. 3) sicut Sto. uol. om. γ. 4) opere γ. a*d*tr. γ. — quae ratio fh. 5) *et* qui γ. — sacrilegi *et* eius — C. qua*ntum* qui Q. conf. schol. subseq. rell. *quam* qui. 6) quod γ. 7) quod γ. rell. qu*id*. — q. distet mal. γ. rell. q. mal. dist. Verba *Non ita* — *bono* om. G,mva. 8) Id est contr. malis γ. rell. om. 9) Id est — procedit γ. rell. om. 10) *his* γ. — *or*tum γ,m. — *et* γ. qua*ntum* Q. rell. *quam*. conf. schol. praeced. occ*idit* γ. rell. occi*derit*. 14) Rapuerit γ,C. rell. om. 15) sunt γ. rell. om. 16) *Regula* moderatio gl. Ambr. Schol. Debet — penas γ. rell. om. 18) *In* rog*at*. Inf*ert* γ. rell. codd. et edd. Hor. et Acr. *in*roge*t* uel i*rr*oget. 19) graece a σκύτος. corium, scutum, σκυτικός, coriacius, σκύταλον s. σκυτάλη (*scutale*, lorum, habena Liu. XXXVIII, 29). 20) Deest cum γ. rell. om. *dignum maiore* γ. rell. *mal*ignum, om. maiore. 21) peccata γ. rell. om. datum γ. rell. om. 23) Nam ne fe. *c*edas γ. rell. om. Paruo supp. off. om. γ,mva. Totum schol. om. G et Q, qui dicit: 'inclusa recte om. cod. Med.' 25) Dign. mai. su*pl*icio γ. rell. om. 26) dic*at* mvafh.

dignus est maxima; scilicet cum aequatis criminibus nullum tam leue putes, quod ferula uindicandum sit.

123. *falce recisurum.* Allegoricos, supplicio amputaturum.

124. *si diues q. s. e.* Dicunt Stoici, sapientem diuitem esse, si mendicet, et nobilem esse, si seruus sit, et pulcherrimum esse, etiam si sit sordidissimus. Ordo iste est: Si quis sapiens est et diues est et sutor bonus et formosus et rex secundum Stoicam sectam. Ait ergo Horatius: Si secundum te, o Stoice, sapiens haec omnia habet, cur ad correctionem morum regnum petis, quod te habere dixisti?

126. *cur optas q. h.* Inconsiderate, ait, illum optare regnum, cum sapientem etiam, si sutor sit, regem esse dicunt.

non nosti q. p. Chrysippus restitutor Stoicae sectae et eruditus praeceptor. Huius etiam Cicero meminit. Nunc autem personam sibi contradicentis inducit, ut et Stoicos et caeteros inrideat.

128. *soleas.* Caligulas [bene incisas]. *Quo?* Quomodo, hoc interrogatiue ponitur.

129. *Ut, quamuis tacet, Hermogenes.* Hoc quasi Stoicus. Redit ad principium; nam de cantoribus coeperat.

130. *ut Alfenus u. o. Abi. instr. artis.* Urbane satis *Alfenum* Varum Cremonensem deridet, qui, abiecto sutrino, quod in municipio suo exercuerat, Romam uenit magistroque usus Sulpicio iurisconsulto ad tantam peruenit scientiam, ut et consulatum gereret et publico funere efferretur. Aliter: Alfenus, sutoris filius, qui ita iuris studio intendit, ut beneficio

4) *phisi*ci γ. rell. stoici. mendic*at* libri. posui mendic*et* propter sequentia. C: 'eleganter Stoicos ridet argumento Stoico: dicunt enim sap. diuitem, *etiamsi* mendicet; nobilem, *etsi* seru*iat* et pulch., *etsi* sordi*dissim*us sit etc.' 6) sit sordidissimus γ. rell. sordi*dus* sit. 11) dic*unt* γ. rell. dic*at*. 13) De Chrysippo Cic. Acad. II, 23. Orat. I, 11. Fat. 7. N. D. I, 15. Div. I, 3. conf. Hor. S. II, 3, 44. 287 et E. I, 2, 4. Huius γ. rell. de quo. — sibi contrad. γ. rell. contrad. sibi. 14) inducit om. γ. et *ceteros* γ. rell. et *reliquos.* 15) *gall*i cul*us* (sic) γ. sed *ca*liga et *ca*ligula in Suet. Col. 9 et 52. Tac. A. I, 41 et 69. Cic. Att. II, 3, et calig*arius* in Inscriptionibus apud Grut. Spon. al. — bene incisas om. γ. Qu*o* γ: quomodo? hoc interrogatiue *poeta.* rell. om. *hoc* et *posuit* pro poeta habent. Qu*o* plurimi uett. codd. Hor. ut BφEHFMT. Barc. Bernn. AC (cum gl. quomodo) et uett. edd. *Qui* in D aliisque paucioribus. 19) al*f*enus γ,mva, ut omnes fere uett. codd. Hor. al*ph*enus fh, ut perpauci recc. codd. Hor. Bern. F., al. alfe*m*ius I, alf*i*enus D. Al*fini*us C (etiam in suo commentario). 20) *ust*rina γG,mv. haec lectio ferri nequit, cum ne *ustriculae officina* quidem i. e. taberna, in qua capillus crispabatur, a Tertull. de pall. 4 recte dicatur. Neque *ustor* uocabulum hoc intellectu tutum. Alfenus non *tonsor*, sed *sutor* erat, testibus omn. Horatii uett. codicibus. *tonstrina* rec. Q ex cod. Regin. (Bentl.) *ust*rina uox facta est inuersione literarum ex *sut*rina. nihil amplius ibi quaerendum. *sutrina* uulg. lectio editionum. posui autem sutri*no* ideo, quod γ habet *quod* pro uulg. lect. *quam.* sutrin*um* (artificium) dicebatur ut sutri*na* (ars). Seneca E. 90. conf. Plin. VII, 56. Varr. ap. Non. 2 n. 760 et Plin. XXXV, 10: Tonstrinas sutrinasque pinxit. publico *officio fungeretur* mva. effer*reretur*. *Alfenus* astutus — dicebant. Alfenus — fuisse, om. Aliter γ. 23) Aliter — uindiceris om. mva.

artis huius latum clauum sumeret et ad consularem consurgeret dignitatem. Sunt qui dicant, hunc Cremonensem fuisse. *Vafer* autem astutus, cordatus. *Antiqui* etiam pro bono (*bonus*?) hoc dicebant.

132. *sapiens operis. Gnarus artis i. sapiens. sic opt. omnis. Est opifex.* Ordo: sic omnis (operis?) sapiens optimus est opi[arti]fex.

Omnis. Genitiuus casus.

133. *uellunt t. b.* Usque adeo non es rex, ut, si ad uellendam barbam uenerint pueri, non nisi baculo uindiceris.

134. *Lasciui pueri.* Aut Epicureos dicit, qui aiunt summum bonum in uoluptate positum, aut simpliciter *lasciuos pueros* dixit.

136. *latras.* Pro contumeliis eorum.

Magnorum maxime regum. Aut tu, o maxime, qui te dicis *regem* esse, clamas. aut: clamas tu, o Stoice: o maxime Iupiter!

137. *Ne longum faciam.* Sermonem. *dum tu q. l. Rex ibis.* Per irrisionem dicit: *dum tu rex quadrante lauatum ibis,* quod rex non facit; et est sensus iste: Quemadmodum non potes probare, te regem esse, ita non potes probare, paria esse peccata; nam qua ratione rex es, qui numo dato lauas te et uno comite pergis ad balneum? Mihi autem ignoscent amici mei, si quid peccauero et ego illis; i. e. dum tu contempnis omnia et dicis, ueniam non esse dandam peccatis, et dicis, omnia peccata paria esse, ego, si quid peccauero, impetro ab illis ueniam, et inuicem praesto. Per utramque ergo partem nititur Horatius probare, neque regem esse Stoicum, neque paria esse peccata; dicendo namque: dum tu pergis lauatum numo dato, probat, non esse regem, dicendo etiam ignoscent mihi amici, et ego illis, ostendit, peccata non esse paria; nam sicut peccatum dignum est uenia, peccata paria esse non possunt.

[139. *Crispinum. Crispinus* Stoicus fuit, qui de Stoica secta scripsit uersibus.]

1) lat*a*m sumeret clau*a*m γ. clau*a* hoc sensu non in usu erat. 4) gnarus — sapiens γ. rell. om. *hic* omn. fh. schol. om. γG,mva. 5) *arti*fex omn. libri contra metrum et codd. Hor. auctoritatem; ordo autem uerborum explicationem non admittit. 6) Genitiuus casus γ, bis, et in schol. et ad marginem. recte. Falsa ergo est interpunctio post *operis* apud Feam aliosque, in scholio autem Acronis post *omnis* addendum est *operis,* quod om. omnes libri eorum, in quibus schol. legitur. 7) ē = *est* γ (ex Hor.) rell. *es.* 9) Aut epicu*ros* (m. s.) di*cunt* qui *aiunt* γ. inde schol. constitui; nam uulg. lectio *Aut quia Epicurei dicunt summ.* inepta est. C: 'Aut Epicureos *intelligit,* qui *Stoicos uehementer adorant, quod sese pro infantibus pueris aestimarent,* aut simpliciter *petulanteis* pueros.' 11) Pro cont. eorum. γ. rell. om. 12) Magnorum — Iupiter γ. rell. om. 14) sermonem γ. rell. om. 15) dic*i*t γ,mva. rell. di*x*it. 18) te om. γ. *balneum* Gγ,mva. bellum fh. 20) ueniam non esse dan. γ. rell. non esse uen. dan. 22) probare om. γ. 23) delicta γ. rell. peccata. 27) Crispinum — uersibus om. γ. hic Stoicus fuit, qui multa eorum dogmata uersibus scripsit C.

140. *stultus.* Aut inprudens, aut, ut tu putas.

141. *inque uicem.* Et inuicem.

142. *Priuatusque.* [Non ea sentiens, quae tu sentis. *beatus.* Pro beatior] Et priuatus magis uiuam non paria tibi sentiens quam tu rex cum tuo sensu. *magis uiuam.* Magis beatus quam tu, qui te regem putas.

PORPHYRION.

Omnibus h. u. c. In eundem Tigellium Hermogenem, et hic inuehitur eumque Sardum dixit, quod in Sardinia esset natus. Adnotandum ergo, et *Sardum* et *Sardiniensem* dici posse. Nam *Lucilius Sardiniensem* dixit in sexto satirarum (fragm. sat. VI, 22 Gerl.): *Sardiniensem terram.* At *Licinius Caius* de eodem Hermogene loquens: *Sardi Tigelli putidum caput uenit.* Nonnulli tamen *ueterum Grammaticorum* sic appellationes has diuiserunt, ut *Sardum* putarent dici, qui in Sardinia natus sit, *Sardiniensem* autem incolam Sardiniae.

2. *ut numq. i. a. c. r.* Subdistinguendum *cantare,* et sic inferendum, *rogati,* cum pronuntiatione, qua significat: *etiam rogati.*

6. 7. *ab ouo usque ad mala c. io.* Id est: ab initio caenae ad finem usque. *Ouum* enim hodieque initium caenae est, quippe cum in egressu [gustu] statim a balneis offeratur; *mala* autem apud Veteres inter caetera secundae

1) Aut inpr. aut, om. ut, tu putas γ. Ut tu putas, aut i*m*prudens fhQ. Scholia inde a *uindiceris* (u. 133) usque ad *sentis* (u. 142) et ad finem om. mva, nihil habentes nisi glossam *beatus.* Pro beatior. 2) Et inuicem γ. *tmesis, pro* et inuicem C. rell. om. 3) Non — beatior om. γ. 4) Et priuatus — putas γ. rell. om.

PORPH. M fert inscriptionem: EGLOGA III. Notandum autem est, in hoc cod. hanc satiram post quartam (Eupolis etc.) cum inscriptione EGLOGA V (non IV!), quam excipit quinta (Egressus etc.) cum inscriptione EGLOGA VI, conlocatam esse. Scriba post inscriptionem EGLOGA (ECLOGA Halm.) III habet haec: 'Hujus egloge ordo *est* post secundam eglogam primi libri ordinatus *est* (sic). Brun*de*si longe finis carteque uieque est (quippe ultimus uersus satirae quintae, una cum scholio ad eundem:). Iucunde satis. Itā tunc finem uie brun*de*sium sibi fuisse significat ut nunc relationis.' Iam transit ad sat. tertiae initium: *Omnibus* etc. Satira sexta (Non quia etc.) fert inscriptionem: HAEC EGLOGA ORDINE SVO SEQVITVR. Q. p. XXXVII sic rettulit: '1 inscriptionem est: EGLOGA: (confer adnot. crit.) —'.

8) hermogene*n* M. *et* hic M,vafh. *et* om. (G?)Q. 9) eu*nde*mque R. 10) ergo Sardum, om. et, vafh. — Nam Lucili*um* sardiniensem MR. Nam Luc*ius Sarcitius* fh. rell. Luc*ilius* Sardiniensem (sardi*nen*sem a.) 11) in sext*a* (Halm.) sat*u*rarum M. in VI° satyrarum R. (VI. va). in *sexto* Satyr. fhQ, qui rec. sat*u*rarum. 12) lucilius *gaius* MA, teste P. Danieli, qui habet: '*licinius gaius.* alt. uet. cod. ego puto *Licinium Caluum* poetam qui fuit Catulli sodalis.' capu*d* M. Lucilius C. (= Caius) va (Luci. C.). *Licin*ius, om. C., fhC, qui habet: Licinius autem de Hermog. loquens. 14) dici *eum* qui MRA. rell. om. *eum.* — sardin*i*ensem MA,v. sardi*nen*sem R,afh(G?)Q (corr. p. XXXVII). 17) cum pron. — etiam rogati AR (qr̄ = quare sign.) rell. om. C. supp. *etiam,* ut sensus sit: cantores inter amicos, *etiam rogati* nolunt cantare. 18) i*mo* M. rell. initio. — *caenaeae* (sic) M, inferius *cene. cae*nae R. edd. *coe*nae. usque ad fin. R. 19) hodie fh. est om. vafh. — in *au*gusto M (Halm. in *gusto* Q. l. l.). in *gusto* R2G. edd. in gust*u*. conf. Acr. — balneis, om. vfh.

mensae offerebant. *Citaret* autem *recitaret*, unde et praecones *citari* (citare?) dicuntur, qui clarius uoce ciuntur (ciunt?). *Io Bacche!* Hoc scilicet *citaret* i. e. clare diceret: *Io Bacche!*

7. 8. *modo summa Voce, modo hac, resonat quae chordis quattuor ima.* Id est: modo clara uoce, modo pressa, et [ut] a tetrachordo hoc sumptum [uideatur], in quo est grauissimi soni chorda, quae ὑπάτη dicitur.

9—11. *saepe uelut qui Currebat fug. ho.* Ordo et sensus est: Saepe currebat, uelut qui fugiens hostem currit. Ita per syllepsim figuram e *currebat currit* adsumptum.

per saepe uelut q. I. s. f. Canephorae hodieque Athenis appellantur, quae sacra capite portantes lento gradu incedunt. Dicit ergo, Hermogenem adeo inaequali fuisse mente, ut interdum tardissimo gradu ambularet [interdum citato].

14. *et concha salis puri.* *Puri salis* i. e. simplicis, non conditi. Et *concha* merito, quia pauperiores in marina concha salem tritum habere solent, quo cum pane uescantur.

17. *noctes uigil. ad ips. mane.* Aduerbialiter dictum est *noctes,* ut (G. IV, 514): *flet noctem*; et (A. I, 47): *una cum gente tot annos Bella gero.* *Ad ipsum mane* autem (quod est?) *usque ad ipsum mane.*

21. *Maenius abs. Nouium cum carp.* *Qui de personis Horatianis scripserunt,* aiunt, Maenium et scurrilitate et nepotatu notissimum Romae fuisse.

1) offere*bant* MR. inter *et* caetera secu*m*dae v. *a*fferebantur vafh. rell. *o*ffereban*tur*. — *und*e praec., om. et, vafh. — cita*ri* MR. rell. cita*re*. dicuntur MRG(Q). rell. solent. *ciuntur* (i. e. uocantur, ut C. conf. Tac. A. I, 21. Ouid. F. IV, 484) R. *citan*tur Acron. *dicuntur* M. rell. *dicunt*. Puto scribendum *ciunt*, ut sit: unde et pr. citare — *ciunt*. 2) Hoc schol. in libris postpositum est duobus sequentibus. Bacch*ae* v, quae saepe et uocatiuum et aduerbia sic scripta ostendit, et, hac exiguare neglecta, Q contra rationem atque codicum auctoritatem in lemmate atque in scholio posuit, non corrigens p. XXXVII. Acclamatione illa in carminibus potatoriis frequentissima utebatur Tigellius, qui (conf. C. I, 32, 9) '*Liberum — canebat.*' 5) *pressa* MRA2G. suppressa Bφ. press*o* v. *crassa* afhQ. *modo hac uoce.* id est, *chorda quae crassa est* et ima, quae ὑπάτη nominatur C. et MR,afh. rell. ut. Bφ: Sumptum est hoc a tetr. — dicitur. 6) uideatur om. MRBφ,afh. hypat*ae* v. 7) hoc scholion sequenti postpositum in M,va. 8) syle*m*psim M. per sy*l*epsim v. κατὰ σύλληψιν fh. 9) praepositio *e* om. libri. *ad*sumptum MA *ass*umptum 2,va. *abs*umptum C,fh. currebat *et* currit 2G. 10) caneforae M. canefor*oe* G. cane*ph*orae 2. Canephor*oae* v. Canopho*ri* a. κανηφόροι fhQ. Posui canephorae conf. Fest. et Cic. Verr. IV, 3. Plin. XXXVI, 5. 12) interdum citato fhQ. rell. om. 14) Alt. *Puri salis* om. vafh. con*ca* R bis. 16) uesc*u*ntur 2. 18) noc*tem* MR. rell. noct*es*. noct*em* omn. libri Verg. tuentur et Arusianus p. 231. L. recte, nam *diem noctemque* Cic. Diu. II, 27 dicebatur et *dies noctesque* Cic. Rosc. Am. 2. Q sic: '*noctem* apud Verg. sed *noctes et* ibi corrigendum; p. XXXVII: noc*tem* ut apud Verg. itaque hoc fort. genuinum.' 19) *quo* usque MR. rell. om. *quo*. Q propo. *pro* usque. Error scribae, qui *quousque* leuiter scripsit pro quod ē = *quod est.* 20) Menius M. me*u*ius 2,a. neuium a. *men*ium R. rell. nouium. *con* carp. M. 21) et nepotatu om. afh. et *inep*tatu v. *ut* M. et RA2(G?)Qv. *et* om. afh. scurr*u*l. M (Halm.). scu*r*il. R. — fuisse om. 2,vafh.

Hic post patrimonium adrosum Kalendis Ianuariis in Capitolio clara uoce optauit, ut quadringenta milia numorum aeris alieni haberet. Quaerente quodam, quid sibi uellet, quod tam sollemni die aes alienum habere optaret: Noli mirari, inquit, octingenta debeo. Hic fertur, domo sua, quam ad forum spectantem habuerat, diuendita, unam columnam [ibi] sibi excepisse, unde gladiatores spectaret, quae ex eo *Maenii columna* nominabatur. Cuius et *Lucilius* sic meminit (fragm. ex inc. libr. 104 Gerl.): *Maenius columnam cum peteret.*

25. *Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.* Sensus est: Cum tua mala uideas, uelut si lippiens inunctus sis, quare ad amicorum perspicienda uitia [magis] tam acute perspicis quam aut aquila aut draco? Aquilam autem tam acute cernere aiunt, ut rectis oculis radios solis intueatur. Pro dracone autem serpentem Epidaurium ideo dixit, quia, cum Romani oraculo admoniti in Epidaurum insulam misissent, inde ut Aesculapium adferrent, draco e templo eius subito progressus nauem legatorum conscendit, quem illi numen dei creditum esse Romam aduexerunt.

29—35. *iracundior est paulo* et reliqua. Sensus est: Habet aliqua uitia, ita ut paulo iracundior sit, ne possit deridentium urbanitatem, quae nunc maxime exercetur, sustinere; praestat etiam de se materiam [ridendi], quod rusticius tonsus sit et toga ei defluat laxosque calceos habeat. *Bonus uir* est et *tibi amicus.* His ergo colligit amicorum uitia si leuia sint, ferenda esse secundum illud, quod praecipitur per prouerbium (*Publ. Syri* sentent. 20 apud Ribb.): *Amici mores noueris, non oderis.*

1) *ad*rosum MBφG(Q). *ob*rosum C. *ab*rosum R et vafh. *ab*rosum proprie dicebatur, ut Pers. V, 161. Plin. XXXVII, 6, *ad*rosum recte. conf. Cic. Sext. 33: rempublicam. *di*ra uoce M (Halm.). 2) opta*ret* MR2G. opta*uit* Bφ,vafhCQ. opta*ret* ex seqq. uidetur transsumptum. CCCC milia 2. quadr*in*genta M. dimidiam ergo partem optauit aeris, quod debebat. XL milia Bφ. quadr*ag*inta *milia* R,va. quadrag., om. milia, fh. 3) so*l*emni MR2. sole*nn*i fh (solēni va). so*ll*emni G(Q). *cap*taret hab. v. opt. habere afh. rell. hab. optaret. 4) debeo MRBφG(Q). *ha*beo A2. ha*bere debeo* vafhC. 5) quam ad forum ha*beb*at, om. spectantem, C. — diuendit*am* MG,v. rell. diuendi*ta*. un*a* G. ibi om. M (Halm. Q: '*inde sibi*. fort. rectius.'), C. sibi *inde* AR. sibi *ibi* 2,vafh. ibi sibi (G?)Q. 6) men*i* columna M. men*ii* col. R. me*uii* col. 2,a. maen*i* col. G. Maenii col. v. col. Maenii fh. 7) Luc*ius* R. 9) *lyp*pus in*iu*nctis M. (Halm.) *per*uideas M, ut nett. codd. Hor. peruid*ens* v. *prae*uideas fh, ut Bern. F aliique recc. 10) si l*y*ppiensi unctus M (Halm. Q p. XXXVII: 'si *lippiens iunctus* sic!' si lippens *ui*ctus R. si lipp*iensi un*ctus G. si lipp*iens un*ctus A,va. si lippeus unctus fh. Cum tua mala inunctis oculis, quasi lippus, peruideas — — C. *cur* ad fh. (Acr.). rell. quare. 11) magis om. MR. *t*am acute R,C. recte, ut infra. *qu*am acute M. rell. *magis* acute. *pro* spic. (bis) 2. 12) a cute M. — rect*os* oculis radi*os* M (Halm.). 13) intue*at* v. — dicit afh. dr̄ v. di*x*it MR2G. 14) a*m*mon. 2. in om. fh. epidaur*i*um M (Halm.). 15) escul. adf. M. — draco *ex*emplo M (Halm.). 16) quem illi *deum* cre*dentes* esse afh. quem illi*r*ium (illi*t*ium leg. Q) dei credi*tum* esse v. illi *numen dei* creditum esse MRA2G(Q). esse om. 2. 17) et reliqua om. afh. 19) *t*unc exerc. afh. rell. *n*unc. — ridendi om. MR2G,v. 20) rustic*us* in*tun*sus sit v. (non int*o*nsus ut ref. Q). e*i* defl. M. 21) si leu. *sunt* ferenda *sunt* 2. 22) Verba *illud quod praecipitur* (praecipit 2) *per prouerbium*, quae omn. libri tuentur, om. Q p. 116, add. p. XXXVII.

33. *at tibi amicus.* Id est: uerus amicus. Pronuntiandum autem est, ut significatio eius exprimatur.

35. 36. *num qua tibi uit. inseuerit (insederit) olim Natura.* *Num qua* pro num aliqua, ut si diceret: num quae [inseuerit]. *Inseuerit* autem pro *insueuerit se*, aut insita fuerit. Hac figura et illud dicitur (*Verg.* A. II, 8): *praecipitat nox* et (A. I, 104): *proram auertit.* Sensus autem [est]: Te ipsum denique perspice, ne habeas aliqua uitia aut ingenita tibi, aut mala consuetudine quaesita.

36. 37. *namque Negl. ur. filix innasc. agris.* Manifesta allegoria.

38. *Illuc praeuertamur.* Pro: illuc transeamus, sicut dicitur (*Verg.* A. I, 317): *uolucremque fuga praeuertitur Hebrum.*

40. *ueluti Balb. polypus Agnae.* Luciliana urbanitate usus in transitu amaritudinem adspersit.

41. 42. *uellem in amic. sic erraremus.* Utinam, inquit, hunc errorem circa amicos nostros pateremur uitia illorum non intellegentes. Qui error adeo laudaretur, ut uirtus potius quam uitium diceretur.

44. 45. *Strabonem app. Paetum pater.* *Strabo,* qui detortis est oculis, dicitur, *paetus* leuiter declinatis. Et hoc autem et his, quae sequantur, ostenditur, a parentibus filiorum uitia aut non intellegi, aut intellecta dissimulari. Quod praecipit circa amicos quoque faciendum esse.

male paruus Si cui filius est. Mire dixit *male paruum* uolens intellegere macilentum.

1) A*c* M (Halm.). tibi amic*os* (v), id est, ue*ros* amic*os* MRG. rell. om. i. uer. amicos. — autem om. fh. est om. R. est autem 2. signific*a* M. 3) Num *e*qua M (Halm.). inse*d*erit MR, ut nonnulli uett. codd. Hor., pure Bφ cum glossa: *insita fuerit*, corr. a. 2 m. E (insëderit). Bern. A: inse*d*erit uel in*seruit* (sic) alii in*su*euerit, pure ut D, alii ex corr., ut γ: ins"euerit (2 m. suprapo. *u*) cum glossis *ingenuerit. fecerit.* 4) Num *quid* M. Prius *inseuerit* om. M et afh, qui sic habent: num *qua* inseuerit, aut pro insita fuerit. v: num *quae* inseuerit *aut* pro in*su*euerit aut ins. fuerit. M2G: Inseuerit *autem* pro ins*u*euerit se aut ins. fuerit. R: nunq̄ insu*e*uerit pro in*su*erit se aut ins. fu. Conf. Hor. S. I, 4, 105: *insueuit* pater optimus *hoc me.* 5) Locus Verg. est: et iam *nox* umida caelo *Praecipitat* etc. conf. Priscian 796. Charis. 241. et Seruius 4 locis ap. Ribb. qui Porph. locum neque hic habet neque ad I, 104, ubi recepit pro*ra*. pro*ram* MR, ut Medic. rell. pro*ra*, ut Ribbeck. seductus a Seruio: '*alii* pro*ra* legi tradunt, ut sit *auertit* pro aduerti*tur*.' 6) Praecipi*tat* M (Halm. Q. l. l. Praeci*piat*). — est RG(Q). rell. om. 9) felix M. f*e*lix G corr. — Alii habent fi*lex*, pure ut Bern. A, corr. ut P c. gl. herba incommoda, Ambr. 10) *per*uertam*us* M (Halm.). R. Q refert, et G et M habere *Prae*uertam*us*. 11) *preu*ert. (sic) *e*brum M (Halm.). 12) *ha*gne M (hagnae Kγ. plurimi uett. *agnae*). 17) petum M (ut bD). p*ae*tus in scholio. — Strabo dicitur qui est det. oc. 2. detortis qui est MR,v. qui est det. a rell. qui det. est. 18) le*u*iter MA2,v. rell. le*n*iter. *in*clinatis (G?)Q. declinat*us* R. declinatis. *Haec* (Hoc a) autem *ex* his quae afh. decl. *et* hoc autem *et* his quae M, v. et hoc autem et *iis* quae G(Q). — sequ*u*ntur R2,vafh. sequ*a*ntur M(G?Q). ostendi*tur* M (negl. Q), vafh. osten*dit* AR2(G?Q). 20) praecepit R. 21) Sic M (pro sic̄).

46. 47. *ut abortiuus fuit olim Sisyphus.* Marci Antonii triumuiri pumilio fuisse dicitur intra bipedalem staturam, ingenio tamen uiuax.

47. 48. *hunc Varum distort. crur.* *Vari* appellantur introrsum retortis pedibus.

illum Balb. Scaurum. *Scauri* sunt, qui extantes talos habent. Suauiter autem dixit *balbutit Scaurum;* sic enim blandientes infantibus infringere linguam solent, ut quasi eos imitentur.

49. *parc. h. u. f. d.* Hic iam ostenditur, qualia amicorum uitia existimare et appellare debeamus.

50—52. *At est truc. atque Plus aequo liber simplex fo. hab.* *Simplices* uulgo pro mansuetis ac modestis dicunt. Hic *simplicem* dicit, qui, quod sentiat de amico, libera lingua pronuntiet.

53. *Caldior.* Calidior ad irascendum honesto nomine *acer* dicatur.

55. *at nos uirt. i. i.* Id est: maligni adeo ingenii sumus, ut non tantum uitia amicorum non tegamus, sed etiam laudes ipsas male interpretantes culpemus.

56. *atque sinc. c. u. incrustare.* Allegoricos hoc dicitur. *Incrustari* autem uas dicitur, cum aliquo uitioso suco inlinitur atque inquinatur, secundum quod et *Lucilius* in III. Satirarum (XVIII apud Acr. XVIII, 3 Gerl.) ait: *nam mel regionibus illis, incrustatus calix ruta, caulis, habetur.*

58. *illi Tardo cogn. Pingui damus.* [Ordo est: illi *Pingui Tardo* cognomen damus] Id est, sensus (Hic est sensus?): naturam in uitium uertentes pro *Pingui Tardum* dicimus.

nullique malo lat. obdit ap. *Obdit* nunc *obicit* atque *offert* significat.

67. *Quam temere in nosm. leg. sanc. iniq.* Id est: temere nimis agimus sic iudicantes de amicis nostris, quia incipiunt et illi de nobis iudicantes eandem legem constituere.

1) abortibus f. o. sisy*fus* M (Halm.) — anto*ni* M. 2) bipedam R. *pida*lem M (Halm.). 3) *Nunc* Varum v. *Hinc Vari* fh (ort. ex *hunc*). 4) cruribus vafh. rell. pedibus. 5) Scauri *dicuntur* vafh. ext*entos* talos R. 6) balbu*tt*it M. — in*fin*gere M,fh. conf. Acr. 8) ostendi*tur* M, vafh. ostend*it* RA2(G?Q). 11) *Cum* hic simp. R. C*ur* hic simp. M,2G,v. rell. om. *Cum* (cum?) et *Cur*. qu*od* qu*id* afh. rell. qu*i* quod. 12) pronunti*a*nt (n expu.) R. rell. pronunti*et*. Huic uerbo scribae in MRG duo scholia seqq. confusa et mutilata posuerunt: 'et ingenii sumus ut non tantum uitia amicorum non tegamus sed etiam || et honesto nomine acer dicatur.' Hinc uerba *Caldior* — *irascendum* exciderunt, pars ergo scholii, non totum schol. ut Q refert p. XXXVII. 17) in*cur*tare AG. — In*cur*tari A2G. 18) inquinatur *autem* MR. 19) III sat*i*rarum M (Halm., corr. sat*ur*. Q l. l.) III° satyrarum R. III (III° 2) sat*u*rarum A2. *m*el MRA2G(Q)v. *u*el afh. conf. Acr. ru*ta* omn. mei libri. ῥύτη (πήγανον) Plin. XIX, 7. Colum. XI, 3. Varr. L. L. IV, 21. ruta calix habetur, om. caulis, R. 20) in*cur*tatus A2G. — habe*t* A2. 21) Ordo — damus om. MR. 22) *Id* est MR2G,v (idē). Id est; sensus fh. *et* est sens. a Q. Legendum est *hic s. iste est sensus. propinqui* h. 24) *non* obicit M (Halm.) R cum cruce signo correctionis. *non* et *nunc* saepe confunduntur. adi indicem. 25) Id temere M (Halm.). Id est R(G?Q). sancimus ē temere v. Id est om. afh. 26) de am. no. iud. 2. 27) const. eand. leg. 2.

68. *nam uitiis nemo sine nasc. opt. ille est. Qui min. urg.* Nemo est, inquit, qui non uitia in se habeat. Denique bene est, si pauca habeat, quoniam ut nulla habeat, fieri non potest.

69. 70. *amicus d. u. ae. e. c. m. c. u. b.* Ordo et sensus est: Cum uitiis meis mea bona conpenset. Sic ergo ex eo, quod est *bona*, per figuram syllepsin *bonis* adsumimus.

72. *amari Si uolet: hac lege in trutina pon. eadem.* Allegoricos hoc significat: Qui ignoscet uitiis meis, indulgentia (digna?) et ego uitia illius aestimabo.

73. *Qui ne tub. p. o. a. p. i. u. i.* Haec allegoria ad praecedentem sensum et ad subiectum pertinet.

76. *Denique quatenus excidi pen. uit. irae* et reliqua. *Denique,* inquit, si non potes dissimulare uitia amicorum, saltem talia illa aestimato, qualia sunt; noli ea malignitate tua augere. Deinde hinc paulatim descendit eo, ut aduersus Stoicos disputet, qui dicunt, peccata omnia paria esse, et similia et animum spectandum peccantis, non quantitatem rei, in qua peccatum est.

82. *Labeone i. i. s. d.* Marcus Antistius *Labeo* praetorius iuris etiam peritus memor libertatis, in qua natus erat, multa contumaciter aduersus Caesarem dixisse et fecisse dicitur, propter quod Horatius nunc adulans Augusto insanum eum dicit.

86. *odisti et fugis ut Rusonem deb. aeris.* Octauius *Ruso* acerbus foenerator fuisse traditur, idem scriptor historiarum, ad quas audiendas significat solitum fuisse cogere debitores suos, quibus scilicet talia audire paena grauissima erat; hoc enim significat *porrecto iugulo.*

90. 91. *mensaue catillum. Euandri man. tritum deiecit. ob h. r. Qui de personis Horatianis scripserunt,* aiunt, *Euandrum* hunc caelatorem ac plasten

2) qui in se uit. non vafh. — Denique — potest MRA2G(Q). om. afh. uit. non habeat. Fieri non potest. v. si pauca habeat M (Halm. Q p. XXXIII: *non* habeat). *ut* pauca R. 5) Sic om. 2. *Si* M (Halm.). 6) sile*mpsi* M (Halm.). syllepsī v. syllepsim a. σύλληψιν fh. syllepsin R. syllepsi G. — a*ss*um. vafh. 8) indulgentia *digna* R. bene. rell. om. digna. conf. Tac. Agr. 5. 9) *exis*timabo 2. *aex*timabo R. 10) Qui ne tub. M (Halm. Q p. XXXVII: Qu*in* et *ub.*). 13) aesti*mo* M (aesti*ma?*). rell. aestim*ato*. s*i*nt afh. 14) De*nique* hinc R. *Deh*inc 2. bene. — eo desc. — esse paria — peccantis spect. 2. 18) Antist*e*us (a?) fh. conf. Plin. XXXV, 4. Dio LIV, 15. Tac. A. III, 75. Suet. Oct. 45. — praetorius om. 2. praet. etiam iuris peritus R. 20) et dix. 2. — nunc om. M (Halm.). hor. nunc R. 21) dicit M (Halm.). rell. di*x*it. 22) *ross*onem MR in lem. — *dr*uso in schol. MRA. *ruso*nem — ruso 2Bφ. ut plur. uett. codd. Hor. *russ*onem — *dr*usus v. r. (in lem.) — drusus (in schol.) a. *Drusonem* (lem.) — *Drusus* (in schol.) — *Rufon*em in Hor. — fh. conf. Acr. acer*u*us M more suo. 24) audire MBφR1 (G?Q om., add. suad. p. XXXVIII) et vafh. *illas* aud. a. *alia* fh. rell. *talia*. grau. poena 2. 27) orationis M. — cel. M. *et* vafh. codd. *ac*.

statuarum M. Antonio ab Athenis Alexandriam translatum, inde inter captiuos Romam perductum multa opera mirabilia fecisse.

92. *Aut positum ante mea quia pullum in pa. catini sustulit* (Αὔξησις?).

96. *Quis paria e. f. plac. peccata laborant, Cum u. ad uerum est: sens. moresque repugnant.* Stoicorum dogma reprehendit, qui omnia peccata paria esse dicunt, et ait, ne ipsos quidem in hac sententia permanere, nisi uerbo tenus. Iam hic tractatus habeatur, sed [ut] uere de admisso quaeratur.

98. *atque i. ut. i. p. m. e. aequi.* Nondum uideo, quomodo utilitatem iusti et aequi matrem recte dixerit.

107. *nam f. a. H. c. teterrima b.* Hoc eo pertinet, ut probet id, quod dixerat, homines, inter se ab initio cum orti sunt, pugnas habuisse primo ferino ritu, dein paulatim ad arma processisse.

113. *Nec natura po. iusto secern. iniq. Diuidit ut bo. diu. fug. pet.* Non, inquit, ita per naturam, quid iustum, quid iniustum sit, intellegere quis potest, ut intellegit, quid utile et quid inutile sit, aut quoad malum a bono distet.

115. *nec u. r. h. t. u. p. i.* et reliqua. Nec hoc umquam ratio obtinebit,

1) statuarum *quare* marco antoni*o* MG. statuarum M. antoni*o* R, om. quare. statuarum: Quare. M. Antonio v. *quemque* M. Antoni*um* a. *quem* M. Antoni*um* fh. statuarum. *pro qua re* m. antonium 2. *pro qua re* siue *qua re* mihi glossa uidetur ad *eiusdem uersus* uerba *ob hanc rem* posita atque in scholion transsumpta. Ponendum autem est: *a M. Antonio*, et *transtulisse* mutandum in *translatum.* conf. Acronem: a M. Antonio Alexandriam perductum. Q: quare aut ex *statuarum* male ortum est aut ante quare — *lacuna* est, in qua fort. caelatoris ars laudata fuit ita ut pergendum sit: *quare eum* M. Antonium. — alexandri*um* M. 3) Lemma *Aut* — *Sustulit* habent MRG — sine scholio aut lacuna Graecae uoci relicta. Q: 'Nescio an nihil aliud exciderit quam graeca uox Ἀναστροφή.' Certi quid non potest dici. Non ἀναστροφή sed αὔξησις uox poni poterit. 5) docma M. 6) uerbo tenus M. *hic* MR2G. hi*nc* vafhQ, qui confitetur. 'Sed mihi haec pars scholii non liquet'. Clara mihi omnia esse uidentur. *Tractatus* enim est id, quod *deliberatio* apud Vegetium R. M. III, 3. Lactant. de mort. persec. 48 et pluries apud Ulpianum; *admissum* autem significat *maleficium, delictum.* Cic. Partit. 30. Tac. A. XI, 4. Liu. XXV, 23. Ouid. H. XVII, 45. Porph. ergo dicit: Cum Stoicorum sententia omnia peccata paria esse reprehendenda sit, iam deliberatio habeatur de admisso neque tamen leuiter iudicandum sed *uere* (u. 97: Cum uentum ad uerum est: sensus moresque repugnant) quaerendum est. conf. Acr. ad u. 97. 7) *ut* om. M (Halm.) R2,v. a*d*misso M (Halm. iterum negl. Q) R. rell. *am*isso, quippe quod uocabulum in libris deprauatum et pro a*mm*isso positum est. 8) Nondum — dixerit MR 2G(Q). Rell. nihil hab. nisi uerba: Matrem recte dixit. 11) sunt M2G. rell. *si*nt. conf. Acr. 12) dein M2G(Q),v. dein*de* afh. 14) Non ita inq. vafh. 15) utile *et* quid M (Halm. *e* quid Q l. l.) R2. rell. om. et. — qu*od* malum MR,fh. *quo bonum* a malo 2. rell. *quo mal.* Posui quo*ad* ex utraque lect. compositum atque non solum de tempore sed etiam de loco adhibitum, ut Cic. Agr. I, 2: *quoad fecerit iter.* conf. Cic. Phil. XI, 3. Liu. II, 25. XXII, 6. Ad sensum similis est sententia Cic. Tusc. IV, 38: *cognitis, quoad possint cognosci, bonorum et malorum finibus.* Adi Acr., ubi *quantum* inlatum est. *quantum,* si per codices liceret, h. l. aeque quadraret (conf. Hor. C. III, 19, 1) atque *quid* (Hor. E. I, 7, 23). 17) ob*t*in. M omnesque recentiores libri praeter G, qui habet o*p*tin., quod rec. Q. Nec hoc *inquit* 2.

ut eadem peccata credenda sint esse sacrilegi (ipsius) et eius, qui cauliculos de horto furatus sit.

117. *nocturnus diuum sacra legerit.* Collegerit, ac per hoc subduxerit ac furatus sit; unde *sacrilegi* ipsi, qui hoc [flagitium] admittunt, appellantur.

119. *Ne scutica dign. horrib. sect. flagello.* Sensus [est]: Ne leuiter caedendum flagellis uerberes; nam [et] illud te non moneo, ne grauius puniendum ferula caedas, quoniam scio, te nullum peccatum leue putare esse.

123. *mineris Falce recisurum.* Allegoricos, quod significat: mineris eadem [te] paena uindicare parua et (ut?) magna peccata.

si diues q. s. e. et reliqua. Hoc ad illud refertur, quod de affectione Stoici sapientis dixerat: *Si tibi regnum permittant homines.* Porro autem Stoici existimant, perfectae sapientiae uirum omnia habere; in quo sensu et *Lucilius* uersatus sic ait (fragm. libr. inc. 23 Gerl.): *nondum etiam haec omnia habebit formosus, diues; liber rex solus.* [*habetur;*] Testatur tamen poeta non simpliciter hoc, sed per derisum Stoicorum dicit.

126. *non nosti quid pater inq. Chrysippus* et reliqua. Personam contradicentis poeta per urbanitatem fingit, ut et Stoicos et alios, quorum nomina subiecit, derideat.

130. *ut Alphenus uafer o. a. i. a. c. t. sutor erat.* Sic, inquit, Stoicus et rex et quidquid ipse sibi adsignat [ut alii], potest dici, ut Alphenus sutor, quamuis tabernam clauserit et omne instrumentum sutrinae uendiderit. Urbane autem Alphenum Varum Cremonensem deridet, qui abiecta

1) esse M2(G?)Q. rell. om. — sacrilegi *ipsi* RA2. rell. om. conf. schol. subseq. — hor*tu* M, ut supra u. 107 feri*nu ritu* pro feri*no* ritu. 4) *et* furatus 2. fueratus M (Halm.). — sacrilegi *impii* fh ipi 2. flagitium fh. rell. om. — *ap*ell. M. 7) *Ne* M, ut omn. fere uett. codd. Hor. Nec vafh(G?)Q, qui dicit: '*nec* libri omnes.' *Nec* ex uett. codd. Ambr. D, ex recc. Harll. 2642. 3754. 4862 (saec. XV). *Neu* unus (Harl. 2724 saec. XIII), teste Babingtone. scithica M. est om. MR2G(Q) nam illud te, om. et, MR2G(Q). — cedas MR, ut supra queratur, equi al. pro qu*aer*. *ae*qui etc. — scio, om. *te*, n. t. l. puta*ndum* esse fh. 8) m. f. recisurum *et* simi*lia* MGv, pro simi*li te*. 9) pena M. te fh. — par*uum* M (Halm.). magna et parua vafh. non male, si nolueris scribere parua *ut* magna. 10) affeccione — perfaectae sapientie M (Halm.). scribae uitium. 12) sens*us* M (Halm.). sens*u* RA2G(Q). rell. om. 14) solus *teste*tur*que* tamen MG. liber *rerum* solus. *Testatur* tamen R. liber. diues. rex solus testetur A2. diues. Liber rex solus *testetur*. Quae tātū po, v. diues liber *et* rex solus testetur. Quae *tū* (*tum*, non tū = tamen) p. n. simpliciter, (om. *hoc*) sed a. habebit *F*ormosus, diues, liber, rex solus *uocetur* (ut ed. Bip. I75. 252). Quae tamen po. n. simpliciter, sed fh. *habetur*; *tamen* p. n. simp. hoc sed Q. — formo*n*sus M. conf. IV, 13, 13. 16) et reliqua om. afh. *ex* reliqua v. 17) ut sto., om. et, om. R. 18) *de*rideat MR2,vafhC. *ir*rideat tacite incule. Q. corr. p. XXXVIII. 19) alfenus M,a. 20) *et* rex et MRA2. rell. om. et. — et quid *et* quid M. rell. et quicquid. *ipse* sibi MR2 (A? P. Danielis fallere se passus est ponens pro *ipse* u. *sibi*, quod editio habet). — ut al*ii* MA2G(Q). assignat ali*us* v. ut ali*bi* R. om. afh. sane omittenda sunt quippe orta ex seqq. *ut al*fenus s. alph. Contra M (dici. Quamuis) R2G om. *ut Alph. sutor. dici sutor.* Quamuis v. 22) Urbane — deridet M (alf.) RA2G(Q). om. vafh. *i*ridet R. — pro *qui* (MRA2G,v) habent *Is enim* afh. abiecto sutrin*o* *quod.* Bφ et in glossa: *taberna.* s. sutrin*o* suo.

sutrina, quam (abiect*o* sutrin*o*, quod?) in municipio suo exercuerat, Romam petiit magistroque usus Sulpicio iuris consulto ad tantum [dignitatis] peruenit, ut consulatum gereret et publico funere efferretur.

133. *uellunt t. barb. Lasciui pueri* et reliqua. Quomodo rex es, inquit, Stoice, cum petulantiam puerorum barbam tibi uellentium non aliter possis repellere quam ui, id est, baculo tuo? Per quod ostendit, uanissima persuasione sibi eos uindicare, quod nequaquam habeant.

137. *dum tu. q. l. r. i.* Perquam urbane. Sensus autem est: Quamdiu tu solus lauabis quadrante balneatori dato, neque quisquam tibi comitabitur praeterquam unus Crispinus, disciplinae Stoicae sectator, facile erit, sic non credere, paria esse peccata omnium, ut non probent, te regem esse.

142. *Priuatusq. magis uiuam te rege beatus.* Ordo et sensus est: Magis beatus uiuet priuatus quam tu rex.

SATIRA I, 4.

ACRON.

Eupolis atque Cratinus Aristoph. poetae. *Eupolis, Cratinus, Aristophanes* — hi primi archaeas comoedias scripserunt, in quibus ciuium uitia amaritudine stili secuerunt. Mire autem origo satirae hoc ostenditur. Dicit [igitur] modo, unde nata sit satira, simul qualis esse debeat satira.

2. *atq. alii, quorum com. pr. uirorum est.* Ordo [est]: atque alii uirorum, quorum.

3. *Describi.* Notari. *quod.* Pro quia.

2) pet*ii*t R2,a. recte. rell. pet*it*. magistroque MR (m̄ḡroq.) A2(G?Q),a. mac*rio*que v. inde Fabricius (fh) fecit *Mar*coque. — usus om. A. — dignitatis om. MG2,v. Fabricius (fh) intulit, (G?)Q recepit. ad tan*tam scientiam* Asc. bene. conf. Bφ: *alfenus.* alfenus nimium uafer cremonensis fuit, qui abiec*to* sutrin*o* quod in m. s. exerc. et clausa taberna i. *tuguri unculo* (tugurinnculo id quod tugu*riolo* apud Apul. et Arnob.) ro. pet*it adherensque* sulpitio iuris consulte (B. consultae φ) ad tantam peruenit *sapientiam* ut *et* co. ge. et publico funere eff*ere*tur. quilici. (sic) Bφ. (in Esquilino?). Ad *tantum* peruenit, ut: *tanti factus est* Cic. Am. 16. Caes. B. G. I, 20. 4) et reliqua om. afh, ut supra. *con*petulantiam M. 6) *ua*culo M. ui id est om. afh. 7) uendicare 2Gva (uendi*t*are) fhQ (in Acr. *uin*diceris) — habe*at* M,afh. eos om. vafh. sibi *id* eos Q. in G *id* supra *eos* ser. est. nequaquam MR2G(Q). neque v. non afh. 8) est om. vafh. 10) *nisi* unus afh. om. v. rell. praeterquam. — sto. discipl. R. 11) *si* non paria fh. erit. Sic non paria v. erit sic non paria a. *credere* ergo om. vafh. 13) uiu*at* in lem. MG,v. 14) uiu*et priuatus* MRA2. rell. ui*uam*, om. priuatus.

ACRON. γ sic incipit: Dicit modo — qualis debeat esse satira. Eupolis etc.

20) ciuium γBφ (Porph.). *suorum* ciuium C. *omnia* X. *om*nium mv. *homin*um afh(G?)Q. 21) *per haec* o*r*igo γ. origo Satyrae *per hoc* mvafh. or. satyrae *hoc*, om. *per*, Q. conf. Porph. 22) igitur om. γ. 23) est om. γ. 25) Notari γ,C. rell. om. — pro quia γ. rell. om.

4. *sicarius.* *sica* gladius est permodicus, quem solent ferre in manicis dolosi interficientes cum illis homines, quibus *sicarii* dicuntur.

aut alioqui. Alio modo, hic: in alia re.

5. *multa c. lib.* Adeo ait, ut et nomen ostenderet. *notabant.* Etiam nominatim.

6. *Hinc omnis pend. Lucil. hosce secutus.* Lucilius secutus est Graecos poetas, ipse poeta Romanus; *secutus*, id est, eos est imitatus. *hosce.* Praedictos poetas Graecos. *secutus.* Deest *est.*

7. *Mutatis tantum pedibus.* Illi enim iambicis scripserunt comedias, Lucilius heroicis (satiras?).

facetus. Urbanus habens peritiam risum mouendi et secandi homines uitiosos.

8. *emunctae naris.* Sapiens, detersus. *emunctae.* Tersae elegantiae uel mundae; significat autem sapientem, quia e contrario *muccosum* stultum appellamus.

durus comp. uersus. Asper ad componendos uersus.

9. 10. *nam fuit hoc uitiosus.* Ut asperos uersus componeret.

in horas. d. ut magnum u. d. [Putabat maximum, si multos uersus in momento fecisset.] *Ut magnum. Sicut* magnum; sed non est magnum, multos uersus scribere, sed bonos, quamuis paucos. Putabat enim, hoc esse maximum, si multos uersus momento fecisset.

11. *Cum flueret.* Id est: cum multos uersus faceret et non bonos, quia asperos faciebat et non bonos.

lutulentus. Sordidus, cui contrarius est *luculentus*, h. e. non liquida et pura copia.

1) Schol. ex γ. rell. om. Similiter C: '*Sica* g. e. p. q. sole*bant malefici in baculis gestare*, ut ex insidiis aliquem interficerent unde dicti sunt *sicarii.* 3) Hoc schol. et duo seqq. om. mva. hic in γ,fh(G?Q). *aut ob* aliam rem C. 4) *I*deo γ,fh. om. va. *A*deo (G?)Q. ait γ. rell. om. nom*en* γ. rell. nom*ina.* — etiam nominat*im* C. etiam nomina*tam* γ. 6) Luc. *eos* secutus est γ. rell. Luc. gr. po. secutus ipse. glossa in γ: i. eos est imitatus rell. om. ab illis supra dictis poetis C. 8) deest *est* γ. rell. om. 9) et hoc schol. om. mva. — iambicis *quasi* comedias luc. γ. iamb. *quasi in Comoediis usi*, Luc. fh. iamb. [quasi] in comoediis usi *sunt*, Luc. (G?)Q. alio metro usi sunt *antiqui illi* poetae, *qui Comoedias scripserunt*, alio uero Lucilius, scilicet Heroico, *qui Satyras composuit* C (conf. Porph.). 13) sapiens. detersus. elegantie uel mun*de* γ. glossa γ: *emunctae* i. terse. — rell. om. sapiens. detersus. 14) munde γ. rell. mundo. C: *de*tersae, mun*dae*, elegantis; hoc est, allegoricos, callidus derisor. conf. Ouid. F. III, 668: mundae sedulitatis etc. autem om. mva. — muccosum γ. *mung*osum (a u. mungo, emungo. adi. non Latinum) va, qui habent: *Emunctae naris.* signif. sap. — appellamus. mu*co*sum fhC, qui habet: *sic a* contrario, stupidum, mucosum nominamus, quia non cito uitia odoratur. 17) componeret γ. rell. faceret. C: *hoc uitiosus.* In hoc non carebat uitio. 18) Putabat — fecisset om. γ. h. l., po. inferius. — *in* om. γ. minimo temp*usculo* (sic cum Porph.) Bφ. momento temporis C. 19) *ut magnum* lemma om. mv. — sicu*ti* magn. v. 20) sed paucos γ, om. bonos quamuis. 22) Schol. ex γ. rell. om. 24) contrar*ius* γ. rell. contrar*ium.* luc*t*ulentus γ. 25) pura *conscientia* G,mva. rell. (et C) *copia.*

erat. Deest *tamen. quod tollere uelles.* Quod sumere optares. Etiam quando asperos faciebat uersus, erat, [tamen] quod uelles imitari, hoc est: erat in asperis uersibus illius aliquid dignum imitatione.

12. *garrulus.* Superfluus.

atq. piger. Quia non emendabat opus suum.

scrib. ferre laborem. Corrigere opus suum. *Scribendi recte* non ferebat laborem; nam scribere laborabat, quocumque ferebatur.

13. *ut multum.* Nam in multum scribendo non diffiteor facilem fuisse.

nil moror. Non recuso i. e. concedo, *multum* scribere, nego *recte;* non recuso, ut *Verg.* (A. V, 400): *nec dona moror.*

14. *ecce Crispinus minimo me prouocat.* Huius Crispini etiam in superioribus meminit (S. I, 1, 120): *ne me Crispini scrinia lippi Conpilasse putes.* Hic similiter, ut Lucilius, multos sed malos uersus faciebat. *Minimo* autem *digito* solent prouocare, qui uolunt ostendere, plus esse uirium in suo minimo digito quam in alterius toto corpore. [Vel.] *Minimo.* Subest *digito,* quo sponsionem Veteres inligabant. *Minimo* prouocare dicuntur hi, qui in [re]sponsione plus ipsi promittunt, quam exigant ab aduersario. *Minimo* igitur *me prouocat,* quasi nihilum, quasi eum, quem facile poterat superare.

14. *Accipe.* Tabulas.

15. *hora.* Ut infra [quot] (u. 138. u. q. d. o.). hora s. uideamus, qui plus uersuum faciat [et custodes, ut proprios faciamus.].

16. *Custodes.* Ut propria dicamus.

17. *Dî bene fec.* Quod non saepe scribo.

pusilli. Per quem non possum multa scribere.

inopis. Qui non multa inuenit.

18. *animi.* Ingenii.

et perpauca loquentis. Ad illud refertur, quod ait: *inopis me quodque pusilli.*

1) Deest tamen γ. supp. tamen C. rell. om. Quod sumere optares γ. rell. om. 2) tamen fh. 4) ineptus, in multis superfl. C. 5) Quia non γ. Scholia *Superfl.* et Quia — auum om. G,mva. *Non enim* emend. fhQ. 6) Corr. op. suum γ. rell. om. 7) scribendi omn. libri. posui scri*bere* laborabat (Porph.). scri*bebat* Q. — quocumque γG(Q). quo*modo*cunque mvafh. 8) dif*fero* mva. rell. diff*iteor*. 9) scribere n̄ ego recte non recuso γ. scr. *nego* recte fh. schol. om. mva. scribere *non recte* (G?)Q. 12) crispi*nia* γ. 15) digito om. γ. — Vel. om. γ. Minimo — i*lli*gabant γ. rell. om. 16) hii γ (m. s. pro ii). sponsione γ,Q. *resp*onsione fh. corpore — pusilli per quem G,mva om. ergo Minimo — faciamus. 17) *pro*mitt*u*nt γ. promitt*a*nt Cod. Fran. ap. Suringar. III p. 53. Bentl. Q. *per*mitt*a*nt fh. exi*gun*t Fran. ibid. 18) eum γ. rell. om. po*terat* γ. po*tuit* fh. po*ssit* Q. 20) Tabulas γ. rell. om. 21) quot horas γ. posui u. — hora s. rell. quo certius. 22) faci*at*. rell. facit. et — faciamus om. γ. sch. om. G,mva. 23) Ut prop. dicamus γ,C. rell. om. 24) Quod — scribo γ. rell. om. non possum multa γ. non multa possum fh. non mul*tum* poss. (G?) tacite inculc. Q. Quod non saepe scr. γ. rell. om. 26) Qui n. m. inu. γ. rell. om. 27) ingenii γ,C. rell. om.

19. *At tu conclus. hirc. foll. auras.* ***Follibus*** pro pectoribus; translatio a fabris.

auras u. l. d. m. i. ut m. i. Tu uero, Crispine, multa cogitando imitare hircinos folles. *Hircinis follibus* comparauit pectus Crispini et auris festinantibus eiusdem ineptas cogitationes. Per hoc ostendit, Crispinum inflate scribere et turgide; unde *Pers.* (V, 10. 11): *Tu neque anhelanti coquitur dum massa camino* [i. e. animo et cura diligentia scribendi].

20. *Usque laborantis.* *Diuino* opere positas. *ferrum.* Sensum. *molliat.* Proferat, explicet, maturet.

21. *Ut.* Quantumuis.

Beatus Fannius. Est poeta, cui ultro delatae sunt capsae, ut suos libros mitteret et [in] auctoritatem reciperet. || Fannium quendam non satis bonum poetam recepit in auctoritatem senatus. || [Aliter:] Fannius iste malus poeta fuit, qui, dum ante contempsisset datam sibi imaginem a senatu, postea, dum moreretur, petiit, ut, delatis in publicum capsis suis, cum libris propriis suis incenderetur. || Aliter: Fannius loquacissimus poeta fuit, cui senatus audiendi fastidio ultro imaginem capsas dedit. || *Item aliter*: Fannius quadratam eo tempore satiram scribebat et erat sine liberis. Huius imagines et libros heredipetae in publicas bibliothecas referebant, nullo merito dictionis.

ultro. Sine cura ipsius Fannii.

delatis capsis. Ad bibliothecam.

et imagine. Quia is, qui fuisset in auctoritatem receptus, (id est?) eius imago (ibi?) ponebatur [inter poetas], quasi opinatissimi poetae.

23—27. *uulgo.* Passim aut paulatim. *recitare tim.* Qui enim secat mores aliorum, in publico non recitat.

Quod sunt, quos genus hoc min. iuu. [*Hoc genus*] satirae scilicet. Quia sunt quidam digni culpa[ri], quos genus hoc non iuuat. Quare non

5) eiusdem γ. rell. om. 6) infla*tum* G,mva. 7) id est — scribendi om. γ. 8) laboran*tis* γEBφM Ambr. ex γ. rell. om. tam diu operantes C. sensum γC. rell. om. 9) Prof. exp. mat. ex γ,C. rell. om. 10) Quantumuis γ. rell. om. 12) *in* om. mvafh. et *in* auct. recipe*rentur* γ. et auct. recipe*rent* G. recipe*ret* mvafh. *in* auct. recipe*retur* CQ. *in auct.* ex schol. subseq. ortum uidetur. 13) Aliter om. γ. 14) *dum* γ. rell. cum. an*te* γ. rell. an*tea*. 16) libr. propr. γ. rell. propr. lib. — Aliter — dedit om. G,mva. 18) quadra*to* eo temp. γ. quadra*tam* eo temp. saty*ram* G,va. rell. Quadratus. recepi *quadratam satiram* i. aptam, Quintil. II, 5, 9: quadrata uerborum compositio. IX, 4, 60: scire, quod quoque loco uerbum maxime quadret. 19) in publi*co* bibliotecas. m. 20) *dictionis* γ. doctoris mvafh. scriptoris C (nullo *tamen* mer. scr.). auctoris Q. 21) sine cu. ips. fa*u*ni γ. rell. om. Notandum est, u. 21 in nonnullis codd. Hor. legi fa*u*nius, ut D Bernn. AF etc. 22) sch. om. G(Q),mva. 23) totum sch. om. G,mva. Quia is om. C. qui *erat* C. 24) inter poetas fhC. om. γ. quasi op. po. γ. rell. om. 25) Pass. aut paul. γ. rell. om. Qui enim secat γG(Q). qui *cum* seccat v. qu*od enim* secat m. Qui *cum* sece*t* afh. 27) Quod s*i*nt fh. in lemm. Hoc genus om. γ. 28) culpa γ. rell. culp*ari*. quos — culpari γ. rell. hoc. gen. — delectat.

iuuat? quasi dignos culpari. [hoc genus carminis minime delectat]. Ordo [est]: Ideo mea scripta nemo legit, quod sunt, quos hoc genus carminis non iuuat quasi dignos culpari.

quemuis media erue turba. De medio populo, qui est ante conspectum, producito.

ambitione. Cupiditate honoris.

27. *Hic nupt. insan. amoribus.* Adulter. *hic puerorum.* Corruptor.

28. *Hunc capit argenti splendor, stupet Albius aere.* Alter pecuniam diligit, desiderat alter argentum.

aere. Id est, Corinthio, ac per hoc statuis, non pecunia, nam supra argenti cupidos dixit.

29. *Hic mutat merces surgente a Sole ad eum quo.* Alter lucri et mercium causa de Oriente nauigat ad Occidentem. Ita *Maronis* illud (B. IV, 38): *nec nautica pinus Mutabit merces. ad eum.* Solem. *quo.* Sole.

30. *Vespertina tepet regio. Tepere* dixit occidentalem plagam ad comparationem orientalis, quia ibi sol acrius feruet. [Id est: alter lucri et mercimonii causa nauigat ad occidentem]. *Quin.* Etiam.

ne quid Summa de perdat met. Qui propterea se periculis committit, ut aut nihil decedat de summa patrimonii sui, aut certe ut augeatur.

summa de perdat. De summa perdat.

33. *Omnes hi met. uers.* [Qui huiusmodi uitiis dediti sunt]. Qui sunt uitiosi, qui his malis sunt dediti. *uersus.* Satiricos.

odere poetas. Qui satiras scribunt.

34. *Foenum hab. in cornu.* Sermo uulgi de satiricis; et sic locuntur inter se, qui sunt uitiosi: *Fuge* istum poetam satiricum, *qui foenum habet*

2) est om. γ. —scripta om. γ,mv. 4) *erue* plurimi uett. codd. Hor. Glossa *elige* in omn. libr. Acr. et b Bern. AF. Regin. 2 m. in rasura, 7 Harll., inter quos 2642 et 3510 (saec. XV) a 2 m, etc. — de medio pop. *de eo pop.* qui γ. de med. pop. *in medium* prod. C. 7) Adulter ex γ,C. rell. om. Corruptor γ,C. rell. om. 8) Schol. om. G,mva. Q uncis inclusit. γ,fh habent. Auctor huius scholii alius est atque is, qui sequens scripsit. namque, inuerso scholii ordine, *aes* per *pecuniam* explicuit, *argentum* autem non pro ipso metallo aut numo argenti aut argento signato accepit, sed pro argento facto Plaut. Pseud. I, 2, 29, bene facto Cic. Verr. IV, 22, caelato Cic. Tusc. V, 22. uasa argentea delectant C. Manifestum est, huic intellectui obloqui scholii sequentis auctorem, qui *aere* intellegi uult *statuis ex aere Corinthio factis, non pecunia.* C: Albius tenetur cupiditate *uasculorum ex aere Corinthio.* (Porph.). 12) Alter (alius) C — occidentem γ,C. rell. om. — G,mvaCQ. praemitt. initium u. 38: *Cedet et ipse mari uector.* om. γ,fh. 14) Solem γBφ. Sole γ,C. rell. om. 15) Tep*et* dix. γ. ad comp. *occidentalis* γ (rasura). 16) orien*tis* mvafh. — Id est — occidentem om. h. l. γ. uide schol. praeced. — lucri et merc*ium* causa γ. lucri causa et mercium C. 17) Etiam γ. *supp.* etiam C. rell. om. 18) Qui γ. rell. om. propt. *sic* se peric. mafh. propt. *si* se v. 20) Summa de perd. De su. perd. γ. rell. om. 21) Vulg. lectio *Qui hu. — ded. sunt.* om. γ. Qui sunt — dediti γ. rell. om. 24) Sermo — et om. G, mva. — *et* sic γ. rell. *nam* sic.

in cornu. Metaphoricos autem dixit, quia, quando feriunt boues, horum in cornibus ligatur foenum. .

35. *cuiquam.* Alicui.

36—38. *chartis inleuerit.* Scripserit.

a furno redeuntis. Redeuntes seruos a pistrino siue a nympha.

Agedum pauca accipe contra. Id est: audi tu, qui uituperas poetas satiricos.

39. *Primum ego me illorum ded. q. e. poetas.* [Non quod Horatius multum recitet, sed quod uidetur conscius peccatorum]. Primum ego eximo me de numero, quibus do hoc nomen. *poetas.* Id est: non dico, me esse poetam; neque enim qui scit facere uersum, poeta est.

dederim q. e. poetas. Id est, quibus concesserim, ut poetae sint. [Primum ego me eximo de numero eorum, quibus do nomen poetae, id est: non me dico esse poetam; neque enim qui scit uersus facere, est poeta].

41. *sermoni propiora.* Vicina fabulis aut orationi. *sermoni.* Cottidiano.

45. *Idcirco.* Quia uerba eorum apta sunt prosae orationi, *quidam — quaesiuere,* [dubitatio est — erat], utrum comoedia poema dici deberet.

46. *quaesiuere.* Dubitauere.

46—48. *quod acer spiritus ac uis, Nec uerbis, nec rebus inest; nisi quod pede certo Diff. sermoni sermo merus. Rebus.* Sensibus. [Eo quod elata uerba in comoedia esse non debent, sed quae hoc non habet, dubitatur in comoedia an poema. In comoedia neque uerba elata sunt neque sensus, sed solo metro differt comoedia a prosa oratione]. *Quia* neque uerba elata sunt neque sensus. *Nisi quod pede certo. Nisi quod* solo metro differt comoedia a prosa oratione.

1) horum γ. rell. eorum. 3) Alicui γ. rell. om. 4) Scripserit — nympha om. G,mva. 5) redeun*tis* γ in lem. *Redeuntes* seru. γ. rell. om. Red. 6) Id est γ. rell. om. uituperas γ. rell. repraehendis. — po. satir. γ. satyr. po. rell. 8) Vulg. lectio Non quod — peccatorum om. γ,mva. Scholia *Primum ego eximo — poeta est.* ex γ. rell. inferius habent similia. 12) dederim — sint om. G,mva. 13) Primum — poeta omn. libri. — eximo me γ. eorum om. γ. 14) do hoc no. γ, om. poetae. non dico me γ. facere uersum po. est γ. 16) a*ut* or. γ. rell. *et* or. — cottidiano γ. rell. om. a sermone Comico C. 18) apta pros*a* oratio*ne* γ. om. sunt. prosae *et* orationi a. 19) dub. *est — potest* mvafh. *aut* comoedia γ. rell. *utrum* comoedia. de*beret* γG,m. 20) Dubitaue*runt*, an Comoedia sit poema C. Sensibus γ. sententiis C. rell. om. 19) Lemma et alt. scholii partem *In comoedia — oratione* om. G; an poema — oratione om. m. *In com.* — oratione om. va. dubitatur, *an com. sit* poema a. *an* poema fhQ. 23) Eo — oratione mvafhQ. 25) Quia — sensus γ. 26) Nisi — *prosaica* oratione γ. pros*aico* relatu Venant. Fort. VII, 11, 1. pros*a* oratio siue prosa absol. apud. Gell. Colum. et Quintil. *sermo merus. pror*sa dictio C.

48. *At pater ardens Saeuit.* Dixit superius: dubitatur, utrum Fabula an poema dicatur comoedia, quia in ea non sunt (seria?) uerba elata neque sensus elati; qui autem uult uideri poema esse comoediam, dicit, acrem inesse spiritum, siquidem patrem ostendit in luxuriosum filium saeuire uehementer. Hanc quaestionem insolutam dimittit statimque prosequitur, quid comoedia in se contineat, patres scilicet irascentes contra filios.

49. *nepos insanus am. Filius.* Luxuriosus.

nepos filius. Adfectauit obscuritatem.

51. *ebrius et magn. quod dedecus amb.* Ordo est: Quod ebrius ambulet cum facibus, quod magnum est dedecus.

ante noctem cum fac. Pro: per noctem, aut *ante noctem*, ante tempus noctis, quia caeci sunt amatores, qui utuntur facibus eo tempore, quo non est utendum.

52. *numquid Pomp.* Nescio quis luxuriosus. [Verba eius, qui dicit, comoediam non esse poema].

istis. Verba quae audit adulescens comicus.

pater. Num leuiora uerba luxuriosus audiret Pomponius, quam audit filius a comico patre?

si uiueret. Vult illud intellegi, quod etiam sine comoedia sic increpantur a patribus luxuriosi.

54. *ergo non satis est puris uers. perscrib. uerbis.* Id est: non sufficiunt pura uerba ad appellandum poetam metro conclusa; debet enim poeta ut grauia uerba et composita cum sensibus elatis habere. *Puris* [autem] sine figuris, [et] magno sono.

56. *Quo personatus pacto pater.* Jocunde de comico. *personatus.* Comicus aut scriptus, personam comicam gerens, de (in) comoedia qui personam patris accipit.

His. Scilicet uerbis. ego scilicet scribo.

quae nunc. Subest: scribo uersibus aut uerbis et his, quae olim scripsit Lucilius, si temporum mutationem et uerborum tuleris et figuras et conuerteris ordinem conpositionis, inuenies prosam orationem.

1) fabula an γ. rell. om. dic*i*tur γ. non sunt *ueria* (sic) uerba γ. 2) in Comoedia neque uerba sunt *magnifica* neque sententia grauis — C, qui in scholio seq. habet *seria* uerba. 5) Hanc — filios γ. rell. om. 7) Luxuriosus γ. rell. om. (Porph.). 8) *ad*fect. γ. schol. om. G, mva. 9) ebrius γ. rell. om. 11) aut *ante noctem* γ. rell. om. ante no. 14) Num *qui* Pomp. γ. cum scholio: Nescio quis luxuriosus. rell. om. vulgo *Numquid.* Verba — poema om. γ. 16) *istis* — comicus γ. rell. om. 19) schol. om. G,mva. Hoc uult intelligere fhQ (intelleg.). 20) luxurio*sis* γ. 21) Id est γ. rell. om. 23) autem om. γ,mva. 24) et om. γ. 25) Joc. de com. Q interpol. putat. om. (G?)mva. ioc. γ. i*u*c. fhQ. Venuste et iucunde dicit patrem personarum pro patre Comico, hoc est, qui patris personam accipit *in* Comoedia C. *personatus* interposui. Comicus aut scr. γ. rell. om. 28) Scil. uerbis. scil. ego γ. rell. om. 29) Subest — orationem γ. rell. om.

57. *eripias si.* Ordo [est]: si eripias his. Sensus hic est: si ordinationem metricam mutes in opere Lucilii uel meo, non eandem grauitatem inuenies quam in Ennii uersu [uel Pacuuii] soluto.

58. *Tempora.* Dixit moras syllabarum et correptiones. *modosque.* Figuras.

60. *Non, ut si soluas.* Id est: non ita inuenies, quemadmodum si soluas uersus Ennii aut Pacuuii, qui etiam soluti altitudinem et tumorem obtinent poematis: Cuius est (Enn. ann. fragm. 270 Vahlen): *ferratos postes portasque refregit.*

[60. *Non, ut si soluas. Ut.* Velut. Ordo est: Non inuenias ita ut Ennii uersus si soluas; nam si meis et Lucilii scriptis ordinem dissipes metri, non amplius poetae pondus apparet]. Sensus: Si meis et Lucilii scriptis ordinem dissipes metri, in uerbis non inuenies poetae spiritum, ut Ennii uersibus etiam solutis poetae pondus apparet. Ergo ordo: Non ita inuenies, ut Ennii uersus si soluas.

postquam Discordia tetra. Et hic et sequens Ennii.

disiecti. Soluti.

63. *hactenus.* Huiusque dixerim, utrum satira et (uel?) comoedia dicenda sit poema.

alias. Id est: alio tempore dicam, utrum poema comoedia dicatur.

alias. Alio tempore, alio in loco, ut *Ter.* (Andr. III, 2, 49 Fl.): *Quid alias malim quam hodie has fieri nuptias,* non *alias* modo, ut Quidam uolunt.

64. *nunc illud quaeram.* [Deest audire]. Nunc dicam, utrum iure oderis hoc poema, utrum iure metuas.

65. *genus hoc scrib.* Satira. [*Sulcius acer Ambulat et Caprius. Sulcius* et *Caprius* nomina fuerunt delatorum. *Alii* actores uolunt fuisse cau-

1) est om. γ. his eripias, om. si, γ. — *ora*tionem (G?)Q. rell. *ordina*tionem. 3) uel pacuuii om. γG. *et* pacuuii va. 5) Figuras γ. rell. om. pedes et sonos C. 7) pacu*b*ii γ. — *opt*inent poematis γ. rell. po. obt. 10) ut. Velut γ. rell. om. *inuenias.* in nostris uersibus γ. rell. om. Ordo — apparet om. γ. Non est ordo. 12) si *me is* (et?) lucil. γ. Sensus — soluas γ. rell. om. 13) poetae *spem* γ, falso pro spm̄. 14) soluti γ. rell. om. Et hic (uersus?) et seq. *h*ennii γ. rell. habent: Haec Ennii uerba sunt. 18) *et* libri. lege *uel,* si nolueris scribere: utrum sat. et com. dicenda *sint poemata.* poema sint an non mvafhQ. Id est — dicam γ. rell. om. 21) quando alias quam G,mva *quin* alias C. 22) has hodie γ. — non ali*o* modo γ. 24) Deest audire omn. libri praeter γ, qui *t*amen ad u. 63 habet: *alias iustum.* s. dicemus. deest audire, quae verba explicationis causa add. uidentur loco *Terent.*: *quid alias malim* — deest *audire* — quam hodie has fieri nuptias. 26) Satira γ. rell. om. *Sulcius* omn. libri Acr., ut Ambr. al., non Porphyrionis. *ful*cius M (Halm. Q negl.), ut ed. Med. 74, ubi Pith. corr. Sulcius. *fulg*ius PT Bern. B (Ald.). sulgius E (sulgii 1 m. corr. fulci). Bφ. sulgii B Fran. fulgii φ. fulg*i* Bern. B. Par. P. *uulg*ius D cum glossa: uulgius et caprius acerrimi delatores. Sul*gi* (1 m. corr. Sul*ci*) Bern. A. Sulcius — agendi om. γ, qui habet: hos — satiricos. conf. C.

sarum; inde etiam *rauci* traduntur assiduitate agendi.] Hos Quidam accusatores accipiunt, Alii amores satiricos.

66. *rauci male.* Pro ualde.

67. *latronibus.* Male uiuentibus, uitiosis.

libellis. In quibus accusationes continentur.

69. *Ut sis tu similis Caeli Birrique latr. Non ego sim Caprii neq. Su. Ut sis.* Pro: si posuit. Caelius et Birrius perditi adulescentes fuerunt. Si tu uis[, inquit,] similis esse male uiuentibus, cur ego per carmen istud uideor similis esse accusatoribus? et est [sublimis inuectio] subintellegendum *similis. latronum.* Vitiosorum.

70. *Cur metuas me?* Id est: ego debeo mordere uitiosos.

71. *nulla taberna meos h. n. p. libellos.* Negat, se libellos suos edere bibliopolis, ne [in] inperitam turbam incidant, qualis est Hermogenes Tigellius. Plerumque enim in pilis uel in columnis epigrammata scribebant poetae uel bibliopolis tradebant. Hoc ita posuit, quia bibliopolae stationes et armaria circa pilas uel columnas habebant, ac per hoc ostendit, se non temere cuiquam libellos suos edere nisi certis et electis personis.

74. *ubiuis.* Ubicumque, in omni loco.

coramue quibuslibet. Id est: neque semper, neque aperte, neque extra amicos recito.

In medio qui Scripta foro recitent, sunt multi. Hoc sic pronuntiandum [est], quasi quilibet dicat contemnens Horatium: Ideo tu secrete recitas, quia multi [non in] digniores te sunt, qui in medio foro recitant. Deinde consentit Horatius et addit: Non mirandum hoc, nam multos dicunt esse, qui et in balneis recitant, ideoque addit hanc causam per ironiam, quia in balneis melius uox resonet. *In medio.* Hoc obtrectator.

3) Pro ualde γ. ualde C. rell. om. 4) Male uiu. γ. rell. Viu. male. 6) *sis tu* γ, ut Porph. M. et omn. codd. Hor. *tu sis* edd. Acr. et Porph. (et G?Q). Pro si posuit γ. rell. om. *c*eli γFM etc. C*ae*li mut. b Ambr. *Cae*lius va. *Coe*lius fh. cael*ii* BφE. compend. C. in lem̄. va. celii DHIPRT al. *by*rrique H Bern. A. Byrrhius v (byrr*ih*us) afh. va in lem. habent compend. b. rell. *bir*rique. 8) inquit om. γ. 9) et est sub̄ similis. haec spectant ad alt. partem lemmatis quam adiunxi. rell. habent *sub*limis (in*i*ectio v) in*u*ectio. C: *subiectio a dissimili.* 10) Vitiosorum γ. rell. om. 11) mutari lemma. schol. om. G,mvaQ. 12) libros vafh. *ae*dere v. 13) ne *in*p., om. in, turb. inc. qu. est herm. tigellus γ. Haec uerba excipit scholion: Negat se libros suos uendere bibliopolis *foria* (sic. lege fo*ris*, non *Sociis*) ut etiam ponant super pilam i. super mensam uenalium rerum ut illis insudet manus uulgi aut alicuius scurrae, qualis fuit hermogenes (om. tig.). Plerumque etc. — tigel*lus* γ. 15) Hoc *ita* γ. rell. Hoc *ideo.* 17) *certis et electis* personis (perso*nae* γ) γ,C. rell. *nobilissimis* personis. 18) ubicumque γ. rell. om. 22) est om. γ. quilibet γG,mv. qui libet a. rell. *quis.* seruaui *quilibet,* ut: alius quilibet. Plaut. Poen. IV, 2, 38: alium quem libet. Cic. Acad. IV, 43: quemlibet, modo aliquem. 23) multi dign. γ. rell. multi *non ind.* 24) addidit γ. 25) in medio foro omn. libri praeter Q qui posuit: *qui et in balneis recitant.* G,mva. recitant. (recit*ent* G) nam multos dicunt esse qui in balneis recitant. Ideoque *clamamus* (amamus afh) hanc sonet. — multos esse, om. dicunt, fh. — hyroniam γ. hironiam v. 26) *res*ones γ (Hor.). conf. Porph. suauiter *resonans uox.*

76. *inanes.* Vanos poetas, quasi hoc modo Horatius respondeat.

78. *Laedere gaudes.* Subiectio [est].

79. 80. *hoc studio prauus facis.* Sed forte dicis: quoniam satiram scribis, o Horati, quae notat homines, ideo clam recitas.

unde petitum. Auditum, acceptum. Horatius: Unde [A quo] didicisti hoc, aut unde scis, quid sit prauum?

hoc in me iacis. [Id est:] Quasi hoc telum unde sumpsisti?

est auct. q. d. e. Ordo [est]: Denique quis eorum auctor est i. e. quis est eorum delator, cum quibus conuiuatus sum? quibus ergo coniecturis colligis, crimine hoc me dignum esse? Id est: Quis est de his, cum quibus uixi, qui dicere potest, quod malus sim, et ideo gaudes laedere.

81. *absent. q. r. a.* *Rodit,* mordet, lacerat. Nunc ait, qualis sit, qui studio laedit aliquem.

82. *qui non def. a. c.* Sunt enim quidam, qui, dum uolunt urbanos se haberi, quasi per facetias lacerent alios, sicut superius (u. 34. 35): *dummodo risum Excutiat sibi non hic cuiquam parcit amico.*

83. *Qui captat ris. ho. famamque dicacis.* Ut diceretur loquax, iocosus. *dicacis.* Faceti, iocosi *Dicaces* sunt, qui risum mouent maledicendo, qui habent ioca mordacia.

84. *hic niger est.* Maledicus, malignus et liuidus, siue obscurus et latens. Sic *nigrum* ait malum aut uenenatum *Verg.* (A. IV, 514): *nigri cum lacte ueneni.*

hunc tu. R. c. [Huius actus] Hunc tu, Romane, debes metuere, non me.

85. *quaternos.* Id est: duodecim [homines] in triclinio. Nam inde et triclinium dictum [est], a tribus lectis.

86. *quauis.* Quo modo uis, uel qua ratione uis, ut *Poeta* (A. I, 676): *Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.* A l i t e r: *quauis.* scilicet macula.

2) est om. γ. 3) Sed γ,mva. *Si* G. rell. om. *Sed* uel *Si.* quoniam γ. quo*modo* mva. *quia* fhQ. 4) Inde a *quae notat* usque ad *sumpsisti* om. G,mva. 5) Horatius γ. rell. om. Unde γ. rell. om. A quo om. γ. hoc aut unde scis, quid γ. rell. habent: hoc, *si quid.* 7) Id est om. γ. Quasi hoc γ. rell. Hoc quasi. 8) est om. γ. Denique quis γ. rell. Quis denique. — auctor est γ. rell. est auct. quis est γ. 10) Quis *est* de γ. rell. om. est. Quis — laedere om. G,mva. 11) uixi *qui* γ. rell. om. qui. — s*um* γ. gaud*es* ledere γ. rell. gaude*o* laed. 15) lacer*ent* γ. rell. lacer*a*nt. sicut superius γ. rell. ut. 17) Pars *Ut — iocosus* in γ tamquam peculiare scholion sequenti praemittitur. in rell. post u. *iocosi* interpo. est. 20) γ habit *male*dicus in glossa, malig. *et* liu. in scholio. fhQ om. et. G,mva om. malignus — ueneni. 21) *aut* uen. γ. rell. *et* uen. — Loc. Verg. iam supra ad C. I, 12, 27, ubi libri hab. uene*num.* conf. Macrob. VI, 6, 9. *ut* (om. uerg.) nigri γ. 23) Huius actus om. γ. Hunc tu rom. debes γ. rell. Huius act. deb. rom. 24) homines om. γ,m. 25) est om. γ. *scilicet* a C. 26) γ insuper habet glossam ex scholio extractam: *quauis.* quocumque modo aut ratione. 27) nunc om. γ. mentem. al. quauis scil. macula γ. rell. om.

adspergere. Notare sermonibus uel ueneno, [uel] male loqui de omnibus.

87. *aquam.* Conuiuium.

88. *praeter e. q. p. a.* Praeter conuiuatorem, qui pascit, qui prandium exhibet.

89. *uerax. aperit praec. Liber.* Mire *uerax,* [nam] ideo Liber.

condita praecordia. [Quasi] Quae condita in praecordiis.

91. *Infesto nigris.* [Tibi irato malis]. Tibi inimico uitiosorum. Tibi, qui es infestus nigris, id est, malis hominibus hic uidetur urbanus et comis.

[*ego si risi.* Hoc modo ad Maecenatem loquitur.]

91—94. [*Pastillos Rufillus olet.*] *Ego si risi. — liu. et mordax uideor tibi.* Responsio: Saepe in conuiuio uides aliquem de omnibus male loquentem, excepto eo, qui pascit et delectaris; || ego si aliquem merito uituperauero, reprehendis?

93. *Liuidus.* Inuidus, malus.

mentio si qua. Ut alibi (C. III, 14, 9): *Spartacum si qua potuit uagantem Fallere testa. Furtis.* Sacrilegiis.

94. *de Capitolini furtis iniecta Petilli.* Fingit, se loqui cum quodam, qui amicus sit Petillii, amici Caesaris, qui accusatus, quod coronam Iouis Capitolini rapuisset, absolutus est. || Cum Capitolio praeesset, coronam rapuit. Est autem genitiuus de furtis Petillii Capitolini. Nam ex crimine Capitolinus Petillius dicebatur. || Hic de exspoliatione Capitolii accusatus, dubium, utrum gratia iudicum sit absolutus. tamen Capitolinus uocabatur. || Petillius dum Capitolii curam gereret, coronae sublatae causam dixit, et Augusto absolutus est. [Petillius cum Capitolio praeesset, coronam rapuit. Est autem genitiuus *de furtis Capitolini Petilli;* nam ex crimine Capitolinus Petillius dicebatur de exspoliatione Capitolii accusatus. Dubium autem,

1) No. serm. *et dicteriis salsis* C. Not. serm. *uenenosis.* a. — uel om. γ. uel male lo. de omnibus Q. uoluit eicere. lege: *id est*: male loq. etc. male loqui — malis om. mva. 3) Conuiuium γ. rell. om. 4) qui *praebet conuiuium* C. 6) Hoc schol. et duo seqq. om. G. nam (fh.) om. γ. *et* ideo tacite inculc. Q. 7) Quasi om γ. Quae γ,C (quae *sunt recond.*). rell. om. 8) schol. om. γG,mva. Tibi inim. — comis γ. rell. om. Glossa in γ: qui es niger infestis i. mal*i*uolis. 11) schol. om. γ,mva. Cuius scholii, si auctoritate codicum niteretur, lemma esse deberet u. 90: *Hic tibi — liberque uidetur.* 12) Prior huius scholii pars spectat ad. u. 86 et seqq. altera Horatii responsionem praebet. Lemma inclusum ergo non quadrat. Hinc posui: Ego uideor tibi. Responsio γ. rell. om. 13) omnibus γ. (Hor. u. 86 cunctos), afhQ, recte, ut supra. *homi*nibus mv. conf. u. 80. 14) pascit *et delectaris* γ. rell. om. 15) reprehen*dis* γ,mv (repraehen*den*dis). rell. reprehen*des.* 16) Inuidus, malus γ. rell. om. *Mentio si quae*] *Pro si qua,* ut alibi etc. γ. imo potius: si *qua* pro si *quae* etc. 18) Sacrilegiis γ,C. rell. om. 19) Petilli — est ordo scholiorum in γ. Ex rell. sunt scholia uncis inclusa. 23. 25. 26) Petil*lius* γ. conf. S. I, 10, 26.

utrum gratia iudicum sit absolutus, tamen Capitolinus uocabatur. [Aliter:] Petillius dum Capitolii curam gereret, coronae sublatae causam dixit, et absolutus est ab Augusto: Fingit, se loqui cum quodam, qui amicus sit Petilli amici Caesaris.]

95. 96. *ut tuus est mos.* Aut ad Maecenatem aut ad amicum Petillii hoc dicit.

99. *iudicium illud.* Haec cum dixeris, grauissimo eum condempnas iudicio.

[*iudicium i.* Capitalem sententiam.]

100. *sucus.* Virus, id est, liuor mentis, noxia malignitas. *sucus* malae nimiae malitiae.

lolliginis. *Lolligo* genus piscis maritimi sucum atramento similem habens.

101. *Aerugo mera.* Venenum purum, malitia.

procul. abfore. Aut abesse aut abfuturum esse. *chartis.* Libris.

quod uitium. Id est: Hanc malitiam, qua solent homines etiam amicos suos persequi, amouebo a libris meis atque animo.

102. *Ut si — promitto.* Ordo [est]: Prius promitto, ut, si (ali-)quid de me possum promittere, et hoc uere polliceor, abfuturam esse malignitatem, quae etiam amicis noceat. *Prius.* Primum.

Ut si. Quemadmodum.

104. *hoc mihi iuris.* In hac re ut liberius loquar, quam sentiam.

105. *insueuit pater opt. hoc me.* [Admonuit, docuit] Id est, insueuit me pater ad libere loquendum notando uitiorum singula ut effugerem.

107. *cum me hortar.* Id est: Quando me monebat pater ad rectam uitam, exemplis me docebat et proferebat hominum et uirtutes et uitia. *Exemplis.* Per exempla.

1) *Aliter* om. γG,mva. Petillius — Caesaris om. mva (Porph.) *uocabatur. Sucus* (Succus a) mva, om. ergo duo subseqq. scholia. 5) u. 95. *defendas.* Defen*dis* glossa in γ. 7) Haec — iudicio γ. rell. om. C: Haec ubi dixisti. grauiss. *prae*iudicio condemnas amicum tuum (ut ais) Petillium. 9) Cap. sent. om. γ,mva. 10) Virus — malignitas est schol. in γ, sucus — malitiae breuior glossa. Virus (Virtus v) liuor mva, om. mentis — malitiae. 12) maritimi — habens γ, rell. est — fit. Lo*l*igo fh. hoc schol. et duo seqq. om. mva. 14) malitia γ. rell. om. 15) abfore γ (b a manu glossatoris). — *a*futurum γ. rell. *ab*f. *chartis.* Libris γ. esse libris rell. *chartis* non habentes in lemmate. 16) Id est γ. rell. om. — solent *homines* etiam am. su. *persequi,* amou. γ. rell. solent persequi etiam am. su. om. homines. 18) est om. γ. Prius promitto om. fh. Si quid de me promittere poss*im* fh. *Prius promittere possim* et hoc a. Prius promittere poss*um* v (utraque om. *promitto*). Prius promitto ut si *ali*quid (m) de me possum prom. γ. prom. possum G(Qv),m. pergunt G,mv: id est, si quid est, quod de me uere *promittere possim* (possum m). i. si — uere promitto γ. no*ceat* γ. rell. nocet. Primum γ. rell. om. 21) Quemadmodum γ. rell. om. 23) Admonit, docuit om. γ in scholio, glossa: *insueuit.* docuit. Id est, ins. me pater γ, rell. om. 27) per exempla γ. rell. om.

[109. *eo, quod mi ipse parasset.* Id est, patrimonio.]

110. *Nonne uides.* Scilicet dicebat.

ut male uiuat. [*Ut*] Quomodo. [Et est] zeugma in uerbo *aiebat.* Mira urbanitate, dum quasi ostendit, quomodo se pater suis monitis monere solitus esset, interea multos percutit.

111. *patriam rem.* Hic *paternam.*

115. *sapiens.* Dicebat: philosophus te docere poterit melius, quae sunt uitanda siue adpetenda, ego autem de docui ea, quae sunt in usibus constituta. A philosopho, inquit, postea cognosces, quid iustum aut iniustum sit, quidue adpetas uel uites. *Quid* autem bis intellegendum, ut sit: quid uitatu, quid[ue] petitu.

[116. *causas reddet t.* Magister uel philosophus.

118. 119. *custodis.* Paedagogi.

durauerit. Firmauerit.

120. *nabis.* Id est, natabis.

sine cortice. Id est: Viues tuo abitrio, non egens admonitu alieno, quando aetas tua sese roborauerit. || Metaphora a natatoribus, quia pueri sic discunt natare, id est: uiues sine rectore. || Nabis *sine cortice,* sine difficultate; sic enim discunt, natare [pueri] qui nesciunt, adiunctis uentri corticibus. Prouerbialiter [autem] posuit *nabis sine cortice* i. e. sine alieno adminiculo te reges.

123. *unum ex i. s.* [Exemplum proferebat,] Hoc est, unum de equestri ordine demonstrabat, quia ex equestri ordine iudices legebantur.

124. *An hoc inhonestum.* Adhuc uerba patris. Aiebat: dubitas, utrum hoc sit bonum an malum, cum uideas, in hac re illum nescio quem infamia laborare? *Addubites.* Id est, dubites.

126. *auidos uicin. fun. ut aegros Exanimat.* [*Exanimat.* Stupefacit] Terret et facit abstinere. Bene conparauit infirmam aetatem aegris di-

1) schol. om. γ,va. — patrimonio fh. patrimoni*um* Q tacite et satis leuiter inculcauit. 2) S. dicebat γ. rell. om. Ut om. γ. Et est om. γ. 4) pater su*us* γ. Et hoc schol. om. G,mva, qui interponunt lemma: Nonne uides Albi ut ma. uiu. filius. Mira etc. Hic patern. γ. rell. om. 8) us*ibus* γ. rell. us*u*. 11) ue om. γ. 14) formauerit mv. 15) schol. om. G,mva. Viues — roborauerit om. G,mva. 17) sese γ. rell. se. — nat*a*toribus γ. rell. natoribus. Natabis sine diff., om. sine cortice, γ. 19) pueri om. γ. adiunctis om. h. 20) ad uentrem cort. fh. autem om. γ. γ longius schol. habet et breuius; longius: Id est uiues — roborauerit. Natabis — reges; breuius, quod vulgo inter longiores partes sedem habet, est: metafora — rectore. quia — rectore γ. rell. om. 21) *am*min. γ. *ad*m. mvafhQ. 22) Exemp. prof. om. γ. 24) Lemma (fhQ) *Siue uetabat*, quod in G,mva usque ad *addubites* amplificatum est, mutaui cum γ. Adhuc uerba patris γ. om. G,mva. 26) Id est dubites γ. rell. om. A*n* dubit*as* v in lemmate. 27) Longius hoc lemma omn. libri habent praeter fh, qui propter glossam *Stupefacit* nihil po. nisi *Exanimat.* Satius duxi Citerare *exanimat* propter glossam scholio praemissam. *terret et facit. abstinere* peculiares glossae in γ. rell. om. Plures sunt in C: *Exanimat.* stupefacit, *conturbat, tremefacit* atque abstinere facit.

cendo auidos et intemperantes. *Item aliter:* Auidos et aegros dupliciter possumus accipere; nam et de auaro utrumque recte dicitur et de aegrotante et de languido. Si auarum accipis, sibi parcere persequitur i. e. largius uiuere admonetur, quia auarus est morti uicinus. || Quemadmodum, [inquit,] aegrotantem *uicinum funus* absterret a cibi auiditate, ita saepe amicos teneros a uitiis infamia reuocat aliena.

127. *mortisque metu.* Id est: uicini funus.

parcere cogit. Auaros admonet, uitae indulgere.

128. *Sic teneros.* Infirmos.

129. *ex hoc.* A patre.

129. 130. *sanus ab illis Perniciem quaec. ferunt.* Id est: alienus sum [et quasi separatus] ab his rebus, quae adferunt perniciem facientibus. *Sanus.* Quasi separatus, alienatus.

130. *mediocribus.* Fortasse habeo uitia, sed talia, ut his ignoscas.

132. [*largiter.* Aut penitus, aut multo.]

liber a. Qui potest me libere increpare.

133. *neq. enim cum lectulus.* Sensus [est]: Neque enim cum aut deambulo, aut lectulo iaceo, cogitatione careo honestatis.

133. 134. *neque enim — desum mihi.* Id est: non desum mihi, sed cogito, [Non sum incogitans, sed exquiro] quemadmodum rectius sit uiuendum.

134. *rectius.* Id est: [hoc] expedit mihi, hoc facere. *rectius.* Melius. *hoc est.* Haec cogito apud me.

uiuam mel. Inducit uerba, quae cogitat.

136. *hoc quidam non belle.* Id est: nescio quis non bene fecit [hoc negotium], ac per hoc uitandum est mihi. *Hoc.* Negotium.

137. *inprudens.* Aut ualde prudens, aut cogito, ne per inprudentiam aliquid tale committam. *Olim.* Quandoque.

2) accipere γ. rell. intelligere s. intelleg. — nam de au., om. et, mv (auro) a. 3) et *de* lang. γ. et lang. mva(G?)Q. *ac* lang. fh. 4) qu*i* γ. — uicin*i* γ. 5) inquit om. γ. Sic autem in γ partes huius scholii se excipiunt: *funus.* Quemadmodum — aliena. Bene comparauit — uicin*i*. 7) duo scholia ad h. u. tacite om. (G?)Q. absunt etiam a mva. Coniuncta sunt in fh: *Mortisque metu.* Vicini — indulgere. 9) Infirmos γ et C, qui addit: inconstanteis. rell. om. 10) *A* patre γ,fh, non *Ex* patre, quae uerba Q incl. uncis. om. mva. 12) et quasi sep. om. γ. h. l. uide gl. infra. — quae aff. pern. γ. rell. quae pern. aff. Quasi sep. alienatus γ. rell. om. 14) In γ adiuncta sunt haec, quae ad u. 131 *istinc* (γEBφD. Ambr. Barc. Bernn. AC) pertin. uidentur: In alio *istis* inuenitur, ut sit de mediocribus uitiis. 15) *largiter.* mul*tum* C. hoc schol. om. G,mva. 16) Qu*i* γ,fh. rell. qu*ia*. 17) est om. γ. totum hoc schol. et 4 seqq. om. G,mva. 19) Amplificaui lemma per *neque enim.* Id est non desum mihi sed cogito γ. rell.: Non sum incogitans, sed exquiro. *Incogitans* adi. Comicorum, inprimis Terentii, non interpretum. 21) Id est exp. mihi *hoc* facere γ. rell. Id est *hoc* exp. m. facere. Melius γ. rell. om. Haec — me γ. rell. om. lemma *hoc est* cum γ dispescui a praeced. *rectius hoc est.* 24) hoc negotium h. l. om. γ. 25) hoc negotium γ. rell. om. 26) cog*n*ito h. 27) *ali*quid γ,mva. conf. supra ad u. 102 quid fh(G?Q). Quandoque γ. rell. om.

138. *compressis a labris.* Sermones duo sunt: ἐνδιάθετος et προφορικός; ἐνδιάθετος, quo utimur cogitantes, προφορικὸς uero, cui lingua suppeditat.

139—143. *Inludo chartis.* Perdo chartas scribendo. *Hoc est.* Quod inludo chartis. *mediocribus illis Ex uitiis unum.* Quae supradiximus. Unum est hoc uitium, quod perdo chartam. [Hoc est unum, quod dixi, uitium: perdo chartas scribendo.]

auxilio quae Sit mihi. Dicendo, quia [multa] manus poetarum auxilio ueniet. Ostendit, se bene scribere; neque enim omnes poetae mali sunt.

multo pl. Valde multi aut multo plures quam putas aut plures sumus quam Judaei, et possumus te cogere [te] consentire nobis, ut non iudices malum esse scribendum [scribere esse uitium]. Ordo est: Ac ueluti Judaei cogemus te, ut consentias nobis, non esse uitium scribere.

turbam. Aut quae nobis ueniam tribuit, aut quae nobis fauet.

Cogemus. Cogemus te poetam fieri.

PORPHYRION.

Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae Atq. al. Hi archaeas comoedias scripserunt, in quibus ciuium uitia amaritudine [scilicet] stili prosciderunt. Mire autem per haec origo satirae ostenditur.

1) endia θετος γ (sic). ut supra C(Q). *epos* κaι *tra*phoricos mv. *epos et pro*phoricos a. ἐπικὸς καὶ προφορικὸς fh. 3) *In*ludo γ pure, ED corr. Ambr., ut de *in*cludo et *in*cumbo taceam. — Hoc — scribendo om. γ,va. Contra priorem partem Perdo ch. scr. om. G,m. Quae — chartam γ. rell. om. Simile schol. po. ad uerba *Ex uit. unum: quoniam* cartis inludo. 7) dicendo γ. rell. om. multa om. γ. 8) se om. γ. neque enim γ. rell. nam non. 10) te cog. γ. rell. cog. te. 11) malum esse scribendum γ. 13) fau*eat* γ. rell. fau*et*. 14) Cogemus — fieri γ. rell. om.

PORPH. ECLOGA. V. M (Halm.). Q refert p. XXXVIII: 'post *rex* (qua uoce exit scholion extremum Porph. ad sat. 3) Mon. addit: HAEC ECLOGA ORDINE SVO SEQVITVR.' Sed dicendum est, haec ad sat. sextam (Non quia Maecenas etc.), cui praemissa sunt, spectare, non uero ad quartam. In codicibus Horatii, ut EBφDb, freq. est haec inscriptio: EGLOCA. V. (Egloga D) DE VICIIS (VITIIS BφD. VIIS b vicibus I) POETARVM SECVTVS (se*quu*tus D. *pro*secutus H) LVCILIVM [LVCI*N*IV̄ b]. De uiciis poetarum egloga *quinta* O. De Lucilio poeta I.

17) *G*ratinus M aristo*fa.* M (Halm.). — arcaeas M. conf. scr. Graecam ad u. 7 infra. 18) Pro inepta lect. vulg. *scilicet* (MRA2G,vQ), quod om. fh, posui cum Acrone et Asc. et C. *stili* (st*y*li C, qui habet: in quibus *suorum* ciuium vitia styli amaritudine valde *prosci*derunt). Aeque non ferenda est vulg. lectio (MRA2G,vQ) *prodi*derunt, quod ne eo quidem intellectu tuearis, quo Liuius I, 11 et Vellei II, 6 et 119 dixerunt *prodere exempla*, conf. Cic. Flacc. II. Pro *carpere* (conf. infra u. 21. (maledico dente Cic. Balb. 26) uel *perstringere* (Cic. Planc. 14 facetiis) uerbum sollemne, quod afhC posuerunt, est *proscindere* Suet. Aug. 13. Cal. 30. Val. Max. V, 3, 3. VIII; 5, 2. Acron hic et ad u. 20. habet *secare* uerbum hoc sensu rarius (flagellis Hor. uerbere terga Tib.). Neque enim proprie dicebatur *uitia secare*, quod per translationem accipimus, neque *amaritudine secare* placet. 19) per h*aec* (has res) MA2G. per h*ac* R,vafhCQ. hoc (ablat.) Acr. sat*y*rae MR2G et edd. Conf. Bφ: 'Isti scriptores comediarum fuerunt, in quibus ciuium uitia am*arissime et publice* prodiderunt, et mire *in hac egloga* origo sat*i*rae excluditur.'

7. *Mutatis tantum pedibus num. facetus.* Quia scilicet alio metro usi sunt [antiqui poetae], (archaeas?) qui comoedias scripserunt, alio Lucilius (qui?) satiras composuit.

8. *emunctae n.* Id est: tersus atque elegans, decens et ridens.

9. 10. *in hora saepe ducentos, Ut magn. uersus stans pede in uno.* Hoc est: magnam rem se facere putans, si multos uersus minimo tempusculo dictaret.

11. *Cum flueret lutul. erat quod tollere uelles. uelles.* Posses. Allegoricos a flumine, quo significat, multa eum sed inordinate dixisse; ex quibus tamen sunt nonnulla, quae uelles inde excerpere et pro tuis habere.

12. 13. *Scribendi recte: nam ut multum, nil moror.* Non, inquit, laborabat, ut recte scriberet, sed *ut multum.* Sed ego hoc nolo.

14. *ecce Crispinus minimo me. p.* Sensus ex prouerbiali consuetudine ductus; solemus namque dicere: *minimo me digito prouocat,* cum uolumus quem intellegi tantum ualere *minimo digito,* quantum alium totis uiribus. *Crispinus* autem non tam bonos quam multos uersus faciebat. Cuius et supra (S. I, 1, 120) meminit dicens: *ne me Crispini scrinia lippi Conpilasse putes.*

accipe si uis. Accipiamus ait. Mimetico autem charactere prouocantem [se] ad scribendum Crispinum ostendit.

19. *At tu conclusas hirc. foll. auras.* et reliqua. Per haec significat, Crispinum inflata et turgida scribere. Hinc autem *Persius* illud transtulit (V, 10): *Tu neque anhelanti coquitur, dum massa camino Folle premis uentos.*

1) usi sunt || *αρχ.* eas. alio lucilius satyras comp. M, || om. ergo *antiqui po. qui* com. (archaeas? conf. schol. ad u. 1) scripserunt. R: usi sunt . . . . comedias scr. etc., spat. uac. lit. gr. more suo relinquens. — *antiqui po. qui.* vafhQ. usi sunt archeas (αρχεας 2) *qui* com. A2. Non opus est *ex praeced. scholio* repetere *antiqui poetae.* 3) *qui* interponendum uidetur. 4) *he*munc*te* M (hemunc*tae* teste Q. l. l.) Emurchae v. Id est MA2Bφ. Id est MA2. rell. om. *t*ersus atque elegan*tes*, dec. et rid. M (Halm.), tersus atq. elegans dec. et rid. 2G(Q). tersus atque el*i*ganter ridens Bφ. *u*ersus atque eleg s (sic) decens, om. et ridens, v. *u*ersus elegantes et decentes. afh, om. et ridens. Id est *tersos* A. 5) In ore (Halm. or*a* Q l. l.) sepe M. 6) tempusculo om. libri. 8) qu*o* toll. M. rell. qu*od*. *uelles* post lemma iteraui. Posses *sa* all. M (Halm.). 9) di*gess*isse Bφ. 10) ta*men* MR2 (tñ) G(Q). t*antum* vafh. — ue*lles* M rell. uel*is*. inde om. R. 11) lab. *non* ut fh. 12) ut om. vafh. — sed multum, quoniam in corrigendis uersibus nolebat morari. sed ego horatius hoc nolo. quin potius paucos dictare et in corrigendo morari Bφ. — scrib. sed ut mul*ta*. quod non nego, neque diffiteor facilem fuisse, sed non probo C. 14) solemus *enim* afh. 15) quem om. R2. — quant*o* M,v. ali*um* MRA2. rell. ali*us*. 16) *malos* fh. 19) Accipe, si uis [Accipiam.] Accip*iam* ait fh. rell. Accipia*mus*. In Hor. Accipe *iam* et uett. codices, ut Ambr. γ (accipiam, *al. accipe iam.* 1 m.) Laur. 8 saec. XIII. Parr. FIM, et edd. saec. XV ut Neap. Med. 74 al. — Mim*i*tico v autem om 2Bφ. se fh. rell. om. 21) aur*is* M (Halm.). 22) infl. *et torrida* M2G. *ac* turgida vafh. 23) *nee*lanti M. *nehe*lanti G. *hane*lanti R2: *anel*lanti v. rell. *anhe*lanti. Folle pr. uent. om. afh. Foll*es* 2. uen*to* G,v (pr*ae*mis).

21. *beatus Fannius, ultro Delatis caps. et imag.* Urbanissima amaritudine hoc dicitur. Sensus autem [est]: O beatum Fannium, cuius imago et capsae cum libris in bibliothecas ultro receptae sint, cum mea e contrario scripta nemo norit nec uelit nosse, primum quod non publice recitentur, deinde quod conscii sibi peccatorum non delectentur hoc poematis genere, quo uitia eorum carpuntur.

28. *stupet Albius aere.* Albium, quem infra (u. 109) quoque male uiuentem ostendit, cupiditate uasorum et signorum Corinthiorum teneri ait.

34. *foenum h. i. c. l. f.* Imitatiuo charactere hoc fingit eum dicere, qui ob conscientiam peccatorum timeat maledicum poetam. Romae autem uidemus hodieque foenum uelut ansulam factam in cornulo boui poni, quo signum datur transeuntibus, ut eum uitent. Hic ergo translatio ad poetam.

36—38. *omnes Gestiet a furno redeuntes scire.* Id est: Etiam uulgares uult scire, cum maledice de unoquoque dixerit.

39. *primum e. m. ill.* et reliqua. Ordo est: Primum ego me illorum excipiam numero, quibus dederim poetas esse. Sensus est autem: Primum omnium ego me non pono [in] numero eorum, quos consentio poetas esse, quippe sermoni cottidiano propiora scribens.

42. 43. *atque os Magna sonaturum.* Id est: magnas spes (res?) loquens os et sublimia canens.

47. *nisi quod pede certo Differt sermoni.* Qui in comoedia uelut in uersibus nostris [metris] continetur, hoc solo differt sermo, quod ille metro concludatur.

2) hoc om. fh. — est om. M. *in*mago M. 4) nori*n*t *nec* (Halm. *et* Q l. l.) ueli*n*t M. — non publice M (Halm.). R. recte. *non* om. 2,v. rell. pu. non. 5) deinde — delectentur om. M. — hoc poematis genere quo MRA2G,v. hoc *poemate quorum* uit. carp. afh. *qu*orum carp. v. 7) albi*n*us a. alb*iu*m M. 8) *chor*inth. M. corinth. uas. et sign. 2. 9) fenum M, et infra. — eum dicere qui M. rell. dicere eum qui. dicere, *c*um qui fh. 10) rom*a* M (Halm.). 11) ansu*r*am M (tesseram?). ansu*l*am A2G(Q),a. ansu*d*am R,v (an sudam) fh. C: 'sumta translatio a boue cornupeta, quibus cornibus *in modum ansulae* foenum alligari solet, in signum, ut quia fieret obuiam, eius uitaret occursum.' — fact*a*m M (Halm.) A2. rell. fac*tum*. bou*is*, om. *poni*, afh. bo*n*i, om. poni v. rell. bo*ui* poni. 14) male*dicat* de un., om. *dixerit*, fh. male dic*et* de un. om. dix. a. ma*ledicet* de un. dix. v. maledice d. u. dix. MRA2G. 16) dederi*m* MRA (Hor.). rell. deder*is*. 17) pono *in mero* M (numero?). pono numero R, om. *in*. ponere numero poetarum, ut haberi numero sapientum Nep. Thras. 4. 19) Id est magna *eloquens os* et *similia* canens v (simila) a. Id est, om. *magna*, eloq. os et sim. can. fh. Id est magn. sp. loquens os et *sublimia* can. MR2G(Q). Id est magnas *res* loq. os et *subl.* can. A. nisi qu*i* MRG,v. rell. nisi *quod*. 21) Qui in comoedia *uerbi* (sic) uersibus *nostris* -- differt *in metro* sermo quod ill*o* metro concludatur M. Qui in com. *uerum* uers. nr̄is cont. hoc solo differt *metro* sermo quod ille *metro* concl. R. Qu*ia* in comedia in uersibus n̄ris cont. hoc solo diff. *in metro. si* sermo metro quod ille concludatur (sic) 2. Ex A Danielis enotauit: *in metris* pro *metris* et *sermo quod* pro *quod sermo*. G: Qui in com. *uer* in uers. *nostris* cont. h. s. diff. *in metro si* Sermo quod ille m. concl. — Qui in Comoedia *uel* in uersibus *metris* cont. h. s. diff. (*metro* v) quod sermo ille metro concl. vafh et Q, qui iterum desperans conqueritur et confitetur: '*aliis emendanda haec reliqui.*'

49. *quod meretrice nepos insanus amica Filius.* Bellam obscuritatem adfectauit *nepos* [non] — *filius* dicendo, sed *nepos* hic [luxuriosus] uorax atque prodigus intellegendus [est].

51. *Ebrius et magnum quod dedecus, ambulat ante Noctem cum facibus.* [Ordo est: quod ebrius ambulet ante noctem cum facibus]. Quod magni dedecoris [res] est.

52. *Numquid Pomponius istis Aud. leu.* Mira urbanitate et amaritudine Pomponii persona abusus est, quasi argumenti loco ut eum caperet.

55. 56. *quem si dissolu. quiuis stomach. eodem, Quo personatus pa. pu.* Quem uersum si dissoluas, inquit, ea uerba ibi inuenies, quibus quiuis de uulgo irascens filio suo utitur. Venuste autem *personatum patrem* dixit senem de comoedia.

57. *His, ego quae nunc; Olim quae scrips. Lucil.* Ex eo, quod est *scripsit, scribo* adsumendum est per syllepsim. Totum enim tale fit: *His ego, quae nunc scribo,* et olim *quae Lucilius scripsit,* et est sensus: Si dissoluas uersus uel meos uel Lucilii, non eadem uerba inuenies, quae sunt in Ennianis uersibus, qui magno scilicet spiritu et uerbis altioribus conpositi sunt, uelut hi sunt (Ennii Annal. fragm. 270. Vahlen): *postquam discordia tetra Belli ferratos postes portasque refregit.*

62. *Inuenias etiam disiecti memb. poetae.* Eleganter nulla signa poeticae inueniri ait in uerbis uersuum suorum uel Lucilii, si dissoluantur —: Quia de sermone communi sunt.

1) *ei*llam M *el*lam RG,v. om. 2. rell. *Bell*am. 2) adf. M. non om. MR2G(Q),va. — hic MRA. rell. om. uorax MRA. luxuriosus vafhQ. lux. om. 2G. 3) est om. MR2. Ordo — facibus om. MR2 et omn. edd. praeter, Q qui ex G ea tradidit. 5) Ordo — facibus G(Q). conf. Acr. rell. om. 6) res om. R,afh. magn*i* dedec*us* re*x* est v. 8) Pompon*i* MG. — *cap*eret MR,v. recte. rell. omn. *car*peret. minus recte. nam Pomponius exempli loco adhibetur, eligitur. conf. Cic. Verr. II, 51. Ter. Heaut. III, 1, 94. Plaut. Most. III, 1, 20. 10) qui*uis* MRG(Q),va. *quis* fh. *in* filio post Ascensium Fabr. (afh.). 13) *hic* Q. corrig. 14) *ads*um. MG(Q). rell. a*ss*um. — per sy*ll*e*m*p*s*is M (Halm. sy*l*empsis Q. l. l.) per syllepsin 2. per sylepsī v. per syllep. (sic) a. κατὰ σύλληψιν fh(R?). 15) *et* olim MRA. rell. om. et olim*que* 2G. rell. olim *quae.* (et v plene, non olim*que*, ut ref. Q). 16) eadem uerba inu. 2. — sunt ennianis, om. *in*, M (Halm). 17) conposi*tis* M. (Halm. conposi*ti* Q. l. l. fort. habet conpositis̄). 18) De u. Ennii conf. Verg. A. VII, 622 ibique Seruium. 20) dis*cerptă*, quod metro repugnat, recepit ex G in lemma Editor Pragensis, non corrigens p. XXXVIII, perperam denuo eandem lectionem referens ex ed. Veneta, quae discerp*ti* habet, ut MR. Haec lectio ex S. II, 8, 86: *discerpta ferentes Membra gruis* orta mihi uidetur multoque inferior ea, quam ad unum omnes codd. Horatii miro tuentur consensu. Cic. dic. Tusc. I, 29: *animus nec secerni nec diuidi nec discerpi nec diuidi potest,* N. D. I, 11: *deum discerpi et lacerari,* atque etiam: res *quasi in membra discerpitur* Top. V, sed aliud alienumque inest uerbis *discerpti membra* poetae, aliud est *disiecti* memb. — poetice M (negl. Q) R. poetic*ae* A. poetae. *Disiecti.* uestigia *dissoluti et lacerat.* poetae i. uersus Enniani. recte rell. poetic*a*. conf. Plin. E. VII, 4. Nep. Att. 18. 21) inue*ni* G. — disse*ru*antur M (Halm.) — dissecantur? — dis*soluun*tur vfh. dissol*ua*ntur MRA2G(Q) et a. si om. fh. — qu*i* G. qu*i* an quo*d* in 2 ambiguum.

63. *alias iustum sit necne poema.* Subaudiendum *tractabimus,* aut quaeremus, aut quid tale.

65—67. *Sulcius acer Ambul. et Caprius, rauci male, cumque libellis.* Hi acerrimi delatores et causidici fuisse traduntur, et ideo *rauci,* quod in contentione iudiciorum clament. *Cum libellis* autem, quibus adnotant, quae deferunt.

69. *Ut sis tu similis Caeli Birrique latronum, Non ego sim Cap. n. Su. cur metuas me?* [*Nulla tab.*] Etiam si tu, inquit, qui poetam times, tam nocens sis quam Caelius aut Birrius, non tamen ego delator aut accusator sum, propter quod me ita timere debeas, ut Caprius timetur aut Sulcius.

71. *Nulla taberna meos hab. neque pila lib.* Negat, se libellos suos edere bibliopolis, qui uel tabernas habeant, uel armaria, quae apud pilas sunt, ne in sordidam turbam, qualem uult intellegi Tigellium Hermogenem, incidant.

74—75. *in medio qui Scripta Foro recit. sunt multi quique lau.* Ἐν ὑποκρίσει per ἀνθυποφορὰν hoc pronuntiandum est, deinde inferendum per responsum quoddam: *quique lauantes.* Et est sensus: Sed dicis, multos gloriari in uersibus suis, ut eos etiam in medio Foro recitent; consentio, ac non tantum ibi, uerum etiam in balneis haec fieri, quippe cum suauiter resonans uox ipsos uersus gratiosiores faciat. Sed totum hoc urbanissima amaritudine dicitur.

79. *et hoc studio prauus facis.* Hoc est: quia prauus es, studio facis. Potest et hypallage accipi: *prauo studio facis.*

79. 80. *unde petitum Hoc in me iacis?* Unde, inquit, crimen hoc in

3) *Ful*cius M (Halm. negl. Q). u. 70 *futi* et inferius *sultius.* rell. *Sul*cius. conf. Acr. Amplificandum lemma erat u. *cumque libellis.* 5) Cum — deferunt, quod omn. libri tuentur, leuiter om. Q. conf. p. XXXVIII. *ad*not. MR. rell. a*n*not. Post *clament* cod. Scholiastae Fran. apud Suringar. p. 123, qui minoris eum facit quam Burm. ad Anthol. I, 54. 98. 207. 454 et Lamb. Bos. in Animadu. ad Script. Lat. p. 38—47, haec serioris originis addit: ‘Dicit ergo, se neque suos socios tales esse, quales fuerunt Sulcius et Caprius, quia non ideo componebant carmina, ut uitia hominum publicarent.’ Alia in C. 7) sis tu MR. rell. tu. sis conf. Acr. C*a*eli b*irr*ique (GQ) in lem. c*e*lius et b*y*rrius in schol. M. Caeli Byrrhique in lem., Celius et Byrrhius in schol. *cecilius* aut *birrhus* R. B*y*rrius A. *Pirr*hius 2. conf. Acr. 8) *Nulla tab.* libri. pertin. ad schol. seq. 9) del. aut acc. sum MR. rell. sum aut acc. 10) timere *non* debes 2. — *sult*ius M h. l. (Halm.). 12) pi*la* afh. apud pilas *sunt* MR. rell. *sunt* ap. pil. ne om. M. (Halm.) R. 13) in sordi*dos*, *qualis est* Tigell*ius* (Tigell*us* fh) Hermoge*nes*, incidant afh. — hermogene*n* M. incid*u*nt B. 15) EN YTIOKdPCCI PEI αNΘYTIO. ΦOPAN M (Halm.). ἐν ὑποκρ. per ανθ. A2G (Q). om. afh. in R,v spat. uacuum. 16) inf. *qua* per MR. 17) *quique lauantes*] tamquam non lem. po. fh. — mul*to enim* MR (n). enim (n. v.) multos Gv. rell. om. n. = enim. *ita* gloriari fh. 19) in om. M (Halm.). *hoc* fieri 2. cum om. M. *t*um 2. 20) reson. *suos* ips. M (Halm.). 22) Lemma amplificaui. Hoc est *quam* prauus *est* studio fac*it* R. *Hoc* — *facis* propter homoeotel. om. M. 23) hiballage M. ipalage R. pot. *ex hypallage* va. Pot. et τῇ ὑπαλλαγῇ fh. *pro:* prauo Q. *pro* non opus est. 24) unde inqui*d* crimen hoc M. *car*men hoc fh.

me colligis? Et hoc poeta proprie de se dicit. Est autem metaphoricos dictum, quasi de telo aliquo aut lapide, qui tollitur utique alicunde, ut mittatur.

81. *Absentem qui rodit am. et reliqua.* Haec etiam grauiter dicuntur.

82. 83. *solutos Qui captat risus hom.* Hoc est: qui meram urbanitatem putat, si carpendo aliquem risum circumstantibus moueat.

85. *hic niger est.* Id est: hic malus ac uenenatus est. *Nigrum* autem pro malo, [ac] obnoxio sic dixit, ut *Verg.* (A. IV, 514): *nigri cum lacte ueneni.*

86. *E quibus unus aut quauis adsperg. cunctos.* Probris scilicet adspergere.

88. *praeter eum qui praeb. aq.* Id est: qui pascit. Sed uideamus, an commoda synecdoche sit, *aquam praebere* dicere pro pascere.

89. 90. *condita cum uerax aperit praecord. Liber.* Hoc est: cum per ebrietatem ea, quae in penitiora mentis condiderat, prodit ac publicat.

90. *Hic tibi com. et urb. lib. uid. Infesto nigris.* Id est: [tibi] qui nigris i. e. malignis infestus est.

91. *ego si risi, quod ineptus Pastillos Rufillus olet.* Propter leuia quorundam uitia rideo.

93. 94. *Liuidus et mordax uid. t. Mentio si qua De Cap. furt. iniecta Petilli* et reliqua. Inquit: si forte mentio de Capitolini criminibus facta fuerit secundum consuetudinem malignitatis tuae, ita eum defendes, ut dicas, a puero tibi amicum fuisse tuaque causa eum multa fecisse et gaudere te, quod incolumis in urbe uiuat; mirari tamen, quomodo iudicium illud

1) propri*a* (propri*ae*? m. s.) M. 2) alicunde M (Halm. negl. Q) A alicunc (sic) ali*quun*de R. rectissime *alicunde*, nam quaestio est: unde petitum — iacis? conf. Cic. Fin. V, 11. Caecin. 16. Ter. Andr. II, 2, 34. Phorm. II, 1, 70. et Vopisc. in Bon. 14: *undecumque gentium.* rell. al*iunde* i. e. ab alio loco, quod ineptum est. 4) Haec om. 2. 6) put*ant* afh. — mo*uent* vafh. 7) propter homoeotel. *est* afh. om. Nigrum — ut. *et* Q cum C pro *ac.* corr. p. XXXVIII. *uena*tus M (Halm.). 8) malo *ob*noxio M (Halm. negl. Q). rell. malo *ac noxio.* obnox. et nox. confunduntur in codd. conf. Colum. I, 18. Plin. XXII, 24. — Loc. Verg. iam supra C. I, 12, 27, ubi Porph. (MR et rell. libri) habet Nig*ro* c. lacte uenen*um.* conf. Macrob. VI, 6, 9: Nigr*i* — uenen*i*, ut h. l. MR2 et vafh(G?)Q. 10) unus *aut quam*uis *as*pargere M. unus *ait qua*uis *asp.* R. un. *aut* qu. asp. G. 12) preb. M. 13) sinecd. MR. — *tam*quam M. *tan*quam R. 14) *con* uerax M. ac omn. libri. tacite *et* inculc. Q ut ad u. 84. 16) tibi om. R. recte, aut, quod simplicius est, scribe: tibi qui — *es* cum afh et v (e*x*). rell. *tibi* qui — *est.* 17) *in*dignis inf. 2. rell. malignis (— *u*s v). Lemma in M: Ego *siri* quod ineptus pastill*us* ruf*u*llus olet. Pergit: Ego si risi prop. 19) rideo om. afh. 20) Edd. h. l. lemmati praepos. *ego — olet. Liuidus tibi murr*axque M (Halm. negl. Q) R. uox non Lat. neque in codd. Hor. obuia. si *qua* omn. libri Porph. et Acr. praeter γ, qui hab. si quae, ad marg. a 1 m SI QVAE. capit*u*lini M (Halm.). Lemma breuius *Mentio si qua* in fh. 21) petilli MR (inferius petil*lius* M. peti*l*ius R) etc. Inquid si fo. M *Inquit si* forte R,fh. *si inquit* fo. a. Rell. *si forte* inquit. — capitol*inis* M (Halm). 22) *s*uae vafh. 24) mira*ri* MR. rell. mira*ris.* u. 99: Admi*ror* Hor.

effugerit. Hic ergo est liuor ac uoluntas uenenata, damnare sententia sua, quem iudices absoluerunt. *Petillius* autem Capitolinus, cum Capitolii curam ageret, coronae subreptae de Capitolio causam dixit absolutusque a Caesare est.

100. *hic nigrae sucus lolliginis haec est Aerugo mera.* Ex lolliginis suco liuorem mentis uult intellegi, ex aerugine uenenum. Malos autem homines atros ac uenenatos dicere solemus.

105. *Insueuit pater opt. hoc me, Ut fugerem.* Pater meus, inquit, eam mihi disciplinam dedit atque in consuetudinem eam induxit, ut neque cogitarem, quid maligne, neque dicerem. Deinde mira urbanitate dum ostendit, quomodo pater suus monere solitus esset, [ut] uitia [fugeret] fugere, multos probrosis iocis percutit.

107. *Cum me hort. parce, frugaliter atque Viuerem.* Cum me hortaretur, uti parce frugaliterque uiuere.

115. *sapiens uitatu quidue petitu Sit melius causasque redd. tibi.* Philosophus tibi rationem reddet, quare quid peti debeat aut uitari; mihi satis est, si opiniones a maioribus traditas tibi monstro.

120. *nabis sine cortice.* Id est: natabis per te, sine adminiculo, et hoc allegoricus dicitur.

123. *Unum ex iudicibus select obic. Iudices* equites Romanos dixit; ex equestri enim ordine iudices leguntur hodieque.

126. *Auidos uicinum funus ut aegros Exan. mort. et rell.* Sensus est: ut intemperantes aegri, si forte audierint aliquem in uicinia efferri, admoniti mortis obseruantius secum agunt, ita tenerae mentes auitiis sub-

1) *eff*ugerit MR2,vafh. Q tacite inc. fugerit (Hor.). 2) capi*tu*linus M ut supra. — capit*oli* MG. rell. capitolii (*C*ap. afh.) 3) *ag*eret MR etc. *ger*eret Ritter. ex Acr. inf. uoluit, quod neutiquam opus est, namque utrumque recte dicitur. — surr*u*ptae R. rell. sub*r*eptae. iudi*ti*um li*b*or — cesare M. 5) succus (omn. libri) in lem., teste Halmio (sucus Q. l. l.) suco in schol. M (Halm.). — lo*ll*ig. codd., lo*l*ig. edd. 6) li*b*orem M. *e*rugo — *e*rugine MR,v. rell. *ae*rug. 8) inqui*t* h. l. M (Halm.). 9) in consuet. *eam* R. 10) urb. *utitur* dum ost. q. *eum* m. *sit* solitus, ut uit. fugeret in notandis quibusdam Romanis C. 11) esset uitia fuge*re* MR2G. esset *ut* uit. fuge*ret* vafhQ (ut fuge*ret* Hor.). 13) uiue*re* sap. vaf (. *Sap.*) h. frugali*terque* uiuere afh. Verba Cum — uiuere in fh non lemma sunt sed praeced. scholio male adiuncta, in a ab illo separata. M: *Cum me hortaretur* ut parce frugali*terque* uiue*re*. (negl. Q). rectius R: Cum me hort. *uti* pa. frug. *atque* uiuerem] Cum me hort. *uti* pa. frugali*terque* uiue*rem* (sic). Ex his facile manauit emendatio. Q lacunam statuit explendam ex C: cum me moneret rectam uiam insistere, uirtutesque amplecti. Minime, ex similitudine potius lemm. et scholii errorem scribarum esse profectum liquet. 14) nti sc. contentus eō quod etc. *Uti* et absolute a iuris consultis adhibebatur (*uti frui*). Pompon. in Pand. XXXVIII, 3, 22. Ulpian. in Pand. VII, 8, 2. — quid*ue* MR,va. lemma in fh: *Sapiens*. 16) de*bet* fh. rell. debe*at*. 18) na*u*is M. nobis R. id est nata*libus* R. 21) iud. *di*cuntur hod. R. 23) au*die*rint MR,fh. audiue*ru*nt v. rell. audi*u*eriut. — *in uicinia* MA. uicinia *a*ff. R. aliquem a*d* eff. v. rell. om. in uicinia. 24) mor*te* fh. obseruanti*um* MR. obseruan*tis* v. rell. obseruan*tius*.

mouentur, cum opprobria aliorum audiunt. *Exanimat* autem non *occidit* significat, sed conturbat ac timere facit.

129. *Ex hoc. ego sanus ab illis, Pernic. quaec. fe.* His, inquit, praeceptis patris mei effectum est, ut a perniciosis uitiis temperarem.

132. *liber amicus.* Id est, libere proferens apud me, si quis de me aequius sentiat.

133. *neq. enim, cum lectul. aut me Porticus exc. d. m.* Tractare secum ait semper, cum solus deambulet, aut iacens in lecto uigilet, de officio boni uiri, atque exempla uitae singulorum sibi proponentem quaerere, quid ipse sequi imitarique debeat.

138. *ubi quid datur oti incumbo chartis.* Hoc est, mediocribus illis ex uitiis unum. Urbanissime iterum adponit, [uitio] poemata scribere. Sed et caetera, quae subiecta sunt, eadem urbanitate dicuntur.

SATIRA I, 5.

ACRON.

1. *Egressum ma. me excepit Aricia Roma.* Iter suum ab urbe Roma Brundisium usque describit. *Egressum Roma* dicimus et [*egressus*] *Romam egressum. Aricia. Aricia* ciuitas, quae abest ab urbe decem milia passuum.

1) obpr. M2G(Q). 2) *time*facit MA2G (Q fort. hoc uerbum inusitatum retinendum erat). Minime, nam time*facere* non Latinum est, time*fieri* (partic. timefacta libertas Cic. Off. II, 7. conf. Lucr. II, 43) non tutum. Legendum sine dubio time*re* facit (R), quocum conf. C: stupefacit (Acr.), conturbat, *tremefacit* (vafh) atque *abstinere facit.* 3) perni*tiam* qu*em* cumque M. 4) tempe*rarem* MR2(G?Q),afh (f non habet tempe*rem*, ut ref. Q). tempera*ret* v. a pernitiosis*simis* temp., om. uitiis, M (Halm.). rell. a pernitio*sis uitiis* temp. 5) preferens M (H). rell. prof. si qu*is* M (H.) R. rell. si qu*id.* 8) cum so*let* M. 9) uiri. Atque *extrarie singulos* sibi prop. fh. Atque ex*tra iure* singu*lo* (singul*os*) sibi prop. va. uiri atque *exempla uitae singulorum* sibi MR2G(Q) et A (exempla *sibi* uitae sing. prop.). pr*ae*pon. 2. 11) ot*ii* M. — medio*cris* M. Hoc — unum om. 2. 12) urb. iterum *ad*ponit M, *ap*p. RA2. rell. u. i. *o*pp. — uitio om. MR2, qui habet: urb. *uitium* app. po. scr.

ACRON. Libri Acronis carent inscriptt., quae in codd. Hor. sic se habent: Odo eporicos iter suum describit brund*isii* Ambr. γP (scribit). Describit iter suum brund*i*sium Barc. Describit a roma brund*i*sium (a ROM brunsium E):: sexta:: egloga:: EBφ. Egloga VI. describ. iter suum a roma brund*i*sium DI.

18) *ex*cepit a in Hor. et in lem. ut plurimi et uett. et recc. codd. Hor. Ed. Ven. habet *ex*cep. in Acr., *ac*cepit in Hor., *coe*pit in lem. Porph. — *ex*c. fh. in Hor., om. in lem. breuiori *Egr. magna. ac*cepit cum Lamb. Cruq. Bentl. etc. in Acr. et Porph. Q, ut Ambr. γFHTμ (Par. 7980. saec. XIV). uet. Mon. in lem. Porph. Bern. A. (acc*ae*pit) et nonnullae edd. saec. XV. *acceper*it *Artia* X. pauci libri hab. *cae*pit ut Bern. B, siue *coe*pit, ut edd. Venn. 1483, 1490, uel *c*epit (Bern. F). Argumentum om. XG,mva. Describit *hic* iter suum a roma brundisium usque Bφ. — *usque ad* brund*i*s. descr. γ. Brundisium usque C. Brund*u*sium usq. fhQ. 20) Egres*sum* — egress*um* γ. rell. Egress*us* — egres*sus* Romam. Aliter incipiunt 1) C: Lucilius lib. 3 descripsit iter suum quod Roma fecit Capuam et inde ad fretum usque Siciliense. Hunc imitatus Horatius *iter suum ab urbe Roma descripsit Brundisium usque,* commemorans eius itineris incommoda, simul et facetam

2. *comes.* Mihi. *Heliodorus.* Caesar tenebat terram citra mare, Antonius uero ultra. Horatius missus fuit cum Heliodoro a parte Caesaris. Et ipse describit loca, per quae transit.

3. *Graecorum longe doctiss.* Notandum, quod hanc particulam superlatiuo iunxit; nos enim dicimus *longe doctior,* quoniam nimietas admittitur, conparatio non admittitur. Possumus enim dicere *longe doctior,* non possumus dicere *ualde doctior* et *ualde doctissimus.*

3. *Forum Appi.* Nomen oppidi est.

4. *differtum nautis.* Plenum, refertum, scilicet his [nautis], qui in Pomptinis paludibus nauigabant.

malignis. Deest *hominibus.*

5. 6. *Hoc iter ignaui diu.* Id est: ab urbe usque ad Appii Forum biduo uenimus, cum argutiores uno die solent uenire. *Ignaui diuisimus.* Ariciae et Fori Appii. quasi ignaui et tardi.

[*altius ac nos Praecinctis.* Magis expeditis, strenuioribus.]. *Praecinctis.* Argutioribus, uelocioribus, expeditis, ualidioribus uel strenuis.

unum. Pro unius diei.

Minus est grauis Appia tardis. Appia uia non est molesta tardioribus, quia habitaculis (diuersoriis est frequens?) frequentatur, ubi possunt manere (uiatores?), quocumque peruenerint.

7. *Hic.* Apud Appii Forum.

propter aquam. Causa aquae.

7. 8. *uentri Indico bellum.* Id est, famem; non illi do alimenta; [ieiunaui, quia aqua mala erat.] id est aqua mala erat: non caenaui.

an. aequo. Quia illi manducabant, ego non.

contentionem Sarmenti scurrae et Messii Cicerri.' 2) a: Caesar — transit. *Aricia* — passuum. Egressus Roma *et* egressus Romam dicimus. — *uiginti* milia C. — *aricia.* ciuitas italiae unius diei habens iter Bφ.

1) mihi γ. mihi fuit C. rell. om. Caesar — transit om. γXG,Cmva. Ordo scholiorum priorum in libris aut uarius aut omnino turbatus. sic in fh schol. ad u. 3 huic (Caesar etc.) praepositus est. *longe.* al. lingua 1 m. γ. 5) *ad*iunxit γ. 6) comp. non adm. om. fh. Et hoc schol. om. va. 7) dicere γ. rell. om. doctior *etiam* doctiss. γ. rell. doctior *et ualde* doctiss. γ glossa: *doctissimus.* ualde doctus. Addo ex γ: *egressum.* Periodos dicitur iste locus. 8) Nomen Ap. est γ. uenimus. forum autem Appii nomen est oppidi C. rell. om. 9) *re*fertum γ. rell. om. 10) *pomp*tinis γ(G?Q). rell. *pon*tin. s. *Pont.* 12) appii for. γ. rell. for. appii s. Ap. (Appi Q). argutiores γXG(Q),mva. uelociores fh. quo G(Q) rell. cum. 13) sol*ent.* γ. rell. so*leant.* Schol. Aric. — tardi ex γ. tardi C. 15) schol. om. γG,mva. schol. urget — strenuis γ. rell. om. 17) pro un. *diei* γ. diei om. fhQ. totam gl. om. G,mva. 18) *Minus* est grauis Ap. γBφE et omn. fere codd. Hor. pauci aut ρ = Sti Germani a Pratis saec. XII, minus *uel nimis. Magis* (*minus* in Hor.) est grau. fh. grauis est m. G(Q)a. — non est mol. γ,a(G?Q). est (est, fh) non mol. vafh. 19) man. *uiatores* C. — quia *diuersoriis est frequens* C. 22) Causa aq. γC. 23) fame mva. Lemma *Indico bell.* amplificaui. 24) ieiunaui — erat (mvafhQ) om. γ. id est aq. — cenaui γ. rell. om. schol. Quia — non ex γ.

9. *exspectans.* Ut nauigaremus. *Iam nox inducere terris Umbras.* Adspergere umbris terras.

11. *tum pueri.* Ad Feroniam per paludes nauigauerunt, quia uia interiacens durior est.

11. 12. *nautis; pueris conuic.* Dicit, nautas et pueros uitia sibi inrogasse. Dum nauta nollet tot suscipere, quot uolebant intrare, unde ex persona uolentis intrare dicit: *huc applica,* id est, ad ripam. *Ingerere* pro ingerebant. *appelle.* applica.

13. *Dum aes exig.* Nautum datur. [Mula enim iungenda erat, quae contra aquam nauigium traheret.]

14. *Tota abit hora.* Maior pars noctis absumpta est.

ranaeq. palust. Quia ab Appii Foro per paludes nauigatur; quas paludes Caesar deriuauit ad mare.

16. *Multa prolutus uappa.* [Multo — malo? — uino] Satiatus, id est, ebrius. *Prolutus* plenus; *Verg.* (A. I, 739): [*ille inpiger hausit Spumantem pateram et*] *pleno se proluit auro. uappa.* Malo uino.

nauta atque uiator. Nauta in naui, uiator uero qui, mulam ducebat.

18. *ac missae pastum ret. mu. Nauta pig. sa. relig.* Ordo: Ac missae pastum mulae nauta retinacula saxo religat. *missae.* Dimissae. [Nauta enim est, licet curam mulae habeat susceptam, qui in naui inseruit.].

21. *cerobrosus.* 'Οξύχολος, iracundus.

prosilit. Cito surgit.

unus. Aut de Sociis nostris, aut de his, qui [simul] nobiscum nauigabant.

22. *Ac mulae nau. caput lumb.* Id est: et mulae lumbos, et nautae caput ferire coepit.

23. *dolat.* Ferit. *exponimur.* Transportamur. *hora.* Scilicet diei.

24. *Ora man. tua.* Ostendit, ubi essent expositi. Fanum Feroniae

1) Ut nauig. γ. rell. om. 2) terras γ. rell. terr*am*. 3) schol. om. G (Q unc. incl.), mva. 4) est γ,rell. om. 5) Scholia Dicebant — applica ex γ. rell. om. 9) Mula — traheret om. γ. Scholia a u. 9 usque ad u. 14 *umbris* terram — *Tota abit* om. mva. schol. ad u. 11 et 12 om. G. 13) ad mare γ. ad mare deriu. C. rell. om. totum schol. om. G,mva. 14) Multo uino om. γ. i. ebrius γ. rell. om. 15) ille — et G(Q),m. Ille i*m*piger hausit va, om. Spum. — auro. 16) Malo uino γ. uino malo et euanido C. 17) uero γ. rell. om. 19) retin. nauta saxo *ligat* γ. — Dimissae γ. rell. om. Nauta — seruat om. G (Q unc. incl.) mva. 20) susc. *qui in naui* inser*uit* γ. qu*od is nauem* seru*at* fh. 21) ὀξύχολος γ,C. *αὐδάδης* (?) fh (Q pos. Αὐθάδης, quae uox non significat χολώδης uel θυμώδης, θυμούμενος). rell. om. 22) hoc schol. et subseq. om. G,mva. 23) simul om. γ. nob. nau. γ. rell. nau. nob. 26) caput ferire cepit γ. coepit G,mva. om. ferit. *et* mu. — *et* nau. γ. 27) Transport. ex γ,C. rell. om. s. diei γ. dici Bφ. rell. om. 28) feron. est γ. erat C. est om. mva. rell. nil. est. *tara*cina γ. Ta*rr*acina afh(G?)QC. T*er*racina mv. *Ter*racinam se quarta hora peruenisse significat cuius fons feronia uocatur a feronia nimpha quae ibi colitur Bφ. hoc est γ,v. (hoc est Iouis. Anx.).

est in tertio miliario [est] a Tarracina[. Haec est (erat?) Iouis Anxuris uxor], cuius et *Verg.* meminit (A. VII, 800): *uiridi gaudens Feronia luco. Anxur* autem *Iuppiter* Tarracinae colitur.

25. 26. *repimus.* [Procedimus, ambulauimus. Ostendit ascensum]. Id est, ad Anxur uenimus ciuitatem, quae posita est super monte candente. Declinatur neutro genere: *hoc Anxur.* Glossa: *repimus.* Id est: reptando scandimus in montem.

[*Impositum saxis.* Non quia in monte posita est Tarracina, sed quia prope montem est.]

[*atque subimus imp. sax.* Tarracinam; i. e. ad Anxur uenimus ciuitatem, quae est posita super montem candentem. Ac declinatur genere neutro, hoc Anxur.] Anxur [autem] dictum, quod ibi *inberbis Iuppiter* colitur.

28. *missi magnis de rebus uterque.* De reconciliatione missi erant legati ab Augusto ad Antonium, qui postea bellum ciuile gesserunt; iam tunc enim dissentire coeperant.

29. *auersos soliti conp. am.* *Auersos.* Discordantes. Quoniam inter Augustum et Antonium reliquiae adhuc erant dissensionis. Cocceius Nerua proauus Neruae, qui postea inperauit Romae, mandauit Augusto, ut mitteret, qui de summa rerum tractaret. Ergo missus est Maecenas cum Agrippa, qui utrumque exercitum in una castra coegerunt. Hoc ait *Licinius* [in] libro CXXVII; intellegendum autem, quod, Fonteio misso ab Antonio, Augustus Maecenatem et caeteros ad eundem locum miserit.

30. *collyria lippus Inl.* Id est: inlinebam cotem, ut postea oculos inungerem.

1) *Haec — uxor* mihi interpolatio esse uidetur. C: fanum autem Feroniae in tertio erat miliario a Tarracina. Imo uero Feronia Iouis Anxuris uxor ibi colebatur: quemadmodum Iuppiter Anxur Tarracinae. Meminit huius Feroniae Virg. 4) Schol. *Id est — Anxur* et glossa *repimus* — montem ex γ. rell. om. 8) Impos. est om. γ. 10) Inclusa uncis est vulg. lectio librorum, in quibus varius partium ordo. Proce*di*mus G,mv, om. amb. Ost. asc. reps*i*mus (conf. Porph.). processimus afh. (a om. amb. Ost. asc.). C: *repimus.* tarde *procedimus* et conscendimus Tarracinam, dict*u*m Anxur a Ioue Anxure, qui ibi colebatur imberbis: iccirco nominatur Anxurus, quasi ἄνευ ξυροῦ, id est, sine nouacula, quia nondum barbam rasisset. Bφ: *inpositum.* altissimi montis situm significat. Quae nunc terracina dicitur anx*ir* (in Hor. et ad marg. ANXYR) olim dicebatur, unde *iouem anxirem* uocamus. 12) neut. gen. va. gen. neut. mfhQ. — autem om. γ. *in*berb. γ. rell. i*m*b. Anxur autem dic*tam* q. i. i. col. Iupiter fh, a quibus haec pars antecedenti postponitur. 16) tunc γ(G?Q). tu*m* mvafh. 17) Discordantes γ. rell. om. 18) adhuc om. γG (Q unc. incl.), mva. 19) *fuit* qui γ in glossa, quae sic habet: proau*is* nerue *fuit* qui i*n*perauit romae, om. postea. *auus* neruae γ in schol. 20) tracta*rent* mfh. *romae* om. γ. in schol. i*m*perauit. Mand. γ. 21) Hoc γG(Q),mva. *ut* fh. ait γ,fh. rell. om. in om. γ,fh. 23) emiserit fh. 24) *In*l. γ, ut omn. fere uett. codd. Hor. inlini*b*am γ. 25) inung*u*erem γ. schol. om. G(Q),mva.

32. *Fonteius ad unguem Factus homo.* *Ad unguem facti homines* dicuntur, qui sunt urbani, qui sunt eloquentes, qui sunt dicaces, qui non habent uitium. Translatio a marmoribus, quorum iuncturae explorantur unguibus. *Pers.* (I, 65): *ut per leue seueros Effundat iunctura ungues.* *Verg.* (G. II, 278): *in unguem Arboribus positis secto uia limite quadret.*

33. *Antoni, non ut mag. alt. am.* Ut non inueniretur, qui magis esset amicus Antonii.

34. *Fundos Aufid. Lusco praetore.* Praetorem pro magistratu dixit, hoc est, duum uiro.

Fundos. 1: *Fundus* nomen oppidi, quod [in] numero plurali dixit tantum. 2: *Hi Fundi* nomen oppidi, in quo Aufidus magistratum gerebat.

libenter. Propter Aufidum, qui nobiscum erat.

35. *insani.* Scilicet qui inanem hominem magni penderet, quia extollebat se quasi praetor.

praemia. Insignia dignitatis.

[*scribae.* Quia de decuria scribarum fuerat, et hoc pro *praemio* fuerat consecutus, ut magistratus esset.]

36. *latum clauum.* τὸν κολοβίωνα, purpuram, quae in pectore extenditur senatorum.

prunaeque uatillum. Risui sibi dicit Aufidium, quod magni penderet, indutum se fore laticlauio et de balneis publicis prunas sibi adferri.

37. *in Mamurrarum.* Apud Formias ostendit se mansisse. In Formias ciuitatem, quia *Mamurrae* quidam fratres dicebantur senatores, qui maximam partem Formianae ciuitatis possidebant; ideo dicebatur Mamurrana ciuitas. *Mamurrarum*, ut *Lamiarum*, familias dicit. Quae a Formiis originem duxit.

3) Bφ: tractum a marmo*rariis* (Porph.). perfectissimus. explor. ung. γ. rell. ung. expl. 4) lene mfh. l*aeue* va. leue γ,C(G?Q). 10) Fund*us* γG,mva. recte, licet et nunc temporis oppidum uocetur *Fondi.* Alt. schol. ex γ. rell. om. *Fundos.* nom. opp. *in uia Appia* C. rell. om. in om. γ. 12) qui nobis erat γ. rell. om. 13) *Insani* — *praetor* om. G,mva. 14) se γ. rell. *sese.* 15) schol. om. G,mva. ins. dignita*tum* C. insignia scribe i. e. praetoris. *scriba* enim pro omni dignitate. schol. Bern. C. 16) schol. om. γ. de *decuria* C et Q, qui non, ut ad S. I, 4, 138, eum h. l. inspexit. recte tamen; nam *de Curia scribarum*, quod omnes libri tuentur, quamuis *Curia* pro *senatu* (Cic. Orat. III, 4?) et *Curialis* pro *senatore in prouincia* (Inscr. ap. Grut. 1102. 2) diceretur, propter additum genitiuum recte dici nequit. contra *decuria* scribarum Liu. XL, 29. Cic. Verr. III, 79, ut *iudicum* Suet. Aug. 32, lictorum, decuria senato*ria* Cic. Verr. II, 32. 17) ut praeturam gereret C. conf. schol. praeced. *quasi praetor.* 18) τον κολ. γ. h. l. *Latus clauus*, colobion Graece, dicebatur uestis — C. rell. extremo scholio. om. mva, qui habent *praetextam* purp. G om. graeca. Schol. ad *prun. uatill.* ex γ. 25) *et* Lam. mva(G?Q). ut γ,fh. om. C qui habet: — ciuitas, uel quod *familia Mamurrarum illinc fuerit oriunda.* De Lamiis conf. C. I, 36, 7. et C. I, 26. III, 17, 2. E. I, 14, 6. Posui famili*as* dicit. Quae. scribe autem: familiam dicit, quae. Vulg. lectio est *familia fuit,* quae. In — ciuitas om. G (unc. incl. Q), mv (la*n*iarum) a.

38. *Murena p. d.* Hospitium uocat i. e. mansimus apud Murenam [Murenae uicum], caenauimus apud Capitonem.

Capitone culinam. Culinam. Prandium. *Culina* dicta est coquina, quod ibidem *Dii Penates* colantur. Aliter: *Culina i. e.* cocina ab eo, quod cutiat carbones.

[39. *Proxima,* Postera.]

40. 41. *Sinuessae.* Nomen ciuitatis, quasi dixisset: Capuae. *Vergiliusque.* Apud Sinuessam.

candidiores. Pulchriores, meliores, benigniores, dulciores.

42. *deuinctior.* Carior. *alter.* Scil. homo.

44. *contulerim.* Hic: conpararim.

ioc. sanus amico. Quamdiu sanus sum, nil conparo caro amico.

45. *Campano.* Capuensi oppido. *uillula.* Deest *est.* Quia est intra XVI lapidem a Capua.

46. *parochi.* Scilicet praebuerunt, id est, hi, qui in diuersoriis stant, (stantes?) necessaria praebuerunt. *Parochi* genus officii, qui solent peregrinis salem et ligna praebere, et significat publicum cursum. || [Vel] *Parochi* sunt, qui solent legatis causa rei publicae iter facientibus necessaria ministrare, publici muliones (i. e. πάροχοι?); παρέχειν [id] est exhibere. ||

47. *clitellas.* Sarcinas siue sellas, alii instrumenta, quibus animalia

1) uocat γ. rell. om. Mu*r*ena libri, pauci, ut b Ambr. G, Mu*rr*ena. — apud murenam γ. rell. ap. Murenae *uicum.* uicum: *nam* cenau. mva (*coen.*). 3) Prandium γ. id est, coenam C. rell. om. — *quod* γ. rell. quia. dicta est *quasi colina* (conf. Suringar. p. 53), quia ibi lates colantur, uel *quod* carbones culiat C. rell. co*qui*na. posui rec. scripturam cocinam, ut cocinatorius apud Ulpian. Veteres *coquinam* dixerunt Varr. ap. Nouium I, 273. II, 387. 6) Prox. al. postera *uar. lectio* ex glossa profecta. Proxima Am*b*r. rell. Postera. 7) *Verg. ap. Sin.* γ. rell. om. 10) carior γ. rell. om. s. homo γ. rell. om. 11) *Hic* compar*arim* γ. rell. compara*ue*rim. 13) Capuensi opp. γ. rell. om. Deest *est* γ. rell. om. 14) XVI γ. XIII fhQ. Contulerim — Capua om. G,mva. 15) *Parochi.* s. praebuerunt — praebuerunt ex γ. rell. om. Pa*rr*ochi γ, item infra. 16) ne scribas offici*alium* pro *officii*, sed hoc pro illo positum accipe, ut saepius. Hermog. XXI, 2, 74, Scaeu. XIII, 7. 43 in Pandect. — officii so*litum* peregr. γ. rell. off. *qui* so*lent* peregr. 17) Vel — exhibere om. mva. Vel om. γ. Contra C. priore parte *Parochi genus* — *cursum* carens habet: *parochi.* ἀπὸ τοῦ παρέχειν, id est, praebere, erant qui legatis rei pu. causa iter fa. nec. praebebant, *publici muliones.* conf. *copiarii* apud Porph. 19) mu*liones* γ,C(G?Q). mul*ieres* f. err. typ. repet. in h. mu*neris* Braunh., duae lectiones ineptae, quarum altera omni sensu caret, altera ad *officium*, non ad sanitatem constructionis reduxit. Retinui *muliones*, qui non solum mulis uehebantur eosque mercabantur et uenditabant, ut olim Vespas. (Suet. 4), sed etiam commerciorum habebant curam, ut Ventidius Bascus (Planc. in Cic. E. ad Diu. X, 18); addendum autem puto id est, πάροχοι propter seq. infinitiuum παρέχειν. — par*a*chein (sic) est exhibere, om. id, γ. *ministratores* publici Bern. F. *parochi q. deb. lig. salemque.* s. praebuerunt. Xenodochium significat in illa uilla esse i. hospitale generale Bφ. 21) S*ag*inas γ,mv. rell. S*ar*cinas. *alii* instrum. γ,v. rell. om.

sternuntur, alii uncinos ligneos, quibus onera inponuntur. Et notandum *tempore* pro tempori, [ut: *De uilla tempori uenimus.*].

ponunt. Significat, quia de illa uillula cum mulis sarcinas suas negotiatores Capuam ducunt.

49. *crudis.* Ad Vergilium rettulit, qui difficile digerebat; dicebatur enim stomachum dolere Vergilius. Alias: crudis aut inperitis aut indigestis; nam qui stomachi dolerem patiuntur, tardius digerunt.

50. *hinc nos Coccei. Hinc.* A Capua. Neruae Coccei, [ut] superius (u. 28) diximus [copiose]. *Plenissima.* Copiosa.

51. *Caudi cauponas.* Caudium [est] ciuitas Samnii. *Lucan.* (II, 138): *Ultra Caudinas sperauit uulnera furcas.* Non longe autem [ab] est a Beneuento. [*Caudi cauponas*, quae uilla supra Caudi [cuiusdam] cauponas est. [*Alii* tabernas Caudi, *Alii* oppidum uolunt]. Locus est, qui sic appellatur: ad tabernas Caudi; oppidum, alii dicunt tabernas.

52. *Cicirri.* Hi dicacissimi fuerunt.

53. *Musa, uelim memores.* Eleganter quasi phantasia poetarum operis heroici, ut (A. VII, 37): *Nunc age, qui reges, Erato*, et (A. VII, 641): *Pandite nunc Helicona, Deae*, et (A. XII, 500): *Quis mihi nunc tot acerba Deus?* [*Quidam* reprehendunt, Horatium, quod de rixa dicturus petiuit auxilium Musae; stulte, nam oratorie hoc fecit. Quando autem de leui re dicturi sumus, attentum debemus facere auditorem propter leuitatem rei; uel quia descripturus uiam suam non debuit praetermittere, quod in ea iucunde factum uidebatur, siue ludo narrat poetico.].

54. *Osci.* De gente Oscorum. scil. sunt. Campanus erat, quia Cam–

1) un*ciones* v. 2) *Tempore.* Notandum tempore fh. — ut — uenimus om. γ, qui pergit: *Alii* dicunt quod ligna sint i. uncini quae super animalia posita hinc inde onera sustentant. — et not. temp. γ,mva(G?Q). 3) signif. — ducunt γ. rell. om. 6) Alias — digerunt om. G(Q),mva. 8) A capua γ. rell. om. *hinc.* ab hac uillula C. neruae coccei sup. dix. γ. rell. Coccei Neruae ut sup. dix. copiose. Copiose ortum ex gl. seq. *Copiosa* (γ. rell. om.). Copno*sissima* C, qui addit: quae est supra *Cl*audii cuiusdam cauponas. 10) *Ca*udi habent pauci codd. pure, ut Barc., corr. Regin. Bern. B,mafh(G?Q). Caud*ii* v. Contra uox notior *Clau*d*i* uel *Cl*aud*ii* uulg. lectio et uett. codicum Hor. uocari potest. γ: *claudi* cauponas cum glossa: oppidum *cau*di. eadem inconstantia in scholiis eius. clau*di* Ambr. (gl. oppidi) Fran. uet. Pith. Bernn. AF. Parr. FHIMPTϰλ. Vanderb. in apparatu suo habet: V. K. H. septem Harll. etc. claud*ii* E Bφ (uterque c. gl. oppidi) DR. Perpauci hab. *cla*di, ut Par. β (S. Victor saec. XII) Angl. 4 (in bibl. Reg. St. Iacobi 15 B. VII. P. 240. saec. XII.). est om. γ. ciu. sani (sic pro sāni) caudi *ca*ponas. Luc. γ. 11) est γ. non *procu*la Ben. C., *ab*est. Caudi — nolunt om. mva(GQ). 12) claudi γ. cuiusdam om. γ. 13) inclusa om. γ. — Locus — tabernas γ. 15) cicir*ci.* hi dic. fuerunt γ. rell. om. *Cicirri* pauciores codd., ut Ambr. Fran. FIQ, plurimi Cicerri. 16) Eleganter — Deus om. G,mva. — *f*antasia γ et— Q. 18) *el*icona γ. 19) *iuno* tot γ. Quidam — poetico om. γ,C. 20) nam G(Q),mva. *et* fh. 22) quod *ne* iuc. G,mv. *quod*que a. quod *in ea* fhQ. 23) narrat om. G,m. sīe (= siue) va (sn̄). poetico om. va. 24) *orti.* De gente oscorum. s. sunt γ. rell. om. campanus erat. quia camp. ostia dicta est. sed nobilis osci irridens ait. sunt mores infames osci

pania Oscia dicta est: sed nobilitatem Osci inridens ait: Sunt mores infames Osci Capuani, aut ironicos cuiusdam Osci nobilis filius, unde obsceni figurate, ut || at εἰρωνικῶς dicit *clarum*, nam Osci ignobiles, unde obsceni i. e. osceni. [Et est] Figurata locutio *Messi genus Osci* || (A. V, 285): *Cressa genus Pholoe*, et (A. VIII, 114): *Qui genus unde domo.* [Cum autem] Isti cum conuiuatores essent Horatii, ioci causa uerbis se inuicem fatigarunt.

55. *Sarmenti domina.* Hic libertum ostendit fuisse, licet postea [dominam] decuriam acceperit. *maioribus.* Scilicet parentibus. *orti.* Nati.

57. *feri.* Grandis. *similem.* Durum et grandem. *ridemus.* Quia procerus erat Messius.

58. *Messius.* Scil. risit. *accipio.* Scil. et dixit. *caput.* Scil. hoc probrum. *mouet.* Agitat.

O, tua, cornu. Cornu. Cicatrix. Deridet illum, quia commouit caput et ait: si non esses mutilatus praesecto cornu de sinistra parte frontis, quid faceres? Quomodo minitaris ut taurus?

59. *exsecto.* Propter cicatricem. *frons.* Deest *sic*.

60. *mutilus.* Amputatus. *illi.* Messio. *cicatrix.* In laeua parte frontis habuit cicatricem.

61. *Setosam.* Quia capillis operitur. *laeui fronte. turp. oris.* Pro *laeuam partem* oris.

62. *Campanum in morbum.* Aut oris foeditatem aut adrogantiam. Dicuntur enim Campani et foedi esse et adrogantes. Sed *foedi* accipimus κατα τὸ αὐτό. Aliter: Campani, qui [et] Osci dicebantur, ore inmundi habiti sunt, unde etiam *obscenos* dictos putant, quasi *Oscenos.* An ideo [dicimus. Aut uero] dixit *Camp. in morb.*, quia Campani morbum dicacitatis patiuntur.

[63. 64. *cyclopa.* Quia magna statura erat. *nil illi larua.* Propter prolixitatem barbae.]

*capu*ani. *aut* yronicos cuiusdam osci nobilis filius unde obsceni figurate. ut cr. γ. — Campa*ni* quia Oscia Camp. di. est aut ironicos (εἰρωνικῶς fhQ) mvafhQ.

4) *nam* est fh. rell. *et* est. om. γ,C. 5) *Th*ressa libri supra C. III, 9, 9. conf. Seru. V, 285. — genus osci *sunt* γ. — Cum autem om. γ. 6) Isti cum γ. rell. om. con*uia*tores γ. — uerbis se inu. γ. rell. se inu. uerbis. 8) Hoc schol. et 4 seqq. Sarmenti — Campanum om. G,mva. qui eorum loco habent: *Ne* forte. deest *sit* (mva). *Ni* fo*ret.* Deest sic G. 9) decuriam γ. recte. rell. dominam. — s. parentib. — nati γ. rell. om. 10) Grandis γ. rell. om. Dur. et gr. γ. rell. gr. et dur. — Lemma *ridemus* interposui. 12) s. risit γ. rell. om. Glossae Scil. ho prob. — citatrix γ. rell. om. 14) qu*ia* γ. rell. qu*od.* 15) o si γ. 16) minitaris γ (Hor.). rell. minita*r*eris. 17) Prop. cic. γ. rell. om. Deest sic γ. 18) Amput. γ. rell. Debilitatus. — In — cicatricem γ. rell. om. 23) accipimus γ,fh. rell. accipiamus. κατὰ τὸ αὐτό γ,fh. κατὰ αὐτό Q. om. G,mva. 24) et om. γ. 25) obsc. dictos putant quasi oscenos γ. rell. obsc. dicimus. — An ideo γ. rell. Aut uero. 28) Cyclopa — barbae om. γG(Q),mva.

salt. uti Cyclopa, rogabat. Sarmentus dicebat Messio, ut Cyclopa saltaret i. saltando imitaretur Cyclopem, qui pastor fuit.

larua. Quia demissa erat barba.

trag. o. c. cothurnis. Quia longus erat.

65. *Cicirrus.* Messius.

ad haec. Iracunde locutus.

65. 66. *donasset ia. cat. Ex uoto Lar.* Solebant pueri, postquam pueritiam excedebant, Diis [Penatibus] Laribus bullas suas consecrare, similiter et puellae puppas. Modo ergo ridens interrogat, si consecrasset [compedes et] catenam, qua fuerat ligatus quasi seruus. Bullas nobiles senatores gestabant, quas adulti Diis Penatibus consecrabant, [sic et] hic, quia seruus, catenam. *catenam.* Ideo *catenam,* aut quia seruus, aut quia breuis, ut simia.

66. 67. *scriba quod esset.* Non [inquit, quia] qui scriba factus es, ad eo amisisti condicionem seruilem.

deterius nihilo. Non inminutum esse ius seruitutis ideo, quod scriba erat.

dominae ius. Significat, eum seruum fuisse.

69. *tamque pusillo.* Quia breuis staturâ erat.

71. 72. *hinc.* De uilla Coccei. *sedulus.* Diligens, officiosus. *ubi.* Hic. *paene macros.* Ordo: Paene arsit macros turdos.

[73. *dilapso.* Id est: sparso igni errante flamma per coquinam.]

lambere. [Attingere,] ut (A. II, 684): *Lambere flamma comas [et circum tempora pasci.]*

77. *Incipit. ex illo montes Apulia notos.* Bene dixit *notos;* Apulus enim fuit siue Venusinus.

notos Ostent. mihi. Non *ostentare mihi,* sed *notos mihi.*

78. *quos torret Atabulus.* *Torret* i. e. incendit, quia nimio calore flans penitus illam regionem exsiccat. Unde et pestiferus dicitur esse et grauis.

1) Sarmentus — locutus γ. rell. om. 2) *saltaret.* Saltando — fuit γ. rell. om. addidi *id est.* 8) dis *laribus* γ (inferius occ. penatibus). rell. diis (dis Q) penatibus. 9) et om. mvafh. pu*pp*as γ. rell. pupas. 10) comp. et om. γG(Q),mv (cath*ae*nam) a. — nob. sen. ges*ta*bant γ. rell. ge*re*bant. 11) sic et om. γ. gerebant sic et hic seruus, catenam, om. *quas* — *conscr.* et *quia.* 12) Ideo — simia γ. rell. om. Insuper habet γ haec: *donasset.* Hoc quasi in seruum conuitiose. Nam qui togam sumunt, solent laribus (sic). et eleganter *catenam* ait i. compedes quasi seruus quia pueri bullas donabant laribus puellae pu*pp*as quasi simiam uoluit notare. 14) inquit quia om. γ. *qui* scr. fact. es *adeo* am. γ. rell. quia fa. es scriba am. 16) schol. om. G, mva. *Non* inm. γ. ideo q. s. erat γ. rell. om. 17) Signif. γ. rell. *Ostendit.* 18) breu. statura erat γ. rell. br. erat statu*rae.* 19) de u. coc. γ Ambr. rell. om. hic γ. rell. om. 21) d*i*lapso γ in Hor. ut Ambr. Bern. C,mfh. *del*apso EBφ Bernn. AB,va (delaps*a*) schol. om. γ. 22) Atting. om. γ. — et — pasci om. γ. 24) *apu*lia (ut EBDH) — *apu*lus γ. rell. Appul. 26) Non — mihi om. mva.Q(G?). sed notos, om. mihi, γ. 28) *peni*tus γ. rell. *uen*tus. — exiccat mvafh. — pestife*rus* γ, ut Cels. II, 6 sudor pestiferus. rell. pesti*fer.*

Atabulus. Nomen uenti, qui uulgo *Atabulus* dicitur. Ventus fortissimus in Apulia, *Atabulus* autem ἀπο (τοῦ?) τήν ἄτην βαλλειν i. e. [quod] pestilentiam [inmittat].

79. *erepsemus.* [Per erepsissimus i. e.] transissemus pro repsissemus, et est figura detractio, [siue paene transissemus] siue penetrassemus, ascendissemus prae nimia altitudine.

Triuici. Oppidi in fine Campaniae, quo uehicula iuncta accedere nequeunt, ideoque Horatius ad uillam deuertit. Hoc *Triuicium* prope Apuliam est.

81. *udos.* Humidos, uirides.

ramos ur. cam. Id est: accepit nos cum summo fumo, quia ibi urebantur rami.

83. *exspecto.* Pro: expectaui.

somnus tamen aufert. Illam expectationem [scilicet], deest *me*, abundat *tamen.*

84. *intentum Veneri.* Exspectantem Venerem.

86. *hinc rap.* A uilla Triuici.

87. *Mansuri oppidulo, quod uersu dicere non est.* Quia *Aequum tuticum* dicebatur [oppidum] et non poterat in uersu suo ponere huiusmodi nomen, ac per hoc signis utitur, quibus indicet, quod uellet. Ita autem *dicere non est,* ut dicimus: soluendum [non] est.

88. *perfacile est.* Dicere. *uenit.* Venditur, distrahitur[, ab eo, quod est ueneo]. Quia apud *Aequum tuticum* aquae est inopia.

90. *callidus.* Prouidus, sapiens, prudens.

91. *Nam Canusi lapid. aquae ditior urna.* [Quia apud *Aequum tuticum*

1) qui — Apulia γ. rell. om. 2) ΑΠΟ ΤΗΝ ΑΤΗΝ ΒυαλΗΙΝ (sic pro βάλλειν). lacuna in G, qui, ut γ, om. *quod* et *inmittat*, quae (imm.) habent fh et Q, qui *cum C* posuit: ἀπο τοῦ τὴν ἄτην βάλλειν. mfh: ἀπο τῆς ἄτης παλλειν. a: ἀπὸ τῆς ἄτης i. a pestilentia. v: Apo tes ates id est a pestilentia. C: hoc est, ab eo quod *pestem* immittat, uulgo dicitur *atabo.* (sic). 4) Per er. i. e. om. γ. *pro* rep*sisse*mus γ. rell. om. — C: syncope pro erepsissemus, transiuissemus. siue *paene transis*semus. (si*n*e *pene* v. si*n*e poe*na* a). 5) asc. p. ni. alt. γ. rell. om. erepsemus. pro erepsissemus praenimia altitudine Bφ. 8) *ideoque* γ. ideo ergo G. rell. ergo. — Hoc est γ. rell. om. 14) scilicet om. γ. deest me γ. rell. om. — habund. γ. 17) a uilla Tr. γ. rell. om. 18) Quia equum tu*tici*um γ,v (non eq. *triti*cum ut ref. Q) m (tuti*t*ium) *Ae*cuum (q supra c) tuticum G. Equu*mlutticum* a. Equum tuticum Q. Equ*o* tutium fhC. *Ae*quum tu*ti*cum (ae*cum* tuticum ad u. 91) Bφ, ut in Porph. MA. Τούτικον apud Ptolemaeum legitur. Fons scholii uel scholiorum est Seru. A. VIII, 9: *Diomedis ad urbem*: 'tenuit partes Apuliae et edomita omni montis Gargani multitudine in eodem tractu ciuitates plurimas condidit. nam et Beneuentum et *Equum tuticum* ipse condidit.' conf. Grotefend. in Mus. Rhen. 1845. III, p. 148. 20) Ita autem γ. rell. om. 21) soluend*um* est γ. rell. soluen*do non* est. 22) Dicere γ. rell. om. — ab eo q. e. ueneo om. γ, totum schol. om. G,mva. 23) *Quia — inopia* huic uersui adsignaui, quae uulgo inferius posita sunt. 24) prudens γ. rell. om. 25) Amplificaui lemma *aquae — urna.*

aquae est inopia] Apud *Canusium* oppidum lapidosus. Hac de causa ab *Aequo tutico* emitur panis; similiter et ibi aqua deest, ut in *Aequo* tutico. Post *Aequum tuticum* oppidum Canusium, aduerbialiter Canusi.

93. *maestus.* Propter discessum.

94. *Inde Rubos fes. peru.* Nomen oppidi [Italiae]. *Hi Rubi.* Hinc putant dixisse *Vergilium* (G. I, 266): [*Nunc faciles*] *Rubea texatur fiscina uirga.*

[*corruptius.* Nobis molestius, difficilius.]

96. *Postera tempestas.* Posterum tempus, postera dies, status caeli [i. e. serenitas], hoc est: altero die serenum fuit caelum.

uia peior. Post pluuiam enim alio die iter fuit incommodum; nam pluuia nondum infusa terra tolerabilior est.

97. *Bari moenia pisc.* [Baris ciuitas Apuliae] Ciuitas est, quae [appellatur Barium et] Atbaris dicitur hodieque, ut dixit grammaticus *Theotistus.*

97. 98. *Gnatia lymphis Iratis.* Vel quia eget aqua, uel quia habet salsam [aquam] aut amaram.

dedit risusque ioc. Risimus, inquit, quod audiuimus apud Gnatiam, in aris [flammas sine ture] sine flamma tura consumi.

99. *lim. sacro.* In templo.

100. *Iudaeus Apella.* Finxit nomen, quasi *sine pelle,* aut certe *Apella,* circumcisus Apella, qui praeputium non habet.

101. *Non ego. Lucretius* de Deo (I, 61): *nec bene promeritis capitur nec tangitur ira.*

namque deos didici. [Secundum] dogma Epicureorum [loquitur, qui

3) Post — canusi et 4) propter disc. γ. rell. om. 5) Nomen opp. γ. rell. Oppidum est Italiae. Hi Rubi γ gl. rell. om. 6) dix. uirg. γ. rell. uirg. dix. — Nunc fac. om. γ. 8) schol. om. γ. 10) i. e. serenitas om. γ. hoc — caelum γ. rell. om. 11) Post pluuiam *enim* alio γ. rell. Post pluuiam. Alio, om. enim. 13) Ciuitas est XG,mva. om. γ. Bari ciuitas Apuliae fhQ (Baris ciu. Ap.). conf. C: Ba*rium* ciuitas est Apuliae, alia autem est quae Grammatico Theotisto dicta est Ba*ris*. Baris ciu. Ap. Q. rell. om. *bari.* oppidi. ba*rr*i b Bern. B cum gl. *uillae.* in aliis, ut D, alt. erasum. conf. Grotefend. Rhen. Mus. 1845. p. 149. 14) appell. Barium fhQ. rell. om. *At*baris γ. acbaris X. *ad*baris G,mv. *Ad*bares a. — Theotis*cus* X. rell. Theotis*tus*. Theo*stitus* m. γ addit: *Aliter*. ciuitas ap. q. a. barium. 15) Notanda lectio *Gr*atia in BφD cum scholio: Significat in honorem *Gr*atiae illo in loco aram esse constructam de qua erat opinio quod lignis superpositis et ture ignis subito adueniret qui conflagraret. (BφD). Bφ pergunt: Quod quia coram se non contingit, deridendam esse hanc opinionem affirmat. In quo loco penuria aquae erat unde dicit ibi limfas iratas esse i dedignatas fluere et *gratiam* pro ara ipsius posuit, quae tres dicuntur esse. 16) salsam *aut* am. aq. γ. rell. sals. aq. *et* am. 18) sine flamma tura γ. rell. flammas sine ture (t*h*ure mafh.). 19) In templo γ,C. rell. om. 20) Schol. ex γ. mvafQ(G?): Finxit — Apella (om. circumcisus Apella), qu*ia* pr. n. habet. C: nomen *fictum*, quasi — certe *apella*, circumcisus, q. p. n. habet. h: *Cred. Iud. appella*: *App*ella quod pellem *in parte genitali* non habe*at*. conf. Porph. 21) qu*i* γ. rell. qu*ia*. 22) *pro*meritis γ. recte, non: pro meritis. 24) Hoenigerus h. l. Porphyrionis schol. posuit, atque huic usque ad finem huius satirae Acronis expositiones adsignauit, non Fabricius. Secundum om. γ. loquitur — cura om. γ.

dicunt, deos agere seculum sine cura] ut Poeta (*Verg.* B. VIII, 35): *Nec curare deum credis mortalia quemquam.* [Lucretius de Deo (l. l.): *Nec bene pro meritis capitur nec tangitur* ira.] Nam Epicureus erat: ideo dixit, deos non curare mortalia.

103. *Tristis.* [Seueros, in scrutando] sollicitos.

ex alto Caeli dem. tecto. Plautus in Amphitr. (III, 1, 3): *In superiore qui habito caenaculo.* Sunt autem uerba Iouis.

104. *chartaeque.* Istius sermonis.

Brundis. longae finis chart. uiaeque est. Id est: carminis mei, et finem uiae fecit Brundisium.

PORPHYRION.

1. *Egressum. ma. me excepit Aricia Roma.* Lucilio haec satira aemulatur Horatius iter suum a Roma Brundisium usque describens, quod et ille in tertio libro fecit; primo a Roma Capuam usque et inde fretum Siciliense.

4. *differtum nautis* et reliqua. Peruenisse [se] Forum Appii indicat, ubi turba esset nautarum, qui in Pomptinis paludibus nauigabant, item cauponum ibi morantium. Iter autem illud expeditioribus unius diei esse dicit, quod ipse biduo confecerit.

5. 6. *alius ac nos praecinctis.* Id est, expeditius et agilius.

7. *hic e. p. a. et rel.* Hodie quoque [in] Foro Appii uiatores propter aquam, quae ibi deterrima est, manere uitant. Dicit ergo Horatius, se ibi caenare uoluisse, ne necesse haberet bibere.

1) Loc. Verg. iam supra C. I, 34, 2. Seru. A. I, 227. schol. Stat. Th. III, 350. 2) cre*dis* omn. libri. cred*as* schol. Stat. — Lucretius — ira om. G,mva, qui habent: — quenquam: nam epicureus erat. ideo dixit deos non curare mortalia. 3) perperam Q cum fh: *pro meritis.* — epicurus (m. s.) γ. rell. epicureus. erat om. γ. Nam — mortalia om. fhQ. 5) Seu. in scrut. om. γ. se*ru*os v. 8) Ist. serm. γ. rell. om. 9) finem uiae γ. uiae fin. rell.

PORPH. ECLOGA VI M (Halm.). *ac*cepit MG. cepit R, c*o*epit v. (non *c*epit ut ref. Q) c. Asc. lemma in fh: *Egr. magna.*

13) Lucil*ium* afh. Lucil*i*. *o* v. Datiuus rarior sensu inuidia quadam. conf. Cic. T. I, 19: *iis* aemulamur, qui ea habeant, quae nos habere cupiamus. Plaut. Mil. III, 2, 26: quoniam aemulari non licet, nunc inuides. aemula*tus* 2. sat*y*ra omn. 14) brund*e*sium M. rell. brun*dus*ium. conf. Acr. usque libri Brundusium afhv (Roma*nusque* Brundus.) 15) primo MR. rell. pri*mum*. *primo* et cum et *sine* seq. *deinde*, *post* al. Cic. F. I, 16. Liu. II, 50. Sall. Cat. 10. Nep. Dat. 3. Ter. Hec. IV, 4, 91. 17) se inculc. Q. Acr. et Porph. saepe om. se ut eum. *ad* forum afh. *ad* om. MR2,v(G?Q). recte, nam *Fo*rum Appii (C:) 'uenimus. *f*orum autem Appii *nomen est oppidi.*' app*ii* MR2,vafh. App*i* Q. 18) p*o*mpt. M et (G?)Q, qui in Acr. *pon*tinis recepit. 19) mor*atum* M. *a*norantium v. — expediti*onis* 2. 21) expedi*tus* et agil*is* 2. 22) Hodie *quoque* R. *hodieque* A. *hoc* die *que* M. rell. om. quoque. *in* om. MR. — propt*erea* M. Dicit *autem* 2. rell. Dicit ergo. 23) *de*terrima M(GQ)va (Hor.). *te*terr. fh. recte etiam. Lucr. II, 509: Namque aliis aliud retro quoque *tetrius* esset Naribus, auribus atque oculis *orisque sapori*, sed *det.* usitatius.

12. *huc adpelle! trecentos inseris.* Verba sunt nautae irascentis, quod plura naui inponat, quam pepigerat i. e. pactus fuerat.

13. *dum aes exigitur, dum mula lig.* Manifestum est, illis temporibus per paludes Pomptinas non talem uiam fuisse, ut uehicula illa ire possent; itaque nauem solitos conscendere uiatores, quam iumentum aliquod conducere.

15. *absentem ut cantat amicam Multa prol. u. n. atque u.* Sic enim leues ac uulgares homines noctis solatia uigiliarum quaerere solent, cantica amatoria cantantes.

18. 19. *ac missa pastum retinacula mulae Nauta pig. sa. relig.* Posteaquam abdormierint uiatores, dicit nautam mulam disiunctam pastum misisse (et?) nauis retinacula ad saxum ligata.

24. *Ora manusque tua lauimus, Feronia, lympha.* Tarracinam se quarta hora tandem peruectum esse dicit. Hodieque autem paulum citra Tarracinam fons Feroniae est.

25. 26. *Milia tum pransi tria repimus atque subimus Inpo. sa. late cand. Anxur.* Quae nunc Tarracina dicitur, olim *Anxur* dicebatur; unde Iouem Anxurem colebant, cuius et *Vergilius* meminit, cum ait (A. VII, 799): *Iuppiter Anxuris aruis Praesidet.* Merito autem *repimus* inquit et *inpositum saxis Anxur,* quoniam illis temporibus adhuc Tarracinensis urbs in altissimo monte erat, unde postea in aequiorem locum deposita est*), ut non solum sint adhuc uestigia aedificiorum in monte, sed et murorum.

conf. Hor. S. II, 8, 44 (muraena) et Plin. XXXI, 10 (obsonia), ac tutum auctoritate librorum Hor. et Porph. 24) uoluisse *ne*cesse, om. *ne*, M. *cum* necesse R.

1) in*g*eris fh in lem., in*s*eris in Hor. nullus cod. Hor. hab. *ingeris*, quod ortum est ex *Ingerere* in eodem uersu. *ap*elle M. quo*s* plu*ra* na. impon*atur* v. *cum* plur*es* naui imponan*tur* afh. *quod* 2. *quod* plu*ra* naui *in*pon*at* MR (imponatur) GQ. 2) f*u*erat M. rell. *erat.* pepiger*it* 2. 4) *Pompt.* cf. supra. — uehicul*as* M. ill*ac* 2. 5) *quasi* afh. rell. *quam.* — conduc*e*re MR2B^b conducēt v. conduce*rent* afh. conduce*ret* (G?)Q. 8) noc*tis* MR2B^bG,va. noc*te* fhQ. noc*tis* non acc. pro noc*tu*, conf. *noctu concubia* Enn. ap. Macrob. S. I, 4, sed: *uigiliarum nocturnarum*, ut Liu. XXXIX, 16. Sic supersedere possumus perbona emend. Ascensii *noctis* solatia *et* uig. et lectione Fabricii (fh): nocte, solatia uigiliarum, q. s. c. amatoria, om. cantantes. 11) obdormier*unt* R,vafh C. rell. obdormie*rint.* — *di*cit nau*tam* MRAB^b. rell. *du*cit nau*ta.* 12) m*i*s*se* MB^b. mis*sae* A. misisset (t expu. 1 m.). recte. rell. miss*am*.. na*ui* MAB^b. rell. na*uis.* in nau*i* — *du*cebat Acr. u. 16. — ligata MR (ligatam) AG. *re*ligata B^b. rell. ligat. a conseru. liga*ta* interpo. *et.* 13) fe*n*onia M (H.). in schol. fer*e*ni*e*. 14) peruentum R. 16) rep*s*imus G,v et Q, qui in Acr. habet *re*pimus. rep. a. breu. lemma *Millia tum pransi* hab. fh. 17) T*a*rrac. MB^b2. Tèrr. A *e* in *a* mut. GQ. Terr. R. — *olym ma*nxur M. Anxur A2. ansur B^b. 18) anx*ire* M. Anxurē A 2. ans*ure* B^b. *quere*bant 2. — cum ait MRA2B^b, om. G(Q). 19) anx*iris* M. an*siris* B^b. anx*uris* 2G(Q). An*xurus* A, ut Medic. et Ribb. qui nostrum locum ignorabat, quia edd. om. partem priorem scholii *Quae* — *quoniam.* — re*psi*mus RA2G(Q). inquid M. 20) *in*po. M. *quoniam* MR (qm̄) AB^b2G(Q). q*uia* vafh. *i*nde afh. 21) *eq.* et *ed*if. M. ut *sunt*, MR, om. non solum. *et* non *su*lum sunt 2. ut non solum *sint* vafh. 22) sed *etiam* 2.

*) Cum hoc uerbo ad Sermones exit cod. B^b = Par. 7987. foll. membr. 126. saec. XV.

[*Inpos. saxis late cand. Anxur.* Mons ille, in quo Tarracina constituta erat, non candida saxa habet sed calci coquendae aptissima; ergo a calce uidetur *candida* dixisse.

27. *Huc uenturus erat Maec.* et reliqua. Dissensione orta inter Caesarem Augustum Antoniumque, Lucilius Nerua auus eius, qui postea [Romae] imperauit, petit a Caesare, ut aliquem, cum quo de summa rerum tractaret, mitteret Tarracinam. Et primum Maecenas, mox et Agrippa adgressi sunt. Hi quoque pepigerant fidem confirmatissimam, et in unacastra conferri signa utriusque exercitus iusserunt. Hoc et *Titus Liuius* in libro CXXVII refert, excepta Fontei Capitonis mentione.

32. *ad unguem factus homo.* Translatio a marmorariis, qui iuncturas marmorum tum demum perfectas dicunt, si unguis superductus non offendat; unde iam, quaecumque perfectissima esse uolumus significare, *ad unguem facta* dicimus.

35. 36. *insani ridentes praemia scribae Praetextam, et lat. clau. prun. batillum.* Aufidium Luscum de decuria scribarum significat fuisse, qui tunc in oppido Fundis magistratum gereret, quem sibi risui fuisse ait, quod magni penderet indutum se esse *lato clauo* ac *praetexta* et de balneis publicis *prunas* sibi domum a mediastinis adferri.

37. *in Mamurrarum lassi deinde urbe man.* Formias urbem significat; hic namque fuit familia *Mamurrarum,* honesto loco nata.

38. *Murena praeb. dom.Capitone cul.* Dicit, se Formiis Murenae domo hospitatum esse, sed apud Capitonem caenasse.

44. *Nil ego contulerim ioc. san. amico.* Quamdiu sana mente sim, inquit, nihil putabo conparabile esse iocundo amico meo.

45. 46. *Proxima Camp. ponti quae uill. tect. Praeb.* Hic subdistinguen-

5) lucilius MA, et Danielis adscripsit: in alt. uet. cod. Cocceius emendatur. lucilius 2 (2 m. del. et suprapo. *Cocceius*). Lucili (sic) nerua au*is* v. rell. Cocceius. 6) Romae om. MR2G(Q),va. — aliquem *qui* afh. aliquem *cum* de v. rell. aliquem *cum quo*. 8) *ad*gr. M. egressi R. *a*gressi 2G. *con*gressi fh. *ag*gr. a. Hi *quo*que MR2G. *Hique* vafhQ. — pepiger*ant* MRG. rell. pepiger*unt*. — et om. MA. un*o* MA. rell. un*a*. *in uno* non est in un*um* uel *ad* unum. Liu. XXX, 11: in unum coactis, XLIV, 7: — contractis. Cic. Am. 30: omnes *ad* unum, pro qua dictione Gell. III, 7: omnes *cum uno*. 9) conferre R. ut*ros*que. MA. rell. u*trius*que. 9) *ui*serunt v. íuxerunt (sic). Noli temptare: pepigerant fidem conf. (i. e. pacto foedere promiserant), in una castra conferre signa: *utros*que (suosque) exercitus *iunx*erunt. conf. Verg. X, 240: *castris iungant* et Liu. XXXVI, 16: *Aetolorum utraeque manus*. — in MRG(Q). rell. om. CXXVII MRA2G(Q) et a. CXVII v. 117 fh. 12) offenda*tur* vafh. 14) dicemus fh. 15) premia scribe — *u*atillum M. praetes*t*am R. 16) de *de*curia MRA2G(Q). de *curia* vafh. conf. Acr. 17) *t*unc MR2G(Q),va. *h*unc A. *n*unc fh. — ge*n*eret M. 18) ind*i*tum R. — praete*s*ta R. 19) prun*um* 2. — *ad*f. M. rell. *a*ff. 21) hi*nc* afh. — familia*rem* M. 22) form*is* M(G?Q). rell. Form*iis*. — mure*ne* M. dom*um* R. 23) cen. M. 24) *io*cundo MRG(Q), ut omn. fere uett. codd. Hor. *iuc*. vafh. — s*i*m M2G(Q). s*u*m R,vafh. san*ae* men*tis* R 1 m. ad marg. *nil* R. rell. nihil. 25) *meo* om. vafh. 26) Hic — draebuit om. M. sub*dist*. R2G(Q),v. sub*intellig*endum afh. et aud. MR2G(Q).

dum et audiendum extrinsecus uerbum *est*, quia plenum sic fit: Quae uilla proxima est ponti Campano tectum praebuit. Significat autem iuxta pontem Campanum, qui est citra sextum decimum miliarium a Capua, in uilla se mansisse.

46. *et parochi quae deb. ligna salemque.* Ex uerbo *praebuit,* quod est in principio uersus, *praebuerunt* huc adsumendum est. *Parochi* autem copiarii dicuntur ἀπὸ τοῦ παρέχειν, ab *exhibere,* hodieque autem a copiariis praestantur haec iis, qui reipublicae causa iter faciunt.

49. *Namq. pila lippis inim. et lud. crudis.* Se lippum dixerat, ergo crudum Vergilium intellegamus, quia uidetur singula singulis adsignasse. [Lippis igitur inimicum, ut mihi, crudis, ut Vergilio].

51. *Quae superest Caudi cauponas.* A Capua profectus in Coccei Neruae uilla mansisse se indicat, quae est supra tabernas Caudii oppidi.

51. 52. *nunc mihi paucis Sarmenti scur. pugn. Messique Cicirri, Musa, uelim mem.* Ostendit, se relaturum contentionem, quam inter se Sarmentius et Cicirrius habuerint. Ambo et urbanitate et audacia noti, equites tamen Romani.

54. *Messi clar. gen. Osci.* Figurata elocutio: *Messi genus Osci sunt.*

55. *Sarmenti domina exstat.* Sic hoc dicitur, quasi libertinae fuerit Sarmentius.

61, *laeui front. turp. oris.* Adtende elocutionem. *Laeui oris frontem* pro: laeuam partem ponit in fronte.

62. *Campanum in morb.* Campani, qui Osci dicebantur, ore inmundi habiti sunt, unde etiam *obscenos* dictos putant, quasi *Oscenos.*

3) ci*r*ca R. rell. ci*tr*a. *septim*um dec. 2. rell. *sextum* dec. MR(G?Q), uel XVI va, 16. fh. — ab *urbe* Capua 2. rell. om. urbe. 6) ads. M. 7) c*u*piarii 2G. litt. graec. spat. uac. rel. in R. *e*is inc. Q. *his* R. rell. *iis*. 8) *in*terfaciunt M. 9) *phila lipp.* M in lem., *lyp*pum in scholio. 10) *ad*sign. M. 11) ut mihi crudis, fh. Lippis — Vergilio om. MG(Q)va. 12) *cl*audi M. in lem., *cau*di in scholio. rell. *ca*udi (c. a). conf. Acr. — profectus si sese (sic) indicat M (Halm.), om. insisse. 13) uilla*m* *m*ans. 2. — su*pra* omn. libri. conf. Acr. Q tacite ex ingenio posuit *super* (Hor.), scil. quoniam illa et poetis et pedestribus scriptoribus usitatissima praepositio 'supra caput' adstitit uiro κριτικωτάτῳ, ut imber apud Verg. A. III, 194. conf. Cic. Q. Fr. I, 2, 2. Sall. Cat. 52. Liu. III, 17 etc. — cau*di* MG2(G?Q),v. rell. Caud*ii*. 15) Sarment*i*us MRA2(G?), et infra. *sa*mentius v. rell. Sarmen*tus*. cicirr*ius* M2. cice*rr*ius R. cic*e*rius v. *C*icerius fh. Cice*rrus* a. Ci*cirrus* Q. habue*rint* M. rell. habuer*unt*. 16) *ae*quites M. 18) *orti* M (H.). rell. *osci*, ut omn. codd. Horatii. figurat*e* M. — Mes*si si* h. Hoc sch. postpo. est sequenti in codd. et vafh. 19) h*ic* fh. rell. hoc. *Si* hoc v. — liberti*ne* M (H). liberti*nae* R. rell. liber*tinus*. liber*tus* C. Acr. Seruaui liberti*nae*, sc. filius, quod uocabulum non raro omittitur. Liu. XXVII, 20. XXVIII, 12. Pers. IV, 20. Bφ in medio longiori scholio: Sarmentus libertinus erat cuiusdam matronae. 21) leui M in lem. et in schol. ut EBφD Barc. Bern. A al. 22) pro le*ua* part*e* R. 23) qui om R. — ore *in*mundi M2. or*is* imundi R. rell. ore imm. 24) obscenos MRA2G(Q). Acr. *et* oscos v (*ex* osc.) afh. rell. *etiam* o. — *obscoe*nos (obscen. v.) vafh. rell. *osc*enos. scripsi *os*cenos propter add. *quasi* i. e. propter adlusionem nominis osci et obsceni.

65. 66. *donasset iamne catenam Ex uoto Laribus quaer.* Urbanissima contumelia haec dicta sunt in eum, qui seruilibus esset natalibus, translatione sumpta a generosis pueris, qui bullam auream egressi pueritiae annos apud Lares solent suspendere.

66. 67. *scriba quod esset Deterius nihilo dom. ius esse rog.* Id est: nullum praeiudicium dominum passum, quod illum [de] decuria scribarum sibi conparasset.

71. 72. *ubi sedulus hospes Paene macr. arsit d. turd. uers. in igni.* Ordo est: paene arsit.

73. *Nam uagna per uet.* et reliqua. Mira ἐνεργείᾳ hic sensus explicitus est.

77. 78. *Incipit exillo mont. Apul. notos Ost. mihi.* Non est *ostentare mihi* accipiendum, potius *mihi notos* quam *inotos ostentare mihi.* Ideo maxime (sic?) non est intellegendum, quia, si hoc uellet intellegi, ostentare *nobis* dicendum erat, cum non solus iter faciat, nec illos montes solus uidere incipiat.

78. *quos torret Atabulus.* Sic appellatur uentus in Apulia feruentissimus Graeca appellatione, [quasi] sc. — — τὴν ἄτην βάλλων.

1) Urbanissima MR2G(Q). urbanissim*e* vafh. urb. *a* cont. M (II.) 2) in *eo* MR. 5) nihilo det. M, ut EBφF,va (n. d.) lem. in fh: Scriba quod esset (Deterius nihilo in Hor.) Ni*ch*ilo det. γDϰMR Geneu. aliique. Legendum uel pronunt. est *Nilo* aut Ni(hi)lo, ut habet Par. I. Bern. B: Nichilo (chi expu. 2 m.) det. Nil. o det. P. *Nullo* Bern. C. Barc. Deterius nic*h*ilo Bern. A et Par. J, qui non habet ni*h*ilo (Pottier). *Deterius* comparatiuus postponendus est *nihilo,* ut *nihilo segn*ius, *nih. minus. Nilum* pro *nihilum* freq. apud Lucret. I, 206. 238. 674. 6) *per* iudi*t*ium M. illum *de curia* vafh. illum *de*curia MR,2 om. de. *decuria* ablatiuus. recte. (*de* decuria (G?)Q. conf. Acr. m*i*ll*i*um praeiudi*t*ium v. scribarum om. 2. comperasset 2. 8) Pene macros arsit M,va, ut BφD. Ambr. Bernn. ABC. *Poe*ne mac. Barc. et edd. saec. XV. Paene arsit, macros Lambin. Torrent. Fea. M. 10) *energia* omn. libri. uocabulum non Latinum pro ui uel uigore. mira energia hab. libri supra C. II, 12, 28. 19, 8. adi indices. 12) Ex homoeoteleuto (*ostentare mihi* in lem. et post priorem scholii partem) om. M Non est — ost. mihi. Turbatus autem ordo est in omn. fere libris, R: Non est *ost. mihi* acc. potius quam *notos ost. mihi.* Ideo etc. 2: Acc. potius quam *notos mihi* (:) *ostentare mihi.* Ideo etc. G: acc. potius quam notos ost. mihi. Ideo etc. v: acc. pēis (*penis* pro *potius*) īotas (sic) quam ost. mihi. Ideo etc. afh: acc. *melius* notos mihi quam. ost. mihi. Ideo etc. Secutus R interposui *mihi notos.* 13) *id* ideo temere inculc. Q. petendum potius uidetur *sic* ex seq. parte. 14) quia *si* hoc A,a(G?Q: '*sic* pro *si* libri'). quia *si sic* 2. — osten*tat* nobis, montes solos uidere incipiat (sic) afh, om. ostentaré *nobis* — illos (MRA2). 17) apellatur — apellatione M, qui pergit: si atalia *lontatus* est in at*aen* ballonta *ta* (sic). G: si a *tali* lontatus ē ī aten ballonta. spat. uac. in R. A: si a tali lantatus *est* in aten ballonta. v: *quasi* την ατην λαλνογα (sic). afhQ: *quasi* τὴν ἄτην βάλη (βάλλη Q). Quid prioribus uerbis insit, non patet; graecam esse locutionem ex spat. uac. in R concludimus: βλάβην φέρων, ἀτηρος, id est, τήν ἄτην βάλλων (conf. Hom. Il. II, 111. VIII, 237), qui ut Seneca Q. N. similiter ait, Apuliam *infestat,* et C: uentus *infestus* Apuliae. Bφ: uentus in Apulia *feruentissimus.* Plin. XVII, 24 et XXXVII, 8 — ut est in Apulia Atabulus, in Euboea Olympias: hic enim — *frigore exuritare faciens.* Quintil. VIII, 2, 13. Gell. II, 22: ut est *Horatianus* quoque ille *Atabulus.* graeca appellatione Quintil. IX, 2, 34.

79. *nisi nos uicina Triuici Villa recep.* *Triuici,* oppidum [in] fine Campaniae est.

84. *tum inmundo somnia uisu Nocturnam uest. mac. uentr. sup.* Significat, cum ad nescio quam puellam misisset, ut secum maneret, illam promisisse quidem se uenturam, sed non uenisse; quam cum diu exspectasset, postremo obdormisse, deinde per somnium imaginantem se, cum eandem puellam uidisset concumbere, super se ipsum patrasse.

87. *Mansuri oppidulo, quod uersu dicere non est, Signis perfacile est. Aequum tuticum* significat, cuius nomen hexametro uersu conpleri non potest. Hoc autem sub exemplo Lucilii posuit, nam ille in sexto saturarum sic ait (Lucil. satt. rell. VII, 4 Gerl. ed. Bip. p. 199. n. 5. conf. ibid. p. 267): *Seruorum est festus dies hic, quem plane hexametro uersu, non dicere possis.*

89. 90. *ultra Callidus ut soleat umeris port. ui.* Adeo dicit, hic bonum panem fieri, ut, qui callidi i. e. periti sint illius uiae ac sciant ultra meliorem panem non esse, inde sibi ferant.

91. *aquae non ditior urna.* De Canusio hoc dicitur, non de Aequo tutico, cuius supra (u. 87) meminimus.

93. *flentibus hinc Varius discedit maest. am.* Non ob aliam causam flentibus, sed [*maestus*] dictum est ob mutuum desiderium.

97. 98. *dehinc Gnatia lymphis Iratis exstr.* Per *haec* quoque oppidulum significat penuria aquae laborare.

1) Vil*lu*la MG (non item, ut Q ref., v, quae habet *iulla* c*e*pisset pro *Villa* r*e*cep.) — in om. MR. 3) Totum schol. om. afh. 4) cum ad *aquam* nescio puell. 2. 5) quidem om. 2. — expecta*ret* R. quam — exspectasset om. 2. 6) som*num* MRA. rell. somn*i*um. Plin. XX, 13: Venerem crebro *per somnia* imagiuantibus. ibid. 7: imaginatio libidinum *in* som*no*. obdor*mui*sse v. — secum MA. se cum R2,vQ. uidi*sse* A. 7) super se MRA,vQ. conc*u*bere R. 9) *aequum* — *tu*ticum M. *Aequum* tuticum A2. *ecum*tuticum R. Aequum *tri*ticum v. Equumtu*tium* afh. cf. Acr. — *ex*ametro MR,v. *exe*metro G. — com*plecti* vafh. 10) lucilii MG,v. sub om. vafh. — in *septima* Satyr. v(VII)afh. *sexto* sa*turarum* M in VI. *saturarum* A. in *sexto* sat*y*rarum R in VI^{0} sat*y*rarum 2. *posuit* et *ille* om. afh. conf. Heusd. de Lucilio 144. 12) *ex*ametro MR2,v ut supra. 14) ca*l*idus M, in schol. ca*ll*idi. umeris M, ut omn. uett. codd. Hor., rell. *h*um. 15) uiae MAR (uiae illius). rell. om. ac MRA2,v. et GQ. ac sciant ult. mel. pa. non esse om. afh. *ac sicut* u. m. p. n. esse v (non habet *et sciant*, ut ref. Q). 17) *dulci*or MR2G(Q),v. *diti*or afh. recte et propter *urnam,* quae non dulics est, et ideo, quod *aqua dulcis* opponitur marinae aquae (Plin. XIV, 6. XIX, 1. Cic. Att. I, 16, uel marino humori Cic. N. D. II, 16), ut Plin. XXV, 3. XXXII, 4. Hirt. Alex. 8. 9. Ouid. P. V, 10, 63. — dici*tur* MR (h*i*c dicitur). dic*it* 2G(Q),v. om. afh. 18) *aeco*tutico M. *Aeco* tutico AG. *eco* tu*tio* R. *equo* tutico 2. *equo*tutico v. Equotu*tio* afh. *Aeco* tu*tico* Q in Porph., *Equo*tutio in Acr. 19) desc. m*a*stus M (H). d*iscen*dit maest. R. 20) *macstus* om. M. m*e*stus R. rell. moest*um*. Non ob — sed om. afh, qui habent *Moestum dicit,* rell. — dictum est. 21) ex*str*. M, ut γ. h. l. aliique, *ext*r. Ambr. ED. Bernn. AC etc. — *dehinc* MR2,vafhQ(G?). *dein* cum gl. dehinc Ambr. de*hinc* EBD *dein* Barc. Bernn. AC etc. g*n*atia lymph. M. *g*ratia limph. R. Fran. gr̄a G,v. *lyn*phis v. conf. Acr. E habet g*r*racia. 22) penurie M. per haec — laborare MA2. oppi*dum* 2. Per *hoc* — laborare v et (G?)Q. Hoc propter

risusq. iocosq. d. fl. s. tura l. l. s. p. c. Significat, Gnatiae aram esse, in qua lignis exstinctis quoque positis ignem sua sponte gliscere, opinio sit; quod tamen se coram non euenisse nosset. Ideo deridendam hanc opinionem adfirmat.

100. *credat Iudaeus Apella, Non ego.* Urbanissimum nomen Iudaeo inposuit, *Apella* dicens, quasi quod pellem in parte genitali Iudaei non habeant.

101. *namq. deos didici secur. ag. aeu.* Hoc de opinione Epicureorum uenit, qui deos aiunt non aliter posse inmortales esse, nisi quieti et ab omni cura separati sint.

102. 103. *Nec si quid miri faciat natura, deos id. Trist. ex alto Caeli dem. tecto.* Verissima opinione hoc dicitur. Constat enim, omnia miracula, quae in toto mundo fiant, certa ratione fieri. De quibus iidem Epicurei diligentissime disputant.

104. *Brundisium longae finis chart. uiaeque est.* Iucunde satis ita tunc finem uiae Brundisium sibi fuisse significat, ut nunc relationis.

SATIRA I, 6.

ACRON.

1. 2. *Non quia Maec.* Maecenatem adloquitur, candorem animi eius commemorans, qui generosos atque humiles absque discrimine accipiat. *Maecenas,* ut (I, 1, 1): *Maecenas atauis edite regibus.*

penuriam aquae dicit afh. Hoc schol. om. R, qui habet: *dehinc gratia limphis iratis extructa, om. dedit, risusque iocosque.* Dum flamma sine *thura* — Persuadere. Significat gr͠e aram esse.

1) breu. lem. in afh: *Risusque iocosque.* De Gnatiae ara, in qua etc. Significat — adfirmat M (adf. rell. aff.) RA2G(?)Q et v, qui habet: gnatae aram et q. seq., om. Significat. 2) extinctis*que* M,v (non exstinctis *quoque*, ut perperam ref. Q). ex*tructis**que* R. extinctis A2G(Q),a. ex*tructi*s fh. — positis om. fh. gliscere *dicunt,* opinionem deridet afh. rell. glisc. *opinio sit* et quae seq. *quod — adfirmat.* 5) Hoc schol. ex MRA2G(Q),v. 6) apel*la* M2. rell. apel*lam.* — sine pelle: aut certe *Appella,* quia praeputium non habet. a: cred. Iud. *ap*pella. quod pellem in parte genitali non *habeat.* 9) uenit om. af. Hoenigerus leuius extrema scholia Acroniana posuit. conf. Acr. 11) miri faciat MRA2. faciat miri vafhQ, qui dicit: 'faciat libri omnes (G?), *miri faciat* codd. Horatt.', quibus ego addo: omnes. 12) Constat *non* omn. afh. Constat *an* v. 13) quae fiunt afh. — fi*a*nt 2. — iidem om. afh. *id*em MA,v. *ii*dem R2. *ei*dem Q s. m. 15) brund*us*. RA2,vafhQ. Hoc extremum schol. abiecit M, qui, ut iam dictum est, interposuit satiram tertiam (Omnibus etc.), cum inscriptione EGLOGA III, quam excipit sexta, quae inscribitur HAEC EGLOGA ORDINE SEQVITVR. Non scriptum est ECLOGA (Halm.), sed EGLOGA. quippe C paruam caudam habet.

ACRON. AD MECENATEM DE VITA SVA γb, ut Ambr. Fran. FP aliique. H addit: egloga. VII. I: egloga. VI. Ad mecenatem egloga. VII J. Abiecto argum. E: egloca VII, aliique uett. ut BφD et recc. ut — Sorbon. et W (8223): egloga VII etc.

21) γG,mv argumento praemittunt haecce: *mecenas* ut mecenas atauis edite regibus. Mec. alloq. 22) *at* hum. γ. sine discr. X. 23) Huc posui schol. illud.

Lydorum quidq. Etr. i. f. Deest *habes.* Lydi quondam Tusciam possederunt, a quibus originem Maecenas trahebat. Sensus hic est: Non te, inquit, extollit nobilitas gentis et sanguis, ut despicias eos, qui ex infimis nati sunt, sciens, quod non genus sed uirtus in homine quaerenda est. Non eo, quia habes Etruscos [i. e. Tyrrhenos] fines, quos incoluit, quidquid Lydorum fuit, nec ideo [quia] nemo te est generosior i. e. neque quia nobilis es, ideo derides ignobiles et libertinos.

Incoluit finis. Possedit.

3. *Nec quod auus.* Nec ideo, quod imperauit pater tuus et auus, inrides ignotos pauperes uel ignobiles.

5. *naso suspendis adunco Ignotos.* Id est: Non contempnis ignobiles, quia es nobilis. Nec ignoti tibi fastidia adferunt, quod uulgo *sannam* dicunt. *Suspendis* [autem] spernis, subsannas, fastidis i. e. non inrides. Nouimus enim, quod, qui inrident homines, *sannas* faciunt.

6. *Ignotos.* Ignobiles.

7. *referre.* Interesse.

8. *dum ingenuus.* Dummodo ingenuus sit; *ingenuus* [autem] ad morum probitatem pertinet.

persuades hoc tibi uere. Recte [inquit] hoc tibi persuades, o Maecenas, quod ante imperium Tullii, qui unus ex septem regibus, seruili tamen genere fuit, alii multi ignobiles, sed uiri boni et uitae bonae. Sensus hic est: Recte hoc sentis, quia non nobilitatem magni pendis sed uirtutem.

ante pot. Tulli. Sensus est: Non solum Tullum sed et alios multos ex ignobili genere claros fuisse. Fuit autem Tullus Tarquinii Prisci Lucumonis seruus a captiua natus, [de quo *Verg.* (A. VI, 813): *Otia qui rumpet patriae residesque mouebit Tullus in arma uiros*].

9. *ignobile.* Quia seruus fuit.

saepe uiros. Recte accipis.

10. *nullis.* Non nobilibus.

maioribus ortos. Ignobiles.

12. *unde.* A quo, ut (A. I, 6): *genus unde Latinum.*

1) *lydorum* pro tirsenorum gl. γ. *quicquid* i. omne lydorum gl. γ. *etruscos.* deest habes. gl. γG,mvQ. *Deest habes* argum. praemitt. a. — possi*d*erunt γ. 3) ext*u*lit γ. — sang*uis* γX. 4) quaer. est γ. rell. est quaer. 5) i. e. Tyrrhenos om. m. 6) quia om. γ. te est γ. rell. est te. 7) *no*biles et lib. γ. 9) Nouum lemma posui cum γ. ideo *quod* γ,vafh. qui*a* inc. Q. 11) Non — nobilis γ. rell. om. h. l. Nec ignot*o* γ. 13) autem om. γ. 14) quod γ. rell. quia. 15) Ignobiles gl. ex γ. 17) ing. *sum* γ. — autem om. γ. glossa in γ: dummodo boni ingenii, ingenuus moribus. 19) inquit om. γ. 21) fuerat γ. rell. fuit. 22) qu*i*a om. γ. qu*i*a vaQ(G?). qui fh. 23) tull*i*um γ. *et* γ. rell. om. 25) gl. γ: captiua natus. imperator romanus fuit. — loc. Verg. om. γ. 27) Quia seru. fuit γ. rell. om. 28) Recte accipis γ. rell. om. 30) Ignobiles γ. rell. om. 31) unde gen. lat. γ. locus iam supra C. I, 12, 17. multis locis ap. Ribb. hunc nostrum adde.

14. *licuisse.* A licitatione i. e. ualuisse, aestimasse, quoniam omne, quod licet, ualet; et κατὰ κοινόν: *persuades hoc tibi uere.*

notante. Iudicante, aestimante.

15. *quo nosti.* [Deest *ut.*] Qui solet errare.

stultus. Populus.

16. *famae.* Id est: nobilibus.

17. *qui stupet in titulis.* Scilicet maiorum, id est: dum uirtuti praefert nobilitatem.

Quid oportet Nos facere. Nos qui sumus sapientiores populo, si populus recte iudicat, qui frequenter errat, [nos] non debemus honorem merentibus magis quam nobilibus?

19—21. *nam esto.* Hoc quasi praecedente subiectione dicit. Quasi aliquis dicat: magis debuit honorem accipere Laeuinus, homo nobilissimus, quam nescio quis ignotus. Cui ita respondet: Concedo, quod magis debuit populus mandare honorem Laeuino nobili, quamuis ignauo, quam Decio ignobili, quamuis forti. Quare autem hoc concedo? Quia debet unusquisque contentus esse ordine suo. Et hic βιωφελῶς docet, unumquemque debere sorte propria contentum esse. Iste Laeuinus, qui originem ducebat a Valerio Publicola, quia pepulit de ciuitate Tarquinium cum Bruto, semper contemptus est a populo. Si ergo populus, qui ducitur nobilitate et diuitiis, saepe ignauos, quamuis nobiles spernit, *quid oportet Nos facere?* nos, qui sumus sapientiores. Si populus recte iudicat, populus, qui frequenter errat, nos non debemus honorem merentibus quam nobilibus. Quanto nos, inquit, minus ad honores possumus peruenire, qui uulgo ignoti sumus, si etiam nobiles notantur a populo? Melius est ergo, tuo iudicio quam populi placere.

25. *Sumere depo. clauum.* Post mortem (Caesaris?) Tillius recepit latum clauum i. e. senatoriam dignitatem.

26. *priuato quae minor esset.* [Ordo:] Quae inuidia minor erat tibi priuato [i. e. dignitatem non habenti].

27. *Nam ut quisque insanus. Ut quisque.* Comparatiue, quilibet. *insanus.* Ignobilis et cupiens senatoriae dignitatis.

2) et κατα κοινον γ. et om. v·(κοινο) afh. et *est* Q. ualet *et* . . . . . iudicante G, spat. uac., om. persu. h. t. uere. 4) Deest ut om. γ. Qui so. errare γ. rell. om. 5) Populus ex γ. 7) Scil. maiorum γ. rell. om. 13) hono*re* γ. 21) nos — nobilibus γ. quanto *nos* in. γ. rell. quanto inq., om. nos. 24) hono*res* γ. rell. honor*em*. — ignoti *sumus* γ. rell. sumus ignotis*simi*. etiam γ. rell. om. 26) placere om. γ. 27) schol. ex γ. rell. om. *clauum.* senatoriam dignitatem v. *clauum*, i. e. latum clauum i. *uestem* senatoriam. a. 29) totum schol. om. G,mva. *Ordo* et *id est* — *habenti* recte om. γ, quia non ordo sed explicatio est. rectius etiam C: *hoc est* — habenti. 31) schol. constitui ex γ. Vulgo legebatur: Comparatiue. Quilibet[, id *e*st, nouus et fhQ] ignobilis *insipiens* nouus ignobilis (G,mva et C, qui habet: ‘Sensus est, nam postquam

nigris med. inpediet crus Pell., et latum dem. pect. clauum. Nouus senator, qui cupit rem incommodam, unde pateretur inuidiam et exponeretur maledictis materia lacerandi, [Hic notat] et hic exponit eos, qui uolunt appetere honores, quos non habuerunt sui maiores.

inpediet crus. Ligauerit. Circumdedit *medium crus* ideo dicit, quia altiores sunt calcei senatorum.

28. *Pellibus.* [Calciamentis longis]. Zangis.

demisit pect. Media parte corporis.

Audit continuo. [A populo.]

Quis homo hic? Aut inquirentium est, aut exprobrantium hic sermo.

30. *Ut si qui aegrotet.* Alia conparatio. *Aegrotare morbo* dicuntur hi, qui habent aliquam cupiditatem, quia omnis cupiditas aegritudo est.

31. *Ut cupiat formosus.* Quemadmodum[, inquit,] si quis habet studium moechandi et noluerit uideri formosus, inicit puellis curam interrogandi, quali iuuenis facie sit, quali dente, quali capillo: ita et is, qui promittit, se curaturum de republica, facit homines quaerere de parentibus suis.

unusquisque insip. nou. ign. cupiens est Sen. dign. is petit sibi rem ualde incom. scilicet materiam inuidia et obtrectationis. Notat autem eos qui appetunt honores, quos non gesserunt sui maiores'.) et cup. sen. dign. qui cupit rem — lacerandi. Hic notat eos est q. seq.

4) habuer*u*nt γ,fh. rell. habuer*a*nt. Q sic refert et iudicat: 'Comp. Quilibet insipiens (recte) nouus ign. et capiens senator qui cupit r. i. u. pat. Hic cod. Med. Horum emendationem (*nam ne Fabriciana quidem mihi satis fecit quamquam recepi*) alii temptent.' Perfacile profecto ac leue est tale inparati atque inpotentis editoris negotium omnibus fere difficilioribus locis. Equidem lemma *nigris* — clauum interposui et disiecta perboni mei codicis membra ordinaui. 5) i*n*pedi*et* γ,m et Bφ, qui ad marg. habet INPEDIET, m. 2 corr. *it*, *im*pedi*et* v, ut EHT Ambr. Barc. Bern. C, quinque Harll. al. et haud paucae edd. saec. XV, ut Neap. Med. 74. impedi*it* afhQ(G?), ut Fran. DO etc. ortum ex perfecto seq. *demisit* et *circumdedit.* In nonnullis codd. ut Bern. B Rogin. al. 2 m. *iet* mut. in *iit.* Principium scholii vulgo sic se habet: Dignitatis calciamentis (calc*e*am. afh) ligauerit. C: *crus.* hoc est, dignitatis calciamentis *altioribus uinxerit.* Circumde*derit* intulit Q propter *ligauerit,* quo explicatur futurum *inpediet,* indicatiuo autem rem ipsam explicare uult Acron. 6) calc*es* γ. rell. recte *calcei,* quamuis *calcei* i. corii a *calce* deriuati sint. De calceis senatorum conf. Cic. Phil. XIII, 3. 7) Calc. long. om. γG,mvaC. zangis γ,C. rell. om. zangae s. zancae, zanchae, proprie calcei Parthorum. Gallien. ap. Trebell. Poll. in Claud. 17. Cod. Theodos. XIV, 10, 2, 3. 8) X: Calciamentis legauit d*i*misit *pectore* media parte corporis. 9) A pop. om. γ. 10) Lemma *Quis ho. hic?* ego posui. *ex*probrantium γ. interrogatio exprobrantis aliquid C. rell. *ob*probr. conf. Gell. XVII, 1. *ex*probrare (Cic. Orat. II, 75: uitia) et obprobr. sibi opposita uerba Plaut. Most. I, 3, 14. 11) aegrot. morbū = morb*um* γ. rell. aegr. mor*bo.* De morbis animi, qui sunt 'cupiditates immensae et inanes' conf. Cic. Fin. I, 18. Seneca E. 75. 13) Lemma *Ut cup. form.* ego interposui. inquit om. γ. — si qu*is* γ. rell. qu*i*. studium γ. rell. curam (infra *curam* interrog.). 14) in*cipit* γ. 15) qua*lis* iuu. *factus* sit. — et *h*is γ more suo pro *is.* 16) de republica γ. rell. rempublicam. Uncis incluserim uerba *habet curam* (Q) *moech. et* ideo, quod sapiunt interpolatam istius uiri obtrectationem, qui uanus tantum atque inanis puellarum captator uel sectator ab Horatio, non moechus nobis traditur. Exstant autem plura et breuia et longiora scholia ad hunc locum, quae istud *moechandi studium* probare uideantur, cui ueterum interpretum testimonia in his rebus manifestam faciunt fidem. Sic γ:

quo morbo Barrus. [Id est: libidine] *Barrus* iste cupiebat se uideri formosum; significat autem quendam adulterum in stupro Aemiliae uirginis Vestalis ante dampnatum.

34. *Sic qui promittit, ciu. Urb. sibi curae.* Id est: qui accipit senatoriam dignitatem. Nam qui accepit dignitatem, uidetur promittere, curae sibi esse patriam. Ordo est: [Nam] si quis promittit ciues et Urbem sibi esse curae, cogit omnes mortales, de se curare et de suis natalibus, sicut insanus habitu nouo, et qui uult uideri pulcher.

38. *Tune, Syri, Damae, aut Dion. fil. audes. Tune.* Tune Tu, o nescio qui ignote, curam uelis habere reipublicae. Sensus [est]: Tu qui libertinis es parentibus, audes [ne] tribunatum administrare? *Syri, Damae.* Ignobilium quorundam de Syria. *Damae. Dama* gentile proprium. Obiectio.

barrus. is *moechus fuit.* C: '*Barrus moechus fuit,* propter incestum Aemiliae virginis Vestalis condemnatus: eius autem morbus fuit adulterandi studium, qui bona forma corporis, ut puellis amorem sui iniceret, obambulando dedit occasionem de sua pulchritudine interrogandi.' Eandem stupri famam et Acronis subsequens scholion fert et, quod huic loco datum est, Porphyrionis. Rem ipsam atque sententiarum ordinem in illis Horatii uersibus qui cernitur, magis respexerunt Bφ: '*uarrus* iste *uilissimae libidinis* (Porph.) fuit et appetitor decoris. Dicit ergo, quia, sicut quilibet rusticus indutus pretiosis uestimentis uel quilibet libidinosus transiens per turmas puellarum prouocat homines ad inquirendum, quo sit patre natus et quibus moribus polleat, sic qui se inserit senatorio ordini et rempublicam administrare cupit. adstringit se ad istam necessitatem. ut inquiratur a ciuibus. quo sit genere natus. nobili an ignobili. et in quanto sit censu constitutus.' Ambigua autem, ut iam uidimus, huius nominis scriptura est et in codd. Horatii et in libris uett. interpretum, atque non solum hoc loco sed etiam S. I, 4, 110, ubi *Baius* pure exstat in Ambr. Bern. C, corr. in EH ex *Barus,* quod plurimi uett. libri tuentur, ut Fran. BφJP Bernn. AB aliique. Nostro loco *Barrus* lectio uulg. potest dici, altera tamen *Varrus* in quibusdam peruetustis codd. Horatii, ut EBφ al. et in lemm. et in scholio librorum Porphyrionis (M2G), dum R bis praebet *Varus.* Consideranti mihi uetustam rationem scribendi uerba *u*elle pro *b*elle, bi*u*is pro bi*b*., fle*u*ilibus pro fle*b*., sa*u*inum pro sa*b*., al*u*anorum pro al*b*anorum multaque alia id genus in uenerabili cod. M origo nominis *Varrus* pro *Barrus,* quod serioris aetatis scribae in membrana sua religiose transferebant et sic deinceps multiplicabant, facili et simplice modo deduci posse uidetur. *Barrus* habent *Acronis* libri γ (ut b Ambr.). schol. om. G,mva. Auctoritatem Fabricii, qui ut haud paucae edd. saec. XV *Barrhus* posuit, secutus est Q in *Porph.* scribens *Barrus.* Vide, quae de hoc nomine disputauit M. Haupt. Mus. Rhen. III. a. 1845. p. 149.

1) Id est lib. om. γ. — *se* uideri formos*um* γ. rell. cup. formos*us* uideri. 2) *quendam.* rell. homiuem. *quendam* recte; nam *Barrum* fecisse incestum Aemiliae eiusque sociis ex historia ignoramus, cuius testimonia potius crimini contradicunt. Etenim *Aemilia*, *Maria*, et *Licinia* Vestales stupratae feruntur ab equite L. *Veturio,* teste Orosio V, 15, qui a Plutarcho Q. R. 83 nominatur Βουτέτιος βάρβαρος, ex quo nomine Franc. Fabricius fecit Βετούτιος Βάῤῥος, ideo quod praecedunt uerba Βάῤῥου τινὸς ἱππικοῦ θεράπων. Quidam T. *Betucius Barrus* Asculensis, homo disertus, Cic. Brut. 46 laudatur, qui utrum noster Barrus sit, non habemus, quo iudicemus. — emiliae γ. 4) lemma *sic qui prom.* amplificaui. *Id est.* γ. rell. *Nam.* uide seqq. senatoriam γ. rell. om. — Nam qui accepit dignitatem γ. rell. om. 5) *sibi* prom. cure esse patr. γ. 6) Si qu*i* ciu. et urbem et cetera sibi γ. 7) et *eius* nat. γ. 9) est om. γ. Tune — reipublicae γ. rell. om. — lib. *et* Kirchner. male. lib. ex fh. non magis opus, cum *natus* et *parens* cum ablatiuo recte dicatur. *ne* fh. 11) *Syri, Damae* lemma interposui. 12) ignobilis *non* γ.

Dama negotiator fuit, ignobilis non est [nomina] et quasi unus e populo. Verba ad eum facit, qui [cupit] cupidus ex genere humili ad honores imperiumque peruenerit.

[*aut D. f.* Alterius cuiusdam plebeii uerba ad illum, qui e seruili condicione dignitatem adipiscatur].

[39. *Deicere e saxo ciu.* Tribuni enim dampnatos capite saxo Capitolino praecipitant.]

aut tradere Cadmo. Cadmus fuit carnifex notae crudelitatis; dampnati autem a tribunis de Tarpeio saxo (i. monte?) praecipitabantur, unde etiam Iugurtha traditur deiectus. *Tradere.* In exilium mittere.

40. *At Nouius collega gradu post me sedet uno.* Subiectio, id est: Quare non appetam senatoriam dignitatem, cum habeam collegam in ordine sequestri libertum? Quasi respondentis uerba [sunt]. Est autem ὑποφορά, ex persona filii Damae.

Gradu post me sedet uno. [In] Quattuordecim ordinibus equestris dignitatis.

41. *namque.* Pro *et* posuit.

ille pater q. e. m. *Ille.* Nouius. Id est: eques Romanus siue *liber* ad personam suam rettulit poeta.

1) nomina om. γ. Dama gent. proprium γ. rell. om. Sic autem γ: *damae.* nom. gent. prop. (glossa) scholion: Da*mm*a quidam *obiector* negotiator fuit. ignobilium quorund. de siria. Damma ignobilis *non* est. et q. un. e pop. uerba ad eum faci*at* qui — imperium*que* perue*nerit.* Vulgo: nomina. Dama ignob. et quasi un. *de* pop., uerba — *et* imperium cupit peruen*ire. qui cupit* aQ. cupit peruenire fh. qui cupi*dus* — *et* imp. perue*nerit.* cupi*dus.* recte. et cum genitiuo et cum praepos in et absoluti dicitur. Dama — ignob. populo om. G(Q). de Syria *damnato nomine* ignob. de populo mva. de pop. mvafh. C: *tu ne Syri, Damae.* haec *obiicientur* ei iudici, aut principi, qui est ignobilis. Tu qui es ignobilis et libertinis parentibus, audes *tribunatu plebis fungi?* 4) schol. om. γG,mvaC. ex codice suo Fabricius (fh) intulisse uidetur. 8) notae crud. omnes libri. rectissime. Q uerba uncis incl. dicens: inclusa interpolata *sunt.* Bφ: *cadmo.* propr. nomen carnificis in illo tempore. *Tu ne syri damae.* di&ur a multis illi principi uel iudici qui ignobilis est. num tu qui filius es siri damae aut dionisi i. ignobilium et pauperum audes deicere ciues de saxo capitolino aut tradere ca*t*mo caroifici. de saxo dicit capitolini montis quia inde praecipit abantur rei. 6) Hoc schol. ex Porph. transl. uidetur, ut fit, paucis uerbis mutatis. om. γ, qui habet: *cadmo.* cadmus — crudelitatis. Dampnati (*rei* Bφ) autem de tarpeio *saxo* precipitabantur. et iterum: Dampnati autem *a tribunis* de tarpeio monte p̄cipitabantur. *unde etiam* iug. tr. deiectus. 9) saxo. rell. h. l. *monte.* — etiam γ. rell. om. *unde* — *deiectus* om. G (Q unc. incl.), mva. *de quo* traditur praecipitatus et deiectus Iugurtha C. 10) Trad. — mittere γ. 11) totam priorem partem usque adu. *libertum* abiecerunt mva (Q: qui ACR. et PORPH. scholia conpedit: '*et fortasse merito.*'). Subiectio. id est γ. id est om. fh. C: *subiectio* seu anthypophora ex persona Syri filii Damae. Cur non appetam senatoriam dignitatem, cum habeam collegam *in* ordine equestri libertum. subiectio, ut supra S. I, 4 ,78. *Aut* nouius v. rell. *At* nou. 12) *in* ord. γ,C. *ex* ord. fh. 13) sunt om. γ. 15) In om. γ. ord. *quod fuerat* dign. γ. Est autem — dignitatis om. G,mva. 17) Namque *est* ille pat. va. 18) Nouius γ. rell. om. 19) rettulit om. γ.

41. 42. *Hoc tibi Paullus et Messala uideris?* Ideo, hac ratione. Rursum interrogantis est. *tibi Paullus.* Modo Horatius. *Paullus et Messala* optimi fuerunt illius temporis aduocati, et Nouius, quamuis garrulus, uocis tamen gratia paene exer[ci]tius agere uidebatur. Sensus ergo hic est: Ideo tu uideris tibi Paullus et Messala esse, quia Nouium uno gradu praecedis? Aliis placet, Nouium praeconem fuisse et uocis merito patrimonium adquisiuisse, ut sit sensus: Hoc ergo tibi uideris Messala et Paullus, quia praeconem praecedis? Hoc loco docet, uitandam [esse] arrogantiam.

at hic si plostra. Modo respondetur subiectioni. Plostra. Plaustra.

43. 44. *magna s.* Aut *magna cornua* aut *magna funera* aut *magna sonabit* pro ualde sonabit [pro magne], ut *Verg.* (A. VIII, 489): *infanda furentem.* Ordo: quod uincat cornua et tubas.

saltem tenet hoc nos. Delectat, nos eloquentia, uel, propter hoc nos delectet, quod est orator. Hoc solum, inquit Horatius, est, quod indignationem nostram cohibet, Nouium in equestri ordine sedere, quod aduocatus est et uocis magnae: aut ipse Nouius ait clara uoce: saltem hoc stamus, qui, licet aduocati [nomen habeat], tamen in quattuordecim ordinibus sumus. [Vel *tenet hoc nos* i. e. hoc distat inter me et Nouium, quod sum dicturus].

46. *rodunt.* Lacerant, maliloquio mordent.

47. *conuictor.* Pro eo, quod est conuiua.

at olim, Quod mihi pareret leg. Rom. tribuno. At olim. *Scilicet mihi inuidebant. Sensus est in his uersibus satis obscurus, uerum hac ratione potest fieri manifestus: Forsitan tribunatus mihi inuidiam parare debuerit, quoniam fortunae bona merentur inuidiam, quia casu quodam etiam indigni perueniunt ad honorem. Virtus uero carere debet inuidia; uerae enim uirtutis est et certi meriti, Maecenatis iudicio conprobari.

2) interrog. est γ,mva. rell. om. *est. tibi Paullus* lemma interposui. Vulgo: Rursum interrogantis modo Horatius. 4) pene γ,Gv (pēe). poene m. rell. *Paulo. paene* recte, nam duo sunt, Paullus et Messala. *exertius* γ. rectissime. C: scil. quod sibi placeat eius *uox clara in loquendo et sonora.* scripsi *paene exsertius.* conf. Apul. Met. I, p. 109, 33 Elmenh. exserte clamitare. — hic γ. rell. om. 5) grad*us* γ. 7) *ad*quis. γG. — ergo tibi γ. rell. tibi ergo. 8) praeconem praec. γ. rell. praecidis pr. — esse om. γ. 9) modo responde*tur a* subi. γ. mo. responde*tur* su. v. rell. respondet subi. Plaustra γ,C. *pro* plaustra Ambr. 11) *ualde* sonabit γ. in scholio. rell. pro *magne.* glossa tamen est in γ: *magna.* pro magne. 13) *mouet* h. n. G. — v: m. h. n. *mouet* Q, in Porph. *tenet. tenet* γ et codd. Horatii raro consensu. *Electorum* eloquentia mv. — uel γ. rell. id est. delec*tet* γ,mv. rell. delect*at.* 16) uocis magnae γ. rell. ma. uo. — *aut* clara γ. *habet* clar*am* uocem G,mva. 17) qui lic*e* (sic) aduocati, om. nomen hab., tamen in XIIII ord. sumus γ. in XIIII *gradu locatus est* G,mv. in XIIII grad*ibus* loc. est a. 18) Vel dicturus (fh) om. γG,mva. 20) malo eloquio γ. rell. maliloquio om. C, qui habet: lacerant, mordent. *mordent* γ,C. rell. om. 21) est γ(G?Q). rell. om. 22) s. mihi inu. γ. rell. om. 23) *his* γG,mv. istis afh. 24) debue*rit* γ. rell. debuer*at.* 26) hono*rem* γ. rell. honor*es.* 27) mecena*tis* iuditio γ. rell. Mecoenas (Maec. Q), tuo iud.

49. *Dissimile hoc illi est.* Ordo cum sensu: Dissimile est hoc, quod tuus amicus sum modo illi tempori, quo fui tribunus, quia forsitan non inuideat quis, te quoque iure amicum esse, sicut inuidebant honorem tribunatus, maxime cum sis cautus, non alios sumere in amicitiam, nisi qui digni sunt, remota a te procul superbia quorundam.

49. 50. *quia non, ut forsit hon. Iure mihi inuid. quisquam.* Honor forsitan non conuenit libertini filio, amicitia magni uiri, quare non conueniat docto, id est: non ita [iure mihi] inuident, quod sum tuus amicus et conuiua, quemadmodum iure fortasse inuident, quod fui tribunus. Nam ad amicitiam tuam non felicitate sed merito perueni. Felicitati autem inuidendum est, non merito. *Dissimile.* Non similis causa est, quod inuident mihi, amico tuo, et quod antea inuidebant tribuno.

ita te quoque amicum; Praesertim cautum. Cum sis cautus et peritus ad amicos eligendos.

51. *dignos.* Id est, dignos amicos, qui sunt longe a praua ambitione.

adsumere. Ad amicitiam tuam, o Maecenas.

praua Ambitione. Id est: sine ambitione loquar, quae ambitio praua est.

52. 53. *Felicem dicere non hoc Me possum, casu.* Id est: neque casu aliquo, nec beneficio fortunae factus sum tibi amicus, sed beneficio meo.

56. *singultim pauca loc.* Cum interuallo uerecunde interruptis uerbis, inpediente uerecundia.

57. *infans namque pudor.* Qui fari non posset. Quoniam qui pudorem habet, non multum loquitur, ut infans [i. e. elinguis].

58. 59. *non ego circum Me Satureiano uect. ru. cab.* Ordo [est]: non ego narro, me circum rura uectari caballo Satureiano. *Satureiano* i. e. Tarentino, quia Satureia dicta est Tarentina ciuitas. *Satureiani* fundi [sunt] in Apulia fertiles et equorum nobilium genitores.

61. *Abeo. Abeo,* ut sit differentia pauca; post subinferatur *abeo* i. e. recedo.

1) schol. ex γ. rell. om. 7) magni uiri γ. rell. ui. ma. — conue*nit* γ. rell. conueniat. iure mihi om. γ. 9) iure fo. γ. rell. fort. iure. — inuident γ. rell. inui*derent.* 11) Dissimile — tribuno γ. rell. om. 14) eligendos γ,m(G?Q). *de*ligendos in amicis a. C: qui cautus et prudens es in amicis te dignis, et qui non sunt ambitiosi, *de*ligendis et assumendis. 15) Ad hunc uersum 51 habet Fabricius (fh) haecce: *Con*similis causa est, quod inuide*ant* m. a. t. et q. ant*ea* inu. tribuno. uide sup. schol. ad 49. 50. om. G(Q)mva 16) ad sum. ad am. t. o. mecenas γ. rell. om. 17) praua — est γ. rell. om. 20) uerecund*iae* γ. *Verecunde* cum interu. interr. mv. rell. om. 22) Qu*i* γ. rell. Qu*ia.* poss*it* γ. rell. poss*et.* 23) i. e. elinguis om. γ,mva et (G?Q unc. incl. tacite). Verba fari non po. Quoniam om. G,mva. 24) est om γ. 25) bis posui Satureiano, quia alterum ad ordinem pertinet, alterum ad seq. scholion, quod γ, interpositis uerbis *Satureiani — genitores*, separatim posuit. 26) sunt om. γ. *Hoenigerus, non Fabricius*, eadem incuria, quam modo in fine satirae praeced. cognouimus, scholio Acroniano Porphyrionis illud Satureiani — *debemus* adiunxit. 28) multis testimoniis apud Ribbeck. nostrum locum addere uelis. — Abeo recedo γ addens. *reuocas* rell. peo*ta.* om.

61. *nono post mense.* Ut (B. I, 29): *longo post tempore uenit.*

reuocas n. p. m. iubesque. Poetam, ut appareat, diu exploratum, ad amicitiam admissum, displicere non posse.

62. *magnum hoc ego duco Quod placui tibi.* Id est: gratum mihi erat, [uel: gloriosum hoc mihi erat] quod placui tibi, non propter nobilitatem parentum, sed propter meritum conuersationis meae. *magnum.* Gloriosum hoc ego existimo.

63. *turpi secernis honestum.* Qui nosti iudicare.

64. *sed uita et pectore puro. Vita.* Id est: bonis moribus. Quia dixerat: *non patre praeclaro,* ideo haec subiecit, quae amplius in se contineant quam *pater praeclarus.*

65. *Atqui si uitiis mediocr. Atqui.* Etiam. Ordo (et sensus?) est: Si mediocribus et paucis uitiis reprehendenda est [uita mea, attamen in quibusdam est laudanda]. Hyperbaton tale est: Atqui si uitiis careo et probatae sum uitae, his bonis causa pater est, hoc est: si nobilitas non est, uel haec paterna sunt. *Mediocribus.* Leuioribus.

66. 67. *uelut si Egregio insparsos repr. corp. naeuos.* Conparat uitam suam formoso uultui adsperso naeuis.

Mendosa est nat. Vitiosa, reprehendenda. *Alioquin recta.* Alias, in aliis rebus recta est.

68. *sordes. Libidinem. ac mala lustra. Lustra* ferarum cubilia sunt, et quoniam meretrices lupae dicuntur, bene hoc nomine lupanaria appellauit. Et quare *mala?* Ad differentiam illorum, ubi praeda uidetur inclusa. *Lustra* non solum ferarum cubilia dicuntur sed etiam popinae, in quibus scorta sunt et inlecebrae libidinum.

69. 70. *purus et insons, Ut me conlaudem.* Ordo [est]: Si neque auari-

1) C: — *uenit.* Hoc autem dicit, ut appareat se diu explor. *et tandem in* am. adm. *postea* disp. n. posse. Verba *Hoc autem dicit* ante *ut appareat* intulit Q. 5) uerba *uel gloriosum hoc mihi erat* om. γ (et G,mva), posuit autem inferius scholion: *Gloriosum hoc ego existimo,* quod rell. om. 8) Qui no. iud. ex γ. rell. om. Quia — praeclarus om. G,mva. Id est. bon. moribus γ. rell. om. C: *uita.* extrinsecus. *pectore p.* bonis moribus intrinsecus. 12) *Atqui.* Etiam γ. rell. om. 13) uita — laudanda om. γ. 14) Yperbaton γ. — at*que* (atq;) γ,C. 15) causa pater γ(G?Q). rell. pa. causa. — *hoc* est γ. rell. *id* est. Verba *si* — *sunt* om. G,mva. 16) leuioribus γ. rell. om. 17) insp*ar*sos γ, ut DIR Geneu. Ambr. Fran. Barc. Bernn. AC etc., ratio usitatissima Plinio XVIII, 11. XXIX, 3. XXVI, 14. XXXIV, 12, etiam in Verg. libris quibusdum obuia: G. III, 419: adsp*ar*gere Mentel. pr. G. IV, 62: asparge Arusian. Ambr. (Ribbeck.) et Mo. 97: insp*ar*git. codd. non 97: Satis excussi uidentur. 19) Vit. repr. γ. alioqu*in* γG, ut DFIMP Bernn. BC Ambr. Barc. Fran. schol. ex γ. rell. om. 21) Libidinem γ. rell. om. *ac* γ et omn. uett. codd. Hor., non *aut.* 24) cub. dicuntur γ. rell. di. cub. γ habet glossam ex schol. extractam: lupanaria. alii dicunt popinas. 26) co*n*laud. γ pure ut Barc. Ambr. Par. B (laudem φ), in aliis corr., ut D. — est om. γ.

tiam in me reprehendis neque tabernas et amicis meis carus sum: sum insons et innocens, [sum] ut me laudem.

71. *Causa fuit pater his.* Hoc est: quem alii pro ignobili obiciunt, ille haec contulit, harum rerum, harum uirtutum pater causa fuit, ut sim innocens et amicis carus. [Quae alii ut ignobili obiciunt, ille haec || bona || contulit].

qui macro pauper agello. Deest *quamuis,* ut sit: quamuis *macro,* id est, sterili, siue angusto corpore stultum notat.

72. *Noluit in Flaui lud. Flauius* quidam siue *Flauus* [fuit] illis temporibus calculator. *Flauium* significat hunc cateruarum fuisse doctorem instruentemque pueros ad diuersos ludos. Quo conuenticulo solent pueri fieri uitiosi et nimium lasciui, quia a domibus parentem uenientes ferebant in brachiis tabulas, ubi aliquid exciperent et loculos ad uictum, iterumque expensis illis reuertebantur ad parentes, reportantes in octonis Idibus, unde sibi emerent cibos.

73. *e centurionibus orti.* Id est, nobiles.

74. *Laeuo suspensi loculo.* Hypallage: non ipsi *suspensi,* sed: *suspensos loculos habentes.*

tabulamque. Buxum, in quo meditantur scribere.

75. *Ibant octonis ref. Idibus aera.* Nummos pro mercedibus, octonos asses aeris [quia ante Idus mercedes dabantur]. *Idibus aera.* Per Idus antea mercedes dabantur.

76. *portare.* Portare et ausus pater meus propter egestatem.

77. *Artes, quos doceat.* Docere faciat, ut (A. VII, 282): [*quos illi Daedala Circe Supposita de matre*] *nothos furata creauit.*

78. *semet prognatos.* A se natos i. e. filios.

uestem seruosque seq. Ita me honeste tractauit, ut, si quis me uidisset, putaret, me a maioribus meis esse nobilem atque diuitem.

81. *incorruptissimus.* Ad conparationem aliorum, qui interdum, dum [est] luxurientur scholastici, donis student suos corrumpere paedagogos.

1) *ch*arus afh. sum insons γ. rell. ins. sum. innoc. ut, om. *sum* (fh)γ(G?Q)mva. 3) ordinem statui ex γ alii *pro* ign. γ. alii *ut* ign. fhQ. alii iguobili v. alii ignobi*lem* a. 5) *bona* (G?)Q ex ingenio inculcauit. 8) siue — notat γ. rell. om. 9) *siue* fla*uus* γ. in contestu. rell. om. 10) *cau*culator γ. rell. calc. ut Martial. X, 62, 4. Ulpian. in Pand. XXXVIII, 1, 7. Scholion *Flauium* — *cibos* ex γ et Bφ, quorum uar. lect. adpono: lemma: in flau*ii* lud. *flauium* om., doctorem fuisse, inst*ruens*, fieri pueri, emerent cib*um*. C: *Flaui. Flauius* quidam illis temporibus docuit artem numerandi et calculos ponendi. 16) *et* centurion Bφb. & cent. γ corr. expu. & cent. E corr. e suprabo. 21) quia — dabantur om. γ. Idibus — dabantur γ. rell. om. *aeris*, man. glossatoris corr. γ. 23) Portare — egestatem γ. rell. om. 24) *quos* — *matre* om. γ, qui habet: *senatus*. Ut *na*tos furata creauit i. curauit creandos. notanda est lectio *illi* pro *patri* in mvafhQ(G?). 26) A natos γ,C, om. id est. rell. om. 30) luxuri*ar*entur fh, om. ut. interdum luxurientur

82. *pudicum Qui primus uirtutis honos.* Quia pudicitia summum bonum est.

83. 84. *seruauit ab omni Non solum facto.* Non solum seruauit me a facto turpi, sed etiam a fama. Non solum sufficit enim uitiis carere, nisi etiam suspicionem uites infamiae.

obprobrio. Mala fama, infamia.

85. *Nec timuit, sibi ne uitio quis uert.* Nec timuit, inquit, ne sibi pro uitio quis obiecerit, si me ita instituisset, ut essem praeco aut coactor, quod ipse fuit. *Praecones* dicebantur, qui stabant ad hastam et enuntiabant [enim] pretia adlata, *coactores* autem mercenarii eorum, qui habebant argentarium. Sunt autem *argentarii,* qui habent summam rerum uenalium. || Argentarium [etiam] dicimus eum, qui habet summam oliuarum, a quo accipiunt *foranei,* coactorem, qui exigit nummos a *circumforaneis.* || Aliter: coactores dicuntur argentarii in auctionibus, qui pecunias cogant; ipsi sunt collectarii.

87. *neque ego essem questus.* Si me fecisset praeconem aut coactorem, quia potuit non praestare sine reprehensione.

ad hoc n. Alii *ad haec* [legunt, ut sit: ad haec], scilicet quae praestitit [*alii ad hoc,* scililet ne me paeniteret, quod patrem habui operarium et libertum, quia uir bonus fuit.].

ad hoc nunc. Propter hoc, uel nunc usque.

89. *Nil me paeniteat.* Id est: non me paenitet huiusmodi patris, et ideo non me paenitet, quia patrem habui operarium et libertum, qui uir bonus fuit.

γ. Scribe *terdum, dum.* conf. Ouid. Art. II, 437: Luxuriant animi rebus plerumque secundis. — paedagogus γ.

1) quia pudicitia *primus gradus est ad uirtutem* C. melius. 4) fa. turpi γ. rell. turpi facto. — suff. enim γ. rell. en. suff. 6) Mala fa. inf. γ. rell. om. 8) si m*ea* fh. ita om. a. — *quod* omn. libri. Q posuit *qualis* ex C scilicet 'corr.,' non ex ingenio suo. 9) stabant ad *os*tia mva. *et en*unt. γ. enunt. enim, om. et v. rell. *nun*tiab. *enim.* 10) *al*lata γ. *ab*lata m. rell. *ob*-lata. scripsi *adlata.* Cic. Off. III, 29: adferre pretium pactum, et *ad*ferre interdum ponitur pro *ob*ferre, ut Cic. ad Diu. VII, 17. 11) argentar*ium* γ,m. argentari*am* afhQ(G?). v, qui habet: eorum qui *habebant summam,* similitudine uerborum falli se passus est. argumentari*um* recte i. e. negotiatorem Cic. Caecin. 6. Liu. XXVI, 27. Plaut. Aul. III, 5, 33. *Argentarius* ergo habebat argentariam tabernam, nobiles autem *(ii)* habebant *coactores* qui actores summarum, pecuniam cogebant (Cic. Verr. II, 57) et delegabant (Cato R. R. 150), et argenta*rium,* quia illam seruabat. Argentarii ergo non tantum in auctionibus munere suo fungebantur. 12) etiam inculc. Q. — *oliu*arum γ. conf. supra *summam rerum uenalium.* rell. *diuitiarum,* quod uocabulum h. l. alienum est. 13) posui fora*nei* et circumfora*nei* pro lect. omn. librorum fora*ni* et circumfora*ni,* quia haec uocabula non Latina sunt. Noti sunt circumfora*nei* ex Cic. et Suetonio atque *aes* circumforaneum Cic. Attic. 1. coactorem scil. dicimus, eum intellige. 15) co*ll*ectarii γ(G?Q),mv. co*nu*ectarii afh. 17) quia po. *non* praest. γ. rell. quia po. *hoc* praestare. 18) γ habet: praestitit. *ad alii* (sic) ad *hoc* scilicet quae praestitit. posui: Alii *ad haec,* scilicet quae praestitit. Inclusa est uulg. lectio. 21) Propter — usque γ. rell. om. 22) Id est γ. rell. om. 23) talis est ordo in γ.

Non paenitet me huiusmodi patris, et ideo non me defendam eo modo, quo solent homines sese defendere, quibus obicitur ignobilitas, qui dicunt, non dolo suo neque uoluntate factum esse, ut ab istiusmodi parentibus nascerentur.

sanum. Dum sum sanus.

eoque. Propterea, ideoque.

90. *Non, ut magna dolo. Dolo.* Vitio. Ordo [est]: magna pars i. e. hominum; o non me sic defendam.

92. *istis.* Hominibus.

93. *ratio.* Sententia.

nam si nat. i. Id est: si natura concederet, ut homines renascerentur [uel]. Quodsi natura faceret aliquem a certo anno repetere uitam suam post mortem, et fieret illi potestas eligendi a fatis, quos uellet, parentes, contentus essem parentibus meis.

95. *legere.* Eligere. *ad fastum quosc. par. Opt. s. q.* Intuens. *Ad fastum.* Ad superbiam, ad nobilitatem, an ad eligendi fastidium, quod ex copia nascitur?

96. *Optaret.* Alius, qui uellet, eligeret.

96. *contentus.* Deest *essem.*

97. *honestos Fascibus et sellis. Fascibus. sellis.* Praefectura. Dignitatibus. Magis meos eligerem quam consulares aut praetores.

97. 98. *demens Iudicio uulgi, sanus fortasse.* Zeugma: *fortasse. sanus f. t.* Mire hoc [dixit], quia ipse eques permansit, contempto senatorio ordine.

tuo. O Maecenas.

quod. Eo quod.

99. *onus.* [Pro toga.] Nobilitatis scilicet.

solitus portare molestum. Quia reuera molestiam habent, qui a nobilibus nascuntur.

100. *Nam mihi continuo maior quaer. fo. res.* Id est: si adeptus fuissem maiorem dignitatem, multa mihi essent necessaria.

5) Dum sum san. γ. rell. om. Propt. ideoque γ. rell. om. 7) Vitio γ. rell. om. est om. γ. Ordo — defendam γ. rell. habent: Ordo est: non sic me (*me sic* tacite transpo. Q) defendam, ut magna pars hominum. 9) Hominibus γ. rell. om. 12) uel om. γ. — repe*ri*re γ. Priorem scholii partem signatura — renascerentur om. G,mva, qui habent: Id est: Nam natura faceret et q. seq. 13) quos *uel* fh. 16) *ac* vafh. *et* nob. C. *ad* nob. γ(G?Q). — Eligere γ,G. *Intuens* ad fastum γ, quae uerba separanda erant, quoniam non dicebatur *tueri uel intueri ad.* lemma *ad fast.* ideo amplificandum erat. 18) Alius — eligeret γ. rell. om. 19) Deest *essem* γ. rell. om. 20) Dignitatibus γ. rell. om. Praefectura γ. rell. om. 23) dixit om. γ. 25) o mecenas γ. rell. om. 26) Eo quod γ. rell. om. 27) Pro toga om. γG(Q),mva. *honus.* nobilitatis scilicet γ. rell. om. 28) Quia — nascuntur om. G(Q),mva. 30) fuisset γ. rell. esset.

104. *Pascendi.* Essent mihi. *petorrita.* Vehicula. *Petorritum* genus uehiculi. Alii *carpenta* intellegunt, *Nonnulli carrucas.*

106. *Mantica cui lumbos.* *Pera* uel *auerta,* sed magis onus intellegendum. Alii inuolucrum, [uel] pera, quam dicunt *bistaciam,* quia pauperes, cum insident iumentis, post sese sarcinas habent.

106. *sordes.* Ignobilitatem. Illis enim obicitur ignobilitas, qui ex infimis orti se nobilissimos esse contendunt.

quas tibi, Tilli. De quo superius dixerat (u. 24): *quo tibi, Tilli, Sumere depositum clauum.*

109—111. *lasanum.* Vas, in quo exoneratur uenter, id est, quo uentrem purgamus, inuentam ad requisita naturae.

110. *Hoc commod. quam tu.* Id est, hac re, quod non multi mihi sunt necessarii uel caballi, uel calones, uel comites [et] cum multis aliis rebus, commodius uiuo.

111. *Milibus atque aliis.* Id est: caeteris. *aliis uino.* Commodius

1) Essent mihi γ. rell. om. Vehicula γ. *Petorritum* interposui. C: petorritum genus est *Gallici* uehiculi. currus Gallicus, testibus Festo et Varrone ap. Gell. XV, 30, dictus a quattuor rotis (*rit* = rota, peto*or* = πέτορες Voss. Etym. quattuor). Eiusdem originis sunt esse*da* (esse*dae* Seneca E. 56) E. II, 1, 192, ubi Acron: *Gallorum uehicula* sunt, quibus uehuntur reginae captiuae. *Esseda,* et biiuga pro usu aut in *bello* Liu. X, 28. Caes. B. G. IV, 33. V, 16, aut in *itinere* Sueton. Galb. 6. Cal. 26 et 51. Cic. Phil. II, 24. Attic. VI. 1. Verg. G. III, 204. Ouid. P. II, 10. 34 etc., et quadriiuga plaustra Sidon. E. IV, 18. Peto*rr*ita autem omnes fere codd. Hor. (peto*r*ita perpauci recc., ut Bern. F). conf. Auson. E. V, 35. Plin. XXXIV, 17. 3) *sed* magis γ. *si* maius fh. *Pera* — *bistaciam* om. G,mva. C: *mantica.* pera, auerta, vulgo bistacia. 4) uel om. γ. — bista*t*iam γ. 5) *sese* γ. rell. se. 6) Ignobilit. gl. in γ. schol. (γ,fh) om. G(Q),mva. C: *sordes.* auaritiam. 8) *t*illi γ, ut supra ad u. 24; omn. fere uett. codd. et interpretum et Horatii. pauciores, ut Bern. B Regin. et nonnulli recc. Harl. Parr. MTρ (St. Germani a Pratis saec. XII), multae edd., atque Acr. mvafh. t*u*lli. Editori Pragensi et h. l. placuit in Acrone T*u*lli, in Porph. T*i*lli ponere. *Tilli* ap. scholiastas scribi etiam uoluerunt Weichert. de L. Varii uita p. 323, Seebode Scholien zu Hor. fasc. I (Gotha 1839.) et Frenzel. Quaestt. Venusin. (Isenac. 1835) p. 191 ut Perizon. Animaduu. histt. p. 341 ed. Harles. Non *tribunum militum* Tillium fuisse, ut Acron ad. u. 24 et 25 tradidit (non item Porph., ut alii scripserunt), sed t*ribunum plebis,* Seebode l. l. p. 3 contendit propter uerba *fierique tribuno.* 11) *ex*quisita omn. libri. iam olim posui *re*quisita naturae ex Spartian. in Carac. 6 et Sallust. fragm. (inc. 20. Kritz.) ap. Quintil. VIII, 6. conf. Turneb. XIII, 3. Q in eandem corr. incidisse gaudeo. In hac acceptione uocis *lasanum* acquieuit Pulmannus, qui primo *lasanum* podium, ollam intelligi uoluit 'quem *chytropoda* (Photius: Λάσανα, χυτρόποδες κυρίας —, ἐφ ὧν ἕψεται τι καὶ φρύγεται) etiam dicebant, ut ait Aristophanes enarrator.' Hic Aristophanes autem, ut Orellius refert, apud Pollucem X, 44 sic habet: Οἴ μοι τάλας, τί μου στρέφει τὴν γαστέρα; — πόθεν ἂν λάσανα γένοιτό μοι; Conf. etiam Theophr. Char. 14. Utrum Acronis explicatio recta sit, an lasanum h. l. ad *minutalia* (Petron. 47. Iuu. XIV, 129. Martial. XI, 32, 11) pertineat, hic non quaeritur. conf. Beckeri 'Gallus' II, 264 et interpretes (Seebode). 12) hac re γ. C. rell. *In hoc.* γ: q. *non* mul*ti* mis*si* sunt necessa*rii.* mvaQ: q. mult*a* mihi *non sunt* necessar*ia.* fh. om. *non* (q. mult*a* m. s. neces.). C: q. *non multa* mihi sunt necessaria, uel — comites et *multa alia. quare* co. uiuo. — mis*si* γ. rell. mihi. 13) posui *cum multis* pro uulg. lectione *et* multis. Q sequens C recepit et mult*ae* ali*ae res.* 15) ceteris — uiuo γ. rell. om. Id est, si mi*ll*ia s. s. comm. fh.

caeteris. *atque aliis.* Commodius te uino. Si milia sunt senatorum, commodius me fateor uictitare[; nam a *milio*, ut *Quidam* putant, falsum est; nam numeri tantum singularis est milium.].

[*libido.* Voluntas].

113. *fallacem Circum. Fallacem* Circum dixit Suburam maiorem, in qua uespere res furtiuae semper uenumdantur, et notandum, quia *fallacem forum* dixit.

Circum. Multi enim uolunt nomen esse, *Nonnulli* praepositionem; nam si nomen sit, eum locum Circi uidetur significare, in quo furtiuae res distrahuntur. Aut *fallacem Circum* propter Circenses incerti euentus, aut propter σαμάρδακον [Marda enim,] qui circa metas solebat inducere. Illic enim et mathematici olim steterant (et?) inperiti.

uespertinumque pererro saepe forum. Vespertinum, quia quibusdam in locis mercimonia aguntur circa uesperam *Vespertinum forum* dicitur, quod est regionum singularum proprium, ad quod meridianis horis usque ad uesperam uiciniores procedunt, ut sit πρὸς ἀντιδιαστολήν, ad matutina illa fora maiora et magis communia.

114. *adsisto d.* Aut sortilegis, aut σαμαρδικοῖς.

schol. om. G(Q),mvaC. Equidem alteram tantum scholii partem, quam γ,fh offerunt, delendam puto, cum omni sano careat sensu.

4) Voluntas om. γ. rell. libri et C habent. 5) *fallacem.* fallacem *forum dixit* suburam mai. γ, ut infra in eodem scholio: *notandum quia fallacem forum dixit.* (*notandum, quia fallacem forum* habent etiam mv). Mirum sane hoc uideri potest. Noluit autem interpres *legere Fallacem forum,* id quod contra metrum fuisset, sed *forum,* ut *Circum, accipere fallacem,* et, quod ei notatu dignum erat, *genere masculino,* ut Lucil. ap. Charis. 1 et ap. Nonium 3 n. 96: Romanis ludis *forus* ornatus lucernis. sic in Pomponii loco ibid.: balnea, *forus,* macellus, fana. Alias eiusdem generis significationes, quibus uocabulum *forus* in ipsis Circis, in hortis atque in nauibus ualuit, non curo. Dicendum autem est, schol. subsequens contradicere neutro genere. 6) uespere γ,m. rell. uesper*i*. utrumque dicebatur. uesper*e* Cic. Attic. XI, 12. uesper*i* Cic. Attic. XI, 47. furti*uae* res γ,fh, ut infra. fur*ta* semp. uenumd. G(Q). semp. uenumd. *furta* mva. 6) qu*od* tacite inculc. Q. omn. libri *quia.* fallacem *forum* γ,mv. fallacem dixit circum, (Circum, fh) nonnulli afh. fallacem dixit. Circum nonnulli (G? tacite Q recepit). *Multi en.* uo. no. esse nonnulli prepos. γ. 9) eum γ. rell. om. — furtiuae res γ,fh et h. l. rell. furt*a uere.* utrumque dicebatur. *furtiua res* Quintil. V, 3. conf. Hor. E. I, 13, 14: *furtiuae lanae.* S. II, 4, 79: *furta.* 10) Posui *aut* fall. pro uulg. lect. *an* fall. propter seq. alt. *aut.* 11) Vulg. lectio (mvafhQ): aut propter *samardan.* (Sam. fh.). *Marda* enim, qui circa (ci*t*ra h. cicra f) met. so. inducere. duo uocabula propagauit, quae neque Latina neque Graeca sunt. Neque *samardacum,* quod Braunh. (An — propter samardacum? Samardacus enim qui etc.) ex C petiuerat, Latinum dici potest, licet uet. nostro γ confirmetur: propter *samardacum* qui circa, om. Marda enim. Posui Graecam uocem, notam ex Dione Chrys. et Augustino. C: *fallacem* Cir. fallacem dixit propter *Sarmadacos* et sortilegos mathematicos, qui ad metas spectatores circum stabant, et *imperitos* sortibus et nugis *fallebant:* aut propter incer*tos* circen*seis* euen*tus.* 12) *et* γ. rell. om. *inducere* i. fallere. conf. Cic. Rosc. Am. 40: induxit, decepit, destituit. — steterant *inperiti* γ. interpone *et.* Propter *per*erro *circum* nequit praepositio esse. 14) Vesp. forum dicitur quod est reg. sing. prop. γ. rell. Forum est sing. reg. prop. 16) ad *quam* γ. 18) aut sam. aut sort. mvafh. *as*sisto edd. et codd. recc. Horatii.

115. *laganique catinum.* *Lagana* sunt de siligine quadam factae, quasi membranae conpositae, quas cum piperis liquamine coquunt, et sic comedunt.

catinum. Ad prandium uile, siue moderatum.

116. *lapis albus.* Mensa marmorea, quam uocant *Delphicam.*

117. *adstat echinus.* *Echinum* dixit uas aeneum, in quo calices lauantur, quod modo (*triscelem?*) τρισκελὴν appellamus. Alii ampullam uitream dicunt; alii lignum cum uncinis, in quo ponuntur [suspenduntur] calices, in modum echini marini [factum].

118. *Vilis.* Non magni pretii.

gutus. [Vas unguentarium] Vas aeneum est, scilicet *gutus unguenti.*

119. *quod.* Quia.

campana. Fictilis, uel uiminea, uel aenea, quia in Campania dicebantur aeneae res optime fabricari.

120. *obeundus Marsya.* *Marsya* dicitur locus [statua] in rostris, in quo solebant esse accusatores, quia ibi antea causae agebantur. [Statua in rostris erat, ad quam solebant homines conuenire illi, qui inter se lites atque negotia conponebant]; nam [et a] ex statua nomen locus acceperat[, in quo solebant esse accusatores.].

121. *Vultum ferre negat Nouiorum po. minoris.* Id est, minimi fratris Nouiorum, cuiusdam feneratoris et ligatoris. Fratres Nouii, [fuerunt], quorum minor ad locum, qui adpellatur '*Ad Marsyam*', [fenerari] consueuerat opsonari. Hi autem Nouii fuerunt acerrimi feneratores, et

1) *siligne* γ (perperam. σίλιγνις). rell. sillig*ine*. 6) et ἐχῖνος et τρισκελὴς sunt uerba Graecae originis. — astat omn. fere uett. codd. Hor. et a. *astet* vm. *adstat* fhQ. 7) trisce*le* γ. posui τρισκελὴν, quia trisce*lem* uox non Latina est. incorrecta est forma trisce*lum*, quam temere inculc. Q, qui h. l. inspexit C, qui habet: *lapis albus.* mensa marm. q. Delph. uocant, scil. quae pretii non est magni: τρισκελὴς τραπιζα. Conf. Suringar. p. 25. not. 2, adfer. Cangium, qui cum C uocem nostram ad Delphicum referendum censet scribendumque *trisiles* uel *trisilas.* Braunh. recepit *trullam,* uocem ex Doeringii ed. petitam, qui laudat S. II, 3. 144: *Campana trulla.* Sed trulla vas minus erat, cum quo ex cratere uinum infundebatur. Acronis libri habent *trisille* va. trisill*ae* Bas. 45 et mfh. *echinus.* ech. dix. *uas salis*, in mo. *E*ch. mar. alii amp. uitr., alii lignum *dicunt* cum unc., in quo *ponuntur* cal., alii *ampullam scorteam*, iuxta illud Lucilii: *Echinus chinabam infectus.* in γ sic se excip. scholia: Vas in mod. ech. mar., om. factum. *alii* lignum — calices. alii *dicunt* uas, ubilauantur calices, alii amp. uitr., om. dicunt. alii echinum dixit (dex̄) uas — *triscele* *ap*ellamus. Vulg. lectio supra posita est, ex γ correcta. 11) gu*t*us γb, ut omn. fere codd. Hor.; pauci recentiores, ut HIT, gu*tt*us. Bφ ad marg. a rubricatore GVTVS. gu*tt*us mvafhQ. Vulgo: Vas unguentarium. γ: Vas aen. — un*gen*ti. rell. om. — Quia γ. rell. om. 15) mars*i*a (G,afh) *dicitur locus* in γ. rell. Marsya (siue Marsia) *statua* (statura Q) *in statua* ex inferiori parte sumpta. conu. illi γ. rell. illi conu. 18) nam ex γ. rell. nam *et a.* — in quo — accus. om. hoc loco γG,mva. 20) Id est — ligatoris γ. rell. om. 21) fuerunt om. γ. rell. habent: Nouii fratres fuerunt, quorum etc. 22) *ad* mars*iam* γ. rell. Marsya (Marsia). cons. *ob*sonari γ. *obsonari* cons. mv rell. *foenerari* (fen. Q) cons. aQ. *u*enerari fh. 23) H*ii* γ.

iocatur de hac re Horatius. Ideo ait: puto Marsyam erectam unam manum habere, quoniam illorum feneratorum inpudentiam non potest sustinere; deinde quod ad statuam Marsyae uadimonium statuebatur.

122. *quartam.* Scilicet horam.

124. *fraudatis.* Expilatis, euacuatis.

inmund. Natta Nomen tenacissimi usque ad inmunditiam.

125. 126. *fessum.* Rebus. *sol acrior.* Calidior hora quinta.

rabiosi tempora signi. Aestuosi; dicit autem dies caniculares.

127. *Pransus non auide.* Aestus causa tantum pransus, quantum me separat a ieiunio, quantum potest diem durare h. e. non multum pransus.

interpellet. Sustineat, prohibeat, distet.

Otio. uaco, et notandum *otior* i. in domo otiosus ago, fictum uerbum. *Domesticus.* Domo constitutus.

128. *domest. otior.* [Domi otiosus maneo; notandum *otior*, fictum uerbum].

129. *solutorum.* Alienorum misera ambitione grauique. Quia omnis cupiditas praua miseros facit, *grauique.* Quia grauiter afficit.

his. Hac uita, his rebus.

130. *suauius.* Sensus autem est: suauius humilitate generis et dignitatis meae uicturus, quam si ex senatoria familia, atque ipse senator essem.

ac si. Pro quam si, [ut (A. III, 236) · *Non secus ac iussi faciunt*] scilicet in hac humilitate.

PORPHYRION.

Non quia Maecen. Lyd. quidq. Etrusc. Incoluit finis et reliqua. Maecenatem adloquitur, candorem eius animi commemorans, qui generosos atque humiles sine discrimine accipiat.

Lydorum quidquid Etr. Incol. finis. Lydi quondam profecti incoluere

1) erect. un. γ(G?Q). rell. un. erect. 4) s. horam γ. rell. om. (u. 123) *scripto.* pro scriptito γ,C. rell. om. *tacitum.* quod non recito. γ rell. om. 6) inmunditi*am* γ. rell. *im*mundici*em.* 7) Rebus γ. rell. om. 8) Aestuosi, dicit autem di. can. γ. rell. *Aestuosus* di can. 10) separ*at* γ. rell. separ*et.* potes γ. rell. pot*est.* 11) *distet* γ. rell. om. 12) Otio — constitutus γ. rell. Domi — constitutus. 16) Quia omnis — facit γ,m et Q(G?), qui om. *Quia.* Ab omni cupiditate praua, quae miseros facit, quia gr. aff. afh. 17) Lemma *grauique* posui. post *facit* sine lem. pergunt mvafhQ. 19) Sensus — essem γ. rell. om. 22) loc. Verg. om. γ. 23) scilicet in hac hum γ. rell. om.

PORPH. HAEC EGLOGA ORDINE SVO SEQVITVR. M. Sermo sextus 2.

26) Lemma in γG: Non — f*inis et reliqua.* rell.: Non quia Mec. 27) *ad*loq. M. 29) fines MG h. l. ut rell. Lydi*a* afh. Lyd*o* M(H). ly*ri.* v. rell. L*ydi.*

Etruriam, quod et *Vergilius* testatur, cum dicit (A. II, 781): *ubi Lydius arua Inter opima uirûm leni fluit agmine Thybris.*

5. *naso suspendis.* Quod uulgo dicunt *desannas* i. e. per fastidium quoddam derides.

7. 8. *persuades hoc tibi uere Ante potestatem Tulli atque ign. regn.* et reliqua. Licet tibi (scire?), inquit, et ante *Tullum* regem multos ignobili genere natos probos uiros fuisse usosque amplis honoribus. *Tullum* autem nominauit, quia serua captiua cornicularia fuit natus, et ideo *regnum* eius *ignobile* dixit.

10. *Multos saepe uiros nullis mai. ortos.* Nemo est utique, qui maiores nullos habeat; sed cum memoria illorum propter humilitatem nulla sit, quasi non uidentur fuisse.

12. *Contra Laeuinum Valeri genus.* Id est: Valerius Laeuinus a Valerio Publicola, qui cum Iunio Bruto Tarquinium superbum expulit, genus habens. Periphrasin autem necessario fecit, sicut *Lucilius*, cum dicit (inc. libr. fragm. 105 Gerl.): *Valeri sententia dia;* quia scilicet nomen hoc quattuor breuium syllabarum est, ob id non potest in hexametrum uersum recipi.

unde Superbus Tarquin. Unde pro a quo. *Terentius* (Eun. I, 2, 34 (114) Fl.): *E praedonibus Unde emerat se audisse.*

13—16. *unius assis Non umq. pretio pluris licuisse.* Hic P. Valerius adeo foedis et proiectis in omnem turpitudinem moribus uixit, ut prouehi non potuerit ultra quaestoriam dignitatem. Ergo sensus est: Quamuis populos adsuerit honores dare indignis, dum titulis atque imaginibus moue-

1) *etru*riam MR2(G?)Q. e*th*r. v. *he*tr. afh. — cum dicit om. 2. — lydius *amnis* inter opima ferens (sic) va. ubi lyd. arua inter opim. f. (sic) M, om. uirum fluit agmine Thybris. R: u. l. arua inter op*um*. (sic). inter opima *fe. etc.* G. ubi lyd. — fluit 2, om. agmine *Thybris.* 2) *Ti*bris fhQ. *Thy*bris C, script. quorundam poetarum atque inprimis Vergilii. conf. Ribbeck., qui ex C hunc locum 'schol. Hor.' laudat. In ipso Hor. uett. codd. tuentur *tiberis* et in S. et E et in Carminibus. 3) M non habet *adunco* in lem. ut fh. 6) Lic*et* MRG. recte, sed pro *tibi* scribe *scire*, ut Liu. I, 39. Lucr. I, 680. II, 966. V, 590. rell. *Liquet* tibi. *Scire licet* i. e. notum est, multo urbanius est quam *Liquet* tibi. 7) *magnis* hon. R. rell. *amplis* hon. 8) *cornicularia* MRA2(GQ),v *Corticul*ana a. *forni*cularia fh. Neque Ascensii neque Fabricii uocabulum Latinum est, *cornicularia* autem ex perdita Plauti comoedia innotuit. Filia ergo erat illa *cornicularii* i. scribae publici. conf. Firmic. III, 6. Cod. Iustin. XII, 53, 1. Cod. Theodos. VIII, 4, 10. adi Glossar. Du Fresne. 12) ui*den*tur RA2G(Q),va. ui*de*tur M,fh. 13) leuinum MRa,v (in scholio Leuinus, l. in lem.), ut Ambr. Bern. C paucique alii Hor. codices. Valer*ii* v. rell. ualer*i*. (v. Asc.). 14) pu*l*licola M (H.). — *coniuncto* bruto M2G (man. rei. ad marg. posuit *quom* Iunio Bruto). *cum lucio* bruto R. rell. cum Iunio Bruto. expulit. *Valeri genus, id est,* genus hab. fh. 15) per*if*rasin M. — f*a*cit 2. 16) hoc MR2(G?Q). om. vafh. 17) syll. *sit*, eo 2. syll. est. Eo *bid* (sic) non po. M. es*t*: et obid R. rell. est *eo* non potest. posui *ob id. ex*ametr. MR, ut supra. 19) te*rr*ent. M. 20) pred. M. 22) fedis et M(G?Q). rell. foedis (*fa*edis v) *ac.* — uixit mor. M. rell. moribus uix. 23) *quaesto*riam M (quest.) RG(Q),a. quaesto*rum* v. quaes*turae* fhC. 24) *ad*sueu. M. — dare hon. 2. honore*m* dare R. rell. honore*s* dare.

tur, tamen ille uilis apud eundem populum fuit notatusque ab eo est, quamuis etiam populus indignis [etiam] honores tribueret.

17. 18. *Quid oportet Nos facere, a uulgo longe longeque remotos? Namque esto.* Quanto nos, inquit, qui non uulgariter sapimus, minus mirari nobilitatem contemptu ignobilium debemus?

22. *quoniam in propria non pelle quietem.* Ex prouerbio sumptum est; eos namque, qui medioeritatis suae obliti maiora se ipsis adpetunt, solemus dicere, *non continere se intra pelliculam suam*; et hoc scilicet inde sumptum est, quod ductores in pellibus dormirent; cuius rei et *Lucilius* testis est, cum dicit (reliq. ex libr. inc. 27 Gerl.): *per mihi lectum inposui pedem pellibus labes*, et *Plautus*, cum de anu ebria iocaretur, ait (Amphitr.): *in pellibus periculum portenditur.*

23. *Sed fulgente trahit constrictos gloria curru.* Sensus est: Rapit omnes cupiditas gloriae, sed quod *curru fulgente* dixerit, a triumphis uidetur sumpsisse.

24. 25. *quo tibi Tilli Sumere depos. clauum.* Recepit post Caesarem occisum; nam pulsus ante senatu fuerat.

fierique tribuno. Figurate per datiuum casum dixit, ad pronomen *tibi* addens *tribuno;* ceterum illud simplicius erat: *fierique tribunum.*

30. *ut si qui aegrotet, quo morbo Barrus haberi.* Hic *Barrus* uilissimae libidinis aeque et (inmodicae?) uitae fuit, adeo ut Aemiliam uirginem Vestae incestasse dictus sit; certe adulteras sincerissima (saeuissima?) cupiditate sectabatur.

34. *Sic qui promittit, ciues, Urb. s. curae.* Sic, inquit, qui se inserit senatorio ordini et rempublicam administrare cupit, adstringit se ad eam necessitatem, ut inquiratur in eum a ciuibus, quo genere natus, et in quanto censu sit constitutus.

1) ille uilis M. rell. nil. ille. 2) honores ind. tr. R. alt. *etiam* fh ex v. prius *etiam* om. a. 3) longe *longe*que M ut omn. fere codd. Horatii. longe *lateque* RG(Q),v, perpauci codd. Hor., ut Parr. MN, ed. Ald. etc. afh. om. in lem. breuiori: *Quid op. n. facere.* 5) contenti MRG. rell. contemptu. 6) pel*lem* M. 8) contine*re* M. continere se R. rell. contine*ri*. 9) dormi*r*ent MRA2G,va. dormi*t*ent fhCQ. 12) in pel*lis* M,v. in pellibus peri*cum* R. 13) *conscriptos* M. rell. omn. constrictos. 14) om*nis* cup. glorie M. 16) t*i*lli MG (suprupo.) Q. t*u*lli R,v. Tilli — post om. a. 18) pronomen *bono* (sic pro tibi add. tri*buno*) M. 20) *u*arrus M2G. *Var*us R. *bar*r*us* va (Bar*r*us in Hor., Ba*tt*us in schol.) Q. Barr*h*us fh. conf. Acr. — uilissime libidinis *eque admodum* uitae fuit MR (— aequae — uitae) G,v (ui*ll*issime) a (*a*eque G,va). uil. admodum lib. *atque* uitae fuit fh et Q, *admod.* incl. uncis. Pro *aeque admodum uitae* aut scribe mecum, ut supra proposui: aeque *et inmodicae* uitae, aut: aeque *ac inmodestiae* fuit. 22) *sincerissima* libri. legerim *saeu*issima. 24) *Si* qui M (ex u. 30). M addit lemmati: *et rei* imp. fore. — *bi*serit M ordine M (H.). R. 25) *ad*str. M. 26) natus *est* inqu. censo M.

39. *audes Deicere de saxo ciues.* Ut si diceret: Audet tribunatum [tribunatu plebis fungi; nam tribuni] plebis, dampnatos dum [de] saxo Capitolino praecipitabant.

aut tradere C. Cadmus carnifex illo tempore fuisse dicitur.

40. *At Nouius collega gradu post me sedet uno.* Sed Nouius, inquit, qui non libertinis parentibus natus, sed ipse libertinus est, proximus a me in equestri ordine sedebat.

[*Post me se. uno.* Id est, inferiori.]

41. *Namque est ille, pater q. e. meus. Hoc tibi Paulus.* Patre libertino natum esse Horatium et in narratione, quam de uita ipsius habui, ostendi. Ergo Nouium hunc libertinum esse indignatur, atque eum tamen in quattuordecim ordinibus sedere.

42. *At hic, si plostra ducenta.* Hunc Nouium dicit garrulum et uulgarem esse in causis agendis, per quam [gloria] gloriam studiorum efficere[t], [et aequo animo] ut in equestri ordine sustineatur, quod dissimulata humilitate natalium Paulo exsertius agat.

1) audes de*ie*cere M, ut E et Bern. A (e expu.). de*i*cere alii uett. codd. Horatii. hoc loco per contractionem *deicere* pronuntiandum est, ut dactylus sit. conf. *dein* S. I, 3, 102 et deinde apud Verg. A. V, 321. XII, 889. Hac ratione seruatur optima lectio *de* saxo M,v et γEBφH Genou. Ambr. Fran. Bern. C. Regin. Harll. 2724 (saec. XII). 4862 (saec. XV). *e* saxo R,afhQ, uulg. lectio et recc. Horatii codicum omniumque editionum falsa est iudicanda propter usum praepositionis *e*, pro qua pauci codd. recc. (Bern. F. Harl. 3534 saec. XII) *ex* saxo, pauciores (Harl. 2699 saec. XIII) *a* saxo habent. Origo prauae lectionis *e saxo* praeter neglectam contractionem quaerenda est in uetustioribus libris, qualis est Bern. B, ubi *d* erasa est, sic: ⫶*e saxo.* Melior quam *Deïcere e* esset Deïcer*ē*, saxo omissa praepositione, ut habent R Magd. Harl. 2621 saec. XIII. conf. Ouid. M. I, 193: *Fauniquē* satyrique et monticulae Syluani. Lectionem *de saxo*, quam praeiudicata opinione Pulm. Fea, Pottier. tamquam uitiosam plane neglexerunt, Orellius refert probasse *Schneidewin.* Philol. III. p. 541, quem, re a me iam constituta, non legisse doleo. — aud*et* MRG. rell. au*des* (Hor.). Interpres refert, non interrogantem inducit poetam. tribuna*tum* plebis damnatos dum (cum RG) saxo cap. precipitabant MRG (uterque praec.). Audēs tribuna*tu* plebis *fungi.* (?Q) *Nam tribuni* damn. de sa. Cap. praecipitabant vafhQ. *e saxo.* Ut si diceret: aud*iet* tribunus plebis damnos de saxo cap. praecipit*are* 2. seruaui codicum lectionem Au*det* tribuna*tum*, quod dictum est, ut Liu. III, 2: ultima. Verg. A. II, 349: extrema. Ter. Eun. V, 5, 17: facinus. Tac. A. XII, 32: aciem; sperans ergo, ut h. l. uictoriam, reportare tribunatum. C: *tu ne Syri, Damae.* haec ob*ii*cientur et iudici, aut principi qui est ignobilis. Tu qui es ignobilis et libertinis parentibus, *audes tribunatu plebis fungi?* Nam Tribuni plebis damnatos de saxo Capitolino praecipit*ari iubebant*, aut carnifici tradi. Bφ: hoc dicetur a multis illi principi uel iudici qui ignobilis est. tu qui filius es siri damae aut dionisii ignobilium et pauperum audes dicere ciues de saxo capitolino aut tradere ca*t*mo carnifici. 6) *non* om. afh. libertin*us* v. 7) *ait* me afh. sede*bat* R. sedeat M. rell. sedet. 8) Id est inferiori (R,fhC) om. M2G(Q),va. 10) illius R. eius 2 om. esse. 11) nou*um* MR,v. rell. Nou*i*um. — indigna*tus* 2. 12) honoribus R. rell. ord. 13) hi*n*c si M. *H*unc MRG,vafQ, qui refert: '*Nunc* Braunhardius.' Braunhardus *Nunc* petiit ex h. Hunc om. 2. 15) Difficilior locus est, hinc Q denuo fatetur: '*mihi ipsi non satis facere potui.*' Voluit tamen uir doctus, sed Hor. A. P. 438: "Corrige, sodes, hoc, aiebat, et hoc!" Corrigendum autem locus est ita, ut ex *et aequo animo sustineatur*, quippe

44. *saltem tenet hoc nos.* Ad id pertinet, quod dixerat, eum causidicum esse. Ergo sensus est: Hoc me saltem solatur, ut illum sustineam, cum indigner alioquin, libertinum equestrem dignitatem consecutum esse.

47. 48. *Nunc quia sim tibi, Maec., conuictor, at olim Quod m. par. leg. Ro. tr.* Dicit, sibi inuideri nunc, quod uiuat cum Maecenate, et ante, quod tribunus militibus praefuerat, quasi utrumque supra humilitatem generis eius sit.

49. 50. *quia non ut forsit honorem Iure mihi inuid. quiuis i. t. q. a.* Prudentissime dictum: Forsitan enim merito inuideri debeat [et] ei, qui beneficia fortunae habeat, quae plerumque temere et sine iudicio ullius perueniat: at amicitiam Maecenatis consequi nisi uirtute in se prouocata non potuit. Porro autem quod uirtute ac uero iudicio quis adsequitur, inuideri ei non debet, cum magno labore hoc ei constet.

56. 57. *Ut ueni coram singultim pa. locutus Infans namque pudor prohib. plura prof.* Manifestum est, infantem a non fando nunc dixisse, nec enim ad aetatem relatum est. Porro haec reuera natura nobis est, ut ad sublimioris dignitatis uiros, cum adhuc ignoti accedimus, uerecundia nos elingues faciat.

quae ex seq. scholio orta uidentur, fiat: *ut in equestri ordine* sustineatur. conf. emendationem meam ad Epod. V, 7, ubi *equitatus* pro uulg. lect. *aequitatis* posui. per qu*em* 2Gv. per *quam* MR. per *quod* afhQ. glori*am* MR2G,va. glor*ia* fhQ. effic*ere* 2 rell. effic*eret et* fhQ. rell. *ut. aequo animo* omn. libri. *sustineatur* intellego *se sustineat*, ut Liu. XXI, 35. Caes. B. G. II, 2. Cic. T. IV. 18. Constat enim, Octauianum (Suet. Octau. 35) sordibus ordinem equestrem purgasse. dissimu*lat ab* hum. MR. (2 m. corr.) G. dissimu*lata* humilitate omn. edd. recte tuentur. 16) ex*ertius* MRA2. A addit: in alt. uet. cod. *erect*ius. rell. ex*ercit*ius.

1) dixer*it* MRG. dix*it* 2,vafh. dixer*at* Q. C: hoc est, hic cohibet indignationem nostram, ut sustineamus, eum libertum in equestri ordine sedere, quod sit facundus et eloquens. 2) est om. afh. 3) equestr*um* M (H). equestrem *ordinem tenere* afh. eq. *ordinem* consec. esse v. 5) *sibi* MRA2G(Q), a. *se* vfh. — nunc om. vafh. quod *cum* uiuat cum mec. *ante* quod trib. me*cante* quod R. rell. quod ante eius generis 2. 8) fors*it* M,fhC, ut omn. fere libri Hor., perpauci, ut Bernn. CF, Harll. ζηκ, fors*an*, quod habent R,vaQ. *forsan* ex scholio transsumptum in Rva, ubi pro forsitan ex. stat *forsan*. forsi*tam* M. *forsit.* forsitan glossa in C. 9) *et* omn. libri. uncis incl. Q, falso tamen ideo, quod recte non dicitur: *inuideor*, sed inuide*tur mihi.* Ubi om. datiuus, ut Cic. T. IV, 7, alia ratio est. Hinc pro *et* posui *ei*, quod etiam altera scholii parte confirmatur. 10) for*tine* M. 11) *alicuius* *per*ueni*ant* A2. *illius* R,va. *ullius* perueni*at* M. praeueni̅at R. *prae*ueniant v. *illis* *pro*ueni*ant* fh. perueni*at* ad *fortunae*, non ad *benef.* pertinere liquet. *Per*uenire de *pecunia* dicebatur: Cic. F. II, 17. Nep. Epam. 4. de *diuitiis:* Sall. Iug. 31. pompon. ap. Nou. 10 n. 27. *Per*uenire et *pro*uenire (nasci, ut segetes) confund. etiam Liu. I, 17. 11) *ad* amicit*iam* mecen. *consequi* nisi uirtut*em* in se prouoca*tum* non potuit M. *ad* amiciti*as* maecen. *consequi* nisi uirtu*tem* in se prouoca*tam* n. p. R. *at* (ad G) amiciti*am* m. cons. nisi uirtu*te* in se prouoca*ta* n. p. A2Q. *at* amicitiam Mecaenatis a̅t quod uirtute in se prou. n. potuit v. at amiciti*ae* Mecoen. quod uirtute *sit* prou. n. potuit a. *at* amici*tia* Mecoen. (Maec. Q) q. u. *sit* prouocata n. p. fhQ. 12) porro *uero* 2. — uirtutem M et h. l. ut persaepe pro ablatiuo. *ad*seq. M. quis*que* 2. 13) inuider*i ei* 2. inuid*ere ei* RM (ei del.). cum ma. *cum* lab. fh. 14) singu*la*tim M. 15) infa*nn*amque M. prohi*beat* M. 16) *huc* M. *huic rei natura* nobis uera R. re uera *hoc* 2. sublimita*ï*is R.

58. 59. *Satureiano uect. rura caballo. Satureiani* nomine fundi in Apulia illis temporibus fuisse dicuntur satis ampli ac nobiles, per quod Apulum equum significat. Apulum autem equum utique pro optimo accipere debemus.

60–62. *respondes ut t. e. mos Pauca: abeo, et reuocas nono post mense iub. Esse in am. num.* Plerique grauis iudicii uiri ideo non temere in amicitiam recipiunt, ne facile dimittant. Ostendit ergo, Maecenatem per nouem menses de se iudicasse, ac sic in amicitiam recepisse.

65. 66. *Atqui si uit. mediocr. ac mea paucis Mend. est nat. alioqui recta (uera?).* Verecunde confitetur, esse nonnulla uitia, uerum tamen mediocria; et uidetur hoc uerum esse, ut nemo non in aliquo uitio sit constitutus; sed iam dudum bene est, si illud uitium paruum sit, [et] cui ignosci possit.

68. *aut mala lustra Obiciet u. q. m. Lustra* non ferarum cubilia tantum, sed et popinae dicuntur. Nam et *Plautus* in Casina ait (II, 3, 26): *ubi in lustra iacuisti mala.* Lustra autem *mala* perpetuo epitheto dixit; nec enim sunt bona, ut ad discretionem illorum *mala* dixerit. Sic dicitur a *Plauto* (Pseud. I, 5, 2, — 416 — Fl.): *Athenis Atticis,* a *Lucilio* (Satt. rell. III, 4 Gerl.): *Campana Capua.*

69. *obiciet uere qu. m.* Bene additum est *uere.* Illud enim nobis curandum est, ne probra, quae in nos dicuntur, *uere* dicantur; alioquin [quin] dicantur in nostra non esse potestate.

72. *in Flaui ludum me mitt.* Videlicet hunc Flauium cateruarum doctorem fuisse.

1) schol. leuiter om. h. A*pp*ulum afh. Bφ: Satureiani fundi ill. temp. in apulia fu. — significat. ac per optimum. 3) obt. M. 5) *respondes* — *et* fh. om. in lem. 7) amicitia 2. 8) *an* sic fh. 9) *Atqui si uit. med.* fh. om. in lem. 10) notabilis lectio *uera* in MG,v. in nullo cod. Hor. obuia. oriri poterat ex schol. ad u. 56. 57. rell. *recta.* 11) in *alio* uit. M. in *aliquo* uit. Rafh. aliquo in uit. G(Q). aliquo uit., om. in, 2,v. 12) uitium illud vafh. *sit parum* M. rell. sit paruum. — *et* libri. 14) *aut* MR. rell. *ac*, ut omn. fere Horatii codices. *aut* Fea et Or. iudicibus ex Acrone ms. edito in ed. Ven. 1490 (Bentl. San. etc.). utramque particulam om. Cruquius in uet. Commentatore, in suo autem habet haec: '*nec mala lustra.* sic habet cod. Bland. uetustissimus, et ea lectio mihi (et Baxt. Comb. Cun. Bac. Gesnera) probatur magis quam uulgata.' Equidem in ne uno quidem cod. offendi *nec*, quod ortum uidetur ex praecedd. *neque* et *nec.* Cui faciliori lectioni ut in Acrone difficiliorem *ac* propter auctoritatem codicum praetuli, sic in Porph. posui *aut,* quod Hor. post *neque* — *neque* adhibuit C. III, 12, 1. 2, post *neque* — *nec* S. II, 1, 13. 14. 15 et II, 2, 21. 22. post *nec* — *nec* C. III, 23, 5. 6. 7. 15) popinae MRA2G(Q), tabernae, ubi, ut apud popas unctius (Hor. E. I, 14, 21 uncta pop.) bibebatur, edebatur, teste Plaut. Poen. IV, 2, 13, et ipsae epulae Cic. Phil. III, 8. *pam*pinae (pāpīae) v, hoc loco uox nihili. pampi*na* gen. femin. apud Claudian. Epithal. Pall. et Cel. 5 et ap. Varron. teste Seru. Verg. E. VII, 58, sed prima potestate. lupanaria afh, ex Porphyrione. — cas*si*na R2. 17) nec *omnium* R. 21) alioquin d. MR2G. alioqui di. v. rell. alioquin *quin* di. — dicentur fh. rell. dic*a*ntur. 22) e*sse* MRA2G. rell. *est.* 23) flauū = fla*uum* R. cateruarum MR (cater*n*arum) A2BφG(Q). cate*ra*rum v. *crathera*rum afh. — docto*r*um f.

83. 84. *seruauit ab omni Non solum facto, ue. obprobrio qu. turpi.* Eleganter; forsitan enim parum sit ita uiuere, ne probrose in te aliquid admittas, nisi etiam suspicionem omnem amoueas.

85—87. *Nec timuit, sibi ne uitio q. uert o. Si praeco paru. aut u. f. i. coactor Mercedes seq.* Quid? quod, inquit, non uerebatur meus pater, ne in malam existimationem apud ciues et cognatos recideret, si mihi liberalia studia non praestitisset, cum humilis fuerit et praeco et satis sibi potuerit esse, si paternam uitam imitaretur. Ergo hoc ipso multo maiorem gratiam se patri suo debere dicit, quod supra uires status sui filium sit prosecutus.

ut fuit ipse, coactor. Argentarius scilicet *coactor*; quod humile ac turpissimum genus quaestus habebatur.

89—92. *eoque Non, ut magna dolo fa. neg. e. s. p. Quod non ingenuos habeat clar. par. Sic me def.* Ordo est: eoque non sic me defendam. Et est sensus: plerumque cum humilitas generis obprobratur alicui, sic se solet defendere, ut non suam culpam dicat esse, quod de talibus parentibus natus sit. Ego autem, inquit Horatius, non tantum non dicam hoc, uerum etiam e contrario talibus parentibus me natum gloriabor. Nam si natura permitteret renasci et eligere parentes, ex quibus renasceremur, non ego mallem e nobilibus (nob. hominibus?) et honoribus functis nasci, quam e quibus natus sum.

95. *Atq. alios leg. ad fastum quosc. par. Ad fastum,* hoc est, ad fastidium, ac per hoc *superbe.*

97. 98. *demens i. u. Iudicio uulgi.* Vulgus enim magni facit nobilitatem generis et eos, qui gesserunt magistratus.

sanus fort. tuo. Hoc ad Maecenatem recte dicitur, qui, abhorrens senatoriam dignitatem, in equestris ordinis gradu se continuit.

1) obprobri*um* M. 2) forsi*tam*, ut supra. — probros*e* MR2(G?Q). probros*i* vafh. 5) Quid*quid* M. 6) liber *alta* M. 7) *et* M (preco) A2. rell. om. et. fu*it* et praeco 2. 8) *artem* imitarer 2. 9) *se* patri M2(G?Q). patri suo *se* R. *se* multo ma. gr. *se* patri v, bis ergo *se*. inde afh: *se* multo. 12) questus M. m. s. 14) habe*am* Q. Breu. lem. *Sic me def.* fh. *Si* me M (H). — Ordo — defendam M (H) om. ut uidetur, ex homoeoteleuto. Ordo — Et om. R. 15) obpro*ba*tur M,fh. hum. *grauis* afh. hum. *graui* v. rell. hum. *generis*. (non *generis*, ut ref. Q). 16) *te* tal. M (H) ut infra *temens*. 17) inqu*it* *or*atius M. inq. hor. R. rell. Hor. inq. 19) nascere*tur* M. *re*nascere*tur* R. renascere*ntur* A. renascere*mur* 2. *nas*cere*mur* (G?)Q. nascere*tur* vafh. 20) *ex* nob. R. ex *hominibus* afh. ma*l*em *et hominibus* hon. func*tas* v. Equidem legendum puto: *nobilibus hominibus*. conf. Cic. Verr. V, 71, ubi illis *homines noui* opponuntur. Cic. Coel. 13: mulier nobilis. — e quibus M2G(Q). quam quibus, om e, R. quam *eis* (*ei* v) quibus afh. 23) super*biam* fh. 25) gess*erit* M. 26) aborr. R. 27) equestri hono*ri* gr. M. equestri honoris gr. R. eques*tris* honoris gr. 2. eques*tris ordinis* gr. A. eques*tri gradu* afh. equ*ae*st*ris* gr. v.

103. *ne solus rusue peregre (aut?).* Ordo est: rusue aut peregre exirem.

104. *ducenda petorrita.* *Petorritum* genus uehiculi est, quod uulgo *carrum* dicitur.

106. *Mantica cui lumbos onere ulc.* *Mantica* pera est. Sed hoc ex *Luciliano* illo sumptum est (Satt. rell. III, 9, Gerl.): *Mantica cantheri costas grauitate premebat.*

107. *obiciet nemo sordes mihi, q. t. Tilli.* *Tillium* hunc et supra increpuerat, quod senatoriam dignitatem recepisset, non sufficiens ei nec censu nec moribus.

113. *Fallacem Circum uespert. pererro Saepe Forum.* *Fallacem* Circum uespertinumque Forum mihi uidetur suburam dicere, quod fere sera hora furtiuas res solent eo uenum deferre. Non autem utique sic hoc dicit Horatius, quasi ipse res furetur et eo deferat, sed potius quod inde occasiones emendi captet.

114. *adsisto diuinis.* *Diuinos* sortilegos, sortilatores dicit. Porro autem altioris dignitatis homines erubescunt, fere in his uulgi circulis stare, quod tamen sibi licere facere, Horatius dicit per uitae libertatem, in qua non esset, si in senatoria dignitate constitutus esset.

115. *Ad porri et ciceris ref. laganique cat.* Hanc escam [et] uulgarem esse, nemo est, qui nesciat.

116. 119. *et lapis albus Pocula cum cyatho duo sust.* Marmoream mensam Delphicam significat, quae scilicet pretii non magni est.

117. 118. *adstat echinus Vilis, cum pat.* Praeter *echinum. Lucilius*

1) rusue *ue* peregre M. rusue peregre R,va (r. p.), ut Bern. B. rusue peregre *aut* fh, ut omn. fere Hoeatii codices. nullus habet peregre*ue*. — *aut* pereg. MR. rell. om. aut. Ex hoc scholio patet, uerba *peregre aut* quibus poeta licentius pro *peregreue* usus est, Porphyrionem ordinasse, et cum ordo sit, non sensus, qui exponitur, *ue* particulam neque adiunctam neque omissam iudicabis. 3) pet*o*ritum va. — est om. vafh. 6) canth*a*ri MA2G, corr. ex *cantari*, quod habent vafh. Danielis ad A: 'lege cantheri.' recte. Voss. in Etym. et Gronou. ad Liu. XXIII, 47 deriu. a κανθήλιος, asinus, iumentum. Canther*ii* C. inde Q: cantheri. canther*i* ed. Bip. p. 191 et not. 263. 7) *prae*mebat M,va. preme*bant*. fh. 8) *t*illi — t*i*ll*i*um (till*um* R) MRA(G?Q). tulli — tullium 2,vafhC. 9) incere*pau*erat 2. 10) nec cens*um a* moribus M. cens*um* R. *censu* vafhCQ. subu*r*am MR2,v. subu*rr*am afh. Lemma in afh. *Fallacem circum* (c. a). 11) *circum* in scholio om. RG. 12) fere hora se*na* fh. 13) *utique sic* om. afh. 14) ipse om. afh. fur*a*tur M. — occasio*nem* vafh. 16) *assisto diuinis.* Sortile*gis*, sortilatores dicit afh. *ab*sisto diui*nos*. Diuinos s. s. dicit v. 18) si*bi* MRA2G(Q),v. rell. *si*. — facere MRA2G(Q) et v. om. afh. — non om. fh. si om. fh. 19) esset om. afh. 20) *laganique* omn. libri Porph. et Hor. mei. Bern. A: lagāque uel laganique 1 m. Pro uoce sic scripta (λάγανον Cels. VIII, 7, opus pistorium uile) unus cod. Lambini, ap. Orell. Farnes. L: la*ch*anique (λάχανον, olus, legumen.) conf. Cruq. in *suo* commentario. et fh. 22) mensam om. R. del*ph*ficam M. 23) sc. quae fh. quae om. v. — est mag. R. *prae*tii M. 24) *ad*stat M,fhQ(G?). adsunt v. *a*stat R,a, ut omn. fere codd. Horatii. echi*nus* omn. mei Porph. (Echi*nus* — Echi*num* v) et Hor. libri. nullus echi*no* (Lambin.)

sic dixit, quasi scortea ampulla sit, ut cum ait (Satt. rell. ex libris inc. 107 Gerl.): *Echinus cinnabari infectus.* Hic tamen uitream ampullam intellegere debemus.

118. *Campana supellex. Campanam* supellectilem intellegi uult, quia Capuae hodie aerea uasa studiosius fabricari dicuntur.

120. 121. *qui se Vultum f. neg. Nouiorum po. minoris.* Duo Nouii fratres illo tempore fuerunt, quorum minor tumultuosus foenerator fuisse traditur. Satirice autem et eleganter hoc dictum, quasi ideo manum leuet Marsyas, quod sustinere in Foro non possit hunc Nouium. *Obeundus* autem *Marsyas,* quia in Foro uadimonium sistendum apud signum Marsyae sit.

122. *aut ego lecto.* Cum me delectet. *Lecto* producta priore syllaba enuntiare debemus, quia frequentatiuum est ab eo, quod est *lego.*

124. *Non quo fraud. inmundus Natta lucernis. Natta* pro uulgari ac sordido homine posuit.

125. *fugio rabiosi tempora signi.* Caniculares dies dicit, qui sunt caloratissimi.

127. *Pransus non auide qui interpellet in ami. Interpellet* pro eo, quod est *prohibeat,* posuit. Dicit autem, paululum se prandere, ac tantum, ne ieiunus sit. Solent enim [in] ieiunio uires fatigatae deficere.

128. *domest. otior.* Verbum finxit, quod significat *otium ago.*

2) chi*nn*abam MG (bā⋚), v. chi*n*abam 2,afh. chi*m*abam R. Braunhardus: 'Echinus *hîc nabam* (corr. pro *chinabam*) infectus.' Quod quid sit, non adsequimur; si *minium* (μίλτον) posuisset colorem, Plinium haberet testem XXXIII, 7, 38: milton uocant Graeci, *minium* quidam *cinnabari.* conf. XIII, 1: *cinnabari* et *anchusa* (Plaut. XXII, 20). Adquiescendum est in *cinnabari,* quod uocab. et Graeci aut κιννάβαρι aut κινάβαρι (attice τιγγάβαρι) scribebant. 4) Campana s. quia Cap. a. inde fh, falso legentes compend. s. posuerunt: *Campana*] *scilicet* quia Cap., om., ut a, Campanam — uult. 6) minores M (H). 7) tumultuo*se* vafh. tumultuo*sus* MRA2G. fen. M. traditur MR2G(Q). dicitur. traditur v (utrumque u. ergo). rell. *dicitur.* 8) *syty*rice M (H). — dict. *est* 2. 9) mars*i*as MRG (sibi inconst.), vafh, ut omn. fere codd. Horatii. in foro sust. vafh. su*b*st. 2. h. — *hic* no*uu*m M (H). 11) Cum me delect. MG(Q),v. rell. om. — priore MRA2G. om. vafhQ. 12) *pron*unt. R2. rell. enuntiare (enunc. vafh). 13) nacta R bis v,a. — uulgari om. afh. 15) lectio omnium librorum Porph. et omnium fere Horatii est: *fu. rabiosi temp. signi.* ra*bid*osi Magdal. et St. Victor. 452 saec. XII. ra*pid*osi Harl. 3510. et S. Germani a Pratis saec. XII, qui habet uar. lect. *uel cancri* cum glossa 1. m. *canis.* Et libri et expositiones Porphyrionis, ut Acronis, plane probant, hanc interpretum illorum iam fuisse lectionem. Atque hoc hic quaeritur. Alteram quaestionem utrum lectio *campum lusumque trigonem,* quam Cruquius ex uetustiss. cod. Blandin. et *Kirchner.* (Nou. quaestt. Horatt. p. 4) ex cod. 2. Gothano eruerunt, uera sit, hic nihil moramur. 16) coloratiss. MR. c*a*loratiss. AG(Q). *aestuosissimi* 2. calidissimi v. qui sunt cal. om. afh. dies can. ae*stuosos* C. 18) prohibe aposuit M (H). est om. R. *Hoc* est, prohibeat, om. posuit, afh. 19) in om. MA2Bφ,v. recte. *in* ieiun. G(Q), non item v, ut ref. Q. *nam in* iei. afh. — fatigatae om. Bφ, qui addunt: Dicitur enim in medicinalibus libris quod cibi tempore caniculae auide sumpti infirmitatem generant. 20) finxit, *id est* ociumago afh. rell. *quod signif.*

129—131. *ac si quaestor a. p. a. m. p. fuissent.* Ordo est: Ac si quaestor auus atque pater meus patruusque fuissent. Sensus est autem: Suauius humilitate generis ac dignitatis meae [sum] uicturus, quam si ex senatoria familia atque ipse senator essem.

SATIRA I, 7.

ACRON.

Proscripti Regis Rupili pus. [Describit iurgia P. Rupilii cuiusdam, cognomento Regis, qui aliquando in Horatium iculariter dixit et Hybridae Persii. Hic] Rex Rupilius Praenestinus fuit. Iste post exilium praetor cum a triumuiris condempnatus esset, confugit ad Brutum et comes [eius] habitus est, ibique Horatium iurgio lacessiuit, ob quod amaritudinem sui stili in eum constrinxit. *Proscriptus* autem fuerat ab Augusto propter Brutum. || Hic Rupilius Rex proscriptus fuerat a duumuiris, quoniam secutus fuerat partes Bruti et Cassii contra Augustum. || Rupilii et Persii mores carpit occulte. Fuit enim illi et hic infestus commilito quondam. || [*Item aliter:*] Publius Rupilius, cognomine Rex, Praenestinus, post exitum belli ciuilis commilito fuit Horatii in castris Bruti. Hic aegre ferens, quod Horatius tribunus esset, saepe illi ignobilitatem generis [illi] obiciebat. Idcirco [eum] hunc ex aliena persona [alterius] lacerat. || *Item:* describit (*contentionem?* conf. inscr., *iurgia* supra) Rupilii Regis cuiusdam, qui aliquando iculariter in Horatium dixit, || et Hybridae Persii. ***Hybridae*** autem dicuntur proprie canes, qui nascuntur ex uenatico cane et gregario. || ***Item: Hybrida*** dicebatur Persius, quia de matre Graeca natus et patre Romano. ||

1) Ordo — sensus om. vafh. 2) ques*tus* M. — autem MRA2G(Q),v. rell. om. *et* gignatis me uict. M(H). sum om. M2G(Q). uicturus *sum* R. uicturus vafh.

ACRON. Codd. Acronis inscriptione carent, codd. Horatii habent: DE CONTENTIONE PERSII ET RVPILII REGIS γ Ambr. etc. Sic plures edd. saec. XV, praemissis uerbis *Satyra septima* H adiungit numerum: eḡ. VIII. Alii: IN RVPILIVM REGEM PRENESTINVM (PRAENESTINORVM F) bPF Fran. et Bernn. BC, qui addit rubrum numerum EGLOGA VIII. Eundem praemittit Par. E: EGLOCA VIII. IN RVPILLIVM REGEM PRENESTINVM, et BφD: EGLOGA VIII. IN RVPI*L*IVM REG. PREN. Alii et uetustiores et recc. eglogam *septimam* numerant, ut Harl. 4 (Reg. St. Iacobi 15. B. VII. P. 240. saec. XII): Ad rupi*ll*ium regem praenestinum egloga septima. Par. I: Egloga VII. ad rupil. reg. praenest. et: *sermo VII*⁹. Par. St. Germani a Pratis.

9) Describit — Hic (fh) om. γG,va. 11) prenest. γ. 12) et comes γ, om. eius. et com. *eius* fh, et eius socius (G?Q)va. 14) sui stili γ. rell. st. sui. — Proscriptus — Brutum om. fh. 15) Hic — Rup. — quondam γ. rell. om. Item aliter om. γ. 19) ex*ili*um γ, ex superiore parte iteratum. Verba *Item — lacerat* in G (Q uncis incl.), va inferius ad u. 2. post *semiromanum* posita. 20) saepe *illi* γ. rell. generis illi. 21) Idcirco hunc ex aliena p. l. γ. rell. Idc. *eum nunc* ex p. *alterius* lac. — *Item* describit — romano γ. in rell. haec scholia aut supra aut infra sedem habent. — qui ex imparibus nati sunt, ut ex uen. et gregario C. Hybr. di. canes ex imp. par. nati i. ex uen. et greg. Bφ.

pus atque uen. Malignitatem atque liuorem.

Proscripti. Ciuili bello ab Augusto.

2. *Hybrida.* Persius ex diuersis parentibus natus, (mixti generis?) nam Clazomenius fuit patre Asiatico (Scythico?), matre Romana. Tractum est ab aquila ea, quae ex aquila et uulture nascitur. Translatiue ergo Horatius lacerauit Persium, quasi semiromanum. [*Hybridae* autem proprie dicuntur canes, qui nascuntur ex cane uenatico et cane gregario. *Item: Hybrida* dicebatur Persius, quia de matre Graeca natus fuerat et patre Romano]. *Aliter: Hybrida* dicitur, qui habet patrem Graecum et matrem Italam; aut per contrarium *Hybridam* dicunt appellari, qui mixto genere sermonis loquatur graece latineque.

3. *lippis.* Otiosis, sedentibus apud medicum.

et tonsoribus esse. Etiam tonsores, qui solent tardi esse studio, et lippi, qui solent oculorum cura alieni a negotiis, sciunt, quomodo Hybrida Persius persecutus sit malitiam Rupilii Regis.

5. *Clazomenis.* Apud Clazomenas, ciuitatem Asiae, hic Clazomenae pluraliter, et est aduerbium loci.

Durus homo. Persius durus.

6. *atque odio qui poss. vinc. Regem.* Odio [pro] maleficio, ut *Ter.* (Hecyr. I, 2, 59 — 134 — Fl.): *cum istoc odio Laches.* Adlusit; etenim reges inuisissimi erant, et nomen eorum propter memoriam Tarquinii exsecrabile [erat]; hunc quoque odiosum dixit.

uincere Regem. Qui possit horreri plus quam Rupilius, Rupilio odioso.

7. 8. *confidens.* Audax, temerarius, [improbus]. Fidens bonis, con–

1) *pus.* — — hic accipitur pro liuore. *uenenum.* malignitatem. Hoc schol. γG,vafh subsequenti adiungunt. 2) Ciu. be. ab aug. γ. rell. om. 3) *hibrida. hy*brida, om. dicebatnr, persius ex diu. pa. natus. *hybrida* mixti generis. *hic* persius. nam claz. fu. pa. *sityco* ma. ro. γ. Scribendum est *scythico.* s*i*tae habet Barc. in Carm. saec. 55, C. IV, 14, 42 *scites*, ut multi uett. codd. C. I, 35, 9. II, 11, 1. III, 8, 23. 24, 9. Scythia autem Veteribus terra finibus incertis erat trans Danubium patens, Pontum Euxinum et mare Caspicum complectens. conf. Mela II, 1. III, 5 et 7. Plin. IV, 12. VI, 17. VII, 2 et poetas, ut Seneca Herc. fur. 1210*: pontum Scythen* i. Euxinum. 12) ap. med. om. G,va. Per lippos enim significat tabernas medicorum, per tonsores tonstrina. *fere enim in his* — — Bφ. conf. Porph. — C: hoc est, loquacibus et otiosis hominibus: quia tonsores domi considentes otiosi et lucrum captantes; *lippi* autem — — et q. seq. 13) *Etiam* tons. γ. rell. om. etiam. — solent *artis* studio et γ. *et* om. fh. 14) cura om. γ. oculorum *caecati* a neg. G,v. oc. *caecitate* a. oc. *cura alieni* fh. recte, nam lippi non sunt caeci. 15) *est* γG,vafh. *sit* Q. mal. *regis persi* γ. mal. *publii* regis. G,v. rell. mal. Rup. Regis. 16) clazomen*os* γ. rell. Clazomen*as*. recte. Κλαζομεναὶ Strabo. conf. Plin. V, 29 cum XXXVIII, 31, ubi Clazomen*ii* (Κλαζομένιοι) incolae. — hic clazomen*ii* plur. γ. rell. om. 18) Persius durus γ. rell. om. 19) pro om. γ(G?Q)va. maleficio γ. rell. molestia. 20) odio Lac*he* (habes va) Reges fh, om. Allusit enim. — lac*hes* qui possit horr*o*ri plus quam rupilius esse γ. Allusit — dixit γ,Gva inferius posuerunt. 23) Nou. lem. *uincere Regem* posui et horreri scripsi. schol. Qui possit — Rupilius γ. Rupilio odiosior. rell. om. 24) improbus om. γ. temerarius, *iracundus, aut*

fidens malis. *Terentius* (Phorm. I, 2, 73 — 123 Fl.): *homo confidens, qui illum dii omnes perduint.*

tumidusque. Iracundus aut pusillus.

adeo. Usque adeo.

sermonis a. Mordacis, maledici.

8. *Sisennas, Barros.* Pro maleficis posuit i. e. malae uitae hominibus. *Sisenna* fuit illis temporibus maledicus et mordax. *Barri* enim dicuntur maledici.

Barr. ut eq. praecurreret alb. Id est: adeo [erat] sermonis maledici, ut *Sisennas Barros* uideretur uincere et de his triumphare, qui et ipsi maledici fuerunt. || Id est; adeo erat odiosus, ut de nobilissimis detractoribus triumphum ageret Persius Clazomenius. ||

equis p. albis. Allegoricos, ut facile eum superaret, quia *equi albi* dicuntur esse uelociores, sicuti dicit *Verg.* (A. XII, 84): *Et candore niues anteirent cursibus amnes.*

9. 10. *postq. nihil inter utrumque Conuenit.* Postquam capitales inimici et inexpiabiles facti sunt. *Conuenit* [autem]. *Transactum est.*

hoc et enim sunt. omn. iure molesti. Sensus [est]: ita enim inter se mali homines decertant et nesciunt cedere, ut uiri fortes in bello. *Aliter:* hoc sunt modo omnes molesti, quo hi, qui contra se bellum habent aequale, qui [et quare? quod] usque adeo dimicant uterque, donec, uno superato, alter uictor abscedat.

10. *etenim s. omn. iure.* Exemplo, pacto, modo, potestate.

11. *Quo fortes q. adu. bellum incid.* Ordo (et sensus) est iste: postquam non potuerunt finiri causae eorum, in ius acres procedunt.

13. *capitalis.* Magna, periculosa.

deuideret. Dirimeret, litis finem faceret.

superbus. G et vafh, qui praemittunt *audax.* aut tem. *improbus* CQ. Patet, uerba *iracundus aut superbus* pertinere ad *tumidusque.*

3) Schol. Irac. aut pusillus γ. rell. om. Confidens autem inprobus. Terrentius homo — omnes dii perd*unt* γ. 6) barros γb,a (b. in lem., barros in schol.) C, ut Ambr. Bernn. ABCF. Bar*h*os fh ut plurimae edd. saec. XV. *uar*os v. *ua*rros pure EBφPH, corr. in IR *b* ex *u*, lect. uar. *uel* barros a 2 m. in O. 7) bar*i* G. *enim* libri. Q inculc. autem. 9) Lemma interposui. erat om. γ. 10) supera*re* γ,fh. h. l. supera*ret* va(G?)Q. supera*ret* ex schol. seq. inlatum. 11) schol. alterum *Id est — Clazomenius* (clazome*nes* γ) post. loc. Verg. in schol. subseq. posuit γ. 13) eum facile γ. rell. fa. eum. 14) sicut*i* γ. rell. sicut. — Et cand. — amnes om. γ. 15) γ tertium schol. habet hoc: *precurreret.* Ut de illis triumpharet *ad carpendum.* rell. om. 17) autem om. γ. trans*ac*tum γG,vafh. *conuentum* C. Q temere inculc. trans*latum*, quod, quid sibi uelit, non habeo. 18) est om. γ. 20) *aequale qui* γ. rell. *et quare?* quo*d*. conf. Hirt. B. G. VIII, 28: par proelii certamen. Cic. Orat. I, 13: uirtutes in se aequales et pares. Ratio dicendi *et quare*? ex locis praecedd., ut S. I, 6, 68, inlata uidetur. 22) *ab*scedat γG,v (*as*cedat). rell. *dis*cedat (Hor.). 23) etenim — potestat*i* γ. posui potesta*te*. rell. om. 24) Quo — procedunt γ. rell. om.

[15. *duo.* Pro *duos,* ut *Verg.* (A. XI, 285): *Si duo praeterea tales Idaea tulisset.*]

16. 17. *Aut si disparibus bellum incidat.* Inter uirum fortem et ignauum.

ut Diomedi cum Lycio Glauco. Glaucus enim confessus se uictum, munus Diomedi misit arma sua aurea, et Diomedes aerea [sua] accepit. *Aliter:* Diomedes et Glaucus inimici fuerunt; Diomedes fortis, Glaucus ignauus et munera Diomedi misit, ut ab armis discederet.

18. *Muneribus missis.* Sicut Glaucus Diomedi misit.

19. *Ditem Asiam.* Copiosam.

Rup. et Persi par pugnat. Metaphora a gladiatoribus, [et] satis amare, quasi de gladiatoribus.

20. *Compositum mel. cum Bitho Bacchius.* *Bithus* et *Bacchius* gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum sub Augusto; tamen mire in metaphora, hoc est, in translatione perdurauit. Id est: Melius pugnant in lite Rupilius et Persius quam memorati gladiatores in pugna.

20. *in ius.* Quasi gladiatorium. *Alii*: *in ius.* In iudicium, in litem.

21. *Acres concurrunt.* Conposi*tum* legitur et conposi*tus.* Quia non potuerunt finiri causae eorum. Ordo est: si discordia uexet duos inertes, in ius acres procurrunt. *Concurrunt.* Venerunt in praelium.

magnum sp. Mire rursus perdurat in translatione theatri et iudicii.

22. *ridetur ab omni Conuentu.* Quia Graecus latine diceret.

23. *laud. cohortem.* Comitum cohortem, non militum.

24. *solem A. B.* [Ut] *Vergilianum* illud (A. II, 281): *O lux Darda–*

1) *Duo* — tulisset om. γ. 6) sua arma vafh. — Diom. erea *accepit,* γ, om. sua. rell. om. accepit. 8) munera Diom. γ. rell. Diom. munera. Ad u. 17 γ habet: *pulchrior.* Victor γ. Lectio *pulchrior* uetusta est, pure occurrens in γ Ambr. Fran. aliisque. I addit glossam s. melior. pulc*rio*r St. German. a Pratis. cum lect. uar. pigrior *al. pulcrior.* Genou. pulcrior supra scr. *pigrior,* 1 m. Bern. AB etc. 9) Muneribus — misit γ. rell. om. 11) et om. γ,C. 13) Comp. — composi*tus* γ. rell. om. Composi*tus* D st. Victor aliique recc. Bernn. ABCF, nonnulli Harll. et Oxonn. composi*ti* Magd. 1 et 2. Harl. 2621 (saec. XIII). composi*tis* Regin. corr. compositum. bachius γb. glossa in γ: *bitho bachius.* opinatissimi gladiatores fuerunt. rell. om. bitto D. 14) sub Augusto *tamen* γ,va. rell. om. tamen. 15) *hoc* est γ,v. id est G(Q). hoc est transl., om. in, v. rell. om. hoc est in transl. 18) *con*currunt γb Ambr. Fran. Bernn. ABCF Parr. FHIMP. Genou. St. Germ. Sorbon. — Magd. quinque Harll., teste Babingtone. *per*currunt T, non praec. ut ref. Pottier. p̄currunt I, non *proc.* ut ref. Pottier. precurrunt O. *proc.* EBφNR Regin. etc. va. om. schol., ut G (Q unc. incl.). 20) *pro*currunt h. l. omn. libri. ex scholio *pro*currunt, ut persaepe factum cognouimus, in lemma transiit. schol. Venerunt in pr. γ. rell. om. Vene*re* in proelium, quasi di*gladia*tores. 21) schol. om. G (Q unc. incl.), va. perdur*auit* tacite Q induxit ex schol. praeced. ad u. 20 aut ex C, qui habet per*seuerat.* 22) ridetur — latine γ et C, qui add. rideret. rell. om. 23) Comitum — militum γ. rell. om. — coh. Com. C. 24) Vergilianum γG. uergi*lium* v. ut om. γ, v. rell. ut Vir. (a), ut Virg. fh (non *Vergilius,* ut ref. Q). *Vt* Vergilianum Q.

niae, [*spes o fidissima Teucrum*]. Rupilius Rex comes fuit Bruti; solem ergo dicebat Brutum, et comites eius alios stellas salubres, Rupilium uero canicularem stellam h. e. Sirium.

25. *canem illum.* Caniculam pestiferam.

26. *inuis. agricolis sidus.* Quia pestiferum.

26. 27. *ruebat fl. u. h.* Id est: ita ruebat eius oratio quemadmodum torrens descendens de altissimo monte.

Quo rara securis fertur h. e. ad quem montem raro uenitur praecidendorum gratia lignorum. Fabula talis est: Quodam tempore rusticus cum iuxta fluuium ligna caedit, casu securis eius in fluuium cecidit. Mercurius hoc de summo uidit monte, [uidens] descendit ad rusticum interrogauitque eum, quid amisisset. Ille simplicitate sua ait: securim ferream perdidi. Mercurius leuauit auream, ille suam sibi reddi cupiebat. Conlaudauit eum deus et suam illi et auream condonauit. Alter agricola hac fama commotus iuit ad fluuium, et dum se simulat ligna deicere uelle, securim in fluuium uoluntarie proiecit. Similiter hoc supra dictus deus uidens descendit leuauitque ferream. Ille auream se perdidisse fingebat; iratus deus et illam dimisit. Ita [que] qui auream habere cupiebat, et suam perdidit. Ergo dicit modo poeta: sic (in) iniuriam Rupili Persius inruebat, quomodo fluuius ille, qui raro habet aureos secures.

fertur quo rara s. Quia omnia ligna secum trahit torrens, non eget securis.

28. *Tum Praenestinus.* Rupilius Rex.

salso. multoque fluenti. [Id est: de] amaro et copioso [et maledico pectore protulit conuicia et remisit].

29. *Expressa* [*arbusto.* Id est,] prolata. *arbusto.* Pro pectore, allegoricos.

regerit. Inuicem mittit. Per translationem uoluit uirus acrioris malitiae exprimere.

1) spes — Teucrum om. γ, ut ad C. IV, 5, 5. *sanct*issima G(Q),vaC. *fidissi*ma fh, ut Medic. Seru. Ribbeck. — Rufilius γ h. l. 2) eius alios γ. rell. om. — comites uero *praeter Regem* — C. 4) Canic. pest. γ. rell. om. 6) quemadmodum γ. rell. quasi. 7) *de* γ,va. ab fhQ(G?). *de* altissimis montibus C. 10) *cedit* γ. 11) summo uidit monte desc. γ. rell. summo mo. ui*dens* desc. 12) ill*i* simp. *sui* ait γ. 16) uolunta*te* vfh. om. a. 19) in om. γ. 20) habe*bat* vafh. aure*as* secures γ. rell. aure*am* secur*im*. 21) secur*is* γ. securi fhQ. totum autem schol. *Quia — securis* om. G,va. 23) Lemma *salso* amplificandum erat ideo quod *amaro* (gl. in γ) spectat ad *salso* atque *copioso* (gl. in γF) ad *multo fluenti*. '*uel* mul*tum*que fluenti' γ, quod pauciores codd. aut pure (Bernn. CF Barc. Genou.) aut corr. habent, ut ū̥ St. Victor. — Id est de om. γ. — et maledico — remisit om. γ. 25) Vulgo: Expr. arb. Id est prol. pect. allegoricos. *regerit.* Inu. mittit. Voluit — exprimere. 27) Per transl. γ. rell. om. ui*rus* γ. rell. ui*rum*. uir*us malitiae* intellegendum est ut uirus futile linguae Sil. XI, 559, mentis ibid. IX, 477. acerbitatis suae Cic. Am. 23. proprie: uirus *paludis* Colum. I, 5. odoris Plin. XXVIII, 3. sic hirci, uini, serpentis, scorpionis, uiperae uenenatae.

29. 30. *durus Vindemiator.* [*Vindemiator* non dicitur sed *uindemator,* et ni ita dixeris, uersus non stabit. Hoc autem ipsa re nouimus, quod uiatores saepe cum uindemiatoribus conuiciis agunt, cum transierint et illi respondent, ita ut cuculum eum appellent, quasi pigrum, et laborem dicunt eum subire alienum, sicut cuculus, quia aliena oua fouet, et recitant hoc custodibus eo, quod semper assident. Bene autem perseuerauit in metaphora, quia arbustum pectus eius dixit, modo illum duro comparat uindemiatori.]

29. 30. *durus Vindemiator.* Scilicet *ut.* Bene [autem] perseuerauit in metaphora, quia *arbustum* pectus eius dixit, modo illum *duro* conparat *uidemiatori. Vindemiator* non dicitur .sed *uindemator* (uindemiator?) et ni ita dixeris, uersus non stabit. Hoc autem ipsa re nouimus, quod uiatores saepe (a?) uindemiatoribus conuiciis aguntur, cum transierint, et illis reponunt, ita ut cuculos adpellent, quasi pigros [et laborem dicunt cum subire alienum, sicut cucullus, quia aliena oua fouet], et recitant hoc custodibus, eo quod semper adsidant. Dum enim uindemiatores in sua repulsione perseuerant, cedunt eis uiatores tendentes, quo ibant.

30. *inuictus.* Conparat ergo Rupilium uiatori inuicto.

cui saepe. Persius uiatori.

cessisset. Solent enim uindemiatores cum uiatoribus falsa fatigatione contendere.

magna c. n. cuculum. Cuculus auis est abiecta, quae hoc uitio naturali laborat, ut oua ubi posuerit oblita saepe aliena calefaciat; unde rustici sibi obiciunt, quasi alieni fetus curam sustinentes. Est autem pigra, ut interdum, pigritia ne uolet, fame moriatur.

1) Scholia *durus* — *uindemiatori,* quae in libris uulgo turbata, uitiata et mutila leguntur, ope codicis mei γ ordinaui, constitui, auxi. 9) s. ut γ. supp. ut C. rell. om. autem om. γ. 11) *uindemiator* per synaeresim proferri debet; alioqui uersus non *con*staret C. 13) *saepe* uindemiato*res* va. saepe *cum* Vindemiat*ore* fh. saepe *cum* uindemiat*oribus* Q(G?), qui refert: 'cum uindemia*tor* Fabr. uindemia*toribus* rell.' sepe uindemiatoribus γ. ag*untur* γ. agantur v. ag*ant* G, afh. agunt inculc. Q. *aguntur* recte i. e. exagitantur Caes. B. C. I, 2. Ergo uiatores non *agunt* (? *contendunt* infra) *conuiciis cum* uindemiatoris neque imitando uocem et gestum *hos agunt,* sed agitantur, urgentur (Cic. Acad. IV, 40) eorum conuiciis. Ut duplex ablatiuus uitaretur, proposui *a* uindemiatoribus. 14) re*ponu*nt γ. rectissime. rell. *respondent.* Reponere uerbum sollemne. Iuu. I, 1: Semper egc auditor tantum? Numquamne *reponam?* Cic. ad Diuers. I, 9: Ne tibi ego idem *reponam.* conf. VII, 18. Epist. Cic. ad Brut. 16. Seneca de ira II, 28: iniuriam. conf. Colum. IV, 26. — *et laborem dicunt cum* (sic fh, *e*um Q) — fouet om. γG (Q unc. incl.), va. 16) adsi*dant* γ. recte. rell. a*ss*id*ent*. *adsidant,* scilicet pigri cuculi instar. 18) Comparat — inuicto γ. rell. om. 19) Persi*um* uiatori γ. rell. om. 20) falsa fatigatio*nem* γ. rell. fa. fatigatione. recte. conf. Sidon. E. I, 18: sales fatigationum. Sulp. Seu. Dial. I, 4: erubescens defatigationem meam accepit. Hor. C. III, 7, 14: crimina falsa. Cic. Diuin. II, 11: falsi fictique. — Dum enim — quo ibant γ. rell. om. 22) est om. γ. 24) Est autem *et* pigra *quae* interdum. γ. rell. Est autem pigra, ut interdum. mo*ri*tur γ. rell. mor*ia*tur.

32—34. *Italo p. a.* Romana amaritudine et hoc propter arbustum i. e. adflictus Itala mordacitate.

per m. B. d. te. Iste est, qui Caesarem occidit.

qui reg. c. toll. Aut propter Caesarem dixit hoc, qui est interfectus in senatu a Cassio et Bruto, aut quia originem ducebat a Bruto, qui pepulit de urbe Tarquinios.

PORPHYRION.

Proscripti Regis Rupili pus atq. uen. Hoc in Rupilium Regem Praenestinum, cuius contentionem cum Persio commemorat || Cuius Persi iocum refert || qui quamuis Graecus fuit || [hic Persius] ciuitatem tamen Romanam sumpserat, unde *hybridem* (eum?) adpellat. || P. Rupilius cognomine Rex, Praenestinus, post exilium, in quod dampnatus profugerat, militauit in Africa [Attica] sub Attio Varo. Deinde cum praeturam gereret, proscriptus a triumuiris confugit ad Brutum et inter comites habitus est. Ibi militantem Horatium Flaccum iurgio lacessiuit, propter quod amaritudinem stili poeta in eum strinxit.

hybrida quo pacto sit Persius ultus. Persius Clazomenius fuit; hybridae autem proprie dicuntur canes, qui ex inparibus [parentibus] nati sunt, hoc est, ex uenatico et gregario. Ad hanc similitudinem uidelicet hunc Persius parentes habuisse i. e. Graecum et Romanam aut Romanum et Graecam et ideo *hybridam* adpellatum [opinor].

6) de *ciuitate* tarquinios γ. rell. de urbe Tarquinios.

PORPH. Sermo septimus 2. 10) rup*t*ili M in lem., ru*ti*lium in scholio. rūpili v in lem., ru*ct*ilium in scholio. — prenest M. 11) Publii rupilii regis contentionem cum persio *significat.* qui rex post exilium in quod a proenestinis quibus regnabat dampnatus fuerat militauit in *attica* — lacessiuit propter quod poeta amaritudinem stili in eum *direxit.* Ponit autem persium in sua persona. nam et ipse dictus est persius Bφ. — Scholiorum conglobata in unum est multitudo. 12) *qui* om. fh. — *hic persius.* quod omnes libri tuentur, manifesta interpolatio. ciuitatem *tum* ro*mam* R. 13) hibrid*aem* M. hybri*dem* 2. hibridam R,va. *hy*bridam fh. — Pu*p*lius ru*t*ilius M. 14) in quot. v. — prof*uera*t v. in *attico* M,v. rell. in attica (Attica afh.). adi Weichert. de L. Varii et Cassii Parm. uit. et carm. excurs. I. p. 130: 'Apud utrumque Scholiastam, Cruquianum et Porph., teste Iahnio ad Hor. l. l. p. 257 Spohnius uerissime correxerat *in Africa* pro *in Attica*, et ipsam rem ad P. Attium Varum ducem partium Pompeianarum a. u. c 707 retulerat.' 15) sub att*ico* M. sub a*tt*io A(G?Q). sub accio uaro R,a. sub accio ua*rro* v. 16) *pro*fugit R. 18) in eum poet*am* 2. sti*ll*i M. *strinxit* omn. libri. inproprie dixit: amaritudinem stili (ut gladium *Liu.* IX, 5. ferrum VII, 40. cultrum VII, 5) strinxit *in eum*, ut Ouid. Rem. 377: iambum in hostes. conf. Am. I, 6, 14. *direxit* Bφ. 19) persi*u*us M. 20) parentibus R,vafh. om. M(G?Q). 21) et greg. omn. libri. conf. Acr. 22) Grae*cum* et Roman*um* ideo hybr. fh, om. aut Ro. et Grae*cam* et. va: graecum et ro. (sic) aut romanum (Romanum a) et grae*cum* et ideo hibridam appellatum, opinor. 23) hibridam appellatum, (in lem. *Hy*brida) M. hy*brida* appella*tur* 2. — *opinor* h. l. om. MR. recte, nam pertinet ad lem. scholii subseq.

3. *opinor Omnibus et lippis not. et tons. esse.* Adeo ait diuulgatum esse, quibus modis insectatus sit Persius Rupilium, ut et in tonstrinis haec et in medicinis narrata sint. Fere autem in his officinis otiosi solent considere ac res rumoribus frequentatas fabulis celebrare.

4. *permagna negotia di. hab. Clazomenis.* Asiae ciuitas, ergo *Clazomenis*, ut Athenis.

7. 8. *adeo sermonis amari, Sisennas, Barros ut eq. proc. albis.* Adeo fuit, inquit, in rabie orationis *amarus* Persius, ut Sisennam atque Barrum longe anteiret; sed hoc ipse ita gloriabatur, quasi quadrigis triumphalibus incederet. Videlicet autem Sisennam et Barrum maledicos fuisse dicit.

10. 11. *hoc etenim sunt omnes iure molesti, Quo fortes g. adu.* Eadem pertinacia, inquit, mali homines inter se contendunt, qua bellant uiri fortes.

15. *duo si discordia uerset inertes.* Id est: Si discordia in se incitet inpares, ut Diomeden et Glaucum, cito contentio finietur cedente inferiore et ultro dante aduersario munera.

16. 17. *ut Diomedi cum Lycio Glauco.* *Lycius* natione fuit Glaucus, qui cessit Diomedi arma sua aurea, acceptis a Diomede aereis, quod apud Homerum in Zeta Iliados legitur.

19. *Rupili et Persi par pugnat.* Iocullariter contentionem horum refert, quasi gladiatoriam pugnam.

20. *uti non Conpositum melius cum Bitho Bacchius.* *Bithus* et *Bacchius* gladiatores optimi illis temporibus fuerunt, qui cum multos interemissent, commissi inter se mutuis uulneribus conciderunt. Et cum eodem tempore mulier, quae septem extulerat, nuberet ei, qui uxores septem amiserat, conpositum est epigramma tale (—?).

1) adeo *ut* R. 2) ru*t*ilium M. Adeo diuulg. *est* 2. — *st*ontr*y*nis M. *in* med. M2. rell. om. *in*. 3) occiosi solent consedere v. — consi*derare* MR. fre*quentas* M. per lippos enim significat tabernas medicorum. per tonsores tonstrina. fere *enim* in h. o. otio*sis* solent *re*sidere — celebrare Bφ. 5) Hoc schol. tacite om. Q. 7) sisennas *uaros* M in lem., ua*r*rum in scholio. ua*r*ros in lem., ua*r*um in schol. v. Va*r*os in lem., Va*r*um in schol. a. 8) inqu*id* M. — ua*r*um R2,va. long*o* fh. falso. dicebatur autem *longe* abire, anteire, antecedere, progredi. 9) ip*sae* M. ip*se* R. rell. ip*so*. — ita om. fh. 10) ua*r*rum M,a. u*aru*m R,v. rell. barrum. *dicit* omn. libri. Quod cur Q uncis incluserit, non dixit. 12) pertinacia *ea* inq. vafh. rell. *eadem* pertinac. inq. — pertina*ticia* inqu*id* M. 14) in se M(Q)AR. rell. om. diomede*n* M. rell. diomede*m*. 16) aduer*sio* M. 18) arm*is* su*is* aur*eis* MR. acceptis aurea v. 19) *c*eta *e*liados M. zeta *illu*dos v. 20) per*sili* par pug*na* M. — contention*um* M. horum *si* ref. M. 22) bac*cus* (bis) M. bythus et *bacchus* v (bis). 24) commis*si* M,vafh (com*misi* R). recte. conf. Suet. Cal. 56. Q temere et tacite inculc. commis*sis*. *uulnus committitur* plane alienum sensum habet. conf. Cels. VIII, 1. — Bφ: *Bithus* et ba*tius* gladiatores optimi multis uulneribus *se* conciderunt. 25) nuber*e* M. qui *quatuor* ux. amiserat R. rell. VII (M) siue septem. 26) co*m*positum M (h. l. co*n*p. in lem.) RA2G(Q). com*pert*um vafh. — tale om. fh. In MR nulla lacuna relicta, quae conspicitur in G(Q),va. Illud epigramma ignotum est.

23. *laudat Brutum laud. cohortem.* Cohortem comites dicit Bruti, qui in consilio eius erant. Sic et *Lucil.* ait (rell. inc. lib. 62, Gerl.): *Ut praetoris cohors, ut nostris dixit aruspex.*

26. *canem illum Inuisum agric. sid. uen. ruebat.* Opportune, quoniam laudans Brutum et comites eius soli et stellis salubribus eos conparat. Regem, quem accusat caniculae, hoc est pestilenti sideri conparauerat.

26. 27. *ruebat Flumen ut hib. f. q. rara securis.* Tanto impetu, inquit, eloquium ore [ef]fundebat, quanta ui flumen ex montibus altissimis ruit. Hoc enim significat *fertur quo rara securis.* Nam utique non facile itur in ea loca ad caedendum lignum, quae sint nimis alta atque abrupta.

28—31. *Tum Praenestinus salso multoque flu. Expr. arbusto reg. conuic. durus Vindem. et inuictus.* Urbane ac copiose inquit locuto Persio inuicem Rupilius conuicia regerit non minus ridiculus, quam rustici uindemiatores solent esse in eos uiatores, a quibus per derisum *cuculli* adpellantur. Nam solent leuia rustici circa uiam arbusta uindemiantes a uictoribus *cuculli* appellari, cum illi prouocati tantam uerborum amaritudinem in eos effundunt, ut uiatores illis cedant, contenti tantum eos cucullos iterum atque iterum appellare. Salso ergo *multoque fluenti arbusto* ad uindemiatores arbusti relatione facta dictum esse intellegere debemus, qui scilicet salsi loco aliterque uiatores insectantur in sui ultionem.

32—35. *At Graecus po. est Italo perf. aceto.* Allegoricos. Postquam est, inquit, Persius acrius conuiciis Rupili reus percussus, Persius exclamat: *Per magnos, Brute, deos te Oro, qui reges consueris tollere, cur non Hunc Regem iugulas?* Urbanissimus iocus; nam quia Tarquinius superbus rex Romanorum per Iunium Brutum in exilium actus est et C. Caesar, qui regnum uidetur adfectasse, per Brutos in senatu est occisus, quasi infestum Brutorum nomen esse uidetur iam regibus. Ergo iocans in nomen Regis Rupili ait: O Brute, sequere generis tui gloriam et hunc Rupilium Regem extingue.

2) praetores M. R2G,va. rell. praet*oris*. 3) *et* M. rell. ut. nost*ius* M. 'Nostius (Hostius)' A. no*scit* R. nos*tis* 2,v. nos*tris* afhQ(G?). *au*ruspex M. 4) *op*ort. M. quoniam MRA2. 6) conpara*uerat* MRA (comp. R̄A). recte propter *uenisse.* rell. compa*rat.* Regem — comparauerat om. vafh. 7) inqu*id* M. 8) fundebat M. rell. *eff*undebat. Tunto — securis om. vafh. 9) N*um* utique fh. 10) ced. MR. — s*i*nt M,fh. rell. sunt. atque om. M. 12) inquid M. inquit ac cop. 2. 13) reger*i* M. — uind. *solantes se* in v (perperam ref. Q) afh. sol*entcs* A. rell. solent esse. 14) cucu*llia* a*pp*ell. M. cucu*li* 2,v. rell. culu*lli*. 15) cuc*ulli* M. 16) amar. uerb. 2. — effund*a*nt afh. (effun*da*uit v). rell. effund*u*nt. 17) cucu*ll*os M. 18) *ap*illare M (supra bis *app.*). salso *igitur* R. — mult*um*que R,a. arbus*ta* vfh. 19) relatio*nes* M. — qu*is* scil. M. sals*i* *l*oco MRA2G (non v, ut iterum perperam ref. Q). sals*o* *i*oco Q. qui — ultionem om. vafh. 20) in om. M. 22) inquid M. — per*cusu*s M. *rep*ercussus, om. reus, afh. 23) consuesti afh. consueueris v. 25) exili*us* M. — *gaius* caesar M. 27) brutorum MRA. rell. bruto. — regibus MRA2. regum Q. rell. regnum.

SATIRA I, 8.

ACRON.

1. *Olim truncus eram ficulnus, inut. li.* Priapus loquitur exsecrans uenena Canidiae. Inducit Priapum, qui stat in hortis Esquilinis dicentem, non tam sibi laborandum in uersandis furibus (atque auibus?) quam [ueneficiis perferendis] ueneficis perdendis. Quomodo autem a corylo *colurnus*, ita a fico *ficulnus* [deriuatur] deriuatio est. *Inutile.* Ad nullos usus genitum.

2. *Cum faber, incertus.* Deest *esset.*

4. *Maxima formido.* Deest *factus sum.*

nam fures dextra coercet. Quia fustem tenens figuratur.

obscenoq. ruber porr. ab ing. palus. E ligno uirile membrum factum.

7. *inportunas uolucres.* Quae hortis noceant.

7. *uelatq. nouis consid. in hortis. n. c. h.* *Nouis*, quia semper exercentur noua cultura? an propter recentem dedicationem Maecenatis *nouis* h. e. nuper institutis ac recens satis? aut quia antea sepulcra erant in hoc loco, in quo modo sunt horti Maecenatis, ubi sunt modo thermae Traianae.

ACRON. γ inscript. caret. PRIAPV̄ INDVC̄ LOQVENTĒ DE MALEFICIIS Barc. Hos (sic) satyra ind. loq. de malefic*iis*. Fran. Hac satyra inducit loquentem de malefic*is* priapum F. Hac satira (sat*y*ra H) ind. loq. de male*dictis* P. H. addit: EḠ. VIIII., om. priapum. Hac sat*i*ra ind. loq. de male*ficiis* Bern. B. VERBA S̄T PRIAPI. Ambr. De praro (sic) sati*ro*. uerba sunt eius. μ (7980. saec. XIV. 19 ap. Pottier.). Egloga VIII. de priapo I. rell. Egloga *nona* Q. Egloga (BφD Bern. C) — EGLOCA — VIIII. E etc.

5) exsecr. γ. 7) uulg. lectio librorum omnium inepta est *seruandis.* posui *uersandis*, pet. ex Hor. u. 19, accipiendum tamen alio sensu. conf. Plaut. Bacch. IV, 5. 6. Liu. I, 17. II, 49. Senec. E. 90. Verg. A. VII, 336: odiis uersare domos, et Prop. III, 8, 19. 11, r: uitam. II, 22, 47: illum uersant suspiria. Q: seruandis *eis a* furibus. non male. conf. Bφ: Priapum inducit in hortis qui erant extra portam aesquilinam inducit referentem non tam magnum negotium sibi esse *custodiendis hortis a furibus* atque auibus quam a uene*ficis* qui se in hisdem locis inquietant tam herbas *inibi* colligentes quam *inibi* ipsa maleficia perpetrantes. Loquitur autem ita ipsum simulachrum quasi ipse priapus in concilio deorum causam ageret suam. C habet in scholio suo uerba — '*inducit* r. n. t. m. sibi esse neg. *in* cust. hortis a fu. atq. au. quam uene*ficis*, qui se in eisdem hortis inquietarent.' — uenefic*is* γBφ,C. rell. uenefic*iis*. *in* ueneficiis Q. 8) perferendis (perfe*rr*endis v) omn. libri. recepi *perdendis* coniecturam C. *Hermanni* (Vol. I p. XXVII), me duce olim factam lectis uersibus 19. 20. 21. Dicit quidem Horatius: *has nullo perdere possum Nec prohibere modo*, uoluit autem et dixit sibi in hoc esse laborandum. 9) 'fic*u*' Q. rell. omn. fic*o*, quod seruaui, licet uerum sit fic*u* non solum a *ficus* arbore sed etiam a *ficus* fructu ablatiuum esse. conf. Hor. S. II, 2, 122: duplice fic*u*. — deriuatio est γ. deriua*tur* fh (G?)Q. om. va. inuti*ll*e v. 10) gentium γ. 11) Deest γ. rell. Supple. 13) *coe*rc. γ,fh, ut Ambr. (va. habent comp. c.). co*h*ercet EBφ. Bernn. ABC. Fran. Barc. 14) obscen. γb,v, ut omn. fere uett. codd. Hor. obsc*oe*n. afh. 15) *in*port. BφD Ambr. Fran. Bernn. AC. 16) *con*sid. libri Acr. et Hor. fere omnes. *in*sidere D Sorbonn. 17) an γ. rell. aut. 18) sepul*chra* vfh. 19) *modo* γ,v. rell. nunc. — sunt γ,v. rell. om. thermae om. γ. Trai*an*ae om. a.

Ante enim tanta misericordia tenebantur maiores, ut etiam publica monimenta pauperibus et seruis aedificarent.

8. *huc.* Ad illum locum, in quo Priapus stabat, id est: huc aliquando cadauera portabantur plebeiorum siue seruorum; nam sepulcra publica erant antea, modo Maecenatis horti.

prius. Ante hoc temporis.

angustis eiecta cadau. cellis. Angustis Vilissimis. *Cellis.* Tuguriis.

9. *conseruus.* Pro *conpauper.* Pauperum uel seruorum cadauera hic olim sepeliebantur, nam ideo subdidit *conseruus.*

portanda loc. Quia conserui locabant et sepeliebant alios seruos.

locabat. Conseruus mortui in loculo collocabat.

in arca. In loculo, uel uili sepulcro.

stabat. Statutum erat.

commune sepulcr. Soliti enim erant carnifices in Esquilina uia puteos facere, in quos corpora mittebant.

11. *Pantolabo scurrae.* Pantolabus Mallius uerna trans Tiberim ex ingenuis parentibus natus, qui, quia a multis pecuniam accipiebat, inde *Pantolabus* dictus [est]. Qui, quamuis multis uitiis abundaret, propter scurrilitatem tamen conpluribus erat domestice notus. *Scurrae* dicuntur homines abiecti, uilissimi [et abiecti utpote] et scenici (legionum).

1) mon*i*m. γ. rell. mon*u*m. 3) id est γ. rell. om. h*i*c aliq. v. aedificarent. pauperum etc. G,va. Scholia autem sedem mutarunt. 5) erant publ. γ. Exscribo schol. ex Bφ: *Huc* (ad hos hortos gl.). 'Locus ante aesquilinam portam sepul*ch*ris et *bustis* (conf. Porph.) *communium* erat. Sed primus mecenas considerans salubritatem aeris *inibi* esse fecit ibi hortos illo in loco inter pauperiores proiciebantur illi qui bona sua prodige expenderant et in sepul*ch*ris illorum inscribebatur quot pedes agri illorum habuerint in fronte et insuper quot habuisset possessio illorum. Plerumque etiam singulis litteris notabatur hoc. Monumentum istud heredes non seq*uen*tur (seq*ueren*tur in gl.). Erat autem haec scriptio in aere quod *ciprus* alio nomino appellatur eo quod in cipro habundet.' 6) ante h*ac* temp. γ,v. 7) Separata sunt scholia in γ. Vulgo: Ang. cellis uil. tuguriis. 8) Pro conpauper γ. rell. om. *uel* γ. rell. et. 9) sub*dit* afh. conseru*os* a. conser*uis* fh. 11) Conseruus — collocabat γ. rell. om. 12) ar*ch*a vfh, ut D St. Germ. aliique pauci. — uili γ. (Hor.). rell. 13) *statum* γ. 14) *ex*squil. γ. *exq.* a. *A*esq. fh. ut u. om. BφQ al. schol. om. va. 16) Pant*a*labo — Pant*a*labus fh, ut Ambr. Barc. Bernn. CF. Pan*tabo* Bern. B, c. gl. illi locutori. *Pla*nta labo Bern. A. non Plantalabo (Or.). Pant*a*labo nonnullae edd. saec. XV ut Neap. Mediol. 74 etc. et Aldina. Parr. habent Pant*o*labo. Panto labo EB. Pant*ala*b*o mallius* γ principio scholii. 17) qu*ia* mult. γ, om. praep. a. — *u*nde pant*o*labus γ. 18) *est* om. γ. Q*ui* omn. libri. 19) domest*ice* notus γ. rell. domestic*us et.* domestic*is* Porph. Symmach. E. X, 36: libellus domestice confectus. Vulgo: hom. uil. *et* abiecti. — *utpote senici* fh. *utpote scen.* om. G,vaQ. γ: abi. uil. *et* scen. *legionum.* legionum rell. om. non recepi *legionum* ideo quod *scurrae* tunc opponebantur hominibus militaribus, ut patet ex Plaut. Epid. I, 1, 13: scurra es. Alter seruus respondet: scio te esse quidem hominem militarem. Plaut. Trin. I, 2, 165: *urbani ciues*, quos *scurras* uocant. Plaut. Most. *urbanus scurra*, rus mihi obiectas? Scurrae serius ad cohortem praetoriam pertinebant. Lamprid. in Heliog. 33: occisus per scurras. conf. Eund. in Alex. Seu. 62.

Noment. nepoti. *Nomentanus* prodigus fuit et omnia bona sua comederat; et eleganter his duobus, Pantolabo et Nomentano, apud Aesquilias in publicis ustrinis monumentum dicit fuisse, quia priuatum habere locum non potuerant, omnibus suis absumptis.

11. *nepoti.* Luxurioso.

12. *in fronte.* In latitudinem.

in agrum. In longitudinem. Titulus scriptus erat agri modum ex utroque spatio designans. Ideo cippus erat positus, ne heredes ipsius regionis haberent potestatem auiti siue paterni.

13. *Hic dabat.* Monstrabat lapis fines.

heredes. Nescio quis donauit agrum suum populo ad sepulcra et posuit fines, ut haberet in latitudine mille pedes, in longitudine trecentos. Hoc tamen fecit, ne heredes ei [eius] publicum inuiderent monumentum.

ne sequeretur. Ne (qui?) haberet facultatem petendi spatium illud mille pedum et trecentorum. Item inscriptum erat sepulcro: (H. M. H. N. S. id est, hoc monumentum heredes non sequetur), ne ad heredes pertineret, hoc est, ne corpora aut reliquiae alienae inferrentur.

[*ne sequeretur.* Quia uenditum erat.]

14. *Nunc licet Aesq.* *Aesquiliae* dicuntur locus, in quo antea sepeliebantur extra portam illam, in qua est sessorium.

habitare salubribus. Quia nemo ibi sepelitur. Sublata sunt sepulcra, adsunt ibi horti. Recte dixit *salubres.* Loca [enim] salubria sunt, in quibuns sunt amoenitates. Sensus est hic: Ibi nunc amoenitas aedificiorum grandis est, ubi aliquando albebant ossa miserorum i. e. tristes homines intuebantur hunc agrum aliquando album ex ossibus cadauerum. [Salubribus igitur, quia nemo ibi modo sepelitur; sublata enim sunt sepulcra et modo ibidem horti.]

2) duobus Pant. et Nom. om. γ. 3) dicit om. γ. 4) po*ter*ant vafh. 5) luxurioso γ Ambr. 7) in agrō̄ (1 m. corr.) γ. — scr. erat γ. rell. erat scr. 8) Ideo — paterni om. G(Q),va. — *ips*ius. rell. illius. 10) schol. ex γ: monstra*bam* lap. fines. rell. om. 11) h*ae*r. γb,vafh, ut E. al. her. ut Fran. h. l. et K in C. II, 18, 6 et uet. Vat. Chr. in E. I, 5, 13. Nescio *qui* γ. rell. Nes. q*uis*. 12) ha*beat* γ. haberet (G?)Q rell. ha*beant*. — in long. trec. γ. rell. trec. in long. 13) tam̄ = tamen γ. autem a. rell. ta*ntum*. — inu*i*derent γ,va. rell. inu*a*derent. Nouum lemma posui cum γ. *Ne* habe*ret* γ. Ne *qui* scil. heres? — monumentum, *ne* habe*rent* fh. mon. *nec* haberent G,vaQ. 17) alien*e* infer*re*rentur γ. alienum inferre Cic. Leg. II, 26. *ne sequeretur*. item singulis litteris notabatur. hoc monumentum heredes non seque*ren*tur. C: solebat autem priuatis monumentis praeponi cippus eique inscribi: Hoc monumentum haeredes non sequ*i*tur: uel hi characteres H. M. H. N. S. notari. 18) seque*rentur* fh(G?)Q. schol. om. γ,va. 19) dn̄r̄ = dicuntur γ. di*cun*tur va. rell. di*ci*tur. — an*tea* γ. rell. an*te*. 21) Secutus sum ordinem in γ. Vulgo: Recte dixit salubres. Loca *enim* — cadauerum. 22) enim om. γ. sunt amen. γ. rell. am. sunt. Sensus est hic γ. rell. Sens. hic est. 26) modo om. γ. enim om. γ. 27) et modo ibidem om. γ.

[15. *in apr. sp.* Quia sepulturae sunt mutatae in hortos.]

Aggere. Spatio, uia.

modo. [Paulo ante. In quo] nuper.

tristes. Homines scilicet.

16. *informem.* Squalidum.

17. *furesque feraeque.* Fures propter hortos, ferae propter cadauera mortuorum.

19. *uersant.* Mutant. In aliis *uexant* lego.

20. *has.* Sagas.

21. *simulac.* Mox ut.

uaga. Quia per Zodiacum uagatur; ut *Maro* (A. I, 742): *Hic canit errantem lunam* [*solisque labores*].

protulit os. *Verg.* (A. VIII, 591): *Extulit os sacrum.*

23. *Vidi egomet.* Hic uersus tragice profertur, ut (A. VIII, 691): Vidi egomet duo de numero cum corpore nostro [Prensa manu magna medio resupinus *in antro Frangeret ad Saxum*].

24. *Canidiam.* Pro Gratidia Neapolitana unguentaria, quam semper ut ueneficam carpit Horatius.

25. *cum Sagana maiore.* Quasi sint duae, Sagana et Canidia. Ostendit, etiam fuisse minorem. Aut *maiore* natalibus, aut aetate, aut censu, aut *maiore*, quam fuit ipsa Canidia.

27. *pullam.* Nigram.

diuellere. Dilacerare.

mordicus. Aduerbium a mordendo. A l i t e r: Pro eo, quod est morsibus uelut aduerbialiter locutus, ut *radicitus.*

29. *manes.* Quid sint *manes?* Animae responsa daturae. Ἐπεξήγησις est.

elicerent. Prouocarent.

30. *lanea et effigies erat.* Bis subaudi *effigies,* [ut sit lanea effigies et] cerea etiam.

31. *quae paenis.* Sic steterant, ut cerea laneam coerceret. *Iam peritura modis.* Id est: ita stabat effigies cerea ante laneam quasi passura paenas].

conpesceret. Caederet, consumeret.

1) schol. om. γG(Q),va. 2) spatio, uia γ. rell. om. *Agg. in ap.* in *colle* aperto, et egregiis aedibus ornato. 3) Paulo ante om. γ. In quo nuper γ. rell. om. 4) Homines scilicet γ. rell. om. 5) Squalidum γ. rell. om. 9) Sagas γ. rell. om. 12) solisque lab. (G?Q)va. rell. om. 13) *Ex*tulit libri Acr. et Verg. *Pro*tulit inculc. Q ex Hor. 15) Prensa — saxum om. γ. 19) Quasi sint duae *saga* et canidia γ. rell. om. etiam fu. γ. rell. fu. etiam. 20) censu aut maiore γ. rell. censu aut maio*rem.* 24) Adu. mord., om. a,γ. 26) est γ. effexegesis γ,v. epex. a. ἐπεξήγησις fhQ. 27) *e*uocarent C. 28) subaud. γ. rell. subaudi. ut — et om. γ. 30) coherc. γ,v. Id est — paen*as* γ cum nouo lemmate. rell. coerceret i. e. stabat — paen*am.* 32) co*n*p. cederet cons. γ. co*m*p. caed. *uerberaret,* cons. C. rell. om.

32. *seruilibus.* Grauissimis uerberibus, flagris.

33. *uoc. altera.* Canidia.

34. *Altera Tis.* Sagana.

34. *serpentes atq. uideres.* Ordo est: serpentes atque canes.

inf. c. c. Aut Cerberum dicit, aut Furias.

36. *Ne foret his testis.* Factis scilicet.

post m. l. s. Iaculariter, id est, ne quis ea uideret, latebant post sepulcra.

Mentior at si q. Si quid mentior.

Iulius et fragilis Pediatia. Quidam infames temporis illius. Alii dicunt, poetas fuisse pessimos. *Pediatia* ergo nomen uiri est, sed soluti. Alii perditos, triuiales exponunt. *Fragilis.* Hoc est mollis et fluxus.

furq. Voranus. Istum dicunt furem fuisse iudicem.

40. *alterna loquentes.* Respondentes.

41. *triste et acutum.* Hoc est, metuendum et legubre.

42. *uariae.* Maculosae.

43. *imag. cerea.* Hypermeter uersus, ut (A. X, 116): *Solio tum Iuppiter aureo.*

44. *Largior arseris ignis.* [Sermo iste molestus dicitur ἐπιφερόμενος] κατὰ κοινόν, deest tamen *ut:* quid memorem, ut largior arserit ignis; [deest tamen *ut*].

et ut non testis inultus. Id est: Quid dicam? Quomodo eas ultus sum prae timore, [et] quomodo inultus non recessi, et eas terrui?

46. *displosa.* Rupta percussione; ex*plosum* est eiectum, dis*plosum* est cum impetu eiectum.

47. *pepedi.* Ἀπέπαρδον. ego ficus pepedi, id est, factus e ficu Priapus.

47. *Diffissa nate, ficus.* Sicut ficus diffissa nate.

48. *altum Saganae caliendrum.* [*Caliendrum* dicitur ornatus capitis

2) Canidia γ. rell. om. 3) Sagana γ. rell. om. 4) serpen*tes* γb, ut omn. fere codd. Horatii. serpen*tis* G,va, ut Ambr. Totum schol. om. fh. 10) *peditia* (a supra d) γ, 1 m. corr. pediacia va. Pe*dac*ia fh. 11) ergo om. afh. 12) tri*b*iales γ. — Hoc est γ. rell. autem. mo. *et* fl. γ. rell. mo. fl. mollis *et lubricus* C. 17) *ypema*ter γ. — soli*o* omn. libri. 19) Sermo — ἐπιφερόμενος om. γ. epi*f*eromenos v. Scholion transpositis uerbis *deest tamen ut* sanum factum est: Q: 'Schol. corruptum non habui quo corrigerem. forte sic scr.: dicitur κατὰ κ. 'quid memorem *ante* largior ars. ig.', deest tamen ut. 23) *pro* γ (compend.). et om. γ. s*im* — recesse*rim* — terrue*rim* intulit Q. 26) Scholio *pepedi* nate γ, rell. habent: 'Ἀναφορά i. e. ego ficus, qui e ficu factus sum Priapus diffissa nate pepedi.' ἀπέπαρδον. recte. conf. Anal. Ep. adesp. 276, ut ἔπαρδον. conf. Aristoph. Nub. 9. *ficus.* sicut ficus Ambr. C: ἀπέπαρδον. ego ficus, *hoc est,* ex ficu factus, Priapus pepedi diffissa nate. 28) cali*a*ndrum libri. Porph. et EBφDIP Fran. cali*e*ndrum γb Ambr. multique recentiores codd. Hor. atque vafhC(G?)Q. Per libros ergo non licet in Acrone ueram lectionem cali*a*ndrum ponere. conf. Porph. — Vulg. lectio est Caliendrum — accipiebant. om. γ, qui habet quae seq. *Quidam — capillamentum.*

mulierum, quo ad exornandos crines utuntur, siue suppositus crinis, quem pro naturalibus capillis accipiebant].

altum Saganae caliendrum. Quidam ornatus, quo mulieris ad exornandos crines utuntur capillorum. Aliter: cali*e*ndrum dicitur ornatus capitis mulierum, siue suppositus crinis, quem pro naturalibus capillis accipiebant, crinis supposititius, siue capillamentum.

49. *excidere.* Cecidere nimia [scilicet] senectute.

incantata. Aut nondum cantata, aut ualde cantata.

uincula. Quaedam licia ex diuersis coloribus.

PORPHYRION.

Olim tr. e. f. Priapum positum in hortis, qui erant extra portam Esquiliam, antequam aedificiis quoque locus occuparetur, inducit referentem, non tam magnum negotium sibi esse custodiendis hortis a furibus atque auibus, quae semina consumunt, quam a ueneficis, qui se in iisdem locis inquietent.

inutile lignum. Merito; nam haec materia nullis fabricis idonea est. Adtende nomen a fico deriuatum *ficulnus*, non, ut uulgo, *ficulneus.*

7. *uetatque nouis considere in hortis.* Ideo dixit, quod cum Esquilina regio prius sepulcris et bustis uacaret, primus Maecenas [ad] salubritatem aeris ibi esse passus hortos constituit. Potest *nouis hortis* accipi pro recens satis. Maxime enim aues prohibendae ex hortis sunt, ne semina in terram missa colligant.

11. *Pantolabo scurrae Nomentanoque nepoti Mille pod. in fro.* et reliqua. Urbanissime dicitur. Haec regio namque publicas ustrinas habebat. Quare eleganter Pantolabo et Nomentano, qui bona sua comederant, [publica] lata monimenta praestare nunc dicitur, scilicet quia priuato habere non

7) Cecidere nim. sen., om. scilicet γ. rell. om. *Cecidere.* 8) nondum γ,C. rell. non. — cantata om. C. 9) ex γ,vafhC. om. (G?)Q tacite.

PORPH. ECLOGA VIII. M. Sermo octauus 2.

13) *ante* portam 2. *ex*qui*liam* M. (G?Q). *ex*quili*nam* R2,vafh. 14) quoque om. afh. *e*dif. M. — ind*icat* 2. uenefic*is* MRABφG(Q),a. uenefic*iis* vfh. conf. Acr. 15) negotium (negocium a) omn. libri praeter fh. 16) consum*a*nt intulit Q. qu*ae* se afh, sc. ueneficae, qualis Canidia. rell. qui. — hisdem M more suo. *ii*sdem R,vafh. *e*isdem 2,(G?Q). 18) haec om. 2. fa*b*ris 2. 19) fico libri. fic*us* MR. rell. ficulneus. 20) *in*sidere M,v. ortum ex *in* hortis. om. fh. rell. *con*sidere. — es*q*. M. h. l. *ae*sq. R2,fh. *ex*q. va. 21) ad om. MR2,v. recte. *ob* a. 22) esse passus MR2. esse *ritus* v. rell. om. *Maxime* enim aues proh. M, om. tum. Max. enim au. *tum.* R2,v (G?)Q. 23) *ortis* MR. — semina in terr*a* missa RA. semina inte*rmissa* M. in *terram* missa v(G?)Q. in terram missa om. afh. 26) pu*p*licas M. 27) Pant*a*labo fh. panthol. 2,v. Nomentano*que* vafh. codd. *et* nomentano. 28) lata MRA2. rell. publica. (infra *priuata.*) mon*i*m. MR. rell. monum. — *non* dicitur M. scilicet MRG(Q),v. om. afh.

poterant. Solet autem priuatis monimentis inscribi, quot pedes in fronte, quot in agris habeant. Item singularibus plerumque litteris notari solet [H. M. H. N. S.]: hoc monimentum heredes non sequetur, uidelicet ne qui ius habeat inferendi ibi reliquias [aliorum] mortuorum. Fuit autem Manlius uerna trans Tiberim ingenuis parentibus natus, qui, quia a multis pecuniam mutuam erogabat, Pantolabos est cognominatus. Sed quamuis aliquot uitiis teneretur, tamen propter scurrilitatem conpluribus erat domesticus et notus. Cassii autem Nomentani huius, quem nepotem propter prodigam uitam appellauit, saepe meminit.

14. *Nunc licet Esquil. habitare salubribus.* Scilicet quia promotae longius ustrinae salubres factae sunt Esquiliae.

16. *Albis informem spect. oss. agr.* Manifestissima ἔκλειψις; *spectabant* enim 'non utique alii quam homines' intellegendum.

21. 22. *simulac uaga Luna.* Bene *uaga,* sicut *Vergilius* (A. I, 742): *errantem Lunam.*

23. *Vidi egomet nigra succ. unn. palla Canidiam.* Et alibi (Epod. III, 8) dictum est, Gratidiam nomine fuisse Neapolitanam unguentariam, quam Canidiam hic appellat et ut ueneficam carpit maxime in Epodo carmine (V).

25. *cum Sagana maiore uelut.* Memini, me legere apud *Helenium Acronem, Saganam* nomine fuisse Horatii temporibus, libertam Pompei

1) quo*d* M. in *agris* R(G?Q),va. in ag*ros* M (Halm.). in agr*o* fh et (teste Q) pr. m. M. in *angulis* 2. 2) plerumque om. afh. pl*ae*rumq. v. — literae H. M. H. N. S. om. MR. 3) seq*uen*tur MA2G (1 m. ad marg.). conf. Bφ ad Acr. seque*re*tur R. sequ*i*tur fh. h. m. h. s. (sic) Ven. h. m. h. n. s. Asc. Legendum autem est: hoc monimentum heredem non seq*ue*tur, ut posui, cum perse atque ex ipso Horatio pateat, *monimentum* non accusatiuum esse sed nominatiuum. conf. Plin. IX, 35: hoc tamen aeternae possessionis est: *sequitur heredem.* Cato ap. Prisc. 4: eius *heredem* sacra *non secuntur.* Aliter locum intellexit Q, qui propter auctoritatem iodicum recepit se*quentur*, ita ergo ut *heredes sequantur monimentum,* quod quid significet, non adsequimur. ne *quius* habe*at* M. ne *quis* habe*at* R. ne *quisuis* habeat 2. ne *quisui*s habe*ant* v. ne *pro suis* habe*ant* afh. 4) inferen*di sibi* reliqu*iis* mortuorum M. inferen*dis* ibi reliquiis RA. inferen*di* relliqu*ias* 2. inferend*i* (reliq*uis* v) reliqu*iis* al. mu. vfh. inferen*dis* reliquiis *a.* omisi cum M *aliorum* uocem minime necessariam. — aliorum *mult*orum fh. 5) Mālius R,va. m*a*lius M. Ma*ll*ius fh (G?)Q — quia multis vafh. rell quia a multis. 6) *ro*gabat vafh. *erog.* MRA2G(Q). 7) pr. scurr. MR. rell. om. cum pluribus MG(Q), *com*pluribus 2,vafh. *multis* R. domestic*is notus* MR2G. domestic*us et* notus Q. domestic*us.* Horatius autem Cassii vafh (Horaticus autem Cas*ii* v), om. *et no*tus. 8) Cassi M. *cuiusque* nep. M. *hu*ius*que* nep. R. rell. huius *quem.* 9) prodig*u*am M. 10) quia promotae MA2G(Q). qu*i* promo*te* R. Quia quae ante afh, om. Scilicet s. quia *preāte* v. 11) *o*strine R. — *es*quiliis in lem. esqui*liae* M. *ex*qui*liae* R (*ex*qui*liis* in lem.) 12) en λιψεις M (sic). ἔκλειψις fh. om. R. eclipsis va. conf. Quintil. VIII, 6. spectabant enim om. fh. 14) simulac om. fh. 16) Canidiam lem. in fh. 18) et *et* uen. carpit *ut* max. M. 20) hele*nem* c*r*onem M. hele*num cr*onem R,va. Helen*ium* Ac*ro*nem A2,fh. Praenomen Helen*ius* (K. Harl. 2725 saec. X) rarius est quam *Helenus* in codd. ad uitam II (Q. Hor. Fl. libertino patre natus etc.),

senatoris, qui a triumuiris proscriptus est. Sed cum dicat *maiorem*, apparet, aut sororem hanc habuisse minorem se aut fuisse et aliam Saganam illis temporibus minorem hac, uel aetate, uel natalibus, uel censu.

27. *pullam diuellere mordicus agnam Coeperunt.* Haec uidelicet iam ad maleficia ueneficarum pertinent. *Pullam* autem nigram accipere debemus, ut et *Vergilius* ait (G. III, 389): [*Reice*] *ne maculis infuscet uellera pullis Nascentum.*

29. *ut inde Manes elicerent animas, respo. daturas.* Mire dictum est *manes animas* h. e. quae animae manes sunt, ut si diceret: *manes mortuorum.*

30. *Lanea et effig. er. alt. cerea.* Ordo est: Lanea effigies erat, (et?) altera cerea.

31. *maior Lanea, q. p. conpesceret inf.* Sic figuratas dicit fuisse has duas effigies, ut lanea supplicium de cerea sumere uideretur.

35. *Serpentes atq. uid. Infernas er. canes.* Sic fere instruit, Horatius, ut coniunctiones non suo loco ponat, et est ordo: Serpentes uideres errare atque infernas canes. Sic et paulo supra (u. 30.) dictum est: *Lanea et effigies erat altera cerea.*

39. *Iulius et fragilis Pediatia furque Voranus.* Pediatius eques Romanus, honesto patrimonio consumpto, etiam castitatem oris amiserat et indulgentia parentum mollis euaserat, ut omnem libidinem cum uoluptate pateretur; propter quod eum Horatius feminino nomine *Pediatiam*, non *Pediatium* appellauit. Ob eandem causam et *fragilem* dixit, id est, mollem. *Voranus* autem Q. Lutatii Catuli libertus omni loco, omni tempore furacissimus fuisse dicitur. De quo etiam illud traditur, cum deprehensus a

ubi tamen plurimi habent Helenus *et* Acron, ut MγBD Harl. 2724. Flor. Laur. 1 Barc. Vat. 1589. Helen*ius et* Acron legitur in Harl. 2725. Accuratius de hac re suo loco. Sa*gam* M. rell. sag*anam.* fu. nom. vafh. Pom*pei* MA2. pompe*ii* R,v. Pō. a. Pomp*onii* fh. Pomp*oni* (G?)Q.

1) proscr. est M. rell. est proscr. 2) fuisse aliam, om. et 2. 5) ue*l*efic*i*arum M. — pertine*nt* M2. pertin*ere* R. rell. pertinent ueneficarum. Q tacite inc. perti*net.* 6) Reice om. MG. Reice ne om. R. Re*ii*ce v (perperam ref. Q) afh. — infusc*ent* afh. rell. infuscet, ut libri Verg. et Seru. et Non. (Ribbeck). locus iam supra Epod. XVI, 46. Breuius lem. *ut inde manes* afh. mani*bus elicerent* animas MR2G in lem. et in schloio: man*ibus* animas. hunc errorem in nullo cod. Hor. offendi. Ed. Ven. habet ma*nes* in lem. et ma*nas* in scholio, non ma*nibus* bis, ut ref. Q. 9) animae ma*nent* R. — *ut* MR2G(Q),va. acfh. 11) *caera* R. Interposui *et* ex Hor., particulam propter quam Ordo positus est. hinc 2: altera, *altera* cerea. 13) figura*ta* M. fu. dicit R. 15) instr*uit* M2(G?Q),v instr*uxit* R. ins*er*uit A. *instituit* Hor. *coniu. ut* afh. 19) Pe*dac*ius R. 20) patr. consumpto etiam *consumpti* castitat*e moris* M. cons. *et* cast. vafh. rell. *etiam.* Ed. Ven. non habet *etiam*, ut ref. Q. — cast. *corp*oris* vafh. cast. oris RA2(G?Q). 21) moll*ius* fh. 22) eum om. vafh. — fem. *genere* vafh. rell. nomine. 23) appell. M. — dix. *et* moll. vafh. rell. id est. *ut* moll. Ritter. 24) quinti lutati M(G?)Q. Luta*tii* A. Luc*t*atii 2,vafh. Voran*ius* autem Quinti*lii Tatii* R.

nu(m)mulario esset, cuius de mensa nu(m)mos subtractos in calceos sibi infarciuerat: quidam iocans in eum '*Belle,* inquit, *si* (sic?) *te nu(m)mularius ille ex*c(h)*alciauerat,* cum adspiratione secundae syllabae, ut simul et χαλκόν, id est, aes et ablatum ei excalcia[men]to obiceret.

43. *et imagine cerea Largior arserit.* Ὑπέρμετρος uersus, ut est ille *Homericus* (Od. IX, 347): Κύκλωψ τῆ πίε οἶνον ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα Κρέα, et *Vergilius* (Aen. X, 116): *Hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo,* et alibi (A. VII, 160): *Iamque iter emensi turris ac tecta Latinorum.*

48. *Canidiae dentes, altum Saganae caliandrum Excidere.* Iocatur in has, quasi altera dentibus adpositis ubi solita sit, altera, quod galba (calua) fuerit, *caliandrum,* hoc est, *galericulum* (galerum?) habere consuesset. *Caliandri* meminit et *Varro* in eo libro, qui inscribitur *Virgula diuina* dicens (ed. Bip. 1788 Vol. I. p. 315. n. 2 et Varronis Satt. Menipp. 1844. frag. 10. p. 234): *Ego nunc postulem Agamemnona meum: tantis coturnis accepit Critonia caliandrum.*

1) nu*mm.* MR(G?Q),afh. nu*m*ul. 2,v. 2) infarciuerat v(G?Q). in*f*arc*ie*rat R. *insar*ciuerat M,afh. uox non Latina. — *si* omn. libri. scribe *sic.* exc*a*lciaue*rat* MR ex*ch*alciaue*rat* 2(G?Q),v. exchalce*a*ue*rit* a. exchalc*ia*ue*rit* Fabr. (fh), non excha — liauerit, ut ref. Q. 3) *ad*spir. M. secundae MR(G?Q). sapae (sic) v. rell. *primae* syllabae simul*ue* chalcona. 4) *ch*alc*h*on M. chalcon 2,va. Χαλκὸν fhQ. spat. uac. in R. — aes *ei* abl. MR (*e*s) 2. aes *et* abl. *ei* A. rell. om. *et.* aes ablatum ex calc*i*amento a (calceam.) fh et Q qui refert: '*calciato* codd.' habent autem *excal*ciat MRA (*ei* excal.) 2. *et ei* abl. *excalchamen*to. *excalciato* recte. conf. Suet. Vesp. 8. Martial. XII, 89, 6 et Senec. E. 8. 5) yn ePMeIPOC M (sic). ὑπέρμετρος G. hypermetros 2. in R. spat. uac. hypermetrus vafh. ill*e* Homericus MR(G?Q)fh. illud homericum 2,bva. — Sic uersus ille legitur in A et G(Q), qui om. φάγες. in R2 spat. uac.; in vafh est uersus ex Il. III, 237: Κάστορα θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. θ' om. afh. *Vt* Virg. vafh. rell. et V. *tum* MRA2(G?Q) et libri Verg. (Ribbeck.). *c*um vafh. 8) et alibi — Latinorum om. 2. Dicendum autem est, hoc schol. apud Q perperam Acroni esse adsignatum. 9) cali*a*ndrum AR2, ut EBφDIP. In cod. Sorb. 1 m. corr. mut. e in a. cal*e*andrum M, ut v, in lem., *gali*andrum in scholio, atque *calia*ndrum in loco Varronis, ut v ter in scholio. A Graeco uocabulo καλία i. e. nidus caliandrum factum uidetur, quocum conf. glossam in Bern. C: *rota* capitis mulieris. 10) as M. rell. has. — adpo. M. galba R. recte. haec enim lectio, per se satis tuta, stabilitur etiam locis Petron. 66. Cato R. R. 8 et Plin. XV, 22, ubi de galbis s. caluis i. e. nucibus caluis (Praenestinis illis) sermo est. *gap*pa M (Halm, g*u*ppa Q). *ga*ba G. *ca*ba 2. *glabra* Heindorf (Q). 11) galeri*cum* MR2,v. galeri*culum* afhQ. Cum galericum u. nusquam alibi occurrat, *galerum* proposui, quod galeae uel pileo (pileo uel galero Suet. Ner. 26) non solum flaminis dialis (Varr. ap. Gell. X, 15) et pontificum (Apul. apol. p. 288. Elmenh.), Mercurii (Stat. Th. I, 305) et gladiatorum (Iuu. VIII, 208) capitis tegumentum atque ornamentum erat, sed etiam mulierum, ut Messalinae, teste Iuu. VI, 120. consu*essel* MR2,a. consuescet v. consue*uerit* inculc. Q. 14) postu*lem* MAR2. edd. postulo. tantis coturnis M. rell. (et Oehler.) ta. co*th*urnis. semper fere uett. codd. habent co*tu*rn. C. II, 1, 12. S. I, 5, 64. A. P. 80. 280. recc. codd. et edd. co*thu*rn. (κόθορνος Her. VI, 125). tan*tus* cothur*nus* accipit Crito*na* caliendrum. ed. Bip. l. l. — accepit M. rell. accipit. crito*nia* codd., Critona edd. Pro Critonia actrice Alex. Riese, Vir doctus ac futurus Varronis editor, in literis ad me datis proposuit Κριτωνίας, actor ergo personam Agamemnonis ferens.

49. *atque incant. lacertis Vincula c. mag. risuque io. uid. Videres* uerbum reuocandum ad id, quod dixerat, *excidere;* sic enim coniungendum: *excidere uideres.*

SATIRA I, 9.

ACRON.

Ibam forte Via Sacra. De Epagomeno dicit. Refert se cuiusdam ignoti [diuturna] garrulitate fatigatum.

nescio quid medit. nugarum. [*Nugarum*] uersuum. Satis uerecunde uersus (suos?) more Satiricorum *nugas* dixit, quia Satirici solent etiam sese carpere.

in illis. Nugis.

3. *Adcurrit Quidam, notus mi. nom. tantum.* Cuius nihil aliud noueram quam nomen, [Epagomenus dictus].

4. *quid agis, dulcissime, rerum?* Deest *ait.* Ordo: Quid *rerum* agis? Aut: mihi tu dulcissime?

5. *Suauiter.* Id est: suauiter ago, sicut modo et tibi cupio bene euenire.

ut nunc est. Ut tempus permittit.

et cupio o. q. uis. [Suauiter] Proueniant [tibi] et ex animo [cupio] — [*quae uis.*] *Cupio.* Te uiuere ex sententia tua. || Id est: suauiter ago, ut tempus modo permittit, et tibi cupio bene euenire. ||

1) Videris uer*bis* MR. Totum schol. in vafh sic se habet: *Atque herbas.* Verbum reuocandum, excidere uideres. 2) id om. R.

ACRON. REFERT MOLESTIAM GARRVLI γPb Ambr. Bern. B: II addit EGLOGA X. — — *QV*ARVLI Fran. (Broukh. QVA*RR*VLI Toll.). EGLOGA X: Bφ̣κλ. EGLOGA X. E. Egloga decima J. Satyra X. W (Par. 8223). Sermo IX. St. Germ. De quodam garrulo egloga VIIII. I. *Fert* molestiam garruli F.

8) Ibam forte omn. libri Acr. et Hor. — Refert — fatigatum om. G,va. diuturnam om. γ. 10) nugarum *et* totus Bern. F. Nugarum alt. om. γ. 11) conf. Martial. IX, 1, 5 et Catull. I, 4. Interposuerim *suos*, reiciens coniecturam: q. Sat. solent *uiam saepe* carpere i. e. Viam Sacram, '*sicut meus est mos.*' 13) Nugis γ. rell. om. 14) *Ad*currit Bφ̣. *Ac*currit γEFIR Sorb. Barc. Ambr. Bern. ABC. recte: propere insequens. alius intellectus u. 61: Aristius *oc*currit. *oc*currit vaQ (G?). fhC om. in lem. h. u. In rece. codd. ut Par. 19 (7980) 2 m. mut. *a* in *o*. 15) *quam* γ. rell. *nisi praeter* C. — Epag. di. om. γ(G?Q),vaC. *Arreptaque manu* quid ag. du. rerum vaQ(G?). rell. om. Arr. ma. *Ar*epta Ambr. Bern. F. 16) agis *aut* mihi tu dulc. γ. rell. agis mihi dulcissime? a: quid rerum agis, *ait* mihi, dulcissime. *ait* v sine interpu. rell. om. *ait*, quod praeced. in scholio. 18) Suauiter — euenire γ. rell. om. h. l. 21) Sua*uiter*. suauiter proueniant *et* ex animo, om. cupio. γ. pro altero *suauiter* scripserim *Aliter*. Rell. habent: Proueniant tibi, ex animo *cupio.* Haec extrema uox lemma est scholii subsequentis, quod in rell. sic se habet: *quae uis.* Cupio te — tua. 22) Id est — euenire h. l. om. γ.

6. *cum adsectaretur: num quid uis? occ.* Praeuenio illum dicens hoc sermone: num quid aliud uis, num quid tibi necessarium [est]?

At ille: Noris nos. Id est: hoc uolo, ut scias nos, quia docti sumus; [id est] non sumus indigni, quos scias.

7. *Hic.* Tunc.

pluris Hoc, inquam, mihi eris. Magis honorandus. *Hoc* i. e. hac re, ideo tibi honorem habeo, quia doctus es.

cum sudor. Cum ex taedio et molestia illius flueret sudor.

11. *o te, Bolane, cerebri Felicem.* Cum sudarem molestiis [prae angustia], dicebam apud me, felicem esse Bolanum oxycholum, qui possit eum uerbis asperioribus remouere. Quare autem [ait] *felicem* dixit oxycholum? Quia non patiebatur molestiam; quia solebat prae iracundia in faciem quemuis reprehendere et libere dicere, quid sentiret. *cerebri.* Putabam te sani cerebri. || Dicit, secum felicem esse Bolanum, qui, postposita uerecundia, ira excerebratus nulli parcebat. ||

14. *misere.* Valde ut *Ter.* in Heaut. (I, 2, 16 (190) Fl.) *eam misere amat.*

15. *uideo.* Intellego.

sed nil agis. Non recedis a me.

usque tenebo. Toto die te tenebo.

16. *Persequar.* Ubique te sequar.

Hinc. Postquam hoc dixit.

Nil opus est te Circumagi. Id est: aio illi: non opus est tibi, [te] huc atque illuc circumduci.

17. *Circumagi.* Circumueniri, decipi, falli, inludi.

18. *cubat.* Aegrotat, languet, iacet.

1) *ad*sectaretur bEBφFI. *as*sent γHPR Genou. Ambr. asse*n*taretur D et St. Germ. in quo 1 m. posuit c supra n. *sect*aretur (G?Q)va (s.). *Cum adsect.* om. fh. — di. hoc serm. γ. hoc serm. di. fh. hoc serm. om. G(Q)va. 2) numquid *aliquid* γ,mv. — est om. γ. 3) hoc om. G(Q),mva. — qu*ia* γ. rell. *qui.* id est om. γ. 5) Tunc γ. rell. om. Magis hon. om. G,va. 6) Vulgo: hac re, quia doctus es, ideo ti. hon. — habeo, quia doctus es γ. 9) molestiis γ,va. rell. om. prae angust. om. γ,va. 10) *u*olanum γ. rell. *b*olanum, ut *u*arros pro *b*arros supra S. I, 7, 8. inferius *b*olan. bis. 11) ὀξύχολον fh(G?)Q. oxy*co*lum v. rell. oxycholum, Latina forma, ut oxymorus, oxyporus, oxygarum, oxymeli al. 11) a superioribus γ. rell. asperioribus. 12) qu*ia* γ. rell. q*ui.* fac*ie* γ. 13) Put. te sa. cerebri γ. rell. om. 14) Dicit — parcebat γ. rell. om. Seriorem huius scholii originem probat uerbum *excerebratus*, quo usus est Tertull. adv. Marcion. III, 11. 19) recedis γ. rell. reced*es*. 21) Ubique te sequar γ. rell. om. 22) Postq. h. dixit γ. rell. om. 23) Vulgo: non est opus te h. a. i. c. non o. e. *tibi* γ. — te *mecum* huc — C. 25) co*n*ueni*ri* dec. fa. illudi γ. *Con*ueni*ri* non potest defendi sermone iuris consultorum *lege conueniri* Paul. in Pand. X, 2, 18, neque satisfacere conueni*re*, ut sit *conuenire et conloqui* Ter. Eun. III, 2, 14. Rectius C: *Circum*ueniri d. f. illudi. conf. Iustin. XXVII, 1: dolo circumuenire. Ter. Hec. prol. II, 46: ne eum circumuentum inique iniqui irrideant. Rell. om. hoc scholion.

19. [*nil hab. q. agam.* Garrulus.]

et non sum piger. Id est: possum multum ambulare.

usque seq. te. Id est: diu te sequar.

[20. *demitto auriculas.* Lassi enim asini uel equi aures deponere soliti sunt.]

21. *subiit.* inponitur.

22. *Si bene me noui.* Id est: si bene fretus sum [con]scientia mea, intellego, quia magis mihi defers quam illis.

non Viscum pluris amicum. *Viscus* disertus illius temporis homo. || Nomen proprium poetae. || *Nonnulli* dicunt poetam amicum Horatii. Est autem sensus: Non Viscum amicum pluris facies h. e. qui amicus tibi est, potiorem duces.

23. *non Varium fa.* *Varius* poeta amicus Vergilii, Horatii etiam [amicus].

nam quis me scrib. plures. Mire sic garrulum ostendit molestum.

24. 25. *qui membra mouere Mollius.* Cum gestu scilicet pronuntiationis. Id est: quis cum gestu corporis potest pronuntiare quemadmodum ego?

25. *inuideat, quod.* Ita pronuntio, quod [ut] Hermogenes mihi cantor inuideat. *Hermogenes.* [Tigellius]. De quo supra (S. I. 3, 129. 4, 72): *Io Bacche.*

26. *interpellandi lo. hic erat.* Respondendi illi locus iste erat. *erat.* Scilicet mihi.

27. *quis te saluo est opus?* Id est: [in] quibus necessaria salus tua est.

haud mihi quisquam. [Garrulus]. Id est: Neminem habeo.

28. *Omnes conposui.* In urnis omnes sepeliui.

felices. Sunt illi mortui, quia te caruerunt.

nunc ego resto. Ut me occidas.

24. *ut Chio nota si conmixta Falerni est. Chio.* Scilicet uino. Pro *uino* dixit *amphora.* Genera uini optimi, uini *Chii* et *Falerni.* Chium [enim] dulce est, Falernum austerum; ergo mixtum iucundum fit. [Vel] Aliter. Subiectio est, id est, sed suauis fit sermo coniunctus ex Latino et Graeco, quemadmodum si miscueris Falernum uinum cum Chio. Sed conparatio haec non congruit; nam uinum Chium mixtum cum Falerno facit suauitatem, quia Chium dulce est, austerum Falernum; Graeca uero cum Latinis mixta dissimilitudine naturae carent suauitate. *Nota* [autem] ideo, quia aut uina notantur in lagenis, aut consules.

25. *Cum uersus facias. Te ipsum percontor.* A simili argumentum facit. Te, inquit, qui Lucilium defendis, consulo: utrum tunc tantum Latinis Graeca permisceas, cum uersus facias, an et quando durissimam causam Petillii de furto Capitolino aduersus Pedium Publicolam siue aduersus Messalam Coruinum peroras? Hi autem ita a Graecis abhorruerunt, ut Messala primus *Funambuli* nomen intulerit, et post eum *Terentius* (Hec. prol. (II, 26. 34 Fl.): *Funambuli eodem accessit exspectatio.* Aliter: Id est: quando suauis est sermo Graecus coniunctus Latino? Cum uersum facis, an etiam, cum reum defendis Petillium? Petillium hunc dixit superius (S. I, 4, 94) coronam rapuisse de Capitolio; qui, quamuis absolutus est, tamen duram causam habuit; nam ab Augusto absolutus est. *Petilli* autem genitiuus est. Pedius Publicola et Messala Coruinus oratores fuerunt, qui obseruauerint, ne Graecis sermonibus uterentur. Erant autem fratres causidici optimi.

28. *exsudet.* Cum sudore agat omni studio, omni instantia.

29. *patriis intermiscere petita Patriis.* Latinis. *petita.* Sumpta, id est, Graeca. Ordo [est]: te ipsum percontor, an patriis intermiscere [malis].

1) cōp. γ. 2) Chio. s. uino — *anf*ora γ. rell. om. 3) *uini* alterum om. (G?)Q. chi*o* et γ. enim om. γ. 4) at γ. rell. V*el.* 5) suaui*us* γ. 8) auster*um* γ. rell. auster*ius.* 9) naturae om. G. — autem om. γ. *quia* γ. rell. quod. 10) lag*uo*enis γ. rell. lagenis (λάγηνος. λάγυνος). Hoc uocabulum ter obuium in Hor. (S. II, 8, 41. 81 et E. II, 2, 134) scribitur in codd. lagena et lag*ae*na, lag*o*na et lag*oe*na, la*cae*na et lacena. 11) per*con*tor in lemm. γ,fh. om. mva. pauciores codd. Hor., ut Barc. Bern. B per*cunc*tor. 13) *an et* qu. γ,(G?Q),va. *aut* qu. fh. dur. caus. γ. rell. caus. dur. 15) h*ii* autem ita γ. rell. Ita autem hi. — a*bor*r. γ. 18) qu*an*do γ. rell. quomodo. conf. schol. praecedens. 19) *cum* etiam fh. — pet*il*ium — peti*li* γG,afh: Peti*ll*ium — peti*ll*i mvQ. 23) obseruauer*i*nt γ. rell. obseruauer*u*nt. 25) *ex*udet γ,mvafh, ut Ambr. Bernn. ABCD (exud*at*) F. *exsu*det G, ut Barc. EBφ. al. ag*it* γ. — *instantia* γ,mvafh. recte conf. Plin. E. III, 5. V, 8 etc. Q (ex G?) tacite inculc. *industria.* 26) Latinis γ. rell. om. sumpta i. graeca γ. rell. om. Scholia *Ordo* — *sermone* Q tacite Porphyrioni adsignauit. *est* om. omn. libri. Q inculc. tacite. 27) per*cu*ntor γ. h. l. per*cunc*tor afh. conf. lemma superius. per*con*tor mv. 28) *malis* om. libri. Q tacite ex Hor. addidit.

foris. Foris petita, id est, Graeca.

30. *Canusini more bilinguis.* || *Canusini* enim cum sint Latinae gentis et a Diomede Graeci[t]atis partem traxerint, [et] per ipsius regionis tractum Graeca lingua in usu fuit: unde ea pars Italiae *Graecia magna* dicta est. || Aut quia *Canusium* oppidum constat ex Graecis et Italis [Latinis], *Quidam* istum Pitholeontem Canusinum fuisse dicunt, aut pro quocumque Canusino dicit. [Aliter: De Pitholeonte dicit]; nam [et] iste de Canusio fuit. Dicit autem *bilinguem*, quia et Graeci et Latini apud Canusium habitabant, et (hodie?) utuntur utroque sermone.

31. *Atque ego cum Graecos facerem.* Cum facere uellem, ut (B. VI, 3): *Cum canerem reges et proelia.*

natus mare citra. In mediterranea regione et a Graecia longe positus.

33. *Post mediam noctem.* Tunc enim digestior animus uera somniat, iam quando petuitis caruimus. Unde *uetuit*, non *uetauit*, quamquam possumus etiam [hoc] sic dicere.

34. *In siluam non ligna feras ins. ac si Magn. Graec. malis inpl. cat.* Ac per hoc inter Graecos auctores, qui plurimi sint, [uelis] inseri.

35. *Malis inplere cateruas.* Quia Graeci multi sunt poetae.

36. *Turgidus.* Inflatus.

36. *Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona. Alpinus* hic Memnonis bella descripsit et, quia male, ideo ait: *iugulat,* quasi malis carminibus ipsum *Memnona* necat. [Vel] *Alpinus.* || *Bibaculum* quendam poetam Gallum

1) foris pe. i. gracca γ. rell. om. 2) gen*tis* γ,mva. recte. conf. eiusdem gentis Cic. Off. I, 17. suae gentis Liu. IV, 49. Tirynthia gens Fabius Sil. VII, 35. et ablatiuus Spartana gente Melampus Ouid. M. III, 208. gen*tes* fhQ(G?). *et* γmva. rell. om. Notandum est, uett. edd. mv post *et a diomede* (diomed*ae* v) abiecisse uerba *Graecitatis — dicta est,* spatio uacuo iis relicto. Ed. Asc. autem habet: cum sint gentis Latinae, et quia a Diomede conditi, graecae. *Atque e. c.* (u. 31). 3) tra*hant* γ. posui traxer*int.* traxer*unt* fh. *ips*ius γ. *ist*ius fhQ(G?). Scholion *Canusini enim — dicta est* γG,mva postposuerunt duobus sequentibus. Q interpol. iudicat. alterum *et* delendum censeo. 5) *Italis* posui pro lect. uulg. *Latinis* cum γ, quia 1. m. habet latinis suprasc. italis. 7) di*c*it γ. rell. di*x*it. Aliter — dicit om. γ, qui pergit: Nam iste, om. et (mvafhQ — G? —). quod omnino superfluum est. 9) habi*tabant* et (scil. iam nunc) utuntur utroque sermone. rell. habi*tant,* alio intellectu. conf. breuius scholion Bφ: *Canusini.* Canusini enim utraque lingua usi sunt i. graeca et latina unde et *bilingues* dicuntur. 10) Atq*ue* omn. libri. Atq*ui* pauci codd. Hor., ut Bern. BCD. — loc. Verg. iam supra C. I, 21, 2. IV, 15, 1. 14) iam quando γ. rell. qu. iam. — car*ui*mus. rell. car*e*mus. — quam qu. poss. γ. rell. quamq. h. e. possumus dicere. 15) etiam *sic* γ. *hoc etiam* vafh. rell. etiam *hoc.* 17) auctores γ,mva. *au*tores fh. *scriptores* sua sponte inculc. tacite Q. s*i*nt γ. rell. s*u*nt. — inseri γ. rell. *misceri.* latina uelis misc. va. uelis om. γ,m. recte. Lemma *In — feras* amplificaui. 18) *hinc* fh. 19) *agit* γ, ut supra. 22) nec*at* omn. libri. recte. iugu*lat* — nec*at.* Q suo arbitrio inculc. nec*et.* quasi h. l. non est *ac si. Vel* lect. Vulg. om. γ, qui habet *Alpinus.* Vial*ū*. Viua*lium* mvafh. *riualem* C. *Bibaculum* Bentl. (Q) conf. Acr. ad S. II, 5, 41, ubi recentior lectio (afhQ) est *Bibaculus,* ueteres autem libri γG et mv habent *uiuaculus.* utrum hic *Furius Viuaculus* s. Bibaculus (conf. *Varrus* —

tangit. || *Iugulat* ergo dixit, aut nos audientes descriptionem Rheni, aut ipsum Memnona occidit describendo.

36. 37. *dumque Def. Rheni luteum caput.* Id est: et facit eius fontem paene sordidum [ac], lutulentum, ita describens[. *Iugulat*], ut (B. VI, 62): *musco circumdat amarae Corticis.*

defingit. [Male format i. e.] describit.

luteum. Male canendo *luteum.* Non quia *luteum caput* habet Rhenus, sed quod *luteum facit* ipse describendo male. *Luteum* et ad naturam fluminis rettulit, quoniam semper est turbidus [turbidum est], et ad opus [uitium] poetae.

haec ego ludo. Ludo. Describo. *Ludo* ait, quoniam uerecunde poetae uersus suos ludos adpellant.

*Barrus supra) noster poeta sit, nunc uix quaestio esse potest. Verisimile enim est, Horatium hunc sui obtrectatorem pluries carpsisse propter ineptas istius metaphoras, sicuti l. l. *hibernas Alpes* uocauit *canam* (Iouis) *spumam* (sputum Heind.). conf. Gell. XVIII, 11 et Quintil. Inst. Or. VIII, 6, 17, qui tamen nomen auctoris non dixit. Quod factum est a Plinio praef. I, 22: Nostri crassiores Antiquitatem, Exemplorum Artiumque libros scripserunt, ut qui *Bibaculus erat et uocabatur.* Hoc testimonium grauissimum mecum habebis. conf. Harduin. et Is. Voss. ad Catull. p. 32. atque Bentl. ad S. II, 5, 41. Quo loco quidem non *bibax* uocatus est sed edax: *pingui tentus omaso* (conf. E. I, 15, 34). Hoc non moramur ideo, quod *cognomen familiae Furiorum* fuisse uidetur *Bibaculus*, ut patet ex Hieron. in Chron. Euseb. Olymp. CLXIX, 2: M. Furius cognomine *Bibaculus*, Cremonae nascitur. Hic praenomen Furii est *Marcus*, ut in Val. Max. I, 19. Liuius contra XXII, 49 *Lucium* eum adpellat. De hoc rhetore et poeta conf. insuper Quintil. X, 1, 96 et Sueton. Gramm. IV, 9. 11. Et Weichert. in reliq. 13 seqq. audiendus est.

2) *memnona* (mennona Barc. Bernn. AC). Id est describit *quemadmodum sit ungulatus* memnon, rex aethiopiae Bφ. — Insana et plane absurda lectio uulg. *describendo* et facit eum *fortem* a uiris doctis omnino neglecta est. Interposui lemma *dumque* — *caput* et scripsi *eius fontem. fontem* petiui ex C: *luteum caput.* lutosum, quasi ipsum *Rheni fontem* limpidum, describendo faciat sordidum et lutulentum ut (Verg. B. VI, 62): *musco circundat amarae corticis.* Q: describendo et facit eum *fortem* paene sordidum *et* luculentum (err. typ.) ita describens. fh: descr. et f. e. *fortem* poene sord. *ac* lut. ita descr. a: d. et f. e. *fort. pene* sord. *et* l. i. des. v: d. e. f. e. *fort.* pene sordidum. Lutulentum ita des. — γ: descr. et facit eum *e fontem* paene sordidum (om. *ac*) lut. ita describens. 4) ut — Corticis γ. conf. C ad *luteum caput* et Acr. ad C. II, 1, 17. Seru. B. IX, 19. Priscian. 583. P. 6) *Defingit* γ aliique pauci Parr. aut pure, ut I N S. 18. 20. Bernn. BD. Ambr. Barc. Harll. γηικ, aut corr., ut Par. M, in quo man. glossatoris *e* in *i* mutauit. D*eff*ingit Par. P. Bern. A. V in apparatu Vanderb. et Fran., in quo tamen lit. D erasa est, unde prodit optima lectio *Effingit.* quippe sollemne uerbum et poetarum (Lucan. V, 713. Verg. A. VI, 32. X, 640) et in pedestri oratione Plin. E. I, 2. IV, 28 etc. R. R. 54 et 121 ac *diffingere*, quod Horatius alio intellectu adhibuit C. I, 35, 39. et III, 29, 47 pro *male fingere. Diffingit* (Orellius: codd. aliquot Pottieri et t) omnes edd. Acronis habent atque plurimi iique uetustissimi codices Horatii, ut Regin. Magdall. duo, Parr. E gl. describet, D gl. describit, F gl. imitatus est, et, ut alios hic mittam, Bφ cum glossa *figurat i. describit*, quae explicatio magis ad *effingit* uel *depingit* quam ad *diffingit*, quadrare uidetur. — Male format i. e. om. γ. 7) Male canendo luteum gl. ex γ. rell. om. 9) est turbidus γ. rell. turbid*um* est. — ad *opus* γ. rell. ad *uitium.* po*test* γ. 11) lu*dos* γ. recte, quasi ioci *seriis* oppositi (S. I, 1, 27: amoto quaeramus seria ludo. A. poet. 226). Notus est *Naeuii* ludus (liber) Cic. Sen. 6. rell. lu*sus.* Hoc uocabulo semel tantum Hor. usus est in illo uersu S. I, 6, 126: lu*sum*que trigonem.

38. *Quae neque in aede sonent.* *In aede* Apollinis, ubi solent docere poetae. In Museo, in Athenaeo. Id est ea scribo, quae neque recitantur in Athenaeo, neque sint agenda in theatro.

certantia, iudice Tarpa. || Quasi ad certaminis prouocationem uenientia. *Tarpa* quidam criticus illis temporibus fuit et magister ludi [et] auditor adsiduus poetarum, qui uersus eorum pueris traderet decantandos. || Veteres [autem] ludi magistri in aedibus sacris docebant, quorum maximus Tarpa erat; *iudice* ergo ait eo, quod pueri uersus sonantes sub eo iudice essent. Vel in aede Musarum ait, quo solebant poetae conuenire et dicta sua multis audientibus recitare captantes laudem ex uersibus, et ideo Tarpam iudicem uoluit, uel quod Tarpa probare consueuisset, quae ad scenam deferenda essent. Per hoc illud ait: dicta mea alienum iudicium non exspectant, nec comoedias scribo, quae saepius spectatae apud populum uilescant[, sed mihi satisfacio].

40. *arguta.* Callida.

41. *comis.* Suauis.

garrire. Scribere, nugari, ut de se ait: *ludo.*

libellos. Comoedias.

42. *Unus uiuorum, Fundani.* *Fundani* uocatiuus est casus. Inter omnes uiuos tu bene scribis comoedias. Ostendit, illis temporibus optimum comoediographum *Fundanium* fuisse. || *Fundanius* quidam fuit temporibus Horatii optimus scriptor fabularum. ||

42. 43. *Pollio regum facta canit.* *Facta.* Hoc est, tragoediam. Pollio tragoediam scripsit trimetro, quia trimetri dicuntur uersus tragoediarum [esse].

pede percusso. Id est: trimetro iambico, quoniam tres caesuras habet.

percusso. Dimenso.

1) gl. in γ: Apollinis — peetae γ. rell. om. — Ex lem. iteraui *In aede.* mus*i*o fh (ex γ nitul adnotaui). in musaeo Ath. a. in museo Ath. Q(G?). De Museo (μουσείῳ) Romano conf. Suet. Claud. 42. Spartian. Hadr. 20. De Athenaeo Aurel. Vict. de Caes. 14. 4) certan*te* Q (err. typ.). Verba *Quasi* — *decantandos* γ inferius posuit, om. G(Q),mva, post *theatro*, ut mva, pergens: Veteres magistri ludi (v: m. l.) etc. Q: 'Ceterum ne quae restant quidem omnia genuina sunt; fort. includenda erant omnia usque ad *in aede musarum.*' 5) quidam *rusticus* il. t. fuit *set* mag. ludi auditor γ. conf. C: Metius Tarpa fuit *iudex criticus*, auditor assiduus *Poematum et* Poetarum in aede Apollinis seu Musarum et q. seq. In Bφ nullum schol. ad h. l. 7) Vet. *autem* ludi magistri fh. 11) sce*na* γ. 14) sed m. satisf. om. γ. 17) ludo om. fh. 18) Comoedias γ. rell. om. 19) *Fundani* -- casus γ. rell. om. 20) Ostendere fh. 21) fund. fuisse γ. rell. fuisse fund. Fundanius — fabulurum γ. rell. om. 23) *Facta.* Hoc est trag. γ. rell. om. 24) scri*bit* γ. — uers. trag. γ. rell. trag. uers. *uersus esse* om. mvaQ. 27) habet *dimenso* || i. magno impetu uersus expressos γ. rell. om. *dimenso* habet autem *demer*so m. *dimer*so v. Q habet lemma *pede t. d.* C: *pede ter percusso.* id est, *ter dimenso.* nam Tragoedia *trimetris uersibus* fere texitur. Bφ: *pede ter perc.* i. trimetris uersibus.

forte. Validum, id est: fortis ipse Pollio. *Epos* pro *epodos.* Epos autem dictum, quod unum uersum maiorem habet, alterum minorem. *Forte epos* [autem] i. e. magno impetu expressos uersus.

44. *Ut nemo Varius ducit. molle atque facetum.* Varius delicatum uersum conponit, i. e. nemo ut Varius dulciter canit.

molle atq. facetum Verg. adn. gaudentes rure Camenae [Hic plena;] nam *molle atque facetum Vergilio annuerunt rure Camenae* i. e. Vergilio concesserunt Musae Georgica scribere; [*annuerant Musae,*] nam nihil ioculare in Georgicis scripsit. Apparet, illo tempore Vergilium [sola] adhuc tantum] Bucolica et Georgica scripta habuisse. *rure.* propter Georgica.

46. *Hoc erat, experto frustra Varrone Atacino. Hoc.* Satira. Ordo est inferioribus. Hoc erat, quod ego melius possem scribere i. e. satiram, quam Varro Atacinus et alii multi [qui] conati sunt scribere. Varro quidem temptauit satiram scribere et scripsit male, et ideo non edidit.

inuentore. Lucilio.

minor. Sed caeteris maior.

detrahere. Auferre.

48. *neque ego illi detrahere ausim.* Rursus Lucilium sibi praefert, quia ille inuentor satirae fuit.

50. *at dixi flu. h. lutulent. Dixi quidem,* (I, 4), illum *fluere lentum,* sed habere multa laudanda. Glossa: *lutulentum.* supra cum flueret lutulentus.

51. *age.* Interrogatiue.

Plura quidem toll. relinquendis. Quae plura essent quam ea, quae relinquerentur. *relinquendis.* (Non) Contempnendis, imitandis.

53. *si mutat.* Emendat (ut reprehendat), corrigit, uituperat, inuertit.

53. *nil comis.* Id est: elegans ipse Lucilius nonne uituperat quaedam

1) Validum — Pollio γ. rell. om. — epicum carmen *ualidum,* et grauiter seu magno spiritu pronunciandum, est enim longum C. *forte.* ualidum Ambr. — et forte et molle et facetum. *E*epos (sic γ) pro epodos. Epos *autem* dictum γ,mva et forte — epodos om. rell. 3) autem om. γ,mva supra, ubi hoc schol. notauimus. 4) Ex scholio patet, uerba *molle atque facetum* ad Varium non ad Vergilium esse relata. Varius — componit γ,mva. rell. om. 5) *dulciter* γ,mva. rell. grauiter. 6) Lemma *molle atque facetum* amplificaui. 8) annuerant Musae om. γ. — ioculare γ,mva. rell. iocula*riter.* 10) tantum om. γ,mv. adhuc Buc. et Georg. *tantum* scr. hab. a. conf. C. sola inculc. Q. — propter Georgica γ. rell. om. 11) Satira γ. rell. om. 13) qui om. γ,mv. 14) male γ. rell. om. ideo om. γ. Totum schol. Varro — edidit om. G(Q),mva. 15) Lucilio γ. rell. om. 16) *minor.* Sed ceteris maior γ. rell. om. 17) auferre γ. rell. om. 18) Rurs*us* γ. rell. Rurs*um.* 19) satirae γ. rell. om. 20) *At* dixi γ et omn. libri Acronis. Pauci hab. *Et* dixi, aut pure, ut E, aut a 1 m. corr., ut B. — Dixi q. ill. flu. lut. γ. rell. Dixi lut. q. fluere. 21) supra c. fl. lutulentus γ. rell. om. 23) Interrogatiue γ. rell. om. 24) Contempn. imit. γ. rell. om. C: *tollenda* i. laudanda, *non* contemnenda, sed imitatione digna. 25) Emendat — inuertit γ. i. emendat, *reprehendit,* corrigit, uituperat C. Scholia Non ridet — compositos ex γ. rell. om.

in *Accio* et [de]ridet Ennium quasi non habentem grauitatem, sed ita ut eos fateatur meliores [esse]?

54. *Non ridet.* Lucilius scilicet.

grauitate minores. Minus graues quam oportebat.

55. *maiore.* Id est: non tamquam maior sit his, quos reprehendit.

Acci. Hic apud Latinos primus tragoediam scripsit.

55. *Cum de se loquitur.* Id est: quando de se loquitur, non sic dicit, quasi melior sit illis poetis, quos ipse reprehendit.

56. *Quid uetat.* Quid uetat, ut ego, cum legam Lucilium, quaeram, utrum natura sua negauerit ei compositos uersus facere an natura rerum, de quibus scripsit? Aliter: Quid prohibet quaerere, utrum ingenio [an] ac natura duros uersus fecerit, an operis necessitate?

dura. Hoc est: Operis satirici dispositio.

euntis. Mire, quia pedibus currunt uersiculi. *Euntes* dicuntur: quasi leniter fluunt, qui non sunt asperi.

57. *num illius.* Pro *utrum* posuit. *num rerum.* Iterum *num* pro *an* dicit.

58. *magis.* Melius.

factos. Hoc est, perfectiores, conpositos.

59. *Ac si quis pedibus.* Si quis inuenitur, qui contentus est qualescumque uersus facere, dummodo plures faciat, concedo politum esse Lucilium, qui asper fuit.

pedibus quid claudere senis. Aliquid finire, concludere senis, quod fecit Lucilius.

60. *Hoc tantum contentus.* Scilicet ut concludat, quod possit scribere. *Scripsisse.* Pro *scribere.*

62. 63. *Etrusci Quale fuit Cassi.* [Parmensis, quia de Parma ciuitate

1) ac*t*io G,mv. Accio afh. A*tt*io CQ. — ridet γ. (Hor.) rell. deridet. *h*ennium γ. 6) *Accii* E (1 m. corr. Acci) BφD. ac*ci* γ,afh, ut Bernn. BD Fran. Ambr. Babington ad *Acci* neque ex codd. Oxonn. neque ex Harll. uar. lectt. notauit. (A*tti* G?Q). 12) duros uers. fe. γ. rell. duriores fe. uersus. *an natura* ciciendum uid. Q, sed ex Hor. et Porph. indctum est. *ac* posui pro *rerum natura an* natura i. e. *naturae ratio*, quae, ut Cicero Leg. I, 6 ait, iubet ea, quae facienda sunt prohibetque contraria. Sic ingenium et natura secum coniungi possunt. C: Quid prohibet me q., num illius *natura.* an magis earum *rerum*, *quas scripsit*, *difficultas*, negaret ei uersus molliores? 13) Hoc est γ. rell. om. 14) eun*tis* γ, ut Ambr. Bern. C al. — uersiculi γ. rell. om. 15) flu*u*nt γ,v. rell. flu*a*nt. 20) *Ac* mv, ut plurimi uett. codd. Hor., aut pure, ut E Fran. etc., aut corr. 2 m., ut B. *AD* DI Genou. Bernn. DF. *Et* γ Ambr. 21) pol*o*tum (sic) γ. 23) Aliquid — Lucilius γ. rell. om. qu*id* fecit lucilius γ. 25) Scilicet — scribere γ. rell. om. 27) *Et*rusci codd. *He*tr. afh. — *qui* (G?Q). erat, Hetruriae fh. *fuit* G,mva. Quia de prima ciuitate fuit mv. Quia de Parma fuit a. Hetruriae om. G,mva.

erat, Hetruriae]. *Etrusci,* quia prima Etruriae ciuitas est. *Cassius* uero *Parmensis* fuit, qui multos scribebat uersus. Cuius post mortem decreuit senatus, ut libri eius cum corpore eius incenderentur, quia nullius momenti erant.

rapido f. a. Cassium malum poetam rapido amni, qui multa purgamenta secum trahit, conparat, qui multos uersus in paruo momento [con]scripserat nullius utilitatis; ideo mortuus postea cum libris combustus [est].

63. *capsis.* In quibus scilicet poemata sua habebat.

64. *Ambustum.* Arsisse.

65. *fuerit limatior.* Fuerit politior, emendatior quam rudis, et quam turba fuerit poetarum antiquior.

66. *rudis et Graecis intact. carm. auctor.* Qui primus satiram Graecis uersibus hexametris scribendo etiam Graecorum auctor huius operis est, id est: et quamuis Graeca carmina Lucilius primus admiscuerit, quod superius (u. 20—24) deprehendit. *Graecis intacti.* Id est, a Graecis intacti. *int. carminis.* Id est, satirae, quia Graeci non scripserunt fabulam integram, hoc est, heroico metro, sed miscuerunt cum comoediis — || [Antea enim soli Comici mores suorum carpebant apud Graecos.] — Quia dicuntur Graeci satiram non puram scripsisse. ||

68. *Si foret hoc nostrum (fato dilapsus in aeuum).* Si hoc tempore

1) Etrusci — erant γ. rell. om. Conf. de Cassio Parmensi infra E. I, 4. 3. Caesaris interfector erat Val. Max. I, 7. 7. Vell. Pat. II, 87, 3, ipse interfectus a Q. Va*ro*, non a Va*rio* poeta. Ut Varus et Varius inter se confundebantur, sic cum Cassio *Etrusco* et Cassio *Parmensi* in scholiis est. conf. Weicherti librum de Lucii Varii et Cassii Parmensis uita et carminibus p. 219. et Welckeri Die griechischen Tragödien p. 1403 seqq. 5) Cassium om. γ. — amni *comparat* qui m. p. s. trahit γ, om. qui multos uersus in paruo momento [con]scripserat nullius utilitatis; ideo mortuus postea cum libris combustus [est] fuit. mva. 6) *con*scripserat Q. 7) ideo post mortem decreuit senatus, ut libri cum corpore incenderentur. C: *exureren*tur. — est Q. 8) *capsis* — habebat γ. rell. om. 9) Ambustum *ar*isse (sic) γ. rell. om. 10) Vulgo: *Limatior.* Politior, emendatior i. quamuis - reprehendit, schol. ad. u. *auctor* u. 66. — quam rudis (Hor.) — antiquior γ. rell. om. γ duo habet scholia: a) *limatior.* fuerit limatior quam rudis et q. t. f. p. antiquior. b) *limatior.* politior emendatior i. limatus quam rudis. 12) q*ui* γ,v rell. qu*ia.* satyram Graecis *intactam* uers. afhQ(G?) intactam om. γ,mv. 13) *e*xametris γ,v. — huius *temporis* v. *et* γ. rell. om. 15) *de*prehendit γ. recte pro animaduertit. conf. Cic. Flacc. 16: res magnas saepe in minimis rebus. rell. *re*prehendit (repr*ae*h. v). — Id est a grecis intacti γ. rell. om. C. 16) Id est satirae γ. rell. om. id est. 17) *metro* γ. rell. carmine. — Antea — Graecos om. γ. 18) Quia — scripsisse om. G (Q unc. incl.), mva. 20) *dilapsus* γb, ut omn. fere uett. codd. EBφDFHIPR Genou. Ambr. Fran. Regin. Magd. 6 Harll. Bernn. ACD etc. Vera lectio, reiecta inde a saec. XV, quia difficilior uidebatur. Ut Cic. Off. I, 29 in turpitudinem *di*labamur (conf. Cic. Am. 21. Phil. XIII, 5) uerbum expulsum, sic nostro loco mutatum est in *de*lapsum Parr. MI Harl. k = 2734 saec. XV. Pulm. Ald., aut in *dila*tus Magd.^{2} Harl. 4 (St. Iacob. saec. XII). St. German. etc. (Lambin. i. e. reseruatus), uel *de*latus, lectiones faciles satisque bonae, ualida tamen auctoritate carentes. Edd. Acronis breuius habent lemma *Si fo. n. h.* atque uett. interpretes uerbo nullam praebent explicationem singularem, id quod nullius mo-

natus fuisset Lucilius, multa sibi detraheret, multa adderet, ut se aptaret auribus audientium, quia modo student homines uersuum lenitati[; per hoc ait illum incuriose scripsisse].

69. *Detereret.* [Detraheret]. Auferret de poemate suo aliquid Lucilius. *reciderel omne q. u. Perfectum traheretur.* Id est, omne quod redundaret, et non necessaria depressisset de opere suo, id est, ea quae abundarent.

Perfectum traheretur. Plus perfecto quam perfectioni esset superfluum.

71. *Saepe caput scaberet.* Scalperet, fricaret, id est: habuisset diligentiam scribendi, ut eos uersus faceret, quos putaret legentibus placere.

uiuos et roderet ungues. Viuos. Carni adhaerentes, integros. Fricaret quaerendo, quod bene diceretur; saepe enim hoc faciunt, qui uolunt inuenire, quae placeant. *roderet.* Ita enim faciunt, qui diligentius cogitant. Per hoc ait, illum incuriose scripsisse. Hinc *Persius* (I, 106): *Nec pluteum caedit, nec demorsos sapit ungues.*

72. *saepe stilum uertas.* Ut deleas et emendes. Si uis scribere ea, quae mereantur legi, saepe stilum fac uertas, ut adhibeas lituram male scriptis. Fac saepe uertas stilum, ut scribas ea, quae scripta legi mereantur.

72. 73. *iterum quae digna l. s. Scripturus. Iterum* ad *scripturus* rettulit.

neque te ut mir. tu. labores Contentus paucis lectoribus. Id est: noli laborare, ut multis placeas, sed paucis, et doctis esto contentus[, quasi melioribus].

75. *Vilibus.* Apud librarios. [Ut etiam librarii dictent carmina tua]. *in ludis.* In scholis.

An tua demens — malis. An *malis* placere pluribus quam melioribus, ut etiam librarii dictent carmina tua.

menti nec contra *dilapsus* repugnat. Dilabi enim nihil h. l. est nisi ab uno tempore in aliud (serius) transponi, transferri i. e. deferri. Sic delatus, ut dilatus, ex glossa natum est.

1) gl. γ: Si fuisset natus temporibus nostris. — se aptaret γ. rell. h. l. apt. se. lenita*te* v. per hoc — scripsisse om. γ. 4) Detraheret man. 2. rec. in γ adscripsit: pro detraheret. om. G(Q),mva. glossa est ex scholio extracta ac serius adspersa. Auferet — Lucilius γ. rell. om. Lemma *recid. omne* amplificaui. Scholion plenius *Id est* — abundarent ex γ. Vulg. lectio: Id est amputaret omne quod amputaret. om. G,mva. 8) Perfectum — superfluum γ. rell. om. 10) Scalperet — scribendi γ. rell. om. 12) ungu*is* Ambr. ut Pith. ad Med. 74. ungu*es* γ,fh. rell om. lem. et schol. usque ad u. *Persius.* Viuos — integros γC. rell. om. 14) roderet — Hinc γ. rell. om. 16) ungu*is* G(Q), ut M Porph. 17) schol. om. G,mva, qui habent: ungues *Cont. pauc. lectoribus.* Noli etc. Ad *Saepe stilum* γ habet: *deest fit*, et 18) post *male scriptis* haec: fac sepe uertas stilum ut scribas ea quae *scripta* legi mereantur. rell. om. 21) *iterum* — rettulit γ. rell. om. 23) quasi meliorib. om. γ. 25) Apud librarios γ. rell. om. 26) In scholis γ rell. om. 27) An — tua γ. rell. om. Ut — tua, om. lem. *Vilibus* G,mva. dic*ent* γ.

76. *Non ego.* Id est: Non ego magis uolo pluribus placere quam bonis.

equit. m. pl. Romanum scilicet [,sapientem et doctum uirum], hoc est sapientem uirum.

77. *explosa Arbuscula.* *Arbuscula* quaedam mima fuit, quae cum sibilo uulgi eiceretur e theatro, placeret autem paucis equitibus, dixit: Contenta sum his prudentibus, quamuis pauci uideantur esse fautores. || Aliter: *Arbuscula* quaedam mima fuit, quae placebat bonis potius quam plurimis malis; haec aliquando explosa uel pulsa a populo dixit: hoc equitum Romanorum plausu contenta sum; consolabatur autem se his uerbis, quae leguntur. ||

explosa. Inprobata, eiecta.

78. *Men. moueat.* Iniuriose.

cimex. Sordidus, [uilis], abiectus, putidus.

Pantilius. Nomen poetae.

Vellicet. Laceret.

79. *Demetrius.* Quem supra (u. 18) ait simium.

82. *Valgius.* Et Valgius. figura ἀναστροφή.

83. *Fuscus.* Aristius.

83. *Viscorum laudet uterque.* *Visci* duo fratres fuerunt, optimi poetae; Alii criticos dicunt [fuisse]. Aliter: Hi fratres fuerunt. Pater eorum Vibius Viscus, quamuis et diuitiis et amicitia Augusti [clarus] usus esset, in equestri tamen ordine perdurauit, cum filios suos senatores fecisset.

85. *fratre.* Publicola.

84. *Ambitione relegata.* Remota gratificatione. *relegata.* Repudiata.

[*te dicere p.* Dicere possum, quod iam studeo tibi placere: i. e. sine adsentatione hoc dico: Volo, ut placeant tibi mea carmina, o Pollio. Ac si diceret: Ab his me uolo magis probari quam a superioribus.]

1) Id est γ. rell. om. — pluribus plac. γ. rell. plac. pluribus. 3) sap. et do. uirum om. γ. hoc est sap. uirum γ. rell. om. 6) *a* theat. γ. — con*tempta* γ, infra con*ten*ta. contenta sum om. mva. 7) esse *astutio*res mva. 8) plur. *malis.* γ. rell. om. malis. uel pulsa γ. rell. om. 9) hoc. *equit.* γ. 12) Improb. eiecta γ. rell. om. 13) Iniuriose γ. rell. om. conf. C. 14) *cimex* γ. in rasura, ut D *cu*mex, suprascr. *ci*mex. uilis om. γ. C: iniuriose *cimex* id est, sord., *foetidus*, put., uictus schol. om. G,mva. 15) Nomen poetae γ. rell. om. C: no*m*en est uilis Poetae et maleolentis. 16) Laceret γ. Ambr. supp. laceret. 17) Demetr. — simium γ. rell. om. 18) Valgius anastrophe γ. rell. om. 19) *Fuscus.* Aristius γ. rell. om. 20) optime — fuisse om. G,mva. Alii crit. dicunt. γ. rell. *Al. di. criticos fuisse. fuisse* om. γ. Aliter. *Hi fratres fuerunt* γ. rell. om. C: Visci duo fr. fu. opt. Poetae, *et iudices critici, quorum* pater Vib. etc. 22) *usus* γ. rell. clarus. *usus* melius, quam si, utrumque seruaturus, scriberes: et diuitiis *clarus* et am. Aug. *usus.* 23) per*man*sit C. 25) relegata omn. libri Acr. rel*i*gata Ambr. 26) Scholia ad u. 84—86, in edd. aliquantum turbata, ope codicis γ. constitui. Vulg. lectio: Repudiata ut remota grat. id est sine assent. h. dico. Volo ut et t. pl. po. m. o Pollio. Ac si diceret — superioribus. Q: '*Repudiata* — *Pollio* recte om. G Med.'

84. 85. *te dicere possum, Pollio.* Id est: sine adsentatione hoc dico: uolo, ut et tibi placeant poemata mea, o Pollio: *Possum dicere,* quod etiam tibi studeo placere.

85. *te, Messala t. c. f.. simulque Vos.* Ac si diceret: ab his me uolo magis probari quam a superioribus.

86. *simul his.* Pro eo, quod et *cum his.*

te candide Furni. Hic historiarum elegantia claruit.

88. *Prudens praetereo.* Quia omnes enumerare non possum, ne multorum enumeratio sit [fastidiosa] taediosa.

quibus h. s. q. Adridere uelim. Ordo: Quibus, qualiacumque sint, haec uelim, ut adrideant. *adridere.* Placere, probari. *Qualiacumque.* Poemata.

89. *doliturus si plac.* Volo, his quoque placere carmina mea, quibus si minus placuerint quam spero, doliturus sum. *si placeant.* Si minus quam opinor, placuerint.

89. 90. *spe Deterius nostra.* Pro eo, quod est minus, quam fert spes nostra.

90. *Demetri teque Tigelli.* Hi modulatores fuerunt et puellas docuerunt [ingenuas] per modos.

91. *Discipularum inter iub. plor. cathedras.* Vituperat eos poetas, qui discipulas habuerunt. *Discipularum.* In schola mimarum, id est, ingenuarum, quia hoc tempore maximum eorum studium fuit adfectandi lyricam disciplinam. Vult [autem] Horatius, ex tempore uenisse in mentem sibi hos uersus, dicendo: *I, puer,* et hos uersus adde libello meo.

91. *plorare.* Malum cantare carmen.

[92. *I, puer.* Videtur hoc carmen σχέδιον esse i. e. ad tempus inuentum, non aliqua ordinatione conpositum dicendo: *I puer* et reliqua, quasi superiores uersus dixisset ex tempore.

7) Furn*ii* Ambr. ut Bφ: seru*ii* RBφ cum glossa *uocatiuus.* bibul*i* γEBφ (uocatiuus) Ambr. etc. C: Furnius hist. *fide et* eleg. claruit. 8) Quia γ,afh. qu*are* mv. qu*oniam* tacite inculc. Q. enumera*re* non poss*um* γ. me mult. enum. sit *te*diosa γ. Licet *res* etiam *fastidiosa* dicatur (Plin. E. VI, 17) atque *taediosus* uox minus usitata sit (Firmic. I, 3), auctoritatem uet. codicis in Acrone pendendam ratum mihi est. 10) Schol. mva. 11) *ut* omn. libri. uncis incl. Q. — *arrid.* pl. probari γ. uelim arridere i. probari, placere C. Poemata γ rell. om. 12) Schol. om. mva. — carm. mea γ. rell. mea. 13) Lemma *doliturus* amplificaui. — placue*runt* fh. — *si plac.* — placuerint γ. rell. om. 15) *spe — nostra.* γ. rell. om. 16) et pu. doc. γ. rell. et doc. pu. ingenuas om. γ. pertinet ad schol. seq. 18) Lemma *Discipularum* amplificaui et h. u. iteraui. Vituperat — habuerunt γ. rell. om. Vitup. eos poetas, qui pro discipulis habuerunt in scholis minarum coetum et histrionum C. 19) in *s*cola minarum γ, ut u. 6 Bφ *in scholio* (non in lemm.) laberi mi*n*os et ad marg. LABERI MINOS. rell. om. conf. C. discipularum i. e. ingenuarum om. mva. 22) adposui uerba uersus extremi: *I puer* etc. ad quem scholion spectat. 23) *plorare* — carmen γ. rell. om. 24) Hoc schol. om. γ. — *scedio̅* v. schedion a. σχέδιον fhQ(G?). 25) I puer — tempore om. m. I puer et reliqua va, quae sic exeunt, quasi — tempore om. G,mva. HORATII FLACCI LIB̅. I. EXP̅. γ.

PORPHYRION.

Nempe inc. d. p. c. uersus. Respondet iis, a quibus inculpatus erat, quod Lucilii uersus dampnasset in ea satira (4.), quam supra habuit, quae sic incipit: *Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae*; nam dixerat ibi (u. 8. 9.): *durus conponere uersus. Nam fuit hoc uitiosus.* Nunc autem dicit, non se poetam inprobasse sed uersus eius, quos non suo uitio duros sed saeculi fecit.

2—4. *At idem quod sale multo Urbem defricuit, cha. laud. eadem. Salem* pro urbanitate posuit. Sed *sales* in hac significatione pluraliter solent dici; uerum quia *defricuit* dicturus erat, necesse habuit, quasi de uerbo [uere id *sal* faceret] loqui, et ideo singulari numero dixit. Scimus autem, Lucilium urbanis salibus multos Romanorum carpsisse.

5. 6. *nam sic Et Laberi Mimos.* Negat, [Lucilii uersus] magnopere mirandos esse, quamuis iocis et amaritudine abundantes sint, reuera humiles et in uerbis et in conceptionibus et in materia.

7. *Ergo non satis est, risu didu. rict. Aud.* Non satis est, inquit, tantum modo loqui, ut qui audiat, rideat, quamuis non negauerim, esse et in hoc nonnullam uirtutem.

9. *Est breuitate opus, ut curr. sent. neu se.* Breuitate orationis utendum esse ait, ut cito sententia finiatur, ne defatigetur auditor. Eloquentiae enim uirtus non tantum in eo est, ut pauca copiose, sed etiam breuiter multa dicantur. Sic et Marcus Cato et Sallustius laudantur [multa] *paucis absoluisse.*

PORPH. EGLOGA XI. M. X SERMO 2.

3) *hic* MBφ. *iis* R,2vafhC. — culpatus R,C. Resp. hic *culpantibus* se quod Bφ. luci*lii* MR et edd. Luci*li* Q(G?). 4) dam*pn*asse M(H). sat*y*ra MR,vafh. sat*u*ra Q(G?). 5) *gra*tinus M. — arist. po. om. 2. aristof. M. co*m*pon. — i*n*prob. M. 10) so*let* R,v. *de*fricuit omn. libri, ut in lemmate. Ad Acr. Q inculc. *per*fricuit. 11) dicturus erat MR. rell. erat dicturus. hab*it* qua fide ne*no* (sic). Loqui id eo sing. M. qua *fide ueno* loqui 2G. quasi *de uerbo* loqui R. quasi uere id sal facere v. quasi uere id sal faceret afhQ. similiter Acron. posui quasi *de uerbo loqui.* conf. Ter. Ad prol. 11: uerbum *de uerbo* exprimere. *e* uerbo Cic. Acad. IV, 10. *ad* uerbum Cic. Fin. I, 2. 19. Bφ: *Urbem defricuit.* Constat lucilium u. s. m. r. carpsisse. unde dicit quia eodem carmine quo illum dixit multa incompte protulisse. eodem carmine laudauit illum urbane uitia multorum carpsisse. 14) *Nam* γ,vafh, ut omn. uett. codd. Hor. *Non* sic a. *Num* G, ut alii recc. codd. FJMR Genou. etc. Neg*ant* R. — Lucil*ii* uersus va (Luci*ll*ii) fh. Lucili Q om. MRG. 15) *hab*und. MRG,v. 16) *rebus* et in conc. R. conceptionibus mat. MR2. rell. conceptionibus *et in* mat. 17) *de*duc. R,a, ut EBφDIMPR Sorb. St. Vict. 7980. 7984 Genou. Fran. Bernn. AF etc. *di*ducere γ,vfh, ut Ambr. Barc. Bernn. CD Parr. FHI St. Germ. etc. 18) au*dit* Bφ. — *et* in 2. 21) *cum* cito vafh. *ut* cito MRA2G(Q). dic*at* vafh. 23) Marcus cato M. rell. M. Cato. (G?)Q. om. *Marcus.* Sal*l*ust. M,a. rell. Sa*l*ust. Sic et M. cato Salustius laud*a*tur R,v. M. Cato, *a Sallustio* laudatur a. cato sall. M, om. et. — multa om. MR2G. conf. Sall. Cat. 4: paucis. paucissimis Iug. 17. Victorin. in Rhet. Cic. 57, 30 Or.

13. *Interdum urbani parc. uiribus.* Qui alioqui parcit uiribus, id est, laborare non uult, atque etiam, si quid roboris in corpore habet, uult data opera delicatus uideri.

14. 15. *Ridiculum acri Fortius, et mel. ma. pl. secat res.* Interdum, inquit, uel uenuste magis mordent dicta, quam quae acriter et turbulenta oratione prompta sunt.

16. 17. *Illi, scripta quib. comoed. prisca u. est, Hoc stabant.* Absolute; *hoc* est: *hac re.* Et *stabant con*stabant ac *ualebant* significat. Ad id autem pertinet *hoc stabant,* quod dixerit: *ridiculum acri Fortius ac melius magnas plerumque secat res.*

18. *neque Simius iste.* Adnotandum: cum uulgo receptum sit, *simi*am tantum dici debere, *simi*um dixit. *Demetrium* autem modulatorem propter maciem ac paruitatem corporis hoc nomine adpellat. Hos autem duos Hermogenem et Demetrium negat antiquas comoedias legere neque alios quam Licinii Calui et Valerii Catulli uersus modulari. Itaque fastidiens eorum iudicium et infra (u. 90): *Demetri teque Tigelli,* ait, *Discipularum inter iubeo plorare cathedras.*

20. *At magn. fec. quod uerba Graeca Lat. Misc.* Castigat eos, qui mirantur Lucilium, quod inseruerit uerba Graeca orationi Latinae, cum id facere quiuis possit, sicut Pitholeon Rhodius, qui huiusmodi epigrammata effutiuit potius quam scripsit; etenim infirmitatis putatur esse orationem Latinam uerbis Graecis fulcire.

21. *O seri studiorum.* Ὀψιμαθεῖς, id est, qui lenti docti sunt.

1) Qui alio. qui M. Qui alioqui A2. Qu*ia* alioqu*in* R. qui *alo*qui v. qui *aliquando* afh. 3) *hab*eri R. 4) inquid M. *tu enustum agis* M(H) = uel uenuste magis. uenus*ta* R. inquit uenuste *et ridicule* dicta magis mord. afh. uel uenuste magis incadent (sic) dicta quam v. 6) prom*ita* M(H). 7) com*ed*ia M. -- Absolu*tiue* fh,u. non Lat. 8) *Ad* om. fh. Ad *hoc* autem pert. stabanta. Ad id autem pertin*ax* h. stab. v. 11) A*nn*ot. R. 12) *M. autem* Demetr. mod. vafh. 13) *ap*pell. M. 14) hermogen*en* M. — comed. M. 15) lic*ini* MAG(Q). Lucinii v. Luc*ii* afh. ualer*i* MG(Q). valer*ii* vafh. cat*uli* MG,v. rell. Catu*ll*i. 15) fastidi*ens* MR2G(Q). fastidi*ori* v. fasti*diri* a fasti*dit* fhC: *quare* fasti*dit* eorum iudicium, quemadmodum in fine huius sermonis ait: *Demetri* etc. *ludium* M (= *iu*dicium). 16) tig*i*lli M. Et infra *ait* fh. 19) inseru*eret* M(H). inseruer*it* v(Q). inseruer*at* R2G. inser*uit* a. miscuer*it* Acron. — *carmini* latin*ae* v, inde *carmini* latin*o* afh. *orationi* latinae MAR2(G?Q). 20) qui*uis* MA2(G?Q). quis R,v. quis*que* afh. — Pitho*leo* MR, (phit. infra *pithol.*) lat. forma. rell. pitholeon. pitho*lochon* 2. 21) putatur MRA2(G?Q). pu*tat* vafh. 23) *seri* omn. libri Porph. *sacri* al. *seri* 1 m. Ambr. οψιωχοlIC (pro ὀψιμαθής) M. ὀψιμαθεῖς AG,C. οξιμαθεισι 2. in R spat. uac. εκλειχισ v. ἔκλειψις afh. id est qui *uulti* docti s*u*nt M. i. e. q. uul*tu* d. s*i*nt. A2. i. e. q. uul*tu* d. s*u*nt R. *deest* qui *uultis* doc*tis uideri* v. *deest* qui uultis doc*ti* uideri afh. Q: 'ὀψιμαθεῖς . . . .' Equidem inplacabilis lacunarum osor, posui *lenti* pro *uulti* uel *uultu,* quippe quae uoces ex male intellecta etymologia ὄψις i. *uultus* profectae uidentur. Ὀψιμαθής autem uocabulum descendere constat ab aduerbio ὀψὲ i. e. *sero, lente.* Hinc recte Acron: *qui sero studiis uacare coepistis, qui seri estis ad studia.* Ut Cicero Brut. 48 ait: *lentus in dicendo* et Acron: *seri estis ad studia,* sic recte dicitur: lentus in *discendo* et *lenti s. lente docti.*

quine putetis. *Ne* adiectum, ut *egone, tune;* abundat *ne* syllaba. Est sensus: O seri studiorum, qui putetis difficile et mirum esse, quod Rhodio Pitholeonti contigit; hic autem perquam ridicula Graeca Latinis admiscuit.

23. 24. *ut Chio nota si conmixta Falerni est.* Ironiam dicit; nam licet Chium uinum, quod est dulce, austerissimo Falerno mixtum suauem saporem faciat, non tamen intellegi uult, uerba Graeca ac Latina mixta eadem ratione concinnam reddere orationem.

25. *Cum uersus facias. Te ipsum percontor.* Eum, qui uersus Lucilianos laudauerat, quod Graeca Latinis admixta habeant, reprehendens interrogat, utrum hoc ipse tunc tantum facturus sit, cum poema scribat, an etiam, cum reum defendat.

25. 26. *an et cum Dura tibi perag. rei sit causa Petilli.* Maligne Petillium Capitolinum duram causam habere dixit, quamuis absolutus sit. Hunc autem et supra rettulimus reum fuisse furtorum Capitolii, cuius custos fuerat.

28. *cum Pedius causas exsudet Publicola.* *Pedius Publicola* et Messala adeo curasse dicuntur, ne Graeca Latinis uerbis inmiscerent, ut Messala primus *funambulus* dixerit, ne σχοινοβάτην diceret. Post hunc *Terentius* (Hec. prol. 34 (25): *Funambuli eodem accessit expectatio.*

29. 30. *Canusini more bilinguis.* *Bilinguis* dixit, quoniam utraque lingua usi sunt, sicut per omnem tractum Italiae, quoniam ex maiori parte Graeci ibi incoluerunt, ex quo *Magnae Graeciae* nomen accepit. Ideo ergo et *Ennius* et *Lucilius* (Annal. fragm. 488 Vahlen. et Lucilii Satt. rell. ex inc. libris 109 Gerl.): *Bruttace bilingui* dixerunt.

31—33. *uetuit m. t. u. Q. p. m. n. u. c. s. u.* Eleganter a Quirino se prohibitum ait Graeca Latinae linguae admiscere, quoniam utique Romulus ut nominis ita etiam linguae Romanae auctor uidetur esse. Ferunt autem post mediam noctem somnia ueriora esse, quia tunc etiam mens et a potu et a cibo purior est.

2) qui putetis M. *quod* putetis R. rell. qui put*a*tis. — et mis*e*rum MRAG om. vafh. *mirum* 2,Q esse *r*odio, om. *quod*, poete. leonti contig. M. rhodio quod pithol. cont. R. 4) Hironiam MRG. ironiam 2. edd. om. ironiam et pergunt: Dulce austeris (auster*iis imo* v) uino Falerno Chium mixtum (Falerno *nus*tum v) saporem facit vafh. 5) mis*t*um R2. rell. mi*x*tum. 7) ea*n*dem r*e*ctione M(H). 9) admis*ta* 2. rell. admi*xta* (admix*to* v). — habe*bant* R. 10) cum om. M. 14) re*tt*ul. M2. rell. re*t*ul. Caeterum hoc scholion praecedenti postponitur in libris. 17) immisceren*tur* 2. 18) dixerit NeCXYNOBATHN M (H. non NECXYBATHN ut ref. Q) G. dix. ne σχοινοβατην A2. dix. ne Κρινοβάτην 2. dix. χοινοβατν v. dix. σκοινοβατοῦ a. dix. σχοινοβάτην fh. edd. om. *ne* et *diceret.* 19) fu*m*ambul*um* e. a. expe*ditio* v. 20) dici*tur* vfh. bilingu*es* di*cun*tur a. di*xit* MR2G(Q). 24) bru*ttace* MA2G. bru*tate* R. ergo *Brunius Brichacae* vafh. ergo *et* ennius (e*m*nius R) et lucilius MRA. ergo ennius br. 2. 27) ita *et* 2. 28) autem om. vafh. — omnia M(H)G,v. somnia R,afhQ. omnia somnia 2. — *etiam* M. rell. *iam* mens. mens. *et cibo e potu* v (mens et *in* cibo v) afh. Hoc schol. cum praecedente sedem mutauit in libris.

36. *Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona.* Cornelius *Alpinus* Memnona hexametris nimirum descripsit, et belle *iugulat Memnona* dilogos ait; nam sub ea specie quasi dicat, dum describit, quemadmodum Memnon iuguletur, intellegi uult, ab ipso potius iugulari, dum male scripsit.

36. 37. *dumque Effingit Rheni luteum caput.* Et hoc dilogos. Nam in describendo Rheno, qui recte luteus dicitur, quod et turbida semper aqua et limosis ripis sit, quasi ab ipso poeta luteum fieri, mala descriptione ostendit. *Effingit* autem *figurat,* ac per hoc *describit* significat.

37. 38. *haec ego ludo, Quae neque in aede sonent.* Et supra diximus, uerecundos fere poetas uersus suos lusus (*ludos?*) dicere. Ait, se id genus carminis dicere, quod Maetii Tarpae arbitrio non subiciatur; nam hi fere, qui scenae scribebant, ad Tarpam hunc uelut emendatorem eas adferebant.

38. *Quae neque in aede sonent.* In aede Musarum, ubi poetae carmina sua recitabant.

40. *arguta meretrice potes Dauoque Chr.* Solum illis temporibus C. Fundanium dicit comoedias bene scribere, ac Pollionem tragoediam, quae trimetris uersibus fere texitur, epicum autem carmen ualidissime Varium, molle uero ait et elegans Vergilium. Sed apparet, cum hoc Horatius scriberet, sola adhuc Bucolica et Georgica Vergilii in notitia fuisse.

46. *Hoc erat experto frustra* et reliqua. Quoniam alii [alia] carminum genera consummate scriberent, quorum mentionem habuit, sermonem autem

1) *memnona. ex*ametris uersibus ni*miu*m describ*it* M. exam. MR2. ni*miu*m M2,v. *mi*num R. nimi*r*um afhQ. 2) dilogos MR2G. dil*i*gos R infra. *dia*logos va. *dia*logως fh. 3) dic*it* 2. 5) *di*ffing*et* M,v effing*it* R. *de.* (sic pro defingit) a. *Deff*ingit fh. conf. Acr. 6) dicitur om. vafh. — turbi*dis* semp. aqu*is* afh. turbi*da* semp. aqu*is* v. rell. turbi*da* semp. a *qua.* 8) *Diffingat* MR. 10) lu*sos* dicere MG. *lusus* suos uersus dicere R. *lusus* dicere A. uersus suos *facere* ait, om. lu., v (tacere) afh. *sonent.* Supradictos *in*uerecundos poetas uersus suos facere ait afh. so*l*ent *et* supradict*us* inn. po. etc. v. ludos? conf. Acr. — fere M. uere R. rell. om.. Et supra diximus MR2 et 'alt. uet. cod.' A, qui om. Et. ait, *sed* id afh. se id MRA,v(G?Q). 11) Quod *mea* tarpe arb. M(H). quod *michi* tarpe arb. R. Metii vafh. M*ae*ci Q, qui refert: *meci* codd. — scripsi Mae*t*ii. conf. Art. po. 387, ubi K Mae*ti*, Bern. A Fran. *metii.* mecii⌢γ in lem. me*t*ius in scholio. me*cii* Bφ Bern. C. Barc. maec*i* M in lem. mae*cius* in schol. E maeci///. me*ch*ii Bern. E. *Maec*ius scr. Bentl. Weichert. Orell. al. conf. Cic. ad Fam. VII, 1, 1 et Attic. IV, 15. Liu. I, 23. VIII, 17. XXIX, 37. Plaut. Pseud. I, 3, 97. Cas. II, 6, 2. — hi MR(G?Q). h*ii* 2. *ii* vafh. (non ei ut Q ref.) 12) sc*e*ne MR. rell. sc*ae*na*s* 2,va et scenas fh(G?Q). seruaui scenae conf. scenae seruire Cic. E. ad Brut. 9. scri*bant* R. — quasi vafh. uelut MR2G(Q). a*d*f. M(G?Q). rell. *af*f. 14) *nec* fh. rell. *neque* *e*de M bis. so*nant* va. rell. sonent. in paucis codd. ut φ a in e mut. 1 m. 17) *Gaium* MA et Q. om. vafh. C. fund. funda*num* 2,v. RG. — comoedia*rum* M (H). *at* MA2G(Q),v. *ac* R. *et* afh. 19) molle *uero* M2(G?Q). mo. uer*e* R. mo. *ait* va. om. uero mo. *autem* fh. cum hoc oratius solo adhuc in *noctia* (sic) fuisse M, teste Halmio, qui unum uersum omisisse uidetur, cum Q *Vergii* pro *Vergilii* enotauerit. 21) *Quoniam* omn. libri. *Cum* incule. Q. — alia om. libri. Q induxit. 22) consu*m*ate R2,v. — sermo*num* AR2.

frustra temptasset *Terentius Varro Narbonensis,* qui *Atacinus* ab Atace fluuio dictus est, item *Ennius,* qui quattuor libros satirarum reliquit, et *Pacuuius* huic generi uersificationis non suffecissent, idem se scribere ait, ita ut aliis maior sit, Lucilio minor, quem inuentorem huius operis merito dixit, qui primus Lucilius huiusmodi carmina scripsit.

50. *At dixi, fluere hunc lutulentum.* Supra dixerat (I, 4, 10): *Saepe ducentos Ut magnum, uersus dictabat stans pede in uno. Cum flueret lutulentus.*

[51]. 53. [*plura q. toll. relinq. a. quaeso,*] — *trag. mut. Luc. Acci?* Ordo est: Tragici Accii nil mutat Lucilius? Et hoc interrogatiua figura cum ironia quadam pronuntiandum [est], quia ex contrario intellegendum est. *Comis* autem Lucilius propter urbanitatem dicitur, et *mutat* pro eo, quod est *emendat,* positum est. Facit autem haec Lucilius cum alias, tum uel maxime in tertio libro meminit et nono et decimo.

54. *Non ridet uers. Enni grau. minores.* Eadem, qua supra, figura et hoc dicitur. Sensus autem est: Non ergo etiam Ennii uersus ridet, qui minores sunt, quamquam dignitatem eius possit adsequi.

55. *Cum de se loquitur non ut maiora reprensis.* Hoc est: cum ita sua ostentat scripta et Enniana reprehendit, ut non tamen Ennio se praeponat. Per quae uult intellegi Horatius, et sese ita Lucilii uersus reprehendisse, ut non tamen se ei anteponat.

57. *num illius num rerum dura negarit* et reliqua. Sensus est: num illius

1) temptasse MR,v (tempestasse). tentasse afh. temptass*et* (G?)Q. Terent*ium* Varro*nem* Narbonens*em* fh. Teren. Varro Narbonensem a. rell. Terentius uarro narbonensis (narbonensius M). — *ath*ac. 2. A*tt*ac. et At*a*c. C. flu*mine* 2. 2) Enn*ium* — *ac* Pacuuium fh. Ennium — *et* Pacuu*ium* a. rell. enn*ius* (*eximius* v) — *et* pacuui*us* (pacuui*n*us M). — sat*u*rarum M(Q). rell. Sa*ty*rarum. 3) posui *idem. eundem* inculc. Q dicens: 'Nos schol. corruptum refingere studuimus.' non sufficessent (sic) *ei* describere ait ita ut MG. uersificati*onum* non suffe*cissent* ei descr. ita ait ut R. (corr. ex *ait ita*) non suffecisset (t del. a 1. m) ait ita 2. non suffecis*set* ei describere ait. ut v. non suffeci*sse*. Ait enim ut afh. 4) *sic* Lucil*ius* minor fh. s*ic* Luc*illio* minor a. *sit* Lucilio mi*no* v. sit. lucilio minor MR. s*ic* om. 2. lucilio minor A2. — huius *carminis* afh. huius *capteis* v. 5) luc. huiusmodi carmina MR(G?Q). ī ode *carmina* v. *Satyrica* carmina afh. 7) lutulen*tos* M. Verba Saepe — uno om. 2. 9) Traici acci M. tragicis (s. expu.) acci R. *nihil* 2. rell. *nil.* acii *uel* metat v. Trag. Acc*ii* afh. hironia quadam M. iron. (Iron. afh) quadam R,vafh. quadam ironia 2. quadam tacite om. (G?)Q. 11) est (G?)Q. om. MRA2,vafh. — est om. vafh. ex contrar*iis* R. *e* contrario 2. rell. *ex* contrar*io*. — Com*es* M. 12) quod em., om. *est,* vafh. 13) haec om. fh. — maxime om. afh. uel *uox* v. libro *meminit et* VIIII° et X° R. libro *meminit* UIIII et *cet.* M, om. *et. meminit* om. 2,vafh. *et* nono R2,fh. terti*o*, et nono et decimo libro 2. 16) di*cit* R. — enn*ii*. R2,va. enn*i* M,fhQ. ridet *et* qui M. ridet qui R2G. ridet *quasi* vafh. *sunt* om. vafh. 17) *tan*quam afh. rell. quamquam (qua*n*quam v). *non* possit 2. — *adsequi* om. MR2. rell. as*s*equi. 19) ostentat, *et scripta* afh. ostentat *scripta et* MR2,v. os*t*. scripta*que* inculc. Q(G?) dicens: *et scripta* Edd. scripta osten*tet* et Enniana A.

natura aut numquid magis rerum earum, quas scripsit, [difficultas,] negarit ei uersus molliores.

61. 62. *Etrusci Quale fuit Cassi rapido feruentius amni. Cassii Etrusci Parmensis* dicit, cuius tragoedia *Thyestes* exstat.

63. *capsis quem fama est esse librisque Ambust. propr.* Aspere, quasi tam uerbosa aut tam multa scripserit, ut, cum non uiderentur legi digna, illis ipsis mortuus exustus sit.

66. *et Graecis intacti carm. auct.* Hoc ideo dixit, quia nulli Graecorum hexametris uersibus hoc genus operis scripserunt.

71. *saepe caput scaberet u. e. r. u.* Hinc *Persius Flaccus* illud (I, 106) sumpsit: *Nec pluteum caedit nec demorsos sapit ungues.* Non cessat autem Lucilium tangere, quasi incuriose scripserit.

75. *Vilibus in lud. dict. carm. malis. Ludis* litterariis dicit, in quibus carmina uulgata pueris adhuc rudibus dictari solent.

76. 77. *ut audax, Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit. Arbuscula* mima fuisse traditur, quae cum ab irato populo exploderetur, [id est, strepitu et plausu eiceretur,] ab equitatu autem laudaretur, ait, se contentam esse honestorum testimonio. Quid autem per haec de se intellegi uelit Horatius, manifestum est.

84. *Ambitione relegata.* Id est, remota ambitione, ac per hoc non tumide nec latenter loquens.

90. *Demetri, teque, Tigelli.* De *Demetrio* et paulo supra dictum est, de *Tigellio* autem *Hermogene* saepe.

91. *discipularum inter iubeo plor. cath.* Eleganter haec in modulatores dicuntur, quia puellae maxime docentur huiusmodi delicias.

92. *I, puer, atque meo citus haec subscr. lib.* Eleganter, quasi hoc ex tempore dixerit, praecipit puero, ut [in] librum suum illuc conferat, ne pereat tam opportunum et congruens in modulatores dictum.

1) qu*a* scr. M. — difficultas (fh) om. MR2G,va. negar*et* fh. 3) Cass*i* etrus*ci* permessi (sic) dicit M(H). schol. om. R. etruscum Cassium 2. rell. Cassium Etruscum (E*th*r. v. *H*etr. afh). *haec* est th*i*estes ex*st*at M. tragoedi*ae* v. 5) quasi MRG (corr. in marg. *quod*). rell. *quod.* aut *eas* scripser*at* M. 8) *act*or M(H). au*th*or fh. rell. *auctor.* — di*xit* M. di*citur* 2. rell. dic*tum.* 9) exam. M2, ut supra. 11) cedit MR,v. — ungu*is* M. rell. ungu*es.* — autem. om. fh. 13) li*tt.* M,v. rell. li*t*er. 16) id est, strep. — eiceretur equita*te* M. *ae*quita*te* R,v. rell. equi*te* (*equitem* mihi plaudere Hor). Legendum sine dubio est: ab *equitatu.* conf. supra. S. I, 6, 42 et Epod. V, 7, ubi similes sunt factae emendationes. 20) t*i*mide R,vafh. *tu*mide MA2(G?Q). 23) *tigillio* (sic) in schol., tig*elli* in lemmate M. tig*illi* R. de tig*ello* 2. 24) *in* om. fh. 25) maxime decent afh. max. do*cent* v. docentur MRA2(G?Q). — huius modi M. 27) *in* om. MR2,v. — ill*uc* MR2G. ilud, vafhQ. 28) oport. M ut supra. et con*ueniens* R.

HORATI FLACCI SERMONVM LIBER I EXPLICIT (M).
IN SERMONES LIBER PRIMVS FINIT (R).

COMMENTARII
IN SERMONVM LIBRVM II.

SATIRA II, 1.

ACRON.

1. *Sunt quibus in satira uidear nimis acer.* Ad Trebatium quendam iuris peritum scribit et consulit, quidnam faciat, quoniam quibusdam acre nimis uideatur opus suum aliis remissum.

uidear n. a. Maledicus, mordax et extra modum lacerare. Sensus est: Alii autem nullius momenti et nimis acrem dicunt satiram meam, alii dicunt, sine neruis esse, quod scripsi i. e. sine uiribus ingenii. Eglogae haec nomina habent: Si ad Iouem hymni, si ad Apollinem aut ad Dianam aut Latonam, paeanes; si ad Liberum aut Semelem, dithyrambi; si ad caeteros deos, prosodia, si ad homines, laudes aut uituperationes, aut luctus, aut aliquid tale.

2. *ultra Legem tend. op.* Id est, ultra quam opus est, ultra quam se ratio habet ipsius uocabuli; et mire *legem*, quia perito iuris loquebatur.

ultra legem tendere. Saeuire scilicet in maledicendo.

4. *deduci.* Scribi, conponi.

5. *Quid faciam.* Iocunde ad iurisperitum.

INCIPIT. LIB. II. (γ). Acrōis in quinti Horatii flacci sermonum sec*n*dū librum cōmentaria (v).

ACRON. AD TREBATIVM IVRIS CONSVLTVM γ. Ambr. I addidit: EGLOGA. XI. AD trebatium *equitem romanum* F.

1) Lemma breuius *sunt q. i. Satyra* a (sa.) fh. 2) quibusd. *caremus* (sic) uidetur γ. Ad — sensus est. om. mv. 5) autem γ. rell. om. 6) *Eg*logae γ. rell. *Ecloga.* Aegloga mv *nomina* γ(Q). rell. corr. typoth. *omnia.* hab*ent* γ. rell. hab*et.* 7) himni γ,v. hymn*a* m. — aut *ad* dianam γ. rell. om. *ad.* poeanes γ. po*e*nes v. dityr. γ. 9) aut luct. — tale γ. rell. om. 11) *ultra* quam se ratio hab. γ. rell. *et* quam habet (*se* fh. om. mvaQ) ratio. 11) perito iuris γ. rell. iu. perito. uiro imperito m. ultra legem — maledicendo γ. rell. om. saeuire maledicendo C. *legem.* satiricam Bφ. 14) *deduci* γO Ambr. Bernenses. *di*duci EBφ (DIDVCI ad marg.) DFHQ. 19 = 7980 etc. Scribi componi γ,C. rell. om. 15) *Quid faciam* — iurisperitum γC. rell. om.

praescribe. Id est, statue, constitue, quasi ex lege quid debeam facere, quia Quidam me reprehendunt.

Quiescas. Trebatius.

Ne faciam. Poeta.

7. 8. *ter uncti Transnanto Tib. Transnanto.* Imperatiuus modus est. Sensus hic est: Qui dormire non possunt, facile ter Tiberim transnatent et fatigati multis se potionibus conpleant, quo facilius his somnus accedat. Dicit autem, uel hoc melius esse, quam quemquam cum periculo lacessere. Trebatius ait: qui uolunt multum dormire, uncti ter [trans] natent Tiberim, et multum bibant. Ordo est: ter transnanto Tiberim uncti pro *transnatent* aut *transnent* antique dixit.

alto. Nimio.

9. *Inriguumque.* Plenum, infusum, madidum.

sub noctem. Prope noctem, sero aduentante nocte i. e. [aduesperascente] uespera.

habento. Habeant. Iuris uerba inducit loquente Trebatio, sicut *Vergilius* (A. IV, 624: *nullus amor populis nec foedera sunto* et VI, 153: *ea prima piacula sunto*) *sunto.* Hoc autem adsidue iuris consulti faciunt.

10. 11. *aude Caesaris inuicti res dicere.* Quasi difficile [sit, et], quasi uix possit inpleri[, ideo dicit *aude*].

12. *Cup. pat. opt.* O pater Trebati. Hoc respondet Horatius.

uires Deficiunt. Id est, destituunt; ostendit, se posse dicere, quod negabat.

13. *quiuis.* Quicumque poeta.

14. *fracta pereuntes cusp.* Quia uulneratus est hostis; ut (A. IX, 412): *Et uenit aduersi in tergum Sulmonis ibique Frangitur. Pereuntes,* quia fractis Romanorum telis perempti sunt.

1) statue γ,C. rell. om. — *quod* debeo γ. quid *faciam* m (Hor.). rell. qu*id* debe*am*. 3) *Qui escas.* Trebatius γ. rell. om. 4) *Ne faciam.* Poeta γ. *Ne facias.* Horatius C. rell. om. 5) Transnato (n. a 1 m.) imp. mo. est γ. rell. om. 6) thyb. transna*tant* mv. 7) compleant γ. rell. *im*pleant. 8) Dicit — bibant γ,fh. om. G(Q)mva. — esse mel. 10) Ordo — dixit γ. rell. om. Caeterum dicendum est, codicem uerbis *Ordo — dixit* incohare scholion h. u. et post u. *bibant* habere: *Sensus hic est.* 12) Nimio γ. rell. om. multo C. 13) *In*riguum EBφD. *Ir*rig. γb Bernenses Fran. etc. Plen. inf. mad. γ. Plen. mad. *per* fusum C. rell. om. plenum uino Bφ. 15) uespera γ. Plin. XIII, 18. XXXII, 4. rell. aduesperascente (ad*uepe*rasc. v). participium huius uerbi satis noti ex Cic. Liu. et Plinio nondum legi. *uespera inumbrante* Tac. H. III, 19. C: paullo ante noctem, uespera scilicet aduentante. (aduen*ien*te G. *au*diente v. *acced*ente a. *aduentante* (γ,fhCQ) tutum et auctoritate Liuii V, 41: aduentante urbi clade. aduentat tempus Cic. Orat. II, 45. senectus Cic. Sen. 1. mors Cic. T. I, 40. lux Sall. Iug. 99. *sub noctem* i. circa φ 2 m. 16) Habeant γ,C. rell. om. s. habeant Ambr. Iuris — faciunt γ. rell. om. 19) sit et om. γ. 20) ideo dicit *aude* om. γ. 21) O pater Trepati γ. rell. om. 22) Id destituunt *et deficiunt.* ost. γ. 24) *quiuis.* Quic. po. γ. rell. om.

16. *Attamen et iustum poteras.* Trebatius. Id est: Si res bellicas eius non poteras describere, attamen iustitiam et fortitudinem animi [eius] laudare poteras, sicut Scipionis a Lucilio uita laudata est. *iustum.* Caesarem.

17. *Scipiadam.* Pro *Scipionem Africanum*, qui Hannibalem reuocatum ex Italia uicit et Africanus dictus est, [i. e. scribe].

Haud mihi deero. Id est: faciam, scribam de eius fortitudine atque iustitia.

sapiens. Scilicet fecit.

Lucilius. Primus poeta satiricus.

18. *Cum res ipsa feret.* Cum opportunitas fuerit et tempus. *Non sibi deest* is, qui facit et quod opus est, et quod oportet.

nisi dextro temp. Inuenta opportunitate. Ordo [est]: non ibunt nisi dextro tempore, id est, opportuno, Flacci uerba, id est: felici (nisi?) tempore ac prospero non possum scribere, quia adtentae sunt aures Caesaris et bene iudicant. *Alias:* nisi felici tempore scripsero i. e. quando bene positum est astrum meum, non possum placere Caesari, quia sapiens est et bene iudicat, cui si uolueris adsentire [adsentari], respuit et contempnit.

dextro tempore. Cum uacet a ciuilibus officiis.

20. *Cui male si palpere, recalcitrat.* Id est: Si (uolueris?) adsentari [est palpare], et hic quasi a uerbo deponenti dixit [*palpor*, *palparis*], cum sit actiuum. *Palpor*, *palparis* i. e. blandior, adsentio. *palpere.* Cui si inaniter aduleris, respuit et renuit.

recalcitrat. Translatio ab equis[: contempnit et spernit te, si falsas laudes scripseris]. Est autem sensus: Si quis Caesarem ficta adulatione adgreditur [ad Caesarem], repugnat et respuit nec se decipi patitur;

1) Trebatius γ. rell. om. 2) eius om. γ. 3) Caesarem γ. rell. om. 4) Scipiad*em* va. Pro scip. afr. γ. rell. om. — Ad u. *Scipiadam* conf. Lucilii satt. reliq. ed. Gerlach. p. 122. 78: Ut Lucilius Scipioni fecit, qui uitam eius priuatam descripsit, Ennius uero bella. 6) Lemma interposui *Haud mihi deero.* Id est fa. scr. γ. rell. om. et: i. e. scribe. 8) sap. f. fecit γ. rell. om. 9) Luc. Pr. po. sat. γ. rell. om. 10) opport. fu. γ. rell. fu. op. 11) *his* qui γ. — uulgo *quo* op. qu*od* op. γ,v. Cum f. opportun*um tempus*: sibi autem deest, qui *non* facit quo sibi opus est et *quod* oportet C. 12) om. *est* γ. 16) bene *uadit* γ. rell. bene iudicat. 17) adsen*tire* γ. h. l. rell. *assentari.* — contempn. γ. rell. cont*emn*it. Id est felici temp. — contempnit om. G(Q),mva. 18) *dextro* — *officiis* γ. rell. om. 19) Id est si *ad*sentari et hic γ. vulgo: Adsentari est palpare et hic. conf. C: metaphoricos: cui *si* aduleris et *assenteris*, offenditur. *Palpari* proprie est manibus mulcere. palpêre dixit a u. dep. etc. uide infra. 20) palpor, palparis om. γ. h. l. 21) Palparis γ. rell. om. h. l. — assen*tio* omn. libri (γ,fh). assen*tor* tacite inc. Q. Caeterum G om. totum schol. et va palpor — adsentio. eadem uerba *et hic palpere* quasi — *actiuum* inferius posuerunt post u. *deludi. palpere.* Ćui — renuit γ. rell. om. renuit. Translatio ab equis, om. lem. *recalcitrat*, γ. equis. Est autem sensus, om. contempnit — scripseris γ. 24) Sensus est mfhQ(G?). Sensus, om. 'est, va. Est autem sensus γ. — Si quis cesarem γ. uulgo: aggred*ia*tur *ad* Caesarem. *ad*gred*i*tur γ. 25) nec *de se dici* patitur γ.

[sic] *tutus undique*, qui (quia?) ne blanditiis quidem capiatur [i. e. non audiat]. Dicit de Augusto, qui non falsas blanditias admittat et sit eruditus [adsentari]. Quia ualde *tutus* est Caesar in omnibus rebus, ideo non delectatur falsis laudibus i. e. non potest deludi. Aliter. Id est: in omnibus rebus cautus est, qui (quia?) non possit derideri.

21. *Quanto rectius hoc.* Id est: Quanto melius est, laudem Caesaris scribere quam satiram? Glossa: ut Caesarem laudes.

hoc — scurram. Scilicet facere poteras.

laedere uersu. Id est, quam satiram uelle describere satirico carmine.

21. *Quanto.* Trebatius.

tristi. Mordaci.

22. *Pantolabum scurram Noment. nep.* Pro hominibus uilibus. Nomina sunt luxuriosorum, quos [etiam] in priore libro (I, 8, 11) etiam licentius [Lucilius] carpsit.

23. *Cum sibi quisque timet.* [Sensus est: cum unusquisque timet sibi, tamen odit te, etiamsi non fuerit laceratus.] Exemplo nos terreri significat, etiam si non laedamur; nam quae in alios uidemus fieri, in nos futura credimus. Quamuis nihil de eo dicis, tamen metuit te quasi satiricum [et odit quasi maledicum] i. e. cum timet aliquis flagitiosus propter conscientiam suam, ne de eo aliquid dicas, etiam si taces, odit te, et odit te quasi maledicum. Cum unusquisque timet sibi, tamen odit te, etiam si non fuerit laceratus.

quamq. e. intactus. Nondum denotatus.

1) *sic* om. γ. *qui* γ. rell. *quod* (qu*ia?*). — i. e. non aud. om. γ. 2) adsentari om. γ. 3) *non* om. fh. 4) *Aliter* — derideri γ. rell. om. 6) melius γ. recte. nam sensus est, non ordo. rell. *rectius* (Hor.). 7) ut caesa*re* lau*das* γ. rell. om. 9) laedere — *carmine* γ. rell. om. 10) Trebatius γ. rell. om. 11) Mordaci γ. rell. om. mordaci et Satyrico. C. 13) etiam h. l. (G?) vafhQ. libro etiam γ. — Scripsi *licentius* pro lect. uulg. *Lucilius*, remota ambitione, etenim non Lucilium istos carpentem Acron refert sed Horatium, qui loco laudato utrosque coniunctos uno uersu iisdemque uerbis memorat et describit, Nomentanum solum etiam I, 1, 102 et infra II, 3, 175. 224. Q u. *Lucilius* uncis inclusit, ne unum quidem uerbum de hac difficili re adferens. Totum schol. om. mva, exstat in γ(G?),fhQ. Rem iam tractauit L. Lerschius in disputatione de Romm. diorthoss. (Museum des Rhein. Westphael. Schulmännervereins 1845. II, p. 244 seqq.). Hic uir omni doctrina et uirtute ornatus, quocum Bonnae uitam degens de nostro loco aliquando conloquebar, dubius erat, an legeret *Horatius*, an *Lucilius* nomen ab aliquo scriba inlatum putaret. Hoc ego conprobans, illud non necessarium ingenue confitebar, et nunc, ubi defunctus est, aperte profiteor. Nam scribae potius ex aduerbio *licentius* nomen *Lucilius* in hac satira frequentissimum fecisse atque propagasse mihi uidentur quam *Horatius* nomen eiecisse, quod, utut erat notissimum, addere non opus erat. 15) Sensus — laceratus om. γ. Sensus — credimus om. G.mva. C habet: '*quamquam est intactus.* exemplo — nam *quod* — futur*um timemus. intactus.* necdum notatus et carmine laceratus.' 18) crede*mus* γ. 19) et o. q. maledicum om. γ. h. l. uide infra: et odit *te* q. mal. 21) Verba Cum — laceratus γ. h. l., om. Sensus est. conf. supra. 23) *intactus.* innocens Bφ.

et odit. Et pro *tamen.*

24. *Quid faciam? saltat Milonius.* Quid faciam? Item Horatius. [Quia] uitium habeo, ut multi habent. Nam *Milonius* scurra, si ebrius fuerit, saltare non desinit. Similiter ut ego commissa hominum tacere non possum. Milonium ait ebrietate dissolui, ut contra decorum saltet et plures ex una lucerna ei uideantur.

24—25. *ut semel icto Acc. feruor capiti.* Percusso cerebro uinolentia. *feruor.* Ebrietas, quia caput percutit.

numerusque lucernis. Id est: Opinione ebrii numeris lucernarum, quia, qui ebrius fit, non se putat unam lucernam uidere, nec unam lunam arbitratur adspicere. *Iuu.* (VI, 305): *Et geminis exsurgit mensa lucernis.* Sic ebriis uidetur.

26. *Castor gaudet equis.* Castor quoque et Pollux ex uno ouo nati diuersa studia habent[; cum igitur inter fratres hoc sit, non mirum est, me uitia hominum carpere]. *gaudet equis.* amat equos domare.

27. *quot capitum uiuunt, to. stud. Milia. Terentianum* illud (Phorm. II, 4, 14. 454 Fl.): *Quot homines, tot sententiae. suus cuique mos.*

29. *nostr. mel. utr.* Hoc est: qui melior fuit et me et te, Trebati, uita sua i. e. censu et natalibus me antecedit; fuit enim ualde nobilis Lucilius, utpote qui esset magni Pompei auus.

29. *Lucili ritu.* Satirico more.

30. *ille, uelut fidis.* Hoc Lucilius ex Anacreonte [Graeco] traxit et Alcaeo, (Graecis?) lyricis, quos ait Aristoxenus libris propriis uice amicorum usos esse.

2) Item Horatius γ. rell. om. *Quia* afh. Qu*id* v. rell. om. 4) des*in*it omn. libri. de*siit* Q. — qui *cum semel* esset ebrius, statim saltare *incipiebat* C. *Quid faciam.* ita inquit me a scribendo abstinere non possum ut milonius ebrius a saltando, qui eo tempore *simul* ut ebrius fuisset, saltare incipiebat Bφ. 5) Milonium — uideantur γ,fh. om. G(Q),mva. — decus γ. de*corum* fh. de*cus*, de*cor* et decor*um* interdum confunduntur. 7) *semel* omn. fere uett. et recc. codd. Hor. et γb Ambr. Bernn. ACD, omn. Pariss., va. rell. edd. om. h. u. Altera lectio *simul* (Fea etc.) inlata ex Porph. uidetur. Cic. in locis a Fea adlatis (ad Fam. VI, 18. Fin. II, 11. Acad. IV, 16 et Plin. XI, 49) non habent *ut simul*, sed *simul ut*, et Horatii auctoritas C. II, 8, 5. IV, 7, 10. S. I, 1, 36. II, 8, 24 et E. I, 7, 90 hoc loco nullius est momenti. 8) qui γ. rell. quae. 9) Id est γ. rell. om. luc. num. mvafh. 10) fit γ. rell. sit. 12) Sic ebriis uidetur γ. rell. om. 13) quoque γ. rell. om. 14) cum — carpere om. γ. 15) amat eq. dom. γ. rell. om. 19) me — auus γ. rell. om. 21) *Lucili* — more γ. mo. Satyrico C. rell. om. 22) Anacr. graeco omn. libri. rectius C: Anacr. tr. et Alcaeo *graecis* lyricis. 23) Aristo*ph*anes va. Aristo*xenes* omn. fere libri, mfh(G?)Q, praeter γ et C, qui recte habent Aristoxe*nus* i. e. clarus ille Aristotelis discipulus, quem ex Cic. Orat. III, 33. T. I, 10 et F. V, 10 nouimus, et qui uitam Pythagorae (Gell. IV, 11) et Archytae (Diog. L. VIII, 79) scripsisse fertur. Nominis uitium uecordi pertinacia ab editoribus retentum ex Porphyrione profectum mihi uidetur, cuius libri habent: A*ristoxe*nis *sententia est* pro uera lectione: *Aristox*eni *sententia est.* Inde nominatiuum Aristoxe*nes* ortum in Acrone arbitror.

sodalibus. Amicis. Dicitur enim suam uitam scripsisse in opere suo et non sibi pepercisse. *fidis.* Non prodituris.

31. *si male gesserat, unq. Dec.* Si quid uitiose scripserat.

32. *alio.* Quam ad libros.

32. *quo fit, ut omnis.* Unde fit, ut ita lucida sit uita ipsius, quemadmodum ex uoto imago aut in templo aut in publico posita.

33. *Votiua pateat.* Iudicetur quicquid est pictum. *Votiua*, ex uoto posita, dicitur tabula, quae ponitur in publico, in qua scribitur uita boni ciuis, decernente ciuitate [uita boni cuiusque].

33. *descripta tabella.* Id est: picta in tabella, ut naufragi solent tabulam portare depictam. Ordo [est]: Quo fit, ut omnis pateat uita senis, ueluti uotiua tabella descripta. Quoniam solent naufragi se pingere et consecrare in aliqua aede.

34. *Sequor hunc, Lucanus an Apulus. Sequor.* Id est: imitor hunc, qui utrum Lucanus an Apulus sit, incertum est. Quia Venusi[n]um oppidum [in] confinio Lucaniae et Apuliae positum est, quae ciuitas habitatur a Romanis colonis, missis ob eam rem, ut, siue Apuli siue Lucani bellum mouerent, prohiberentur. [Ad hoc oppidum missus erat colonus eo tempore, quo a Romanis Sabini sunt uicti]. Ideo missi sunt coloni ad oppidum Venusium, ut obstarent Apulis et Lucanis, bellum si forte commouerent.

1) Amicis γ,C. rell. om. — suam uitiam γ. rell. uit. su. — in opere suo γ. rell. om. 2) Non prodituris γ. rell. om. 3) schol. om. mva. *ges*serat γ,fh(G?)Q, ut Ambr. Fran. Barc. omn. Harll. et Oxonn. Bernn. CD (gesserit F). — omn. Parr. nam D non, ut Pottier. perperam ref., pure habet *cesserat* sed $\overset{g}{c}$esserat, corr. expu. c a 1 m. geserat M — si male (rem) gesserat, ut Nep. Milt. 3. bene Cic. Att. V, 20. Neque usus loquendi huic lectioni repugnat neque Acronis expositio. De u. *us*quam Pottier. non recte neque accurate rettulit, namque *us*quam omn. fere uett. codd. habent, Bφ autem *usquam* cum uar. lect. *primae manus: uel um*quam, ergo iam saec. X *umquam* in codd. exstabat. *um*quam habent DJM (non *us*quam) et St. Victor Bern. F. et Angl. 4 (St. Iacob.), *un*quam OR Genou. et 23 (7984). Harll. βηθικλ (1 m.) et Magd. (2 m.), teste Babingtone. 4) *alio.* quam ad libros γ. rell. om. 7) Interposui lemma: 33. *Votiua pateat.*, indice*tur* posui pro *iudicet* γ et iudi*cent* fh. *Videlicet* q. e. pictum G,mva. hanc partem om. Q. In γ post *pictum* secuntur haecce: Al. Ordo. fit (om. *Quo*) ut omnis pat. etc. ex uoto posita γ. rell. om. conf. C: uotiua tabula est, quae *ex uoto posita* in templo aut aliquo loco. pu. etc. 8) uita boni *ciuis* γ. recte. rell. infra: uita boni *cuiusque*, quod ineptum est. 10) ta*bella* γ. rell. ta*bula*. 11) est om. γ. supra. 13) Exscribo duo scholia ad u. 30—34 ex Bφ: *Ille*, Lucilius gl., *uelut.* Sicut inquit aliquis fidis sodalibus suis quodcumque secretum cogitat illis committit. Ita et lucilius quicquid cogitabat libris suis inferebat neque *si male aut bene gerebat* ad aliud decurrebat nisi ad libros non satis prudenter agens. *quo fit*, unde gl., *ut omnis* (s. est uita lucilii gl.). Tam clara est inquit uita lucilii per libros suos sicut naufragium illorum quorum (quae sec. non habet φB. pergit:) casus et periculum in tabula conscriptum ad templum neptuni pendebat. 14) *Sequor hunc* γ. rell. om. *Sequor.* Id est: Imitor — inc. est. γ. rell. om. *fuit* inc. γ. 15) uenu*sium* γ. recte. rell. (et C) Venusi*n*um. in om. γ. 18) Ad — uicti om. γ. 19) Ideo — commo*uerint* γ. rell. om. conf. C: — siue Lucani bellum Romanis *mouerent.*

Aliter. De se ipso ait: Utrum sim Lucanus an Apulus, anceps. *an Apulus.* scilicet sim.

35. *arat.* Habitat.

finem sub. utr. Prope finem utriusque coloniae, ut sub lucem, iuxta lucem.

35. *nam Venusinus ar.* Venusium enim oppidum est, ubi natus est Horatius.

[36. *Missus ad hoc pulsis, u. e. ut fa., Sab.* Venusinus populus olim Romanus fuit, sed modo trahit nomen a ciuitate uel oppido. *Missus*, ut rebellem Apuliam uel Lucaniam incurrere Romanis uetaret.]

37. *Quo ne per uac. Quo ne* pro *ut.* Cultoribus siue incolis nullis obstantibus, ut ne per uacantem locum Sabellis expulsis [incolis nullis obstantibus] peruium iter esset Lucanis ad Romanos.

39. *Incuteret.* Moueret. *uiolenta.* Bellicosa.

sed hic stilus. Meus ultro. Ego neminem ultro lacesso, sed ita utor lingua mea, ut gladio, magis ad tutandum me quam alium lacessendum.

haud petet. Neminem lacesset.

40. *Quemquam animantem.* Viuum hominem habentem animam.

41. *quem cur destringere coner.* Id est: Quem gladium [uel stilum] cur proferam, si nemo me persequatur?

42. *ab infest. latr.* Pro maledicis.

o pater. Optantis est, ut quoque (A. X, 631): *ut o potius [falsa] formidine falsa Ludar.*

43. *telum.* Stilum suum dixit, ut non sit causa, cur utar hoc stilo.

ut pereat. Utinam.

45. *qui me comm.* Commouerit, lacessierit [prouocarit].

1) *Aliter* γ. rell. om. — anceps om. γ. *anceps.* incertus Bφ. 3) *arat.* Habitat γ. rell. om. 4) finem — lucem γ. rell. om. C: *finem sub.* prope, iuxta. *an apulus.* s. sim γ. rell. om. 6) uen. *enim* γ. rell. om. enim. — est γ,va. rell. om. 8) Missus — uetaret om. γ. 10) Roman*os* fh. 11) Quo ne pro ut γ. rell. om. Cult. s. inc. null. obst. γ. rell. om. 12) inc. nu. obst. om. γ,mva. inc. nu. obst. peruium om. G(Q). 14) Inc. Mou. uio. bel. γ,C. rell. om. 15) Meus ultro γ. rell. om. — ult. lac. γ. rell. lac. ult. 17) haud — lacesset γ. rell. om. conf. C: ego neminem lace*ssam* ultro, sed ut*ar* lingua mea *tamquam* gladio, m. a. t. me q. al. *irritandum.* 18) Hoc schol. ut seqq. usque ad u. 47 *Ceruius* om. G,mva. 19) *dis*tringere fhQ, ut plurimi codd. Hor. EBφDJOPR et 23. Barc. Bern. DF. C corr. e in i prima manus. *de*stringere γM. Ambr. etc. cum gl. nudare *de*str. sollemne uerbum apud scriptores pedestres Cic. off. III, 31. Mil. 13. Liu. VIII, 7. XXVII, 13, et ab ipso Hor. C. III, 1, 17 adhibitum. Idem sensus cum simili lectionis ambiguitate Ouid. T. II, 563 et Plin. XXXVI, 5. — uel stil. om. γ. 22) locum Verg. male sic habent fh(G?)Q: Optantis est, ut: *o potius falsa formidine ludar*, omisso *ut* exemplo et transpositis uerbis *falsa formidine.* γ: *o pater. ore* optantis est ut q̄q ut po. fo. fa. ludar. C: *o pater.* opt. est. ut, o *falsa potius form.* lu. conf. schol. Lucani I, 636. *quae* ut o pot. Medic. al. quod (Ribb.). posui *ut quoque*, locum Verg. incipiens cum u. *ut.* 25) utinam γC. rell. om. 26) lacess*ie*rit γ. lace*s*serit fh. lacess*iu*erit C(G?)Q. prouocarit om. γ.

melius non tangere! clamo. Hoc interposuit, ut uotum suum ostenderet: ut me non tangas, illi clamo: Ordo est: At ille, qui me commorit, flebit et insignis cantabitur tota urbe.

46. *insignis.* Notatus.

cantabitur. Per carmina mea.

47. *Ceruius iratus.* [*Ceruius* accusator quidam fuit et calumniator.] Unusquisque nunc [autem] hac re minatur, qua ualet.

et urnam. Videlicet reorum i. e. iudicium, quia sortiebantur iudicium [et]. *urnam,* qua reiciebantur iudices, ex quibus fiebat reiectio. Vel *urnam,* id est, mortem.

48. *Canidia Albuci.* Deest filia, ut *Verg.* (A. VI, 36): *Deiphobe Glauci*; *alii* uxorem dicunt. *Canidia* autem pro Gratidia. *Albuci. Albucius* quidam ueneficus, matris exstinctor. || *Canidia.* Pro Gratidia, deest filia. *Verg. Deiphobe Glauci. Alii* uxorem dicunt. || *uenenum.* Deest minitatur.

49. *grande malum Turius.* Minitatur autem. *Turius* quidam corruptissimus iudex, hic est, cui Hortensius propter fratrem Varronem ceratas diuersi coloris tabulas dedit. *Alias:* Turium Marinum iudicem significat, qui accepta pecunia secundum eos pronuntiare sit solitus, qui fidem suam corruperint. Hic quoque tempore Verris reus erat et diuersi coloris ta-

2) illic clamo. — com*morit* γ (Hor.). rell. commo*u*erit. — flebit *ut* fh. tota cant. urbe γ. 4) Notatus γC. rell. om. 5) Per carmina mea γ. rell. om. C: diuulgabitur meis carminibus. 6) Ceruius calumn. om. γ. *Ceruius. num* unusquisque *hac* re γ. posui *nunc. Ceruius* accusator — calumniator fhQ. conf. C. *Ceruius.* accusator quidam. haec exempla ponit ostendens omnes per haec se uindicare per quae possunt magis nocere. uidelicet propriis off*it*iis Bφ. *Ceruius cr. leg. min.* Exemplo uos terreri significat, e*t*iamsi non laedemur. nam quae in alios uidemus fieri in nos futura cred*a*mus G,mva. om. h. l. γ,fhQ. — autem om. γ. 8) *Et urnam.* uidi reum i. *mortem in qua* sort. G,m. *Et urnam.* uidi reum i. *iudicium quia* sort. va. 9) et om. γ. *urnam,* qua γ. rell. om. *ei*ciebantur γ. iudicium *et* eiic. mv. iud. et *eic.* Q(G?). iud. *et iacieb*antur fh. Verbum *ei*cere (domo, urbe, ciuitate, e senatu, in exsilium) fortius est quam *rei*cere, iudices autem non *ei*ciebantur sed *rei*ciebantur Cic. Verr. I, 6. 7. Planc. 17. sic differunt *ei*ectio (Cic. Att. II, 18: *mors et eiectio*) et *re*iectio. Cic. Philipp. XII, 7. Fin. III, 6. Sull. 33. Att. I. 16. Verr. Act. I, 6. Quintil. VII, 1. posui *rei*ciebantur; eodem iure poteram scribere *eiera*bantur. conf. Cic. Orat. II, 70: iudicem sibi iniquum *eierare.* Eierandi et reiciendi iudicis formulas uide ap. Brisson. V, 6 p. 348. — *Vel* — mortem γ. urnam i. mortem Bφ. rell. om. conf. G,m. 11) albuc*i* γ, ut omn. fere codd. Hor. EBφDFJMOP Genou. Ambr. Barc. Bernn. ACDF etc. albu*ti* fh. mva. hab. lemma: Canidia, Q: Canidia A. (infra Albu*t*ius). — Seru. A. I, 41. IX, 360. G. I, 138. 12) *Albuci* interposui. 13) ex*u*nctor γ. (percussor). uox non Latina. *exstinctor* de homine a Lactantio tantum adhibetur. Iustin. XVI, 1: domus regiae. de patria, bello, coniuratione Cicero saepius eo usus est. *Canidia* — dicunt γ. Canidia — filia G,mva, om. Verg. — dicunt. 14) uen. Deest minitatur γ. rell. om. 15) Minitatur autem γ. supp. minatur C. rell. om. 17) ta*bul*as γ,C. tabellas fhQ. Scholia *Turius* — *damnabitur* om. G,mva. 18) *secundum eos* γ. *pro reis* C. rell. om. *Secundum eos* recte, non *reos*, i. e. ex fauore eorum. Cic. Verr. II, 17: *secundum praesentem* iudicare (i. e. de tribunali pronuntiare Cic. ibid. 18 et Off. III, 16: iudex ita pronuntiauit). conf. Cic. Att. IV, 2: pontifices *secundum se* decreu. etc. 19) corrupe*rint* γ. corrupe*rant* fhQ. — reus uerris γ.

bellas fertur dedisse, ut sciret, qui secundum uoluntatem suam iudicassent, quia nomina sua centumuiri non adiciunt. Aliter. Turius, qui solebat iudicare, hoc dicit [Turium dicere solitum]: si me iudicante ad iudicium uenerit inimicus meus, damnabitur.

50. 51. *Ut, quo quisque ualet, susp. terr.* Id est: [Hoc dicit] quomodo unusquisque hac re terreat inimicos suos, in qua re ualet, et quomodo hoc inperat, [cognoscit fortuna] natura cognosce.

collige. Reputa, cognosce, intellege, percipe.

quo quisque ualet. Quemadmodum potest.

suspectos. Inimicos.

utque. Quemadmodum.

52. *Dente lupus.* Ostendit, omnes per naturam id minari, quod ualeant.

unde. cur, interrogatiue.

intus Monstratum. Scilicet *est.* a naturali sensu institutum.

nisi int. Monstratum. Nisi hoc monstraretur natura.

53. 54. *Scaeuae uiuacem crede nepoti Matrem. Viuacem.* Diu uiuentem. Id est: committe huic uiuacem matrem, et non faciet aliquid sceleris pia dextera, sed ueneno utetur i. e. non eam perimit gladio. *Scaeua* quidam luxuriosus dicebatur fuisse et pronus ad artes magicas. Is habuit matrem anum, quae est aetas luxuriosis molesta. Ostendit, natura unumquemque ea minari inimicis, quae possit perficere.

crede nepoti. Quia luxuriosis ita uidetur.

54. *mirum.* Est; ironice dixit: fortasse tibi hoc [non] mirum uidetur, id est: miraris, quia dixi: non utitur dextera sua ad occidendum matrem; noli mirari, nam eam occidit ueneno.

56. *uitiato.* Corrupto; quia unaquaeque res alterius permixtione confunditur [corrumpitur].

1) *et* ut γ. rell. om. — suam γ. rell. om. 2) Aliter γ. rell. om. Turius qui so. iud. hoc dicit γ. Hoc dicit *Turium dicere* solitum fhQ. 5) Id est γ. rell. om. Hoc dicit om. γ. 7) *inperat* γ. rell. imperet. cognoscit *fortuna* fh. cognosces *natura* mva. cognoscens natura G (cognosce *ex* nat. Q). natura cognosce γ. 8) Rep. co. int. percipe γ. Perc. rep. et int. fh (Q unc. incl. *reputa*). Collige perc. et int. mva. — *audi* et cognosce mecum et intellige C. 9) quo — potest γ. rell. om. 10) Inimicos γ. rell. om. 11) Quemadmodum γ. rell. om. 12) Ost. omnes per id *imitari* q. ual. γ. rell. om. 13) cur *pro rogatiue* γ. rell. om. 14) *intus.* intus mo. est a nat. censu institutam (sic) γ. a natura *insitum* C. 15) Nisi — natura γ. rell. om. 16) Diu uiu. γ. rell. om. 17) aliquid dextera sed ueneno utetur //////////////// (rasura) pia dextera i. non e. p. gladio γ. dextera γ (Hor.). rell. dextra. 20) Ostendit — perficere γ h. l., rell. supra ad u. 52. 22) crede — uidetur γ. rell. om. 23) Est. ironice — id est γ. rell. om. conf. C: εἰρωνικῶς hoc totum dictum est etc. 24) occidendum γ,mvafh. occidendam (G?)Q. 26) confunditur γ. recte. conf. Liu. I, 23. XXXIV, 9. Verg. A. V, 496. XII, 290: *confundere foedus* cum Plin. XXIX, 3: melle, mox aceto, item oleo confusis crebroque permixtis.

Vitiato melle. Noxia potione, id est: melle ueneno corrupto eam poterit enecare.

57. *ne longum faciam.* Id est: ne multa dicam.

57. *tranquilla.* In otio posita.

58. *seu fors.* Fortuna.

59. *Exsul.* Extra patriam positus.

60. *Quisquis erit uitae, scribam, color.* *Color.* Qualitas, status, modus. Id est: Quicumque m euitae exitus maneat, siue diu uiuere liceat, siue cito necesse sit deperire, siue pauper siue diues, utrum Romae an exsul futurus, tamen scribere non desistam.

60. 61. *O puer, ut sis. Vitalis, metuo, et ma.* Trebatius respondet: o Horati, ne non sis uitalis, metuo i. e. ne cito pereas, metuo; nam te potest quicumque maiorum a te lacessitus occidere.

62. *Frigore te feriat.* Perimat, interficiat, id est, morte te adficiat, quae frigida est, ut Poeta (A. IV, 385): *Frigida mors.*

62. 63. *Quid? Cum est Lucilius ausus Primus in h. — morem?* Item Horatius: Quid passus est Lucilius, cum in multos dixisset principes ciuitatis!

64. *Detrahere et pellem.* Id est: denudare, reuelare interiorem uitam [reuelare], quia multi sunt mali homines, opinione tamen bona, quorum uitam si exposuerit quis, pellam honestatis uidetur illis detrahere, simulata opinione remota. [*Alias:*] Detrahere pellem h. e. unumquemque superficie ipsa nudare, ut uitia detecta eluccrent, quamuis aliquo uelamine celarentur. *Pellem* [igitur] uelamentum uitiosae uitae factam opinionem.

64. [*nitidus.* Ut ciuis bonus.] *qua.* Pelle. *nitidus qua quisque per ora Ced. intr. turp.* Id est: quia pelle ille, qui uitiis latebat, nitidus incedebat per conspectum omnium ut bonus ciuis.

1) Noxia potione γ,C: *uitiato.* corrupto, hoc est, noxia potione. 2) enecare γ. rell. occidere. 4) In otio po. γ. rell. om. *seu fors.* Fortuna γ (a 2 m. in rasura) Ambr. et C. omn. fere codd. habent *mors* siue Mors i. e. frater ille Somni item alati Eurip. Alc. πτερωτὸς, quem Hor. C. II, 17, 24 nominat *Fatum*: *uolucrisque Fati Tardauit alas.* Mors i. e. μόρος, *fors* et *sors* saepe in codd. confunduntur. Atqui cum *Fors* dea illa, cui Caruilium ex Liuio X, 46 constat '*aedem Fortis Fortunae*' exstruxisse, in subseq. uersu iterum occurrat, quaeritur, num *Mors* h. l. glossa sit iudicanda, quoniam *Fortuna* et *Fors* interdum seiunguntur, ut Cic. Leg. II, 11: *Fortuna*que sit uel huiusce diei — — uel *Fors*, in quo incerti casus magis, uel Primigenia etc. 6) exul libri. schol. om. mva. tacite uncis incl. Q. Qualitas st. mo. γ. C: qual. st., *conditio*, mo. 8) siue *toto* γ. necesse sit γ. rell. sit n. 9) posui futur*us*. futur*um* γ. rell. fuero. 12) te om γ. 14) Perimat interf. γ. rell. om. 16) Item Horatius γ. rell. om. 19) denudare. reuelare int. γ. denu*dando* int. fhQ. Totum schol. om. G,mva. C: detrah. pellem est reuelare uitam etc. — reuelare, quia fhQ. 20) sunt ma. ho. γ. ma. sunt ho. fhQ. 22) Alias om. γ. 23) de*l*ecta h. 25) schol. om. γG, (Q unc.) mvaQ. — Schol. om. G (unc. Q), mva. *qua.* Pelle γ. Ambr. habet: *qua quisque.* al. qua pelle (1 m.). Scholion longius *Id est* — *ciuis* est ex γ. rell. om.

65. *Cederet.* Pro: incederet.

65. 66. *et qui Duxit ab opp. mer. Cart. no.* Africanum Scipionem dicit, qui in Africa funditus Carthaginem deleuit Numantiamque, unde postea Numantinus dictus est.

67. *Ingenio.* Lucilii carmine.

offensi. Laesi. Nam inimici ipsius facti sunt, aut propter *Lupum*, aut propter *Metellum*. *Lupus* princeps fuit senatus. || Id est: laesi uel irati sunt illi duo duces idcirco, quod Lucilius carpsit Metellum Lupum et ceteros principes urbis Romae. || *Metello* Macedonii filius.

68. *Famosisque.* Criminosis, maledicis.

cooperto. [Increpato] Oppresso.

uersibus. Id est, numquam doluere.

69. *populumque tributim.* [Diuisum in tribus] i. e. per singulas tribus. Hoc est: non uiles in singulos sed [et] primores et populum in tribus distributum lacerauit carmine suo Lucilius.

69. *arripuit.* Culpauit, lacerauit Lucilius, saeuit (laesit?), persecutus est.

70. *Virtuti.* Virtutem diligens solam [indulgens bonis hominibus].

aequus. Ipse Lucilis i. e. amicus.

atque eius amicis. Virtutis scilicet, Scipioni et Laelio. Ostendit, non maliuolentia Lucilium persecutum fuisse multos, sed amore uirtutis.

71. [*in secreta.* Scilicet domus parte].

remorant. In domos suas. [Pro remouerant, sicut *Ter.* (Phorm. I, 2, 51 (101) Fl.): *Commorat ibi omnes nos*].

72. *Virtus Scipiadae.* *Scipio Africanus* fertur intra domum tam ciuilis fuisse et carus Lucilio, ut quodam tempore Laelius circa lectos triclinii fugienti superuenerit, cum eum Lucilius obtorta mappa quasi feriturus sequeretur. Caecilius [autem] *Metellus* consularis. Hic filios consulares uidit

2) Karth. Ambr. Kartag. Bernn. CD. rell. cartag. (chartag. D). — dicit omn. libri. di*x*it tacite inc. Q. qui afric*am* G,mva. 5) Luc. carm. γ. rell. om. laesi γ. rell. h. l. om. *ingenio.* carmini irati, tanquam laesi a Lucilio, fuere C. *Laesi.* Num — senatus γ,fh. rell. om. *Ingenio off.* Id est — Romae mva(G?)Q. 7) *Metello.* Macedonici fili*us* γ. Ma. filio C. Nominatiuus *Metellus* omissus, more interpretum. *uersibus* i. numquam *adoluere* (sic) γ. rell. om. 11) Increpato (fh) om. γG,mva. Oppresso γ. rell. om. *com*presso *et increpato* C. 13) Diuis. in tr. om. γ. 14) *set* prim. γ. *set* more suo scripsit. rell. *sed et* pr. 16) *arripuit* — est γ et C, qui om. *Lucilius.* rell. om. 17) indulg. bo. hom. om. γ. contra *Virt. dil. sol.* tacite uncis incl. Q(G?). om. mva. 18) De u. 70. conf. Gerlach. Lucil. p. 105. aequus — amicus γ. rell. om. *aequus.* amicus, unicam diligens uirtutem C. scipion*is* et lel*io* γ. 20) mal*iu.* γ,mva(G?Q). ma*le*u. fh. — *fuis*se γ,mva. *esse* fh(G?)Q. 21) Laelio. *insecreta.* Scil. dom. parte fh(G?)Q. om. γ: In domus parte secreta. est om. mva et C, qui habet: loca. intra suos parietes. 22) Scholia inde a u. 71 –73 uirtutis — donec om. G,mva. — In domos suas γ. rell. om. C: *remorant.* remouerant, *per syncopen, sic* Terent. —omneis nos. Pro — nos om. γ. Totum schol. om. G (Q unc.), mva, ut schol. seq. Scipio — ipsius. 24) *tam* om. γ. 25) lec*ta* tacite Q induxit (ex Ulpiano?). 26) *cum* om. γ. 27) autem om. γ. Hic γ. rell. qui. †) Ad u. 69. *laesit* coni. C. *Hermann.* Equidem: *saeuitiâ* pers. est.

et ab ipsis elatus est, potens fuit temporibus Scipionis Africani [potens fuit] et cum in seditione quaedam aduersum se facta clamaret, Scipio ait: *Hi sunt, quos Hannibali eripui, patere ergo,* inquit, *nos liberos esse.* Ob quod et alia Lucilius eum in gratiam Scipionis carpsit, quamuis amicum ipsius.

73. *Nugari cum illo.* Iocari cum illo solebant.

discincti. Aut positis togis aut depositis seriis.

73. 74. *donec Decoq. olus.* Id est: donec prandium pararetur.

75. *Infra Lucili censum.* Ideo quia fertur Lucilius maior auunculus fuisse Pompei Magni; merito ergo et diues fuit.

76. *Cum magnis uix.* Quia dixi, me uixisse cum optimis: cum Augusto, cum Pollione, cum Maecenate et aliis.

76. 77. *inuita fat. usq. Inuidia. Inuita.* Id est, nolens, deest *et etiam. usque.* Aut diu aut ualde inuita. *Inuidia,* quae semper quaerit inualidum lacerare, a quo non timeat uicem, fatebitur, et inuita, me cum summis uiris uixisse. Quae si ad me uenerit, inueniet fortem, nisi tu, o Trebati, putas, me esse mentitum.

77. 78. *et fragili quaer. inlid. dentem Offendet solido.* Id est: Volens inuidia fragilem laedere inueniet me solidum. Aliter: Inueniet me talem, qui possim resistere mordacibus et maledicis hominibus. Id est: putans fragilem se inuenire, quod mordeat, inueniet durum ac solidum, μεταφορά, non inueniet, qui iuste lacerare non possit. *Offendet* [autem] *solido* [i. e.] inpinget in solidum, id est, in solidum me atque fortem incurret, nisi tu forte refutes ea, quae dixi, me uixisse cum bonis, et possim resistere malis.

79. *Dissentis.* O Trebati.

nihil. De his quae dixi.

79. *Eq. nihil hinc diffingere po. Diffingere.* Refutare, mutare, infirmare,

1) potens fuit temp. γ. rell. Africani po. fuit. 2) et *tum* γ. — aduers*um* γ. rell. aduer*sus.* 3) eripui om. γ. pat*u*ere γ. pat*ie*re fh. 6) Ioca*ri* γ. recte. uitiosa forma Ioca*re* fh(G?Q). 8) *ho*lus mva(G)Q, ut Bφ Ambr. Fran. Bernn. AC. multi codd. in sermonum locis et 2 Epistolarum sibi sunt inconstantes. *o*lus γ,fhC. 9) Ideo quia γ. rell. Quoniam. — maior. om γ. 12) maec. *et* aliis γ,C. rell. Maec. cum al. 13) Inuita — etiam γ. Inuita, *nolens* C. usque — inuita γ. rell. om. 14) lacerare γ. rell. om. 15) me et in uita γ. rell. et inuita me. 21) quod γ. rell. quem. *quod* mord. γ,mva. *quem* fh(G?)Q. — *ac* solidum γ(G?Q),mva. *et* so. fh. 22) q*ui* i. l. *non* possit γ. rell. *quod* i. l. possit. — autem om. γ. 23) *in*p. γ. rell. imp. — solidum i. insolidum me atque γ. rell. solidum me atque. 24) re*futes* γ. rell. re*putas.* 25) Dissentis — dixi γ. rell. om. 27) diffin*g*ere γ,mvafhQ (d*iffid*ere in Porph.), ut Ambr. Barc. Fran. Bernn. AD et Parr. pauci recc. nam D a 1 m. ad marg. habet correctionem *diffidere*, quod negl. Pottier. d*iffid*ere EBφHJNR Genou. Sorb. Bern. C. etc. diff*in*dere C, ut F St. Victor, ut de aliis hic taceam. — Refutare. mutare γ. rell. om. infirmare, mutare, differre C. inf. contradicere fh. infirm. om. G,mvaQ. †) Diff*ind*ere uera lectio est; inde dics diff*issus*.

contradicere, et hoc Trebatius respondit; iuris uerbo usus est. Praetor enim dicere solebat: *hic dies diffissus esto.* Aliter: Consentio tibi hoc, quod fortis sis, sed tamen caue admonitus, ne ignorans legem uenias in [dis-] crimen.

80. *ut monitus.* Deest fac. *negoti* pro nego*tii*, id est, periculi.

81. *Incutiat.* Iniciat, laedat te.

sanctarum insc. legum. Firmatarum, participium a uerbo *sancior*, [Si autem] aut nomen est *sanctarum*, id est: quae non debent uiolari.

quid. Aliquid.

inscitia. Ignorantia.

82. *Si mala cond.* Trebatius mala quasi criminosa dixit, Horatius quasi uitiosa. *mala.* Pro maledica, contumeliosa.

in quem. Aliquem.

ius est. Scilicet inde.

83. *Iudiciumque.* Hoc lege XII tabularum cautum est.

Esto. Horatius.

siquis mala. Scilicet poenas luet.

84. *condiderit.* Conposuerit.

85. *latrauerit.* [Adlatrauerit], persecutus fuerit, lacerauerit.

integer ipse? Interrogatiue hoc Horatius. Etiam si persecutus fuerit malos aliquis, cum ipse sit integer, risu commoto ex carminibus legis paena infirmabitur.

86. *Soluentur risu tabulae.* Trebatius respondit. Aut *subsellia soluentur* i. e. conpago lignorum, aut ipsae leges. Aliter: Non erunt in eum seueri, qui iure persequitur. [Id est: ridebunt legem XII TABB. | uulgo: leg*um* XII tabulae | tu ueniam merebere a iudicibus, si quemquam ipse extra noxiam possis iure lacerare.]

tu missus. Inpunitus, securus.

1) respond*it* γ. rell. respondet. et hoc — crimen om. G,mva. — Praetor — fortis sis om. γ. 2) diff*isus* libri. falso. conf. Porph. 3) in crimen γ. in *dis*crimen fh. rell. om. utrumque recte dicitur. *in crimen* uenire Ter. Hec. III, 1, 55 siue in cr. *uocari* Cic. Verr. V, 50. Nep. Tim. 3. in *discr.* uenire siue uocari Cic. Dom. 7. Cic. Manil. 5. 5) Deest fac. γ. rell. om. *negoti* — periculi γ. rell. om. 6) *Incutiat* — te γ. rell. om. 7) De *sanct. leg.* conf. Dirksen. in libro de leg. XII tabb. p. 509 ad tab. VIII fr. 1. Si autem fh. *Si* ortum ex u. seq. *Si mala.* posui *aut.* C: *sanctarum. aut* particip. est a *sancio.* id est. firmatarum: *aut nomen,* et significat inuiolatarum: aut *sanctarum,* id est, sacrarum, ut foedus sanctum dicitur, et sacrum. 9) *quid* — ignorantia γ. rell. om. 12) Pro ma. cont. γ. mal. *et* cont. C. rell. om. 13) *in quem* — *ca*tum (sic) est. 16) *Esto* Horatius. γ. rell. om. 17) si — luet om. G,mva. u. 82 et 84: Composuerit γ. rell. om. 19) latr. — infirmabitur om. G,mva. allatr. fh. om. γ. persio fu. γ. allatr. lac. persec. fu. C. rell. om. 20) Interrog. h. Hor. γ. rell. om. 23) Trebatius respondit γ. rell. om. 24) Ali*ter* γ. Ali*as* fh. Aut subs. solu. — persequitur. *tu missus* uncis incl. Q. Inde a u. uitiosa (u. 82) neque ad *Soluentur* om. mva, quae sic exeunt: Soluentur r. t. t. Id est rid. — lacerare. 25) seueri om. γ. 26) Id est — lacerare om. γ. — mereber*is* fh. 27) si *quem, qui* ipse extra noxiam positus, iure lace*rarit* fh. — Inpun. secur.

abibis. Cum de se diceret, quasi ad secundam personam locutus est. Tabulae i. e. iudices ridebunt, tu *abibis* (id est?) absolueris, nihil periculi patieris.

PORPHYRION.

Sunt quibus in satira uidear nimis acer et ultra. Quoniam hos duos libros [cum] *Sermonum* inscripsit, tamen de his sic loquitur quasi de satira, Lucilium sequens. Ad Trebatium scribit equitem Romanum. Hic est Trebatius iuris peritus, qui locum obtinuit inter poetas (?) et aliquot libros de ciuili iure conposuit et de religionibus nouem.

8. *Transnanto Tib.* Hoc fuisse in consuetudine ueteribus, alio loco significat dicens (C. IV, 1, 39): *Te per gramina Martii Campi, te per aquas, dure, uolubilis. Corpus habento.* Vide, ut directis uerbis utitur propter iuris peritos.

13. *neque en. quiuis horr. pilis.* Eleganter in ipsa excusatione posse se scribere ostendit.

14. *nec fracta pereuntes cusp. Gall.* *Fracta* dixit, ut *Verg.* (A. IX, 412): *ibique Frangitur*, aut de historia est; nam Marius aduersus Santonas (Τεύτονας? Plutarch. Mar. 21. Caes. 18) talia tela commentus est, ut fracta mitterentur, (missa frangerentur?), ne remitti possent ab hostibus.

16. *Attamen et iustum poteras et scrib. fort. Scipiadam.* Id est: Si non potes gesta Caesaris scribere, at potes iustitiam et fortitudinem, ut Lucilius Scipionis fecit, qui uitam illius priuatam descripsit, Ennius uero bella.

γ. rell. om. C: Dimissus absolueris, impunitus et securus dimitteris, nihil periculi patieris etc.

1) locutus est. abi*bit hoc autem* tabulae ridebunt tu absolueris id est n. p. patieris γ.

PORPH. INCIPIT EIVSDEM LIBER SECVNDVS M. SECVNDVS INCIPIT R. Ed. v. caret inscriptione.

6) uide*or* v. satyra M,va. *uidear* om. M. Sunt quibus in satyra a. Sunt quibus fh. Quoniam — sat*y*ra 2. Conf. MRA infra inter u. 27 et 29. 7) cum MRA. inscripserit. MRA. — his MA. hiis 2. *iis* R. — satyra MRA2. lucilium sequens om. 8) Ad tr. scr. eq. ro. Bφ. 9) iure pe. R. optin. 2. — int. poetas om. M. 10) iu. ciu. 2. 13) *Vnde* ut *de* rectis R. — ut*i*tur omn. libri. ut*a*tur temere et tacite inc. Q. 14) pereuntis MR. Ambr. (2 m. i in e mut.), v. rell. pereuntes. 15) posse scribe*nter* (sic H) M. 18) *i*storia M. Santonas omn. libri. conf. Plin. IV, 19. Caes. B. G. I, 10 (Santo*ni* III, 11. Mela II, 2). 19) ut fracta mitt. deleuit Düntzer. fra*gilia* uoluit Estré. *fracta* omn. libri et C. — possent ab ho. M. rell. ab ho. po. — Marius dux romanorum contra *samnites* dimicans talia tela commen*tatus* est, ut fracta mitterentur, ne rem. possent Bφ. commentari Plaút. Cas. II, 3, 25. comminisci Suet. Ner. 34. 21) At tamen M. Scipiadem va. 22) potes gestis M, (H. gestas Q) *res* gestas Q. uide infra. rell. ges*ta* recte. Nep. Dat. 1. 23) fort. *Scipionis* ut Luc. fecit 2. ut Luc. Scipionis fecit MR,va ut Luc. Scipio*nem* fecit Bφ. ut Luc. Scipio*ni* fe. Q. — descri*b*sit M. — e*m*nius R. ennius uero bella *fecit qui uitam illius pro bella* Scipiadam adn. (sic H) M.

et scribere fortem. Ὑποστιγμή ponenda, ut sit sensus: fortem animo et iustum, quatenus res gestas bello exponere non potes.

17. *Scipiadam.* Adnotandum, quod non Scipionem dixit.

19. *per adtentam (non ibunt Caes. aur.) Adtentam.* Maioribus expeditionibus intentam.

20. *Cui male si palpere.* Metaphoricos: cui si adularis, offenditur; *palpare* proprie *manu mulcere.*

undique tutus. Tutus. Inaccessibilis, ut *Verg.* (A. VI, 238): *Tuta lacu nigro.* Et [est] sensus: Non audit adulantem, quia sapientia undique munitur i. e. in omni rerum studio, hoc est: omnia nouit.

22. *Nomentanumue nepotem.* Hunc *Nomentanum* quasi luxuriosum tangit. Sensus [est]: Nomentanum quotiens luxuriosum conpellat necesse est, qui eodem uitio laborant, sub persona admoniti timeant aut oderint conpellatorem huiusmodi.

24. *saltat Milonius. Milonius* scurra illorum temporum, qui simul ebrius fuisset, statim saltare incipiebat. Sensus: Ita scribendo me abstinere non possum, ut Milonius ebrius a saltando.

25. *numerusq. lucernis. Lucretius* (IV, 448): *Bina lucernarum florentia lumina flammis* [*Et duplices hominum facies et corpora bina*]. Ebrii enim duplicia uident.

27. *ouo prognatus eodem, Pugnis: quot capitum uiu. tot. stud.* Dicit, quot homines, tot esse sententias; nam *Castor* et Pollux diuersa secuti utique communi omnium uarietate ducti sunt.

29. *nostrum melioris utroque.* Mei et tui, σόλοικον est. Debebat enim dicere *nobis* (scil.?) sensu et ingenio *melioris.*

1) ΥΝΟΠΤΙΤΝΗ (sic) M. spat. uac. reliq. v. om. R,afhC. υποστιγμη AGQ. υποστισμη ponenda om. fh. — fort. *animo* M et R2 (aĩo). *attamen* vafhQ. iustum *scribere* vafh. rell. om. 2) *bello exponere* M. bel*lorum* expo. R. bellorum ponere fh. bel*li* po. a. belli & po. v. — pot*est* MR. 3) Scipiad*um* (h. l.) ad*uec*tandum v. Dicit non Scipi*onem*, quod *notandum* est C. 4) att. M. — mai. *occupat*ionibus fh. 6) Cui m. s. pal*pebrae* M. Metaf. M. — aduleris R. 9) est om. MR. 10) *in* om. fh. 11) nomentanum*que* R2,afh(G?Q), ut plurimi codd. Horatii. nomentanum*ue* M,v, ut Bφ (corr. suprapo. q) F St. Germ. Harll. βγλ Regin. Fran. Lectio Porphyrionis et codicum ex hoc fonte fluxisse uidetur. 12) est om. MR,va. quoti*es* afh. 13) compell*at* MR2G,v. recte. scil. Horatius. rell. compel*las*, quod expositioni repugnat. hinc Q: 'Ceterum in hoc schol. mihi non satis feci.' At uero scholion idem est in afhQ. teneant R. *et* od. 2. oder*u*nt v. 15) sal*tant* mi*ll*onius M in lem. mi*l*onius in scholio. Mi*ll*onius 2,vQ(G?) dicens: 'Mi*l*onius Fabr. Med.' 16) *statim* MR2,vafh. tacite om. Q(G?). 18) *flor*entia MRAG(Q),va. *luc*entia 2. *flagran*tia fh. 19) Et dupl. — bina om. MR2,va. 21) Lemma *ouo progn. cod.* amplificaui. 23) hominum vafh. rell. *omnium.* 24) *Me* et *te* Q. omnes libri *mei* et *tui* (nostrum). soloecon MR. solecismon. 2. σολ. fhQ(G?). — *Deb. e. di.* nobis *sed* sensu MRG,v. dicendum er*a*t nobis. *Aristo.* (sic) *sententia est* sensu et ingenio meli*ori* a. dicendum er*it* nobis Lucilii et ingenio meli*oris.* Deb. e. di. nobis Aristo*phanis* sententia est sensu et ing. meli*ori* v.

†) Notandum est, inter hoc et seq. schol. in MRA posita esse haec, quae ad principium

30. *uelut fidis arcana sod.* Aristoxeni sententia est. Ille enim in suis scriptis ostendit, Sapphonem et Alcaeum uolumina sua loco sodalium habuisse.

33. *Votiua pateat ueluti descr. tab.* Ita fit, ut Lucilii uita tam clara sit per libros, quam si in tabula uotiua ostendatur.

34. 35. *anceps Nam Venusinus arat f. s. u. c.* Non ego dubius sum, sed incertum est; nam Venusini Lucanis sunt adfines et Apulis.

39. *sed hic stilus haud petet ultro.* Dicit sua scripta, quod nulli nisi merito detrahat.

42. 43. *O pater et rex Iuppiter ut pereat positum.* Tractum ex Graeco hoc: ὡς πάόλοιτο; id enim significat hic *ut*, quod illic ὡς, id est, *utinam.*

47. *Ceruius ir.* Hunc *Ceruium* uult uideri accusatorem, qui eodem malo iudice postea loquitur.

48. *Canidia Albuci.* Amphibolice posuit: aut *Canidia uenenum minitatur*, aut *Albuci uenenum.* Hic enim *Albucius* ueneno uxorem suam dicitur peremisse.

49. *Turius, si quid, se iudice, certes.* *Caius Turius* hic praetor fuit, apud quem accusatus est a Cicerone Verres, Hortensio defendente. Hic dicitur centumuiris dedisse tabulas, aliis nigra, aliis rubra cera et adnotasse, quas cuique dedisset, ut sciret, a quibus postea pecuniam peteret uel linqueret; nam omnes corruperat.

Sermonum atque adeo huius satirae pertinent: *Sunt quibus in satyra* (uide*ar* om. M et h. l.) *nimis acer.* Quoniam hos duos libros cum *Sermonum* (sermon*em* M) inscripserit, tamen de his sic (iis loq. R) loquitur, quasi de satyra Lucilium sequens. conf. cod. 2 supra.

93. *tellus me prima tul.* Scilicet quia dicitur ante Deos nata Terra. Mire ait *prima tellus;* illo enim tempore, quo mundus ex discordibus in hanc concordiam formatus est. Ex Terra generati traduntur Heroes, indocilis turba uitiorum.

94. *Das aliquid.* Nonnihil putas esse opinionem bene pascentis, et ideo uis habere apparatam mensam i. e. uis habere *famam,* ut lautus dicaris; sed est fama gratior, quae carmine animos delinit et docet. *famae.* Interrogatiue; putas, hoc ad famam pertinere, si lautus es [agitas magna conuiuia]? Sed forte dicis: Volo habere opinionem bene pascentis et laudari propter opima conuiuia.

94. *quae carmine gratior.* Τῷ ἀκροάματι. [nam] Ἀκρόαμα dicitur, quod auditu delectat. Antisthenes philosophus cum uidisset, adulescentem mul-

tentem. — Maxime ridicula est lectio corrup*tum carmen* (ex Prudent. Perist. X de Romano 315: rancidae edentularum cantilenae??) tacite inculcata a Q, qui habet: *Lar*dum leuiter putentem; et corruptum *carmen* ranci*dum dixerunt.* fh: *Lar*dum, leuiter putentem, et corrupt*am* carnem rancid*um dixerunt. dicit* γ. C: *rancidum ap.* leuiter *tantum* putentem. Flandrice *garstich.*

1) Omnia antiqui γ. qu*am*uis γ. rell. qu*a*uis. recte. 2) *uitiatd* γ. rectissime. rell. om. *Omnia* uocabulum suspectum mihi est, nullo alio addito, ut *assa* (u. 73) uel *assanda*, su*ina* (Varr. R. R. II, 4, 8) uel potius su*illa* pro suilla carne. *farcimina* h. l. ponere absonum. melius esset *feros* i. e. apros. conf. Phaedr. IV, 3, 3. odor ferus Plin. XII, 7. 3) et hic nasus et hoc nasum γ,C. recte. nas*um* quater ap. Plautum, bis in Lucilio. et hoc nasum et hic nasus fhQ. 4) *et* est γ. rell. est*que.* 5) intentione om. γ. sententia γ. rell. om. 6) *Quia* γ. rell. Qu*od.* C: Ordo *et sensus est,* quod hospes serius aduenicns commodius ederet *uitiatum et rancidum,* quam dominus consumeret integrum, et non uitiatum. 8) uitiaret γ Harl. (2724 saec. XIII) cum uar. lect. *uitiatum. uitiaret* corr. uitiatum San Gall. *uitiaret* pure Bern. C, teste Orellio et Oxon. quidam (Magd.[2] Babington non adscr. lit. neque num.). *uitiatum* fhQ, ut omn. fere codd. Hor. — schol. om. G,mva. *uitiatum.* rancidum aprum Bφ. putidum om. γ. commodius — si γ. rell. om. 11) glu*to* posui. conf. Pers. V, 112 ibique Beitr. p. 400—405. omn. libri. et C glu*tio*, quod nomen nihili est. 12) s. quia γ. rell. om. Scilicet. 14) est. Est γ,fh. formatus est, ex (Q om. est) CQ. 16) esse γ,va. rell. om. 19) si lautus es γ. rell. om. *agitas m. c.* om. γ. Scholion Interrogatiue — conuiuia cum altero *Nonnihil — docet* sedem mutauit in libris, qui interponunt *Vel* (== Aliter). 22) acroamate. acroma γ, uide infra τῷ *ἀκρ. nam ἀκρ.* fhQ.

tum acroamatibus delectari: O te [ait] *infelicem, qui summum acroama numquam audisti* [*non audiuisti*] *i. e. laudes tuas:* quia plus delectamur laudibus nostris.

95. *patinaeque.* Hoc est, luxuria.

96. 97. *adde Iratum patruum.* Adde, quod etiam haec incommoda adfert apparata mensa, quod se laedit et damna conficit, qui aliis multa exhibet.

te tibi iniquum. Quia sibi iniquus est, qui multa exhibet. *te.* Ipsum.

98. *egenti.* Illi ipsi.

99. *As.* Numus.*)

laquei pretium. Unde emas tibi laqueum.

Iure, inquit. Quasi aliquis dicat de diuitibus et luxuriosis.

99. 100. *Trausius istis iurg. uerb.* [*Trauius* quidam fuit pauper prodigus et luxuriosus.] Quasi aliquis dicat de luxuriosis et de diuitibus. *Iurgatur* autem increpatur, culpatur.

ego uectigalia magna. Satis adroganter opes suas rei publicae conparauit. Et noue dixit *uectigalia* pro *priuato reditu* [propter natos reditus].

1) *acrom*atibus G,fh. — ait om. γ. conf. Porph. 2) numquam audisti γ. rell. *non* audi*ui*sti. 4) Hoc est, lux. γ. rell. om. 6) appara*ta* men*sa* γ, recte. conf. u. 47: apparatum conuiuium. rell. appara*tus* mens*ae*. 8) mul*tum* fh. ipsum γ. rell. om. 9) egenti. Illi ipsi γ. rell. om. 10) *As* γ Ambr. cf. Porph. 13) *egenti.* tibi Bφ. Nummus γ. rell. om. 14) *Trausius* γ in Hor., ut EFJ 23 aliique Parr. Ambr. Magd. (1 m. tra*l*lius 2 m.) Magd.[2] Harll. β (3534. saec. XII) γ. (2724. saec. XIII.) ι λ Bernn. AC. codd. Romm. ap. Feam atque plures edd. saec. XV, inter quas Med. 74, ubi Pith. ad marg. scripsit: 'sic uet. Recentiores legunt *Trasi*us. Acron uero legit *Tral*ius. Est autem nomen pauperis et luxuriosi.' Braunh. in indice: TRAVSIVS, quem Acron *Trauium* nuncupat. Cum Acrone ad uerbum consentit Porphyrion.' Sed dicendum est, scholion Porphyrionis: '*Trauius* (quidam fuit ACR.) pauper (prodigus add. ACR.) et luxuriosus fuit', neque in uulg. lect. Acronis omnino idem esse, licet eiusdem originis, neque hanc Acroniani partem ueteris testimonii auctoritate muniri. *Trausius* ergo pura Acronis lectio iudicanda uidetur, Porphyrionis *Trauius*, quod etiam transiit in edd. Acr. fhCQ. *Trauius* Mon. Porph. et Bφ cum hoc scholio: TRAVIVS iste cum non nimis habundaret uidebatur illi ditior esse tribus regibus ac per hoc prodige sua expendens increpabat diuites. cur permitterent aliquem indigentem et cur etiam non repararent templa deorum. Glossa: pauper quidam sed luxuriosus. *Trauius* habent etiam Regin. Sorb. Par. M. In Barc. hic u. non legitur. tra*n*sius Fran. Bern. D Harll. κλ (2 m.). *tra*sius Harll. ηθικ Par. R Bern. F. tr*u*sius Ald. *tral*lius Par. 1 Magd. (2 m.). traseus Harl. θ etc. Gruterus hanc habet inscriptionem Romae in S. Prisca repertam 744, 3: D. M. C. TRAVSIO. LVCRIONI || TRAVSIVS. PARIS || TRAVSIA. AVGE || LIB. PAR. OP || B. M ||. *Trauius* quidam — luxuriosus om. γ. Quasi — diuitibus γ. rell. om. 18) prorsus insanam lectionem *Et non* dixit tacite inc. Q pro Et *noue* dixit. Aeque inepta est uulg. lect. *propter natos* reditus fhQ, qui ex Porph. proposuit *pro publicos reditus.* similiter C: pro priuatis *redditibus.* Equidem posui: pro priua*to* redi*tu*. conf. Nep. Att. 14: *omnis*que eiusque pecuniae reditus constabat in — possessionibus. Plin. E. II, 4: et quod cessat *ex reditu,* frugalitate suppletur. conf. IV, 6. Bφ: *uectig. magna.* reditus priua*tus*. Verba trauii. — uulgo *arroganter*. arrogan*tes* opes legitur apud Q. *) NVMVS papyr. Hercul. ap. Feam p. XXII. Harl. (2688 saec. IX) quater in Epistt. Ambr. S. 1, 1, 73. Barc. 1, 2, 9 etc.

101. *tribus amplas reg.* Quae sufficiunt tribus regibus.

101. 102. *Ergo Quod superat.* Horatius [respondet Trauio. *Quod superat.* Quod superabundat tibi i. e. tuis usibus]. Quod usibus tuis semper abundat. *non est melius.* Ergo quod abundat, tibi non potes alia re melius erogare: uincit te. *Superest* autem, cum [relinquendum] relicuum est.

102. *melius.* Iustius.

103. *Cur eget indignus.* [Scilicet egestate, qui non mereatur egere Pro interiectione, ut sit indigne.] *Indignus* egestate, hoc est, bene natus, qui non mereatur egere, aut pro interiectione, ut sit *indigne.*

105. *emetiris.* Largiris.

106. *Uni nimirum recte tibi semper erunt res.* Cum uaria sit fortuna. Id est: quare non cogitas uices mobilitatemque fortunae. Id est: semper tu habebis diuitias, poterit mutari tua fortuna: prorsus tu eris solus beatus semper et felix [Per] pro hoc momento condicionis humanae [quae est semper inmutabilis]. Id est: credis, te semper esse felicem, et ideo non promittis quaedam beneficia, quae sis relaturus, alia succedente fortuna? [Alias: semperne habebis diuitias? Poterit tua immutari fortuna.]

recte tibi s. e. res. Secundum fortunam, ut putas.

107. *O magnus po. inim. risus.* Cum patrimonium omne per luxuriam consumpseris, aut si fortuna commutata fuerit, [risui omnibus inimicis eris] eris risus omnibus inimicis.

uterne. Interrogatiue: Utrum frugi, an luxuriosus? [interrogatiue]. Qui est semper instabilis.

1) suffici*u*nt γ. rell. suffici*a*nt. utrumque recte dicitur. 2) resp. — usibus om. γ. 3) *super*abundat fhQ. uerbum suspectum, praeter Macrob. somn. Scip. 1, 14 a scriptoribus Christianis tantum et translatoribus, ut Modestin. in Pandect. XXVII, 1, 6, usitatum. *abundat* mva. — Quod us. t. s. *ha*bundat γ. non — tibi γ. rell. om. 5) rel*iquum* γ. rell. rel*inquen*dum. 6) Iustius γ. rell. om. 7) Scilicet — indigne fh et Q, qui uncos posuit. om. γG,mva. 8) Indignus — indigne γ. 9) *a*gere γ. 10) Largiris γBφ rell. om. 11) *recte tibi* γ,fh (C habet lemma: *Uni nimirum*), ut EBφDH (rec*tae*) JIM Genou. S. Germ. Ambr. Fran. Bern. F. Angl. 4. rec*tae* tibi Regin. M² et Harl. γ. rell. et Oxonn. et Harll. *recte tibi*, teste Babingtone (Bentl. γδλξ: tibi recte). *tibi rectae* vaQ, ut Par. F. tibi recte Bern. C (Orell. refert: recte tibi LCt. rect*ae* tibi bScp). ex AD ad Feae lect. *tibi rectae* nihil notaui. *er*unt omn. libri mei praeter Harl. ι, qui teste Babingtone hab. *eunt*, coni. Bentl. 12) Id est γ. rell. om. — fortunae. Id est semper — tua fortuna γ. rell. 'fortunae. *uel* prorsus.' uide extremam scholii partem. 14) felix *ac pro hac* (G?) momento. rell. felix? *Per* hoc mom. — quae immutabilis om. γ. 16) *prae*mittis γ. 17) Alias om. γ. semperne — fortuna om. h. l. γ. Alias — fortuna om. G (unc. Q) mva, quae habent: Id est credis — fortuna. 18) rec*tae* in codd. aduerbium *recte* saepius scribitur, ut notum est. rec*tae* ex nominatiuo *res* ortum. sollemnis locutio non est *recta res* sed *recte est*, *recte estis*, *recte* s. *rectissime omnia sunt* etc. apud Cic. ad Diu. XIV, 14. 16. IX, 9. Gell. XIII, 30. 20) c̄o*pres*seris γ. rell. con*sump*seris. — aut si — fuerit unc. incl. Q. 21) eris risus omn. inimicis γ. risui — eris fhQ. eris ri*sus* omn. inim. *tuis* mva. 22) *uterne.* interrog. — luxuriosus γ. schol. om. G (Q unc.), mva. 23) Qui est semper instabilis γ. om. fhQ. qu*ia* semper est inst. mva. extremo scholio subseq.

108. *Ad casus dubios fidet sibi.* In egestate. Quis magis sibi fidet? ille, qui paruo contentus fuit, an ille qui semper usus est luxuria? || *Ad casus dubios.* Quis magis habet fiduciam? ille, qui, cum habuisset, praestabat, an is, qui luxuriis fuerat obligatus? ||

certius. Firmius.

109. *pluribus.* Deliciis, siue apparatibus.

superbum. Elatum.

adsuerit mentem. Pro adsuefecerit: quia luxuriosus multis rebus adsuefacit et corpus et mentem; nam multis utitur, [qui] plura desiderat.

110. 111. *metuensque futuri, In pace.* Iuuenalis (I, 168): *ante tubas: galeatum sero duelli Paenitet.*

111. *In pace ut sap. apt. idon. bello.* In prospera fortuna. In diuitiis qui est et uiuit paruo contentus, ita se parat ad inimicam fortunam, quemadmodum sapiens parat necessaria bello in pace. *idonea bello.* Bello conparat egestatem.

112. *Quo magis his credas.* [His] uerbis meis, quibus dixi melius esse uti exiguo uictu, audi, quod dixit Ofellius.

112. 113. *paruus Ofellium Int. op. noui.* Ofellium quendam dicit proscriptum, qui ita dicebat: Non me terret fortuna proscripti uel paupertas, quia et antea, cum diues essem, moderate uiuere consueui. [Alias:] *Ofellium.* Vicinum illum suum abstinentem [dicit]. Qui cum fuisset proscriptus, ager eius [et] Umbreno militi condonatus [aequaliter uixit diues et postea pauper]. [Alias:] Iste Ofellius proscriptus est, quia [fuit] in parte fuit Cassii et possessio ipsius tradita est militibus Augusti, quam Ofellius postea ab iisdem conduxit.

1) In egestate — obligatus γ. rell. habent. Qui magis habet fiduc. — obligatus, id est, in egestate. Quia magis sibi fidit — luxuria. Quis γ. rell. quia. 2) qui om. Q. 3) Ad dubios casus (sic) γ. rell. om. Qui omn. libri. iteraui Quis. — illo Q. praestabat γ.mva. rell. om. *an his* qui lux. γ. rell. (om. *an is*): habuisset *et* lux. Firmius γ,C. rell. om. 6) siue γ. rell. atque. 7) Elatum γ. rell. om. 8) *adsuerit* γ, ut D Ambr. Bernn. ACF etc. *asu*erit Bern. D. alii *ad*suerit. adsue*u*erit Barc. libri *assu*ef. 9) utitur γ.mva. rell. *ini*tur. falso lectum atque inconsiderate propagatum. qui om. γ. Sic haec difficilia scholia ad u. 108. 109 constituta uidentur. 10) Scholion Iuuen. — poenitet γ 1 m. ad marg. rell. om. 11) *In pace.* in iuuentute Bφ. 14) nec. bello γ. rell. bello nec. — Lemma iteratum ex γ. rell. om. 16) His om. γG,mvaQ. 17) quid fh. — ofellus. Iste ofellus (*off*ellus v) proscr. est, cui *paterna res et possessio traditae* (tradita a) militibus augusti: *quam* (quia m) postea ofellus (off. v) ab iisdem (isdem v) conduxit. ofellum (off. v) quendam — ter*r*et — paupertas *qui* — consueui (consue*uit* v). Novi etc. mva. Ofellus libri. uide supra u. 53. item 18) Ofellium posui pro Ofellum. 19) uel paupertas γ, mva. rell. om. 20) diues essem γ,mva. rell. e. diu. — Alias om. γ et lemma *Ofellum.* 21) illum γ. rell. om. — dicit om. γ. Qui om. γ. 22) et om. γ. umbre n̄ = *non* γ. — aeq. — pauper om. γ. 23) *Alias* om. γ. 24) parte fuit γ. rell. quia fuit. ipsius γ. rell. om. 25) qui fh. *his*dem γ. *eis* incule. Q pro lect. uulg. *iisdem.*

114. *accisis.* Bonis imminutis proscriptione, bonis consumptis.

metato. Conducto, ad mensuram diuiso [cum limite diuiso et conducto a milite Augusti || ab eo, cui fuerat ademptus]. Cui est contrarium *inmenso.*

115. *fortem.* Animo.

116. *'Non ego', narrantem, 'temere edi.'* *Non ego.* Scilicet *noui.* *Non* bis intellegitur, ut sit: noui *non temere* narrantem i. e. uere, *non quicquam* (esui?) in usu habuisse praeter olus et fumosam pernam. *narrantem.* Scilicet Ofellium. *edi.* Scilcet *non*, id est, comedi.

luce profesta. In luce *non festa.* *Profesti dies* dicuntur, qui non sunt sacri. Ante festa [nam, ut Quidam, *non festa,* falsum est]. *Non ego narrantem temere.* Refert uerba Ofellii. Subauditur ex superioribus *noui,* [Ordo est] et est ordo: non ego narrantem temere quicquam [audiui praeter] edi luce pro festa praeter olus cum pede fumosae pernae. *temere.* Id est: falso.

118—120. *Ac mihi, seu longum — bene erat.* Zeugma [usque ad] *bene erat.* Continua uerba sunt Ofellii usque ad finem.

119. *operum uacuo.* [Vacanti]. Otianti, nihil agenti, propter imbrem conuiua factus (*gratus* Hor.).

121. *Sed pullo atque haedo.* Aut ordinariae sunt mensae hae, quae ad satietatem, aut [secundariae] secundae, quae ad delectationem proficiunt.

1) *ab*cisis Bern. D (abscisis Ald.). bonis γ. rell. om. — bonis cons. γ. rell. om. 2) Conducto γ. rell. habent: *met. in ag.* Metato ad mens. diu. ademptus. *metato.* uel *mercato.* glossa: diuiso Bφ: *metatum* cum gloss. habitantem, positum. METATVM ad marg. B ibidem: *al.* meta*to.* in φ 2 m. corr. *to.* — γ: diuiso cum *milite.* augusto. cui est contrarium in m̄so (sic). C: ad mens. diu. et *limitibus distincto* || *cum milite Augusto* ||*:* huic contrarium est *imm*enso. Animo γ. rell. om. 6) s. noui γ. rell. om. Nobis (sic) γ. Nō e. n. Noui (noui m) mv. uide schol. subseq. *non* bis afhQ(G?). 7) qui*dq*uam fh. us*um* γ,mv. ī esum a. participium esus exstat apud Gellium IX, 6, *inesus*, i. e. non esus, nusquam legitur. *comesus* forma frequentior. Cum locutio *in usu habere* a Latinis alio intellectu adhiberetur, uide, num *esui habuisse* tibi probetur. *esui* esse Gell. IV, 1. 8) praeter — pernam om. mva. 9) *perso*nam γ. s. ofellum γ. rell. om. ed≡ (rasura). s. non. i. comedi. al. *de* γ. rell. om. 10) In luce — sacri γ. rell. om. *Ante festa,* quod omnes libri tuentur, spectare uidetur ad explicationem praepositionis *pro* i. e. *ante:* dies ante festum. conf. C. IV, 15, 25: *et profestis lucibus et sacris.* Verba *nam* (*non* γ) — *falsum est* interpolata duco. Porph. habet: *non sacra.* 12) Subauditur γ. rell. om. Refert uerba Offell*i* γ. rell. om. 13) et est ordo γ. rell. Ordo est. — audiui praeter om. γ. *audiui* non est Horatii, et *praeter* extra ordinem positum. 14) praeter γ. h. l. *holus* γ. Totum schol. om. mva. — *temere* i. falso γ. rell. om. 16) *Ac* γ,vafhQ, ut EHJIPφB (2 m. *at*). s. Germ. (al. at 1 m.) Barc. Ambr. *At* Fran. aliique. 17) *bene erat* lemmati adiunxi. *zeu*ma bene erat γ, om. *usque ad.* 18) Vacanti om. γ. Otianti γ. rell. om. 20) *hae*do γ, sed *he*dum C. I, 4, 12. *ae*do Ambr., sed *hae*dus Epod. II, 60. *edo* Barc. ut *edus* C. III, 18, 5, sed *he*dus Epod. II, 60. *ae*do C. III, 13, 3, ut Bernn. KA. hedo B et Bernn. CD. — hae γ. rell. om. 21) secun*dae* γ. rell. secun*dariae.* Mel, panis, triticum atque alia uocantur secun*daria,* mensa autem *secunda,* et singulari numero Cic. Att. XIV, 6. Nep. Ages. 8. Plin. IX, 35. XIX. 8, et plurali, ut u. 121. Plin. XVI, 5. Verg. G. II, 101.

121. *pensilis uua.* Pomorum dicit, ut nouimus, mensas.

secundas Et nux orn. mensas. *Secunda mensa* dicitur, in qua non editur, sed datur opera poculo.

122. *duplice.* Bifida.

123—125. *Post hoc.* Post pullam et hoedum.

ludus erat culpa po. mag. Ludebamus poculis indulgentes uino praeeunte quoque culpa: quia culpatur ille, qui multum bibit. *Culpa po. magistra. Culpa* enim docet nos multum bibere.

124. *Ac uenerata Ceres.* Id est, *rogata,* et est commune uerbum *ueneror te* et *ueneror a te.* Est autem sensus: Rogata Ceres, ut segetes crescerent, per uinum molestiae obliuisci faciebat h. e. sacrificabamus Cereri et laeti efficiebamur. [Alias:] *uenerata.* Rogabamus. Iure laudata. Si his tam bonis et tam frugi epulis Cererem aliquis placaret, alto culmo surgeret seges. || Posthac rogabamus Cererem, ut magno culmo messis insurgeret.

ita culmo surg. Deest *ut. ita* pro *ut.* Quomodo coepit crescere.

125. *Explicuit.* Scilicet Ceres cum explicuisset. Potest hic uersus ex persona Horatii interponi, [quae res explicaret ludos]. Vel aliter: Explicuit, id est, tristitiam finiuit uino.

contractae. Tristis. *seria.* Tristitiam, amaritudinem. Pro tristia, grauia, molesta.

126. *Saeuiat.* Verba sunt Ofellii: [Utut] insaniat fortuna, non tamen nos laedet, [Vel] id est: Quantum fortuna uult, [fortuna] in me saeuiat, tamen nihil deterreor ipsius minis; nam et in diuitiis et in egestate una mihi consuetudo moderata uiuendi est.

127. *hinc.* De eo, quod in usu habeo, de hac parsimonia, de exiguo, quantum potest irata fortuna subtrahere.

parcius. Minus. [postquam huc uenit nouus incola].

1) Hoc schol. ut septem praecedd. a u. 116 habuisse — mensas om. mva. 3) pocu*lo* γ. rell. pocu*lis*. pluralis quidem frequentior, sed pocu*lo* non reiciendum, nam suo quisque poculo dat operam. 4) Bifida γ. rell. om. uox Plinio usitatior. 5) edum γ. 7) culpa*batur* — biberet C. — Culpa — bibere γ. rell. om. 12) Alias om. γ. uenerata — insurgeret. rell. om. *uenerata — seges.* habent tantum: Post *hoc* — *in*surgeret fh. surgeret G,mvaQ. *insurgere* seges etiam dici potest, ut puluere nubes Verg. A. IX, 34. aquilo Epod. X, 7. fremitus Val. Fl. II, 82. opes Tac. A. I, 16. prolapsus homo Tac. G. 39. 15) *ita* culmo γ,fh, ut omn. fere codd. Horatii. Deest ut et pro ut γ. rell. om. G,mva om. et hoc scholio et seqq., quorum perpauca tantum adsunt. 16) expl. uel explicuerat γ. rell. om. 17) quae — ludos fhQ. *explicauit quae res* ludos γ. 18) *Tristis* γ. rell. om. Pro tris*ti*tia. grauia. molesta γ. rell. *seria.* Tristia. 20) *Saeuiat.* s. noui narrantem (ad sup. pertin.). Verba sunt *of*felli (om. Utut) ins. — laedet γ. sunt γ. rell. om. 21) Vel om. γ. i. γ. rell. om. — fort. uult γ. rell. uult fort. — seuiat γ. h. l, in lem. Saeuiat. *et* nihil γ. rell. *tamen* nihil. 23) modera*ta* γ. rell. et C: modera*te*. seruaui moderata. conf. Cic. Orat. 21: genus dicendi modic*um* etc. utrumque recte dicitur. conf. Plaut. Pers. III, 1, 18: uitam uiuere mode*ste*. schol. om. G,mvaQ (unci). 25) *sub*trahere γ. rell. *de*trahere. 26) postquam — incola om. γ. uide inferius.

O pueri, nituistis. Accepti estis, bene uixistis. [Sensus est:] Cum eadem sit nobis semper frugalitas, numquid, ex quo agrum amisimus, minus nituistis, cum eadem nobis uita sit, quae fuit dominis constitutis? *Pueri* autem aut serui, aut filii [aut serui].

ut h. u. i. u. Postquam huc uenit.

huc nouus incola. Umbrenus [qui meum agrum possidet], siue miles.

131. *Illum.* Militem.

vafri. Astuti, callidi.

inscitia iuris. Aut ignorantia iuris, aut antiquitas.

132. *uiuacior.* Ad conparationem illius, qui moritur.

133. *Nunc ag. Umbreni.* Nomen est illius militis, qui Ofellii agrum possidebat.

sub nomine. Deest *dicitur.*

134. *proprius.* Perpetuus.

135. *fortes.* Forti animo.

PORPHYRION.

Quae uirtus et q. bo. sit. In hac ecloga sub persona Ofellii luxuriosos carpit.

4. *Discite, non int. lanc.* Haec omnia discite, sed alio tempore, non, cum fulgore argenti auocati fueritis.

9. *Corruptus iudex.* Sicut *iudex* pretio *corruptus* falsum iudicat, ita animus corruptus uera non prouidet.

11. *Militia adsuetum graecari.* Aut luxuriari, aut Graeco more ludere.

12. *Molliter.* Ait, studium ipsum efficere, ne labor sentiatur.

15. *Sperne cibum uilem.* Volo uidere, si potes spernere.

1) *nituistis* γ,fhQ. ut omnes fere codd. Horatii, inter quos E c. gl. uestibus et Magdd. 1 et 2 in rasuris. Pauci uetusti hab. *instituistis*, ut Ambr. Mon. Porph. et Genon. pure, φ pure c. uar. lect. *uel* nituistis, E cum rasura et corr. *ni.* uterque c. gl. s. comedere. In alios recentiores, ut Pulm. et Feae. St. Germ. et DJOR, glossa Acroniana *uixistis* inrepsit. Acc. estis, bene uiu. γ. rell. Bene uiu. acc. estis. C: *bene* acc. *fuistis*; bene uix. — Sensus est om. γ. 2) *fru*-*ga*litas γ. fr*agi*litas fhQ, tam insana uulg. lectio quam supra u. 121 *soci*etatem pro *sat*ietatem in mva. — minus om. γ. 4) aut serui aut filii γ. rell. aut fi. aut serui. 5) Postquam huc uenit γ. rell. Postquam. uide supra ad u. praeced. Simile schol. in γ exstat ad *quanto aut:* Post*ea*quam huc uenit. 6) *huc* omn. libri Acr., uett. edd. *hic*, Fea in ed. *min. nunc*. Umbrenus siue miles γ, om. qui m. ag. poss. 7) Militem γ. rell. om. 11) Nomen illius qui mva. — *Off*elli γ. 13) Deest dicitur γ. rell. om.

PORPH. Inscriptione caret M. Sermo Secundus 2.

19) Quanta u. et q. sit *bonis* (sic inu.) M. *eglo*ga MR2. Hac oda Bφ. — *o*fell*i* M,afhQ. *of*fell*i* v. 25) *egreg*ari M (sic). *pr*aecari v. 27) effic*i* MR2Bφ. rell. effic*ere*. 28) Volo *au*dere M.

18. *Latrantem stomachum.* Mire *latrantem* pro esurientem, ut in sequentibus (S. II, 8, 5): *iratum uentrem.*

20. *Tu pulmentaria quaere Sudando.* Per laborem cibum exquire. Hoc autem Socrates primus ait, qui, cum in noctem usque spatiaretur, interrogatus a quodam, cur hoc faceret, respondit: ὄψον συνάγω, significans, se ideo deambulare, ut cibum libenti animo adpeteret.

21. *albumque, neque ostrea. Album,* pauidum (pallidum). *Persius* (I, 16, 17): *Albus sede legens celsa liquido cum plasmate guttur.*

22. *peregr. iuu. lagois. Lagois* auis leporini coloris.

25. *uanis rerum, quia uen.* Pro uariis (uanis?) rebus. *quia ueneat auro* i. e. pro magno pretio.

28. *cocto n. a. honor. idem.* Plumarum scilicet.

29. *Carne tamen, quamuis.* Τὸ ἑξῆς: Carne(m) tamen hanc magis illa petere te deceptum inparibus formis, quamuis nihil distet esto (ista! distet, esto!).

30. *Inparibus formis.* Inpari magnitudine.

32. *pontisne inter iact.* QVIDAM *Propontias insulas* acceperunt. male; *pontes* enim *Tiberini* dicti.

35. *uideo: quo pertinet ergo.* Si magnitudinem laudas, cur inmensos lupos non adpetis?

1) pro esurien*te* R. 4) in om. afh. ad noctem C. 5) respond*et* inculc. tacite Q. omn. libri respon*dit*. — ὄψον συνάγω A. ὄψον σιναγω 2. et M (non συναγω, ut ref. Q. Halm. ad marg. scripsit: fort. ὀψωνιάγω) spat. uac. in va, qui addit: i. obsono coenae sine spat. uac. fh: *scilicet* obsono coenae, et C: respondit opsono coenae. v pergit: signifi*casse* ideo. 7) pa*ll*idum afhCQ. bene. conf. etiam Acr. ad h. l. *nimietate palloris.* Plin. X, 33: pallidus *color.* sed pa*u*idum habent MR,v. Rubricator uel ad marg. posuit: ALBVM PRO PAVIDO conf. Plin. XI, 37, qui equos *micantes* opponit pa*u*idis etc. 8) le*gens* omn. libri. 9) lago*n*is M, ut φ Genou. pure, EB corr. *n* expu. Bφ ad marg. 'LAGONIS.' uulgo lag*ois* (λαγωὶς). 10) uar*iis rerum* in lem. Q (dicens: uar*iis* in lem. codd.), ut 2G,v, ex scholio inlatum. M non habet uar*iis* sed ua*n*is in lem. teste Halm. Schol. pro uar. rebus om. afh. *uanis.* uanitatibus Bφ. lege pro lect. uulg. *pro uar*ii*s rebus* sic: *pro ua*n*is rebus.* uana res Liu. XXXVII, 4. uera an uana Liu. VI, 14. uana Liu. IV, 37· Cic. Planc. 42. Ouid. Her. XVI, 296. C: stulta rerum uanitate, *vana rerum* (schol. Acr.). conf. amara curarum C. IV, 12, 19. ficta rerum S. II, 8, 83. 13) *quamuis,* non: *quam uis,* MR2G, vafhQ. τὸ ἑξῆς MAG. το εξις 2. spat. uac. in R. om. vafh. Carn*es* non habet M, ut ref. Q, sed car*ne* (Hor.). Secundum propositam constructionem istam et lectionem (*petere* pro *patet*) scribendum in scholio esset *Carnem,* quod habent vafh. ill*a* (Hor.) Q. ill*am.* omn. libri. petere, om. te. *Deceptum inparibus formis* (lemma!). Quamuis nihil dis*tet* esto. M (sic!) 2G. carnem *tantum* hanc v. magis *quam* illam petere *non debes* vafh. 14) pro *esto* scribendum est *ista* sc. carne. nam *esto,* extremum uersus uerbum, quod hic non explicatur, ad hoc schol. non pertinet, nisi sic construas: Esto (Acron: Concedamus, nihil distare), carnem [tamen] hanc m. i. petere te — distet(. *esto*). *Deceptum*]. Quamuis nihil distet. *Esto*] fh. om. R. 16) *in*p. M bis. Notandum est, MR habere: magnitudine *uid*e *quo pertinet. Ergo* (sic). Ordo turbatus; nam schol. ad u. 32: *Pontisne* anteponunt scholio ad u. 29: *Carne.* 17) Pontias afh. 18) intelligentur fh. rell. dicti. 19) uid*e* M. — īmensos — *ad*p. M. 20) *non* m,fh.

37. *Maiorem nat. modum.* In tantum adpetis mullum, ut lupos prolixos in conparationem eius oderis, qua promiscue grandes nascuntur.

his. Mullis scilicet.

38. *Ieiunus raro stomachus.* Sensus: raro ieiunus stomachus inuenitur, qui contempnat res uulgares.

40. 41. *At uos Praesentes Austri.* Bene *praesentes* [sicut *deos praesentes*, qui inuocati exaudire dicuntur] dicit, ut *Verg.* (B. I, 42) *deos praesentes* (ei), qui inuocare dicitur.

44. *Atque acidas mauult inulas.* *Inula* dicitur herba, quae incocta aceto conditur, [et] fastidium decutit.

47. *Galloni praeconis erat acipensere.* *Gallonius* hic est, qui primus *acipenserem* conuiuis adposuit.

48. *Infamis. Quid? tum.* Figura nota apud Horatium transeundo ad rem aliam ita, tamen, ut intellegatur ab acipensere ad rhombum, ut (C. I, 20, 9): *Caecubum, et praelo domitam Caleno Tu bibes uuam: mea nec Falernae temperant uites.*

1) mul*t*um MR,v(G?)Q. mul*l*um afh. recte sine dubio. u. 34 *mullum.* 2) *per*laxos v. *la*xos afh. prolixos MRA2(G?Q). co*n*p. M. — oder*is*. qu*i* 2G(Q),a. oder*it* quo M. oder*it* qu*a* A. oder*int* qu*a* R. oder*it qui* v. odor*is*, qui fh. 4) stoma*chus* libri. stoma*cus* E. ut supra u. 18 stoma*cum* EBφ etc. 5) contemn*et* fh. conte*mnat* M,a(G?Q). contem*pnat* Bφ2. contem*neat* R. 6) P*r*esentes M bis. Hoc scholion uitiatum est ac perdifficile. Viri docti aut codices non habebant, aut eorum auctoritate abusi sunt, sensu aliquantum sano, qui facillime sine ulla arte aut doctrina sermoni interuenit, melius aequius contenti. Uncis inclusum temptamen est Ascensii (a) qui secutus ed. Venetam codicum auctoritatem minus respuit aut laesit quam Fabricius (fh), qui *debent* induxit scribens: qui inuoc*ati exaudire debent.* Ex errore typ. in v: 'qui *riuo canti exaudire dicuntur*' Q fecit atque inculcauit: qui inuoc*antem* exaudire dicuntur. Vir doctus, qui aut negligentia sua aut ratione quadam altioris indaginis scholion ACRONI adsignauit, quod inuocan*tem*, non inuocan*tes* pluralem posuerit, miror. Alia plane res et ratio est in *Verg.* E. I, 1, 36, ubi *unus* dicitur '*deos uocare.*' Et huc manifeste spectare mihi uidetur locus a Porphyrione indicatus in eadem ecloga I, 41: *praesentes* (praesen*tis* Ribbeck.) *alibi cognoscere diuos*, qui locus ab interprete, quod saepe a uett. Grammaticis fieri constat, ex memoria adlatus est. Quo loco recognito una tantum uox, *ei*, interponenda mihi erat, seruaturo auctoritatem ac testimonia codicum qui *dicitur* singularem exhibent: qui inuoc*are* dic*it*ur MRAG. qui inuoca*re* (inuoca*ri?*) dic*un*tur (dn̄r) 2. Ex uulg. lectione *sicut* (sic 2) feci dic̄t i. e. *dicit ut*, non tamen usus luxuria quadam, quam detestor, temerariis coniecturis exuberante, sed ideo, quod non habebam, quo *deos accusatiuum* bene coniungerem. Ad locum insuper conf. G. I, 10: *praesentia numina, Fauni*, laud. ab Acrone et ad h. l. et ad IV, 14, 43: *tutela praesens.* Bφ: *praesentes.* Propitii. Inuocat poeta australes uentos ut suo calore fetere faciant cibos delitiosorum hominum quibus in fastidium sunt carnes recentes. 10) condit*us* M (H.) et om. MR,v. 11) ga*l*oni v. accipensere MR,v. conf. Acr. Gallo*nus* hic R. Gallon*is* hic 2. Hi*nc*, om. Gallonius fh. Hic, om Gall., a. 12) accip*iens est* M. — conui*uis* M. rell. conuiu*iis*. conf. Acr. et u. 69. 13) transeun*dum* vafh. transeun*do* M. recte. transeun*di* G(Q). haec *transitio* est, ut *Caecubum* etc. C. Non: *figura transeundi* sed transe*undo* i. e. transitu (Quintil. VII, 6: *hinc erit ad alia transitus.* IX, 2: *non quia transitus ipse sit schema*), non: *in transitu* i. e. Gallice en passant, ἐν παρόδῳ. 14) accip*i*ensere — *r*ombum — cecubum — pr*a*elo M.

50. *Donec uos uictor docuit praetorius.* Plocius Plancus praetorius. *Victor.* Legitur et *auctor.* '*praetorius.* Assellius quidam praetor, qui usum comedendarum ciconiarum primus inuenit. Alii Sempronium pr*ae*torem uolunt, quia (qui?) post multa etiam ciconias docuit esui esse posse, et pullos earum.' Fran.

50. 51. *Ergo Si quis nunc merg. suau. edix. assos. Rufus* praetorius instituisse traditur, ut ciconiarum pulli manducarentur, isque cum repulsam in praetura tulisset, tale epigramma meruit (incert. auct. in Anthol. Lat. Meyeri n. 780.): '*Ciconiarum* RVFVS *iste conditor.* || *Hic est duobus elegantior Plancis:* || *Suffragiorum puncta non tulit septem;* || *Ciconiarum populus ultus est mortem.*'

---

53. SORDIDVS *a tenui.* IN SORDIDOS INCIPIT HAEC ECLOGA.

55. *Auidienus.* Hic nimium parcus sed diues fuit, et est sensus: Vano luxuriam ex una parte, ex altera auaritiam inminere.

60. *Ille repotia. Repotia* dicebatur dies post nuptias.

62. *non parcus.* Παρὰ προσδοκίαν.

64. *Hac urget lupus, hac canis angit.* Per lupum et canem significat, ex una parte luxuriam, ex alia auaritiam inminere.

2) *Victor* lectio Porphyrionis in omn. uett. libris, in lem. et in scholio, perrara in codd. Horatii. Potest scribi: *Victor.* Legitur et *auctor*, atque: *Victor* legitur et *auctor*, ut habent MRA2G,vaQ. In lemm. exstat *uictor.* Expositio non data est. Ignoramus, utrum nomen proprium sit *Victor*, an ironice dictus '*hostium uictor*' i. e. infelix praeturae petitor et simplex (conf. Cic. Att. VI, 2, 10, qui quendam eiusdem nominis || C. Sempronii || RVFI ridet). Hanc rem dubiam atque controuersam Fabricius (fh) euitauit, scribens: *Vos auctor*] *Auctor* legitur et — *auctor.* 6) Ru*ff*us fh, qui epigramma quattuor uersibus dispescunt. 13) Omnes libri Porphyrionis hanc ferunt inscriptionem. In paucioribus codd. Horatii noua satira significata aut numerata est. F ostendit hanc rubram mai. litt. exaratam: HIC CORRIPIT SVB OFFEL̄LO SORDIDOS. EGLOGA. Pithoeus ad Med. 74: 'AEGLOGA TERTIA INCIPIT in lib. manuscripto, sed et nouam esse eglogam apparet de Acrone (?) et Porphyrione.' Neque in plurimis uett. libris, qui Acronianam recensionem secuntur, ut γbE Ambr. Fran. etc., neque etiam in iis, qui lectiones atque expositiones Porphyrionis amplectuntur, ut Bφ, aut discrimine aut maiore lit. initiali aut inscriptione noua satira notata est. φ tamen ad marg. hanc habet inscriptionem: CORRIPIT SORDIDOS SVB OFELLI NOMINE. Accuratius et u*b*erius de hac re serius suo loco disseremus. — SORDIDVS caeruleis, rubris et atris litt. R. 14) *Auidienus* in 2 non est lemma sed ad schol. pertinet. *hic* om. R: *uno* lux. ex altera au. imm. *uano* M2G(Q). om. afh. *prauo*? C. Herm. 15) ex una parteom. MR. ad marg. G. — *inm*in. M. 16) rep*or*tia MR in lem. et in scholio, ut Bφ (in lem. B rasura). repo*titi*a v in lem. et scholio. Posui *repotia* afhQ(G?). conf. Acr. 17) *παρὰ πρ.* MA2 uet. liber H. Stephani et G(Q). spat. uac. in R. rell. om. λιπτοτη v. λειπτότη afh. λιτοτὴ C. conf. H. Steph. in Porph. emendd. p. 163: — — 'de quoinueterato errore (λειπτότης), ex quo etiam *Liptote* apud recentiores quosdam grammaticos manauit, in meo de abusu graecae linguae libello admonui.' 18) H*ic* canis *aiunt ac* lupus urg*uet* M (H.). Q: hac urg*uet* l. h. c. *aiunt* (referens: '*hac* canis aiunt *hac* lupus urget (ur*guet* Mon.) codd. Pat.' Sed et hoc falsum, nam v, sic habet: hac canis *auemt* (sic pro *aiunt*, *hac* om.) lupus urget. a: Hac canis *angit.* (hac om.)

65. *qua non offendat sordibus.* Sensus: Vita beata erit, quae sordes excesserit.

66. *In neutram partem cultus miser.* Cultus τῶν μέσων est, unde et alibi (C. I, 10, 2): *Qui feros cultus hominum; Verg.* (G. II, 36): *cultus* (— *fructusque*) *feros mollite colendo; Sallustius*: *atque ipse cultus rei.*

67. *Albuci senis.* Hic est *Albucius*, qui, et auarus et elegans conuiuiorum apparator, saeuus est habitus in seruos [saeuus]. Qui, ob cupiditatem nimiam habendi alienam uxorem, suam ueneno necauit.

70. *Accipe nunc, uictus tenuis quae.* Dicit, quae bona conferat tenuis uictus, quae mala copiosus.

77. *Caena desurgat dubia.* Lauta; sicut *Terentius* in Phormione (II, 2, 28. 342. Fl.): *caena dubia adponitur.*

79. *diuinae part. aurae.* [Id est:] Animum dicit. Sic et *Verg.* (A. VI, 747): *Aetherium sensum atque aurai simplicis ignem.*

80. *Alter ubi dicto citius.* [Ait: is] Alius uero [qui] citius conquiescit nec diu uigilat ob longam caenam.

80. *curata.* Cibo modeste fota.

80. 81. *sopori Membra dedit, uegetus pr. ad mun. surgit.* Is, qui dicto citius *membra* quieti *dedit*, ualens ad sua officia surgit.

upus *urget.* fh: *Vrget* Lupus, *hac* canis *angit.* Patet lemma turbatum esse in M et v. *Aiunt*, quod notaui ex EBφγ NOP, Bernn. AC Fran. et ex uet. lib. Pithoei, qui ad Med. 74, *aiunt* uerbo deleto adscripsit: '*angit*, quamuis uet. habeat *aiunt*,' bene quidem significat prouerbium; posui tamen *angit*, quia Porphyrion de prouerbio ipso, quod nondum satis constitutum est, non disserit. *Aiunt* enim glossam sapit, atque ex glossa facile potuit in Horatium intrare, praesertim cum *ait*, *agit* et *angit* pro literarum similitudine saepe confundantur.

3) τῶν μέσων A et uet. lib. H. Stephani l. l. p. 163. των μέσον 2. ΤωΝ ΜeCHN M. των εσων G. spat. uac. in R,vQ. cultus *ferus* a. cultus *saeuus* fh. ornatus erit Bφ. *cultus.* nomen genitiui casus C. (u. seq. *Albuci?*). 5) mo*l*ite M. colendo g̅. sa*ll*ustius M. *cultus* feros habent MR quia Verg. locus II, 35, 36: proprios generatim discite *cultus*, Agricolae, *fructusque* feros mollite *colendo* in omnibus Porph. libris corruptus est. conf. Nonius 250. 6. Macrob. S. VI, 6, 17 ap. Ribbeck. qui non Porph. sed schol. Cruq. tantum laudat. molli*re* afh. — cul*tu* rei M. cultus *ei* R. rell. cult*us rei*. Locus Sallustii ignotus est, ita ut non habeamus, quo iudicemus. 6) albu*ci* MBφ in lem., albu*tius* in scholio. albu*ci* — albu*cius* R Albu*tii* - Albu*tius* v. rell. Albu*ti* — Albutius. 7) apparat*orum* M. saeuus est afh. rell. om. *saeuus* h. l. — in seruos *saeuos* M. in*ter* seruos *saeuos* R. in seruos sae*uus* v. saeuus h. l. om. afh. mihi legendum uidetur: *in seruos suos.* Vides autem, iterum perperam rettulisse Q: 'sae*uus* Mon. saeuus est hab. in seruos Edd.' nam v habet seruos sae*uus*, ut Q. 8) nimiam om. 2. — *alienam* libri. di(ti)orem Bφ in schol. conf. Acr. 9) *Quasi* di*cat* quae R. 10) quae mala copiosus M (q*ue*, ut in lem.) RA2 (G?Q). om. vafh. 11) *for*mione MR. 12) cena dub. *a*pp. M. 13) au*rae* M in lem., au*rai* in Verg. loco M (H). aus*tri* R. rell. au*rae*, ut libri Hor. Id est MR. rell. om. — Vergi*ll*ius M. 15) *Ait* is uero MR,v (perperam ref. Q) a. ait om. 2,fh. *Alius* uero 2. recte. Lect. uulg. *qui* absona est, orta ex schol. seq. (*Is qui*), quod eandem fere sententiam enuntians hoc super-, fluum reddit. *Conquiescit* glossa uidetur fuisse uerborum Horatii *membra dedit*, ut *quieti* aperto est uocis *sopori.* 17) A lemmate *curata* abieci *sopori mem. dedit.* conf. Acr. Scholion om. fh

82. *Hic tamen ad melius.* *Melius* lautius significat.

quondam. De futuro, ut *Verg.* (A. VI, 876): *nec Romula quondam Ullo se tantum tellus iactabit alumno,* et alibi (A. III, 410): *Ast ubi digressum Siculae te admouerit orae.*

86. *tibi quidnam accedet ad istam.* Hoc ait: licet uelis ad istam tuas delicias adicere, profecto non possis; tantae sunt enim, ut addi ei (*eis?* C. Herm.) nihil possit.

89. *Rancidum aprum antiqui laud.* Dum seruatur, *rancidum* factum.

94. 95. *quae, carmine gratior, aurem Occupat.* Hoc Antisthenes dixisse traditur. Is enim cum uidisset adulescentem luxuriosum acroamatibus deditum, ait: *Miserum te, adulescens, qui numquam audisti summum acroama* i. e. *laudem tuam.*

97. *te tibi iniquum.* Ineptum.

99. *As, laquei pretium.* *Plautus* in Pseudulo (I, 1, 86 Fl.): *Sed quid de drachma facere uis? Restim*||*mi emere,*||*qui me faciam pendulum* (pensilem.)

Iure, inquit, Trauius istis. *Trauius* pauper et luxuriosus fuit. Verum

uerbis *curata sop. memb. dedit* ad seq. sch. tractis. *fa*cta va. fota MR(G?Q) et Bφ: i. cib. mod. *fota.* recte, quamquam speciosior sit locutio scholiastae et hoc sensu rarior. sed conf. Gell. praefat. 16: *animum* oblectare et fouere. senectutem Plaut. Stich. IV, 1, 64. spes uitam fouet Tib. II, 7, 2 (III, 6, 20). spe fouere Liu. XXXVIII, 6. *cibo membra fouere* nusquam legi pro *curare* uel *nutrire,* utpote quod uerbum Celso constanter usitatum est, ut III, 23. VI, 6, 16. 26, 33 etc. corpora nutrire, id est, curare Liu. IV, 52. conf. Acr. *refecta* (refe*r*ta C. falso), recreata, ut Cic. Planc. 1: reficit et recreat. Cic. Mil. 1: recreat et reficit. In Celso III, 9 *refecerant* non est *curauerant* sed *restituerant.* uide quae dixi supra.

1) l*a*tius h. *ad melius.* ad lautius conuiuium C. 3) tellus tantum 2. se*cantus* (sic) M(H). cf. Nonius 242. Seru. A, III, 414. — iactab*at* R. rell. iacta*bit,* non iacta*uit* (Nonius). et alibi — sicule te admouer*int* v. (sic Halm. Q: — 'sicul*ae* te admouer*int unde* cod. lacuna maiore sequente. Eadem Mon. sine ulla lacuna'). rell. om. recepi, quamuis *quondam* particula non sit in uersu. 5) accedet libri Porph. et Hor. *accrescet* Fea. conf. Acr. — i*stas* MRA. i*stam* (Hor.) 2, vafhQ. adicere M. u*i*lis ad istam a*dd*icere 2. rell. adijcere. 6) sunt enim M. rell. enim sunt. 10) traditur Is M. ἀντὶ τοῦ A(Q)M (αντι του) αντιτου G. an*thitheton* 2. (sic). spat. uac. in R,v. — acr*omant*ibus R. *ac roma*tibus v. *ac aro*matibus afh. acromatibus 2. *acroa*matibus MA. conf. Acr. 11) au*distis* MR. — ἀκροάμα fh. acr*oma* 2,va. 13) Ineptum MR. i. ineptum Bφ. *ne* tibi *unquam* ineptum v (perperam *te* ap. Q). te tibi *unquam* ineptum G. om. afh. 14) *aes* a, ut Regin. Magd. Harll. θιλ Bernn. CDF uet. Pithoei et pauci recentiores codd. Hor., aut pure, ut I, *es* M, aut cum rasura, ut F: a≡s. rell. fere omnes habent *as* (*ad* laq. pret. v in lem.). C. om. *as,* habens tantum: *laquei pret.* et fh habent lemma: *Cum deerit egenti. as* lectio multo melior (Bentl.) tamquam unus nummulus parui uariis temporibus uarii pretii. Plin. XXXIII, 3, ut ὀβολὸς ap. Lucian. Tim. 20 et *drachma* Plauti l. l. Contra Fea: 'Quis credat assem praecise laquei pretium?' 14) sed *quiadrac*ma M. sed quid *ea* dragma dra*ch*ma (1 m. expu. dragma) R. rell. sed quid *de dragma.* recte dra*ch*ma, δραχμή. Ter. Andr. II, 6, 20. Cic. Flacc. 15. ad Diu. II, 17. 15) *ius* Q(G?). 16) *Trauius* MR2Bφ,fhC(G?Q). Tra*l*ius a in schol., Tra. in lemmate. conf. Acron, ubi TRAVSIVS inscriptionibus confirmatum est. Item TRAVIVS apud Gruter. in tribus marmoribus legitur: 1117. 1; 891. 6; 924. 18. pauper *prodigus et* luxuriosus Acr. pauper*is et* M. in his latere uidetur pauper *sed.* Bφ: pauper quidam *sed* luxuriosus.

in sequenti *uectigalia,* quod ait, *reditus priuatos* significat, cum publicos tantum alii posuerint.

103. *Cur eget indignus.* Sensus [est]: Cur te diuite aliquis pauper est?

106. *Uni nimirum tibi rectae semper erunt res.* Sensus: Parcendo prospicis, ne umquam tibi desit, quod egente re publica contingere tibi non possit.

107. 108. *Uterne Ad casus dubios fidet sibi certius?* Hoc ait: Quis magis uidetur tutus aduersum fortunae incommoda, utrum, qui lautis epulis semper usus est, an qui simplici uictu?

109. *Pluribus adsuerit m.* Pro adsuefecerit.

112. *Quo magis his credas.* Bene, quasi persuaserit iam.

116. *edi luce profesta.* Id est, non sacra.

123. *Post hoc ludus erat.* Si quando libere potare uolebant antiqui i. e. sine archiposia, dicebant, se magistram facere culpam.

124. *Ac uenerata Ceres.* Rogata deinde Ceres, ut perseueraret in fructibus, ita ut se ostenderat, tristitiam 'explicuit uino.' Et *uenerata* passiua significatione posuit, ut *Verg.* (A. III, 460): *cursusque dabit uenerata secundos.*

128. *O pueri nituistis (instituistis) ut huc nou. inc. uenit. Umbrenus* nouus mora, deinde, *incola* uenit, non *dominus.* Talis est superioribus (S. I, 3, 20): *quid tu? Nullane habes uitia? immo alia, et fortasse minora.*

131. *aut uafri inscitia iuris. Vafri,* astuti iuris.

136. *Fortiaque aduersis.* Pro: fortes estote aduersum fortunae incommoda.

1) conf. H. Steph. l. l. p. 164. p*au*cos v,fh. rell. publicos. Cum *tamen* publicos tantum MR. posuer*u*nt R. 3) est om. MR. 7) Lemmati uulg. praeposui *Uterne. Haec* ait fh. 10) *ads.* M bis (Q). rell. *ass.* conf. Acr. 11) iam om. afh. persuaserit iam MR. M cum lem. pergit: *edulce* (sic H.) *profesta.* aliter ref. Q: '*iam* om. Fabr. Med., *sequenti lemmati add. codd.* Pat.' v: persuaserit Iam edi luce profesta. 15) *Ac* uen. MR2,vafh. conf. Acr. Q inculc. *an.* — *uenerata* i. rogata ceres ut permaneret in frugibus ita ut ostenderat. *Explicuit* i. tristitiam uino Bφ. glossa: fuit tristis. 16) trist. expl. uino om. 2. expl. *miro* R. uerba *trist. expl. uino* linea subduxit M. spectant enim ad u. 125: *Explicuit uino contractae seria frontis.* conf. C. III, 29, 19: *Sollicitam explicuere frontem.* 17) conf. Gell. XV, 13, 10. Priscian. 792. P. Nonius 188, 13. — uen. *sacerdos* afh. rell. secundos. 19) Lemma in M: *Vos* o **puri** *instituistis ut huc nouus incola* conf. Acr. instituistis MRG(Q),v. ni. = nituistis a. Lemma in fh: *Vmbreni sub nomine.* huc MR,aQ. h*i*c 2,v. om. fh. mora MR2G,va. Vmbrenus *miles,* deinde nouus incola uenit, non dominus talis est in sup. fh. Unde *miles* huc uenerit, ignoramus. Q: '*mora quid sit nescio;* fort. duo hic scholia conflata sunt.' Minime! *nouus morâ* intellegendus est aduena ibi commorans, colonus nouus *commoratione,* deinde *incola, non dominus* siue *possessor agelli,* ut Moeris Lycidae dicit Verg. E. IX, 2—4: 'peruenimus, *aduena* nostri — ut *possessor agelli* Diceret: haec mea sunt, *ueteres* migrate *coloni.*' Ouid. Po. IV, 10, 12 de Ulyssis itinere: *placidae saepe fuere morae* etc. Conf. Orellii explicationem: '*incola.* Significanter *incolam,* non *dominum* dicit ueteranum *aduenam possessorem agelli.* (Virg. l. l.).' 21) *mai*ora 2. 22) *fa*fri M bis. alt. *uafri* om. fh. 23) aduers*us* Bφ.

SATIRA II, 3.

ACRON.

Sic raro scribes. Damasippum quendam inducit secum loquentem, qui consumpto patrimonio suo [per luxuriam] contulit se ad Stoicam sectam. Dicit etiam de his, qui aliena peccata notant obliti suorum. Iste autem Damasippus quodam Stertinio Stoico hortante coepit philosophari. || [Alias] IVNIVS DAMASIPPVS consumpto patrimonio philosophari coeperat; ab hoc Horatius desidiam suam castigari inducit, cum ad uillam secessisset et nihil scriberet. Haec ergo satira habet quasi dialogi genus. Item aliter: Saepe Horatius querebatur, quod scribere in urbe constitutus non permitteretur modo conuiuiis, modo diuersis occupationibus praepeditus. Et ideo conportatis auctoribus Graecis ad uillam secessit, quasi ut uacans aliquid dignum scriberet. Arguitur ergo a Damasippo quasi reprehendente desidiam Horatii, qui ne in uilla quidem constitutus aliquid laborauerit.

1. *Sic raro scribes.* Scilicet *si.*

2. *Membranam poscas. Membrana* dicta [eo], quod membra tegat.

scriptorum. Scilicet a te.

retexens. Recolens, reprehendens, reuisens, corrigens, relegens et emendans, more cogitantum, qui antiqua dicta in suis cogitationibus ponunt.

ACRON. Inscriptione caret γ, ut Ambr. DAMASIPPV̄ INTRODVC̄ TRACTANTĒ Barc. Fran. P addit: SECVM HORACIVS. H: SECVM EG̅. III. — F et recc., ut chart. 6102: Introducit damasippum arguentem se desidiae. egloga. I: Verba damasippi horatium increpantis pro desidia. egl. XIII[a]. J: Egloga IIII (sed II antecesserat). EGLOGA. III. EBφ Bern. C. Egloga tertia O. Sermo III. S. Germ.

5) *sumpto* tacite inculc. Q pro lect. uulg. *con*sumpto. suo γ,v. rell. om. per lux. om. γ h. l. sed prima manus post extremum huius scholiorum farraginis addidit: Inducit horatius secum loquentem damasippum quendam qui perdito *per luxuriam* patrimonio coepit philosophari. consumto *per mercatum* patrimonio C. †) Scholia ad u. 1 ex cod. SANGALLENSI ap. Suringar. p. 161 non sunt uetusta. conf. Bφ ad Porph. 7) stoico coep. phil. *hortante* v, qui om. *Iunius* — *reficis* pergit, ut a, cum schol. ad u. 3: hyperbaton a superioribus. — Alias om. γ 10) Item aliter γ. rell. Alias. 12) con*fortatus* γ, uerbum usitatum a Lactantio IV, 15 et ab Aemilio Mac. carm. 71 de stomacho. 13) aliquid ua*cans* γ i. e. cura et negotiis Cic. Leg. I. 3. conf. Cic. Att. XII, 38: scribes aliquid, si uacabis. Ouid. M. IX, 611: animus uac ns. rell. ua*cuus* aliquid. ua*cans* animo Cic. Diu. I, 6. ua*cuus* animo Sall. Iug. 52. uacuus animus Cic. Att. XII, 38. 17) *Si* raro nonnulli uett. codd. habent aut cum rasuris, ut si B et φ, in quo tota uox erasa atque a man. rec. restituta est, aut expu. c, ut in Bern. D. Sic raro scri*bes* γ Ambr. s. *si* γ. inde ista lectio (Harl. γ 2724 saec. XIII) orta uidetur. Vanderb. in apparatu suo perperam refert: 'γ *Sic.* uar. *si.*' Vulg. lect. omn. fere codd. et edd. *Sic* r. scri*bis*. Pith. ad Med. 74: '*uel.* scrib*es*, et recte, nam scri*bis* habet ult. breuem.' 18) eo om. γ. 19) *scriptorum.* s. a te γ. rell. om. 20) γ incipit cum: more — ponunt et pergit: recolens — emendans. — corrigens γ. rell. om. *et* γ rell. ac. 21) co*gitantum* γ. rell. *corrigentium*.

3. *quod uini somnique benignus.* [Qui te uino et somno reficis]. Vini benignus *est*, qui reficit se uino; similiter somni, ad utrumque indulgens.

4. *Nil dignum sermone.* Opinione, praedicatione.

Quid fiet? Ὑπέρβατον a superioribus: Si raro scribes, quid fiet? ac per hoc quid expedit, ut neglegas et te incuses, nec tamen emendes.

4. 5. *At ipsis Saturnalibus.* Inpatiens frigoris fuit Horatius et constat, illo tempore Saturnaliorum in uilla calidiorem focum fieri; et ipse sese inpatientem frigoris probat in libris Epistularum (I, 7, 10. 11): *Quod si bruma niues Albanis inlinet agris; Ad mare descendet uates tuus et sibi parcet.* Id est: [Decimo septimo] die mensis Decembris celebrantur Saturnalia.

5. *Huc fugisti.* Ad uillam, ut scriberes, quia festi dies erant in urbe, et quasi malo auspicio, quia feriato die.

6. *Dic aliquid dignum promissis.* Profiteris te poetam; dic aliquid dignum poeta.

1) Vini benignus indulgens γ. rell. om. 3) Opinione praedicatione γ. rell. om. 4) scri*bes* γ, ut supra. 5) qu*od* exped. γ. rell. qu*id.* 6) schol. om. mva et Q, qui post u. 8 *in notis* hoc et duo seqq. ad *Huc fugisti* et ad u. 6 *Dic aliquid* ex fh exscripta offert. Haec tria scholia in γ leguntur. *sermone.* opinione, *quam de te habent omnes, uel* praedicatione C. 6) Al*giosus* fuit γ. uox non Latina. rell. impat. frig. fuit. 7) saturn. *nullam* cal*l*id. *foci* fieri γ. 8) epist*o*larum si bruma niues albanis i*ll*inet agris *i. die mensis dec. celeban*tur Saturnalia γ. ne legas *co*lebantur. nam dii coluntur, non festi dies. cele*bran*tur vfhC. recte. uide infra. cele*braban*tur a Q(G?). 10) *decimo septimo die mensis* Decembris fh. decimo septimo decembris, om. *die mensis,* Q(G?). *i. primo die mensis* decemb. v. *Primo die mensis* decemb. ma. Equidem olim opinabar, *i.* ortum esse ex I. = primo. Dies autem non certus esse uidetur, neque antiquis erat, quam ob rem plures festi dies posthac celebrabantur, teste Macrobio I, 10. Diem incertum fuisse patet etiam ex Acronis expositione S. II, 7, 4, ubi ait: '*Decembri* autem *mense* Saturnalia cele*brantur.*' Utroque loco Porphyrion rem explicatione aut indignam aut longae orationis non egentem habuit. Primum unus tantum dies festus erat, teste Macrobio I, 7, ubi fusius de hac re disputatum est, id quod etiam patet ex Liuio II, 21, qui simul originem sollemnium tradit, dicens: 'his coss. aedes Saturno dedicata: SATVRNALIA institutus *festus dies.*' Porro legendus est Verg. VIII, 319—327 de indole festorum Saturni, qui 'leges dedit et placida populos in pace regebat,' *aureis saeculis.* conf. Augustin. C. D. XVIII, 15. Lactant. F. R. I, 13. Hesiod. E. 111. Tib. I, 3. Catull. 63, 384 et Verg. G. I, 125. E. IV etc. Huic Saturno placide regnanti (Apollod. I, 3) Lucianus aliquoties opponit et carpit eum, qui, ut patrem (Hes. H. 175), ita filios filiasque necauerat. At uero pro pacis libertatisque natura festo primo die 'Bonorum Saturnalium,' ubi, datis uicissim sumptisque *sigillis*, clamitabant: '*Io Saturne!*' dein 'Saturnalia *secunda* et *tertia*' addebantur (Cic. Att. XIII, 52. *Saturnalia prima* Liu. XXX, 36), ac denique, bis binis et sic *Sigillariis* adsumptis, dierum numerus ita temporis decursu increuit, ut Caesarum aetate Saturnalia per totam hebdomadem celebrarentur. Quod tunc die *decimo septimo Decembris* factum esse constat, ut Κρόνια Graecorum die XII. Hecatomb. celebrabantur. ACRON autem si illum unum diem statuere uoluisset, XVI Kal. Ianuar. dixisset. Hinc cum per codices non liceat ita scribere, mensem tantum Octobris, non diem statuere et hoc loco eum uoluisse uerisimile est. – *Saturnaliorum* omn. libri. forma usitata pro Saturna*lium.* Macrob. I, 4 de his genitiuis loquitur. *linire* γ. *ill*inire mvafh. *il*linere C(G?)Q. lin*ire* et lin*ere* uerba eorumque conposita eodem intellectu adhibentur. linere cera Verg. G. IV, 39. illin*ere ceris* Ouid. M. VIII, 670. conf. Ouid. A. III, 314. 11) scriber*es* γ,C. scriber*et* fh. quia — die γ,fh. C. om. 13) Dic — poeta γ,fh. om. C.

7. *Iratis natus paries Dis.* Solebant enim antiqui poetae parietes lectis suis proximos cera linire et habere graphia iuxta, ut, si forte noctu aliquid occurrisset, id ante obliuionem literis notarent. Hic stultitiam eorum arguit, qui, cum sententiarum siue uerborum urgeantur inopia, contra parietes uelut minus commodos commouentur.

natus. Aedificatus, structus, inuentus.

9. *multa et praeclara minantis.* [Hic promittentis] Profitentis, pollicentis, [unde *Poeta* (*Verg.* A. II, 96): *Promisi ultorem* pro *minatus sum*].

10. *uacuum.* Otiosum curis, securum.

tepido. [Temperato]. Ad tepidum tectum.

uillula. Quia *Saturnalibus* dixit, quibus frigora (sunt).

cepisset. Te scilicet.

11. *Quorsum pert. stipare Platona Menandro.* In uehiculo arctare horum libros, id est, supra Platonem et Menandrum ponere, hoc est, istos tecum auctores portare ad agrum.

12. *Eupolin.* Comoediographus est ille philosophus.

Eupolin, Archilochum, Quorum scripta portabat secum ad uillam et alios auctores, ut legeret.

tantos. Ad codices rettulit.

13. *Inuidiam placare paras.* Inuidiam, quae te uirtutis causa sequebatur, placas; dum relinquis uirtutem iniquam inuidiam turpi satisfactione sedasti. Sensus: Deserta uirtute desidiosus esse coepisti, et ut desidia inuidiam minueres, multos auctores tecum portas nihil ipse scripturus; aut certe ideo uirtutem et industriam deseris, ne sequatur inuidia. Alias:

2) grafia γ. iuxta *se* C. 3) occurrisset γ. occur*reret.* rell. *accidis*set. 6) edif. *f*ructus (sic) inu. γ. *str*uctus, aedif. C, om. inuentus. *natus.* ipse paries inuentus Bφ. *natus* autem *paries* i. e. *factus* uel aedíficatus fh(G?)Q. schol. om. mva. 8) unde — sum om. γ. *minantis. per*mittentis, unde — sum m. *minantis.* p. (sic) unde — sum va. *minantis.* pollicentis, promittentis. Poeta per contrarium dixit. *Prom. ult. et uerbis odia aspera mouit*, id est, minatus sum C. *minantis.* conantis Bφ. 9) Otiosum γ,fhC. curis sec. γ. rell. om. Hoc et duo seqq. scholia om. G,mvaQ (unc.). 10) Temperato fhC et Bφ. om. γ. Ad tep. tectum γ. 11) dixit γ. rell. om. sunt fh. om. γ. 12) *coe*pisset γ, ut EBφ Ambr. *cae*pisset Par. F. Barc. Bern. C etc. Te scilicet γ. rell. om. *coepisset.* recepisset Bφ. 13) *Qor*sum φ (et B cum glossa:) i. ad quid. *stipare.* coniungere deferendo Bφ. — arctare. Martial. I. 3, 3: quos libros arctat breuibus membrana tabellis. In — libros om. G (Q unc.), mva. 14) supra Pl. et Men. ponere γ. rell. i. Pl. et Men. *compo*nere. conf. C qui habet *stipare.* stipatos *comportare* horum auctorum libros etc. 15) portare om. γ. 16) Eupo*lim* γ. ut BφF (rasura) JR Genou. Bernn. AF Barc. (i) etc. al. Eupo*lin.* Com. — philosophus γ. rell. *Eup. Arch.* Comoediographi sunt *isti* philosoph*i*. 17) lem. nou. posui. Archilo*cum* EBφFJMP Genou. S. Germ. Fran. Bern. D cum gl. librum etc. Archiloc*ho* Regin. 2. m. testibus Bentleio et Babingtone, Harl. K saec. XV et paucos ap. Feam. Archiloc*hum* γ Ambr. etc. 18) legeret *de bacanti* (sic) γ (debacchanti? utrum ad *Menandro* referendum an fragmentum scholii sit, incertum). 21) inuidiam turpi satisf. sedasti γ. rell. om. 22) desi*diae* inuid. γ.

Inuidiam, quam patiebare in Rep. constitutus, parasti placare uirtute derelicta i. e. recedendo a cura Reip. Nam recedit a uirtute is, qui deserit gubernacula ciuitatis. [Alias:] || Publica conuersatione publicae famae eundo ad agrum id uolebat agere, placare inuidiam, quam patiebare in publica positus facie. ||

14. *uitanda est inproba Siren.* Vitanda est inuidia et desidia, quae Siren inproba est, nam delectando nocet. Sireni conparat desidiam, quia, quemadmodum Siren cum pernicie delectat, ita et desidia non absque damno delectat. Definitio desidiae; quid est desidia? inproba Siren.

15. *aut quicquid uita meliore parasti.* Si uis in otio esse, depone quicquid laudis uel gloriae in negotiosa uita meruisti, aut quicquid menti quaesieras honestiore proposito, id est: aut noli uitare desidiam, aut hanc opinionem, quam adquisiuisti, positus in publica conuersatione contempne.

16. *Di te, Damasippe.* Hoc Horatius. Promittant tibi philosophi, quos sequeris, barbam tondere; quasi ad eum loquitur, qui (cui) barba demissa sit, scilicet ritu Stoicorum.

17. *donent.* Dono te illa re.

18. *Postquam.* Damasippus.

18. 19. *res mea Ianum Ad medium. Ianus medius* locus dictus prope basilicam Pauli, ubi uasa aenea uenumdabantur. Vel: locus in rostris, in quo expertus erát paupertatem. *Ad medium* autem ideo, quia in rostris simulacrum Iani erat, ubi res pecuniariae agebantur per foeneratores. Iani statuae tres erant; ad unam illarum solebant conuenire creditores et foeneratores, alii ad reddendum, alii ad locandum [foenus]. *Fracta.* Comminuta, perdita, consumpta.

20. *Excussus propr.* Deiectus, expulsus, alienatus.

Olim nam quaer. am. Consumpsit [inquit] patrimonium suum. Quaerebam, inquit, antiqua uasa conparare.

21. *Quo faber ille ped. lau. Sisyphus aere.* Id est: uasa antiquitus

3) Alias om. γ. — conuer*sione* γ. rell. conuersatione. public*a* fac*ie* γ. rell. public*ae* fa*mae*. 6) Vitanda — desidia γ. rell. om. 8) ita *et* des. γ. rell. om. 9) *Diff*initio γ. rell. definitio. Schol. Vitanda — contempne om. G(Q). — quid est desidia? γ. rell. om. 10) quicquid γ. Si uis in otio esse depone γ. rell. Si uis depo*nere. mo*menti? C. Herm. 13) *ad*quisi*sti* γ. 14) Hoc horatius γ. rell. om. 16) scilicet ritu γ. rell. ritu scil. 17) *donent — re* γ. rell. om. 18) *Postquam.* Damasippus γ. rell. om. 24) foenus om. γ. recte. nam *foenus* neque *locabatur* neque *reddebatur*, ut *argentum* Plaut. Most. IV, 1, 4. Ter. Ad. II, 1, 8. Andr. II, 1, 48. *pecunia* Plaut. Most. I, 3, 144. *vectigalia* Cic. Agr. I, 3. *debitum naturae* Nep. Reg. 1 etc. 25) *et* consumpta γ. com*mut*ata, perd. v. *fracta.* minu*t*ata (sic) Bφ. consumpta om. G(Q),va. 27) inquit om. γ. uide seqq. 29) *faber* EBφ Fran. pure. *uafer al. faber* 1 m. γ Ambr. *faber* Bern. A. (1 m. corr.). Haec lectio, ut ex γ Ambr. patet, uetustior est quam *uafer*. Propter glossematis et nimiae simplicitatis speciem Pulmann. Fea, Orell. aliique hanc ueram lectionem aut despexerunt aut neglexerunt, inmerito quidem.

facta. *Sisyphus* enim artifex fuit, qui uasa aere[a] formabat et primus temperaturam aeris inuenit. [Alias, Sisyphus] rex Corinthiorum, filius Aeoli. [Vel: Sisyphus] negotiator erat Stoicus, qui uasa, quae emerat, meliori pretio [meliore] uenumdabat.

22. *infabre.* Inperite, cui contrarium *adfabre.*

fusum. Nam signa aerea funduntur.

durius. [Non leuiter; id est, quae statua male formata esset] Quando fortius funduntur.

23. *ponebam.* Aestimabam. Aestimatorem se aeris peritum fuisse commemorat.

24. *unus.* Solus, et est poeticum.

25. *Cum lucro.* Propter commodum, quod consequebar. *noram,* id est, noui, te habuisse hoc studium.

24—25. *mercarier unus Cum lucro noram.* Hoc cum miraculo legendum, quia, quamuis cum miraculo (lucro? Hor.) emebat, decidit tamen, et omnem penitus spem amisit.

Nam *uafer* adiectiuum frequentius quidem adhibitum ab Hor. S. I, 3, 130. II, 5, 24. Pers. I, 116. Ouid. Her. XVI, 3, 4, non perpetuum Sisyphi epitheton est, quamuis et ipsi Attici scriptores calliditatem eius traderent, qui Theseo inlustri patriae heroi gratificantes Sisyphi famam ita obtrectarunt, ut uel auctori ludorum Isthmicorum (Apollod. III, 4, 3. Pausan. Cor. 1) honorem subtraherent; *faber* autem substantiuum nomen pro ipsa sua simplicitate praeferendum uidetur, scilicet minus mores aut qualitatem '*uafrae artis*' (Martial. VI, 46, 26. XII, 61, 3) quam '*fabram artem*' (Ouid. M. VIII, 159. T. III, 3, 383) Sisyphi artificis significans, quam interpres exponit.

1) aer*e* γ. rell. aer*ea.* — *et* primus γ. rell. *quique* primus. De *temperatura aeris* conf. Plin. XXXIV, 20: 'sequens temperatura aeris statuaria est,' et de Aeginetico aere ibid. 2: 'insula et ipsa, nec aes gignens, sed officinarum temperatura nobilitata.' Bφ: S*isyphus.* || per hoc significat corinthiorum uasorum amatorem fuisse (conf. Porph.) || qui non solum alia sed etiam *ille* ubi *sisyphus faber* pedes lauabat emere causa pretiositatis simulque ostendit se peritum fuisse in sculptura et in fusili opere et studiosum lucrorum in tantum ut mercuriale nomen sibi uindicaret quasi lucrosum et *mercium amatorem.* Mercurius enim praeest mercatoribus. unde dictus est quasi *mercatorum* κύριος (*chyr*rios Bφ) i. dominus.' 2) temperatur*a* γ. *Alias* om. γ, in quo *Sisyphus* est lemma. — eoli γ. 3) melior*i* pr. γ. rell. melior*e.* Post u. uenundabat pergunt mva cum u. 27. *Et miror* etc. 5) Notandum est, scholia ad u. 22—26 a Q. Porphyrioni esse adsignata, om. autem in mva (G?Q incl. unc.). adfabre γ. *infabre.* inpolite Bφ. 6) *fusum.* fusile Bφ. ae*rea* libri Acronis. ae*nea* C. ae*reae* statuae Plin. paneg. 52. ae*nea* statua Cic. Phil. IX, 6. sed *puppis* ae*n*ea et *rota* ae*n*ea pro (aerata Priscian.) munita aere. 7) Non — esset om. γ. *durius.* non bene Bφ. asperius, non leuius, et male formatum C. — Quando fo. fund. γ. rell. om. 9) *e*stim. γ. estim. *se e*ris pe. fu. comm. γ. rell. Aestim. fu. aeris pe. comm. 11) Solus *i. sola* (sic) et est po. γ. 14) Lemma interposui. *Mercarier* est in γ lemma. Totum schol. ex γ exscriptum. cum mira*culo* γ bis. conf. Liu. I, 47: nouitate ac miraculo adtoniti. Liu. I, 19: sine commento miraculi. Plin. XII, 1: arbor digna miraculo etc. rell. *cum miratione.* Nomen rarius (Cic. Diuin. II, 22) est mira*tio.* quia γ. rell. om. *quamu*is γ. rell. *quisqu*is. 15) tamen (tam̄) γ. tandem. fh. tantum tacite incule. Q. — omn. *penitus* spem amisit γ. rell. et sp. omn. amisit, om. *penitus.*

25. *unde frequentia Mercuriale.* [Ordo: unde frequentia compita inposuerunt mihi nomen *Mercuriale.* Mercurius est deus lucri, unde negotiatores nomen trahunt.] *Unde.* Ex qua re. *frequentia.* Regiones celebratae.

Mercuriale. *Cerdonem*, quem dicunt Graeci a lucro, ut *Mercurialis* diceres.

26. *compita.* *Compita* dicuntur loca, ad quae [uiae latae ad quas] ex multis regionibus (concurritur) conuenitur. Ordo: unde frequentia compita. Nam auctiones fere in compitis fiunt, ex quibus quaedam se emere solitum et uendere significat.

28. *Emouit.* Morbum mutaui, non carui curatus fui?).†)

mire. Valde.

nouus. Morbus, philosophia (Stoica?) scilicet.

ut solet. Sicut dicitur mutari.

28. 29. *in cor. Traiecto lat. mis.* Interdum studio medicorum dolor capitis transit ad aliam partem, ut melius est lethargicum fieri quam melancholicum. Nam solent medici ab alia parte corporis in aliam deriuare morbum. [Sensus est: Sicut medici solent dolorem aegritudinis de uno loco in alium uertere, ita ego mutatus sum.] Sic dicitur mutari morbus uetus nouo superueniente, dum dolor capitis aut lateris traicitur in cor, uel etiam dum dolor cordis transit ad caput. Ita dicitur moueri morbus cupiditatis et lucri in prodigitatem uel etiam in insaniam. Unde dicit Horatius, quod mire mouit ueterem morbum cupiditatis nouus morbus insaniae de pectore Damasippi, uel etiam lethargicus dicitur moueri de loco, dum, qui erat deses, efficitur pugil. Dicit Damasippus, sese ex alio uitio in aliud transisse; sicuti solent hi, qui lateris aut capitis dolore correpti sunt, cardiaci fieri, aut etiam, qui fuerint lethargici, transeant in phrene-

1) Ordo — trahunt om. h. l. γ. 3) *Unde.* Ex qua re γ. rell. om. *frequentia* reg. cel. γ. rell. om. 5) Mercuriale — dicerer γ. rell. om. *Cerdo* (Κέρδος, lucrum) notus ex Pers. IV, 51 et Iuuen. IV, 153. VIII, 181. conf. Porph. 6) *Compita Competa* dicuntur loca qua (corr. ex que) γ. rell. om. lemmate *Compita* dicuntur *uiae latae*, ad quas etc. Ordo — significat γ. om. inposuerunt — trahunt. rell. om. h. l. Posui cum C *ad quae.* conf. Porph. (*in* quae). ubi Bφ. concurritur C. 11) Ad u. 27 mva habent hoc scholion: *Et miror morbi p. te il.* Damasippe dum ne phreneticus (fren. mv) fias et Mecoenas quo sis labores morbo. Haec in γ et fhQ inferius conlocata sunt. Ordo scholiorum in mva turbatus est. Scholia *Emouit* — mutari γ. rell. om. Bφ: *nouus.* morbus, insania qua insanis cum stoicis. C: Philosophia Stoica. 16) *lae*tharg. fh. 17) melancol. γ. — *in* aliam γ. rell. *ad* aliam. 18) Sensus — sum om. γ,mva. 19) Sic — pugil γ et Bφ. uetus supera.. om. nouo, Bφ. in insaniam Bφ. om. γ. in prodig*nit*atem Bφ. in pro*dig*itatem γ. conf. Lucil. ap. Non. 2. n. 695. *emo*uit Bφ. mouit γ. de loco Bφ. om. γ. pugil hoc est freneticus Bφ. 26) ali*ud* fh. al*iis* γ. Q corr. tacite ali*um* (uitium?). sicu*ti* γ. rell. sic*ut.* 27) fuer*i*nt γ. rell. fuer*u*nt. fren. γ. †) C. Herm. ingeniose: *curaui;* sed. conf. Cic. Sen. 3: *carui uoluptatibus.*

ticos. Est autem lethargicus sopor ueternus in obliuionem deducens; phrenetici autem ita diuerso [ita] uigiliis instigantur, ut accedentes ad se pugnis feriant.

29. *Traiecto.* Mutato, translato. Exemplum earum, hoc est, humana natura, quippe in qua morbus morbo succedit; nec est inmutata sed mutatio.

30. *Ut lethargicus hic.* Qui multum dormit [lethargicus]. Quod nonnumquam medici studentes lethargicos excitare phreneticos faciunt.

cum fit pugil. Pugil. Φρενιτικὸς, id est, phreneticus. Contrarii sibi sunt hi morbi cardiacus et lethargicus: ille somno caret, hic deditus est.

urget. Caedit.

31. *Dum ne quid simile.* Horatius. Aliud. Inridens eum dicit. Dummodo non sis phreneticus, esto quodlibet [aliud. Inridens eum hoc dicit].

huic. Scilicet facias.

O bone. Εἰρωνεία subest: Damasippe, dum ne phreneticus fias, et me caedas, quouis labores morbo.

32. *frustrere.* Decipias.

insanis et tu stultique prope omnes. Secundum opinionem Stoicorum, qui dicunt, omnes insanire praeter sapientes, cum se tantummodo sapientes adpellent. *prope.* Abundat.

33. *Si quid Stertinius ueri crepat. Stertinius* Damasippum a pontis praecipitio reuocauit et ad philosophiam hortatus est, cum ille, bonis omnibus perditis, cuperet interire. Fuit autem Stertinius de Stoicis, qui omnes stultos insanos aiunt et in singulis insaniae uaria genera. *crepat.* Loquitur, sonat.

unde. A quo Stertinio, quem ego sequor.

34. *docilis.* Doctus.

35. *Solatus.* Siue consolatus.

1) letharg*icus* γ. rell. lethar*gus* (*lae*th. fh). 2) ita diu. γ. rell. diu. ita. 4) translato (sic) γ. rell. om Exemplum *earum* — mutatio γ. rell. Exemplum huma*nae* natu*rae*, in qua — succedit; nec immuta*tio* est sed mutatio. 7) γ: *lethargicus* q. m. dormit. *Quod* posui. *qui* (Q, compend.) γ. rell. *quos* (lethargi*cum*?). 8) lethargicos γ. rell. om. 9) ΦΡΕΝΙΓωC φ. posui φρενιτικὸς, non φρενητικὸς. φρενήτης C. freneticus γ. conf. Plin. XXIV, 6. XXVI, 11. Cic. Diuin. I, 38. Martial. XI, 29, 1. 11) *urget.* cedit γ. rell. om. urge. increp*a* Bφ. 12) Horatius — dicit γ. rell. om. uide infra. *non* γC. rell. *ne.* non solum *dummodo ne Cic.* Orat. III, 48. ad Diu. X, 25, sed etiam *dummodo non* dicebatur. Ouid. M. XIII, 51. P. I, 1, 14. *ne* ex Hor. transiit. 13) quodlibet γ. rell. *quid*libet *aliud. quidlibet.* substantiue E. I, 17, 28. A. P. 10. Inridens eum *hoc* dicit om. h. l. γ. 14) Scilicet facias γ. rell. om. 15) yronia *damasippus* γ. — fi*at* γ. 17) *frustrere.* decipias γ. ne te decipias, o Horati etc. C. rell. om. 19) *cum* γ. rell. ac. 20) appellent γ. rell. *ac* — appell*ant. prope* habundat γ. rell. om. 24) *crepat.* loq. son. γ. rell. om. 27) doctus γ. rell. om. 28) s. consolatus γ. consolatus Bφ. rell. om.

sapientem pasc. barb. Inrisio philosophorum.

[*pascere barbam.* Stoicorum more.]

36. *a Fabricio.* Qui modo *lapideus* dicitur, *pons Fabricius* habet a conditore uocabulum, qui iungitur insulae Tiberinae; [nominatus] a Fabricio consule nominatus.

non tristem ponte reu. Unde praecipitare se uoluit, damni dolore commotus.

37. *male re gesta.* Perditis rebus [meis substantiis]. *Cum uellem mitt.* Dicit causam, quia uoluit se abicere in fluuium.

38. *dexter.* Bonus, felix, fauens, propitius.

[*stetit.* Stertinius.]

et caue. Notandum *ue* syllabam breuem, cum secundae sit coniugationis. Et *Persius uide* breue posuit (I, 108): *uide sis, ne maiorum tibi forte Limina frigescant.*

39. *pudor.* Per interrogationem.

40. *Insanos qui inter uereare insanus haberi.* Inter insanos non est insania metuenda. Stulta uerecundia est, uereri in his uitiis, quae uidentur esse communia.

41. *nam inquiram.* Ἀναστροφή: nam primum.

42. *nil uerbi, pereas quin fortiter, addam.* Ordo [est]: nil uerbi addam, quin fortiter pereas, ut coepisti i. e. nihil dico, quominus te praecipites: si solus insanus es, non prohibebo, quin pereas.

43. *Quem mala stultitia.* Definit modo, quid sit *furere,* ut in primo (S. I, 2, 71): *uelatumque stola* et (S. I, 5, 35): *insani ridentes praemia scribae,* et in *Verg.* (A. XI, 309): *Ponite: spes sibi quisque* [*suas*], ita et hic [*quem mala st.*] communem syllabam fecit.

2) schol. ad *pascere* om. γ. nutrire secundum morem Stoicorum Bφ. nutrire in signum sapientiae C. 3) lapid*i*us γ. 4) a Fab. co. nom. γ. rell. nom. a Fab. co. 6) praec. seu ol. γ. rell. se praec. uol. 8) perd. rebus γ. rell. perd. meis substantiis. Substan*tiae* pluralis pro re familiari absolute apud ueteres non legitur, qui addunt singulari aut *facultatum* Auct. dial. de orat. 8, aut *paternorum bonorum* Aurel. Vict. de or. gent. Ro. 19 aut *rei familiaris* Paul. sent. II, 28. Et ipsi iuris consulti, ut Papinian. V, 3, 51 et Ulpian. XXXVI, 1. XXXXVII, 10, singulari tantum utuntur. Ubi de pluribus hominibus agitur, Saluian. contra auar. in praefatione pluralem adhibet: multi non filios habentes, opes et *substantias suas* non pauperibus — deputarent. Alius intellectus ap. Frontin. Strateg. IV: quia, quamuis clara, *diuersae* tamen erant *substantiae.* Bφ: i. perdito lucro meo. 9) uol. se γ. rell. se nol. 11) *stetit.* Stert. om. γ. 13) *et* Persius γ. rell. *ut.* — breu*em* fh. — maior*em* fh. 15) Per interrogationem γ. rell. om. Bφ: uerecundia paupertatis. 19) Nam — primum γ. ἀναστροφὴ pro nam primum C. rell. est om. γ. 20) nihil γ. 22) prohi*beo*, quin pere*at* γ. pere*am* v. ut – pereas om. G (Q unc.), mva. 23) d*i*finit γ. 25) ponite spes omn. libri, ut multi Grammatici a Ribbeckio laudati. ponite. Medic. ut Seruius de ult. syll. 1802. *suas* omn. libri, ut Cledonius 1884. glossema. 26) quem ma. st. om. γ. — f*a*cit γ. rell. fecit. Hoc schol. et subsequens om. G(Q unc.), mva.

44. *Chrysippi porticus.* [Id est,] Stoici philosophi, unde et Stoici a stoa [i. e. a porticu Stoici dicti].

45. *Autumat.* Adfirmat, dicit, conprobat, uel opinatur.

haec populos. Dicit, nominat.

formula. Regula Chrysippi.

46. *Excepto.* Id est, Stoico.

Nunc accipe. Damasippus. [Stertinius Damasippo.] *quare*: Horatius.

47. *Desipiant.* Stulti sint.

aeque ac tu. Similiter quemadmodum tu.

47. 48. *qui tibi nomen Insano posuere.* [Id est:] et illi insani sint, quibus tu uideris insanus[; hoc te modo existima insanum, ita tamen, ut ille, qui putat te insanum, non sit sapientior].

49. *de tramite pellit.* De certa uia amouet.

51. *partibus.* Modis.

51. 52. *hoc te Crede modo.* Hoc te modo existima insanum, ita tamen, ut, ille, qui putat te insanum, non sit sapientior.

52. 53. *nihilo ut sapientior ille, Qui te deridet.* [Id est] Nullo modo: non minus uitiosus ille, qui te deridet [quam tu].

53. *caudam trahat.* Prouerbium est: *caudam trahit* i. e. risu dignus est. Et nunc diuidit, quod superius dicturum se esse promiserat. [Alias: Ita stultus sit, ut]. Item: pecus sit *cauda pendente.* Pecus sit, stultus sit. Solent pueri nescientibus caudam suspendere.

54. *nihilum.* Cum nihil sit.

53. 54. *Est genus unum Stultitiae — queratur.* Unum genus, inquit, stultitiae est, quotiens non timenda metuimus, alterum, cum uere timenda non metuimus. Per id proponit, aliquos esse, qui res faciles pro difficillimis habent et semper timore depressi queruntur, [aliquos] aut rursus [qui] temeritate ac sponte proferantur in praeceps.

1) Id est om. γ. — unde et Stoici a stoa γ. rell. i. e. – dicti. Bφ: Et bene per porticum multitudinem discipulorum et gregem crisippi principi (principis) stoicorum designat. quia in porticibus disputabant. Unde et dicti sunt stoici a stoa quod latine dicitur porticus. 3) adf. *dicit.* compr. *uel opinatur* affirmat, comprobat. mva(G?Q). schol. om. fh. 4) Dicit, nominat γ. rell. om. 5) Regula Chrysippi γ. rell. om. regula. haec definitio C. *diffi*nitio φ 2 m. 7) Damasippus γ. rell. om. Stert. Damasippo om. γ. 8) *quare.* Hor. γ. rell. om. simil. qu. tu om. G (Q unc.), mva. similiter *ut* tu orati Bφ. 11) Id est om. γ. insani sint γ. om. stulti sint C. stulta sunt γ. insani*unt.* 12) hoc — sapientior om. γ. 13) *De* — amouet γ. rell. om. 14) Modis γ. rell. om. 15) *hoc* — sapientior γ. rell. om. 17) Id est om. γ. Nullo modo γ. rell. om. 18) quam tu om. γ. 20) *Alias:* Ita stultus sit, ut om. γ. Item pecus sit cauda pendente γ. Solent — suspendere γBφ (Porph.). 23) *nihilum* – sit γ. rell. om. 24) gen. inq. γ. rell. inq. genus: 25) quo *tres* h (quoties f). — alterum — metuimus om. γ, qui habet: Alterum *cum uerecundia non audimus.* et pergit: *Per id* prop. *quosdam.* rell. om. *Per id* et habent *aliquos.* 27) quer*unt licere aut* rursus temeritate ac sp. *pro*ferantur in praeceps γ. *aliquos* et *qui* om. γ et C, qui habet: — de-

56. *Alterum, et huic uarum.* Separatum [contrarium] et diuersum, contrarium; unde pedes in diuersum flexos [habentes] *uaros* dicimus, et distortas uenas *uarices.*

59. *Hic fossa est ingens.* Si erat fossa, si erat rupes, quare non uitabas? Ad perniciem currens nullo inpeditur affectu.

' *hic rupes maxima.* Quae utique nulla sunt opposita, sed furiosis ita uidentur.

60. *Non mag. aud. quam Fufius ebrius olim.* Hic *Fufius* actor tragoediarum fuit, qui, cum Ilionam tragoediam ageret ebrius et uellet eam simulare dormientem, grauitate uini ad uerum somnum ductus est. Ita ergo non audit matrem uel uxorem seu patrem stultum inplorantes sibi auxilium, quemadmodum nec Ilione, cum ageretur ab ebrio Fufio, potuit audire mille Catienos filii partes agentes. Alias: Ilione Priami filia Polymnestoris

pressi, *quaerunt laté* (sic), om. aut rursus — praeceps. *Quaerunt* (qui!? remedium Cic. Cluent. 9? salutem malo Ter. Ad. III, 2, 2? licentiam et libertatem Cic. Acad. IV, 10?) ferri nequit. hinc adquiescendum puto in *queruntur* (se relictos? Cic. T. V, 5. fatum Caes. B. I, 39?). Hoc schol. et tria seqq. om. G (Q unc.), mva. *aut* γ. rell. om. qui om. γ. 24) *prof*erantur γ. rell. fer*an*tur. Lemmati addidi *queratur.* Bφ ad u. 54: *Stultitia.* i. ille qui timet ea quae *in nihilo* (sic) metuenda sunt stultus reputatur ut sunt illi qui causantur omnia esse constituta secundum suum libitum. ad u. 57: *per medios.* Sed tum dicit esse ut aliquis admoneat aliquem cauere periculum quasi non posset illud effugere uolens ostendere omnia fatali dispositione secundum stoicos esse disposita (constituta, ut in scho. praeced.).

1) *et huic* omn. codd. Horatii. *adhuc* fh(Q). ua*rum*, γ, ut plurimi uett. codd. Horatii. uar*i*um, lectio orta ex male intellecto scholio *diuersum* Barc. Bern. D (in AC *i* a 1 m. add.) Parr. FJMOR (non H ut ref. Pottier) I. St. Germ. Genou. etc. Vulgo: sep. contr. diu. γ: sep. *et* diu. contr. iterans: uarum diuersum. 2) habentes om. γ. etiam recte. Pers. IV, 12: fallit pede regula uaro. conf. Varr. R. R. II, 9: cruribus rectis et *potius uaris quam uariis.* 3) *uarices* fem. et masc. gen. Cels. VII, 8. 31. conf. uaricosus Arpinas Sidon. E. V, 5. 8) *Fufius* γ (bis) Bφ aliique Parr. Regin. 1 m. Bernn. ACD. Gens Fu*f*ia tuta inscriptionibus apud Gruter. duae inscriptt. Romanae: p. 36, 7 et p. 230. 6. Reines. p. 227, 246. marmor Romanum. p. 647, 110. et p. 875, ubi *EVE*IVS pro FVFIVS po. est. conf. Reines. II, 12. Et FVRIVS occurrit, qua de re Heusinger. ad Cic. O. II, 14, 9: '*L. Fufii*] Omnes scripti Gu. ueteresque impressi L. Fus*ii* exhibent. Contendunt uiri doctissimi, iam ante Ciceronis aetatem *Fusios*, qui tum Fu*rii* dicti sint, appellari desitos esse. Tamen in Gudii inscriptionibus L. FVSIVS L. F. SABINVS habetur. Et apud Muratorium p. 1314 n. 11 non solum est FVSIVS PATERNVS sed etiam FVSIA. Nihilominus laudo factum eorum, qui in Cicerone nomen L. Fu*fii* et hic et C. 62 et alibi ex bonis reduxerunt.' Conf. Macrob. III, 2. Liu. III, 4 et Caes. B. G. VIII, 3 (Fu*sius* Oudend.). Nota etiam est LEX FVSIA ex Cic. Verr. I. 42, 209, de qua uide Orellii Onamast. Tull. VII, 264. VIII, 179. Conferas praeter Muratorium et Reinesium etiam Mus. Theup. I, 54. Fus*i*us mvafhQ, ut Ambr. Fran. Barc. Parr. FM. fus⁹ — fusus E. Vanderb. in apparatu suo ex uno tantum cod. V fus*ius* excussit, contra Babington ad u. *Fusius* semel tantum *fufius* (Regin.) et Harl. ϰ *sisiphus* adscripsit. — *au*ctor γBφ,v. rell. *a*ctor. — tragoed*iam* γ,fh. recte. in tragoedia G(Q),va. ag. ebr. γ. rell: ebr. ag. 10) d*i*ctus γ,fh. aud*it* ma*ter* uel *uxor* seu pa*ter* γ. rell. au*diet* matrem uel uxorem seu patrem. — inploran*tē* (tem) aux. *sibi* quemadmodum γ. stul*tus* dan*tes sibi* aux. quemadm. mva. sibi om. fhQ. 12) ab om. γ. 13) filii partes agentes γ. rell. om. — pol*ime*storis γ. polymest. m. utraque forma Πολυμνήστωρ et Πολυμήστωρ usitata. Hygin. 109. Ouid. M. XIII, 536.

est sortita coniugium cum in belli desperatione positus Priamus Polydorum [filium suum] tutandum Polymnestori commisisset, et cum uellet Polymnestor occidere, Ilione loco fratris filium posuit. Ita Polymnestor deceptus filium trucidauit, ut alii dicunt. Tamen manifestum est, [hunc Polydorum necatum fuisse et] Polydorus hic necatus noctu sorori uenit in somnis [uenisse rogantem] rogans, ut sepeliretur, hoc dicens: [dicentem]: *Mater, te adpello: [soror], exsurge, et sepeli me!* Cum Fufius igitur Ilionam dormire simulasset, casu uino confectus obdormiit, cum ab alio actore partium filii adsidue his uerbis excitaretur in scena [id est, catiena], non potuit uigilare; hunc igitur tangit. Alias: Polymnestor cum auri cupiditate Polydorum uellet occidere, noctis errore deceptus ferrum detorsit in filium, cuius umbra noctu matrem uocans, ut sepeliret, rogauit.

61. *Catienis mille ducentis.* Cantoribus a Catieno quodam uocis suauissimae. Sunt qui *catienos* in tragoedia secundas personarum partes accipiunt.

62. *Mater, te adpello.* Haec uerba cantor, ex fabula.

huic ego. Quem patiuntur in siluis, (similibus?).*)

64. *Insanit.* Interrogatiue [dicitur]. Horatius.

statuas. Fabre factas.

65. *Integer est.* Non insanit. Ironicos, uel interrogatiue.

65. [*creditor.* Qui tibi uendit statuam.] *esto.* Concedo, quod [non insanit] insaniat Damasippi creditor. Concedamus, interim creditorem sapere, dum probamus, magis hunc ipsum insanire quam Damasippum.

2) filium suum om. γ. 3) mutauit γ. rell. posuit. 5) necatum om. h. polidōr̄. *hic* necatus sorori noctu ue*nit* in somnis rog*ans* γ, om. fuisse. rell. hunc — fuisse et no. so. in so. uenisse. 6) rog*ans* — dic*ens* (dicen*simur* v) mvafh. 7) o soror C. *soror* edd. om. γ. uide schol. seq. *exu*rge γ. rell. surge. conf. Cic. Orat. I, 62 et Planc. 42. 8) obdorm*iit* γ. obdorm*it* G (Hor.). rell. obdorm*iuit* (v non habet obdor*muit*, ut ref. Q). *auc*tore γ. Cum — rogauit om. G (Q unc.), mva. 10) i. catiena — tangit rell. om. Bφ: '*fusius. fusius* iste tra*g*ediarum *auc*tor fuit olim qui cum uellet ilion*am* uxorem suam dormientem *expergiscere* ut ad filii sui polidori uocem *expergisceret.* Non solum autem ipsam non uoluit excitare uerum etiam ebrietate grauatus iuxta illam obdorm*iuit.* Catienis quoque multis i. cantoribus a catieno quodam nobili cantore dictis illam adclamantibus minime excitata est (sic).' De his fabulis conf. Heyne exc. 24 ad A. I et exc. 3 ad A. III (Hecuba. Ouid. M. XIII, 966. Seru. A. III, 5. 49. Comm. Iuuenal. X, 271). Polydor. *ab Achille* interfectus Hom. Il. XX, 407 etc. 14) a Cati*eno* γ, ut Bφ. supra C et rell. Ca*tio* (*Can*tio mv). Ca*tius* Quintil. X, 1. Cic. ad Diu. X, 16. conf. infra S. II, 4, 1. — *suauissi*mae γ. rell. *sum*mae. rogauit. Sunt qui — accipiunt γ. 17) cantor*um* γ. rell. cantor. quodam — siluis om. G(Q),mva. 19) dicitur om. γ. Horatius γ. rell. om. 20) *statuas.* fabre factas γ. rell. om. Plaut. Men. I, 2, 23: fabre factum. 21) *Integer est.* Non ins. *hyr*onicos uel interrogatiu*ae.* γ. rell. om. 22) schol. om. γ. non insanit om. γ. insaniat γ. rell. om. *) in uulgus C. Hermann.

68. *Reiecta pr.* Repudiata, et est figura διαστολή siue productio, quia *re*, (syllaba?) cum sit breuis natura, hic pro loco producitur.

68. *praesens Mercur.* [Propitius] Lucrum.

69. *Scribe decem a Nerio.* Decem milia talenta siue tabulas. || Sensus [est]: Scribe tabulas a Nerio iuris studioso, quibus adliget Damasippum: adde *Cicutae* centum alteras, non tamen ita adligabis, ut ille se non auferat. *Cicuta* autem foenerator fuit, qui propter asperitatem et amaritudinem morum *Cicuta* cognominatus est. || [Alias:] *Cicuta* nescio qui foenerator fuit, amarissimus, et qui cautiones exquisitas quaerebat. || [Pro *Nerio* quidam *Anerio*, quod unum nomen esse debet]. *Quidam Anerio* unum nomen esse dicunt, Alii uero separant praepositionem et sic nomen inferunt: *Nerio*, ablatiui casus. *Nerius* autem, siue *Anerius*, et *Cicuta* foeneratores fuerunt. *Nerio.* Iurisperito. *Cicutae.* Iurisperiti.

70. *Nodosi.* Scrupulosi, diligentis in accipiendis cautionibus, [uel] callidi, argumentosi, qui multis uinculis teneat debitores. *Catenas.* Cautiones, [et] nexus iuris.

70. [*sceleratus.* Saeuus, ingeniosus.]

Proteus. *Proteus* saeuus debitor et ingeniosus. Proteus Damasippus accipiendus [est], aut quicumque durus debitor et perfidus. Aliter. Propterea Proteum dicit debitorem, quia saepe sese mutat ut Proteus; elabitur enim mille praescriptionibus et dilationibus.

1) [διαστολή *siue*] om. γ. figu*rata* productio G,mva. 2) distinxi *re* adponens *syllaba* u. quod in fhQ non factum est. *Syllaba* u. opus est, quia bre*uis*, non bre*ue* legitur. *re* om. mva. *per* natur*am* mva. hic om. mva. per naturam *hoc loco* prod. v. per nat. *hoc modo* a. C nihil habet nisi: *Reiecta praeda.* neglecto lucro. 3) Propitius om. γ. Lucrum γ (*ad quam* sc. *praedam* pertinens). 4) Decem — tabulas om. mva. 5) est om. γ,mva. — al*l*iget (allig*at* mva) et paulo inferius al*l*igabis γ,mva. recte. Cic. Cluent. 54: lex adligat conf. Cic. Or. III, 44. beneficio adligamur Cic. Planc. 33. foedere Iustin. XXVI, 1. Liu. XXX. 46. fh(G?)Q: all*eget* et all*e*gabis. adl*e*gare est aut *mittere* Cic. Verr. I, 57: amicos. Plaut. Epid. III, 3, 46: ad negotium. aut *excusare* Hermog. in Pand. IV, 4, 17. Ulpian. 48, 5, 2. *proferre excusationes* Apul. Apol. p. 309 Elmenh., aut *nunciare* Plin. Paneg. 70: senatui. 6) ferat G,va. 7) autem om. mva. nominatus G,mva. 8) *Alias* om. γ. — qui γ. recte rell. qu*is*. 9) exquisi*tus* γ (exquisit*ius?*). rell. exquisi*tas*. conf. Brisson. de Form. IV, 107 p. 510. — Pro Nerio — debet om. γ. 10) Quidam dicunt γ. rell. om. 11) praepositio*nes* γ. 12) abl. γ (sic). *a nerio.* nerius et cicuta iuris periti fuerunt et argumentosi unde et multa argumenta et nodositates in iudiciis adinuenerunt. Dicit ergo dam*n*asippus (sic) oratio (Horatio) comparans se protheo nati (nato) neptuni qui in diuersas species fertur se mutare. scribe inquit. contra me o horati omnia argumenta. repperies me protheum Bφ. — post *fuerunt* γ habet: Sensus: Scribe — cognom. est. 13) iuris perit*us*. Iuris periti γ. rell. om. 14) *nodosi.* dolosi, qui multis dolis et nodis obstringat debitores *nodosi.* argumentosi Bφ — *uel* om. γ. callidi γ. rell. om. 15) *catenas.* argumenta Bφ. 16) et om. γ. 17) scel. saeu. ing. om. γ. *sceleratus.* callidus Bφ. 18) Pro*th*eus cum h. conf. C. I, 2, 7. 19) est om. γ. — *Proteus* — ingeniosus γ. rell. om. — et perfidus γ. rell. om. Al. γ. rell. om. 20) Proteus. *Fiet aper.* Labitur enim γ. rell. om. lemma et habent *e*labitur.

72. *in iura.* Al. *in ius.*

malis rid. alienis. Per iracundiam (uerecundiam? astutiam?) fingentem se ridere.*) *Malis* Quidam maxillas, Quidam mala uolunt.

73. *Fiet aper.* Modo ferox erit.

modo auis. Id est, fugax. *modo saxum.* Non responde[bi]t, ut saxum.

74. *Si male rem gerere.* Adhuc uerba sunt Damasippi referentis sententiam Stertinii.

contra bene. [Scilicet rem gerere]. Id est, *contra* (bene?) *gerere,* uel *ualde.*

sani. [Qui uult bene sanus esse, ut sibi uidetur]. Si insani est, male gerere rem, multo putidius est cerebrum Perellii Cicutae, qui id dicat, ita se dictare, quod debitor numquam soluturus sit; *rescribere* enim est debitum soluere h. e, scriptum debiti liberare. *Ter.* (Phorm. V, 8, 28. 921 Fl.): *Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi Argentum rursum iube rescribi Phormio,* hic est, reddi per scripturam. *Perellius Cicuta* multo insanior, qui tibi credit, quam tu, qui accipis, quod disperdas. *Putidius.* Corruptius, insanius.

76. *Dictantis.* Aut dantis, [aut dictis experimentis cautionum formulam. Quia cum damus, dicimus: Scribe, te accepisse cautionem pro ea pecunia, quam dat. *Perellius* famosus temporis illius foenerator [fuit]. Quidam dicunt, istum esse Nerium Perellium, Alii dicunt, alium esse creditorem [foeneratorem].

77. *Audire.* Hoc [aut] dicebat Stertinius Damasippo, aut Damasippus poetae dicit. Hic ostendit, etiam foeneratores insanos [esse] adtentos esse et paratos ad audiendum, et est ὕστερον πρότερον; nam prius adtentos fieri mos, ut sic audiatur.

atque togam iub. conp. Nam qui male conposita toga sedet, uidetur neglegenter audire.

1) *in iura* γ, (al. in *ius*), ut EFHJMOR Genou. St. Germ. in B rasura. φ 1 m. habet *ius* sed 1 m. expu. s et corr. *iura* (conf. Pottier.) Barc. Bernn. ACF et D, in quo *rec.* manus suprapo. *ius.* Magd. Regin. et Harll. βηθι (k iniur*ia*) λ. in *ius* Ambr. Fran. etc. Dicendum autem est, *in ius*, non *in iura* rapi. uocari, iri, ambulari. conf. Brisson. de Formulis V, 1 p. 345. 346. 2) *Malis* quidam — uolunt γ. rell. om. 5) respon*det* γ. rell. respond*ebit.* 6) sunt om. (G?)Q. 8) Scil. rem gerere (edd. et C) om. γ. Id est — ualde γ. rell. om. 9) Qui — uidetur om. γ. 10) Perelli et bis Per*e*llius γ,v, ut EBFP St. Germ. Bernn. ACDF. Fran. Barc. M Porph. Regin. Magd.[2] etc. Per*i*lli fh, ut Ambr. etc. Perill*ii* C. Pe*x*elli (sic) — Per*i*ll*us* — Perell*um* a. 11) qu*o* *d*ebitor γ. — de *rescribere* et *per scripturam* adi Brisson. VI, 109 p. 510. 511. ẽst enim γ. 12) te*rr*entius γ. 14) Post u. *scripturam* γ. habet schol. sequens: Perell*ius* famos*ius* (sic) illius temp. feuerator. Perellius Cicuta — disperdas. fuit om. γ. Perellius Cicuta — disperdas γ. rell. om. 17) aut dictis — formulam om. γ. Perellius — disperdas γ. rell. om. 20) esse γ. rell. om. — creditorum γ. rell. foeneratorem. 22) Hoc dicit om. mva. aut om. γ. 23) etiam om. mva. esse adteudos — audiatur om. et usque ad u. 82: *Danda est* mva. — *ad*tentos esse et γ. rell. esse *att.* et. 24) est om. γ. et ΠΡΟΤΟΥϹΤeΡΟΝ (sic) γ. 26) mal*a* γ. 27) negl*eg.* γ(G?Q). rell. negl*ig* *) uersutiam coni. C. Hermann.

quisquis. Damasippus.

78. *Ambitione.* Zeugma: *pallet.*

79. *tristiue superst.* Inani religione, quia superstitio tristes homines facit.

80. *Huc propius me.* Diligenter me audiri uolo ab his, qui dissoluto pallio sedent nondum intenti et accensi ad uirtutis amorem.

81. *Dum doceo.* Dum ostendo, eos insanos esse.

81. *ordine.* Per ordinem.

adite. Accedite.

82. *auaris.* Scilicet ut sanentur.

82. *Danda est ellebori m. p. m.* Multum anticyrae [ellebori] dandum est auaris, quasi maiore aegritudine laborantibus. Videtur quibusdam Horatius non bene [plene] persecutus esse, quod promiserit, cum, utrum insaniant, debeat docere, praetergressus dicat de cura ipsorum, sane inconsiderate in uituperationem ruentium.*) Quis enim ignoret, his uidelicet non adhibendam esse medicinam, qui minus 'insani sunt? *Elleborum* herba, remedium insaniae.

83. *Nescio an.* Figura λιτότης, id est, scio.

83. *Anticyram.* [Metonymia per id, quod continet id, quod continetur, *Anticyra* enim nomen est] Insula Propontidis, in qua [multum ellebori] elleborum nascitur, quod quidem depellere dicit mentis insaniam medicina. [Posuit autem Anticyram pro medicamine i. e. nescio, si omnis medicina danda sit auaris: magnitudinem uitii expressit]. Tanta est igitur auaritiae dementia, ut totius insulae helleboro sanari non possit.

ratio. Iusta cura.

84. *Heredis Staberi.* *Staberius* quidam auarissimus [fuit, qui], cum

1) Damasippus γ. rell. om. 2) Zeuma calet γ. *pallet* Hor. rell. om. 6) *ac*censi γ,fh. inopportuna scabie mutandi ductus Q tacite incule. *in*censi, quod falsum est. recte enim dicitur incendere amore Ouid. M. III, 426. incendi amore Cic. Quint. Fr. III, 1, 5, ut odio. ira, desiderio, dolore, non *in amorem* etc. anim *in Crassum* (Cic. Cluent. 51) incenduntur = concitantur. *accen*dimur autem *ad* dominationem Sall. Iug. 31. *ad* libidinem Liu. VIII, 28 et *in* rabiem Liu. XXIX, 9. etc. Sic *ac*cendimus inuidiam, discordiam, uirtutem. 8) per ordinem γ,C. rell. om. 9) Accedite γ. rell. om. 10) Scilicet ut sanentur γ. rell. om. 11) elebori mv *cicutae* γ. anticirae mv. anti*cy*rae a. hellebori fhQ(G?). conf. infra u. 166. Plin. XXV, 5. Gell. XVII, 15. 16. Colum. VII, 5, 7. 13) bene γ plene G?Q. plen*a* fh. Videtur — insaniae om. mva. — pro*miserit* γ. rell. promiser*at.* 14) debeat om. γ. 15) ignor*et* γ. rell. ignor*at.* non γ. rell. om. 16) insani γ. rell. sani. 18) Figura — scio γ. rell. *Bene* scio; λιτότης figura. 19) Metonymia — est om. γ. 20) Insu*la* γ. rell. nomen est insu*lae.* 21) *el*leborum γ. rell multum hellebori. Notandum est, γ aliud schol. breuius habere: 'insula propon*tis*, in qua *multum ellebori gignitur.*' 22) Posuit — expressit om. γ 23) igitur γ. rell. om. 24) posse γ. *antyciram.* An*ty*cira insula est propontidis *ferax* ellebori Bφ. 25) Iusta cura γ. rell. om. 26) *uorac*issimus G,v. fuit qui om. γ. *) uulgo: ruenti*bus.*

moreretur, iussit heredes scribere in suo monimento, quantum quisque a se relictum accepisset. *Staberi.* Unius ex auaris exemplum.

summam. [Relictam pecuniam.] Patrimonii scilicet.

85. *Ni sic fecissent.* Nisi summam incidissent.

[85. *dare centum.* Quia uiuente patre ignorauerunt, quid haberent; tantae cupiditatis fuit.]

86. *Dampnati populo.* [Destinati iuxta legem.] Testamento. Damno affecti heredes.

arbitrio Arri. Nomen cuiusdam luxuriosi.

Frumenti quantum metit Afr. Infinitum.

87. *Siue ego graue.* Hoc dicebat Staberius, et est ἀνθυποφορὰ ex persona ipsius Staberii.

88. *Seu recte.* Inscribi in sepulcro meo summam pecuniae. Et hoc dicebat Staberius, ne quaererent heredes eius, cur hoc fieri uoluerit.

patruus mihi. Iudex. Seuerus contra me; ut supra (C. III, 12, 2. 3): *metuentes Patruae uerbera linguae.*

prudentem animum. Εἰρωνικῶς.

89. *Hoc.* Quod superius dixi.

[*Quid ergo Sensit.* Aut interrogatio audientis, aut interrogantis dubitatio.]

92. *Paup. uitium.* Deest *esse.*

cauit nihil acr. Nihil magis timuit quam [paupertatem, id est,] ut ne fieret pauper; nihil sic caute uitauit ut paupertatem.

93. *minus locuples.* Si forte unum quadrantem minus reliquisset.

periret. Moreretur.

94. *nequior.* Abiectior.

omnis enim res. Hoc ex sententia Staberii.

96. *Diuitiis parent.* Omnium rerum regina opulentia est, sic[ut] ille dicebat.

1) hered*ibus* γ. scribendum? iniunxit? cum accusatiuo: *tributum alicui iubere* (*Tacitus* A. IV, 72.) uel *iniungere* (Tac. G. 25). Plin. E. II, 18: Quid a te iucundius *mihi* potuit iniungi, quam *ut* etc. conf. Tac. A. XIII, 40: quibus iusserat, *ut* resisterent. Liu. XXXX, 28: *cui iussum erat creare* etc. 2) Unius ex au. exemp. γ. rell. om. 3) *summam* rel. pec. om. γ. patrim. scil. γ. rell. om. 4) Nisi su. inc. γ. rell. om. 5) *dare* — fuit om. γ. 7) Dampnati — legem om. γ. Testamento γ,C. dam. aff. heredes γ. rell. om. 9) Arr*ii* Bφ Ambr. Barc. Bernn. AC. 11) et ΑΝΤΙΠΟΦΟΡΑ, om. est, γ. 13) hoc om. γ. 14) *eis* fh. om. Braunh. rell. eius. 15) Index γ. rell. om. Bφ: iudex durus quia patrui seueriores sunt nepotibus. 17) yronicos γ. 18) Hoc — dixi γ. rell. om. 19) Schol. om. γ. 20) Deest *esse* γ. rell. om. 21) paupertatem id est om. γ. 23) — reliquisset mortuus quem uiuus habuerat C. — reliquisset. *forte minus.* quam habere quam dimisit (sic) γ. 24) *periret* γ, ut Ambr. Bernn. DF: Parr. IIJIMR Genou. et 7984 peri*sset* B et φ e glossa: deperisset in sua substantia CMNP. Barc. Fran. Bernn. AC. Regin. et Harll. βκλ. 25) Abiectior γ. rell. om. 26) Omnis — Staberii γ. rell. om. 27) sic γ. si*cut* fh. hoc et duo seqq. scholia om. G(Q)mva.

construxerit. [Congregauerit] Coaceruauerit.

96. 97. *ille Clarus erit.* Quasi Damasippus dicat Stertinio. Respondit plus quam interrogatus [fuerat]. Quasi aliquis hoc quaerat.

97. *Sapiensne?* Aut interrogatio audientis aut dicentis dubitatio.

98. *Hoc, ueluti uirt. par.* Quasi uirtute paratas diuitias putauit ad uirtutem pertinere. Si diues mortuus dicetur.

uirtute. Non sordibus, aut auaritia.

99. *sperauit.* Staberius scilicet.

99. *Quid simile.* Modo docet insanum eum esse, qui pecuniam spernit, cuius usus est necessarius.

100. *Graec. Aristippus.* Contemptor pecuniae, quam a quodam rege acceperat.

100. *Graecus Aristippus.* Hic Aristippus Graecus *Cyrenaicus* dictus [est], cum serui eius áuro onusti grauius ambularent, quod a rege (Mauritaniae?) acceperat, iussit, ut abicerent, quasi (itineris?) inpedimentum.

102. *uter est insanior horum?* Uter est ille, qui conseruat, an ille qui contempnit?

103. *Nil agit exemplum.* Illud exemplum nihil est, quod litem uertit in litem, id est, uitium in uitium, quia, dum damus exemplum Aristippi, litem liti opponimus. Nam si Staberius uitiosus, Aristippus uitiosior; ergo nihil ualet exemplum Aristippi aduersum Staberium]. Ad rem dubiam aperiendam nemo utitur dubio argumento. Incertum est, utrum insaniat, qui despicit pecunias et nullo moderamine utitur ad eas dispertiendas. Et ait: Quemadmodum insanit contemptor pecuniae, ita et auarus. Sed et hoc incertum est, utrum nimium contemptor pecuniae, ita et uideatur [esse] insanus. Quasi dicat Damasippus Stertinio: Non opus est exemplo ad dirimendam litem, quia et de eo disputari potest. Ipse uidetur sibi

1) *construxerit* γ cum gl. coaceruauerit, ut H, Bernn. DF et C cum glossa *contraxerit*, quod tuentur EBφFJMOPR Sorb. Genou. Fran. Bern. A Harll. λ et β (contr*an*xerit) Regin. Magd. (2 m.). *construxerit.* congregauerit, coaceruauerit C. 2) dic*it* γ respondit γ. rell. respon-d*et*. 3) fuerat om. γ. Quasi aliq. hoc qu. γ. rell. om. 4) dicentis γ. rell. interrogantis. 6) Si — dicetur γ. rell. om. 7) uirtute — auaritia γ. rell. om. 8) *Sperauit* — scilicet γ. rell. om. 9) Modo docet ins. eum esse γ. rell. Docet autem insanum, qui etc. Hoc schol. et sequens negl. Q. 11) om. G(Q),mva. 13) Aristippus, Ἀρίστιππος, teste Platone in Menone, oriundus ex Larissa, secundum alios ex Cyrene, urbe Lybiae in Africa, unde et Graecus et Cyrenaicus uocabatur, Socraticus fuit mercede philosophans et auctor Princepsque Cyrenaicorum. conf. Wieland et Th. Schmid. ad E. I, 1, 13. 18; 17, 17. 23. Diog. La. III, 65. Cic. ad Diu. IX, 26. Fin. II, 6. Ac. IV, 42. Or. III, 17. audiantur etiam Heindorf. Kirchner. Passow. — Hic γ. rell. om. 14) *est* delendum puto. — quod — accepe*rat* γ (inferius; extra ord. po). rell. accepe*rant.* Mauritaniae C. rell. om. 15) quasi *in*ped. γ. *tanquam itineris* impedimenta C. 16) *uter ins. horum.* qui *congregat.* an qui cont. C. 18) pertinere. *Nil agit exemplum*, om. Hic trist. — contempnit mva. 21) dubi*tat*am G,mva. 24) et ita γ. 25) esse om. γ.

subicere: [A l i t e r.] Nolo corrigas uitium uitio; dum culpas auaritiam, exemplum sumis insaniae, quia non potest exemplum laudari, cum ipsum uitiosum est.

litem. Sententiam, rem dubiam.

resoluit. Conatur soluere.

104. *Si quis emat citharas.* Modo probat, insanire auaros, quemadmodum insaniant nimium contemptores pecuniae.

Sutor. Deest *emat.*

scalpra. Ferramenta, quibus fabricantur *calopodiae*, id est, formae sutorum dictae a ligno et pede, quasi lignei pedes, quia κᾶλον lignum, κάλινος ligneus, πoῦς pes, πόδες pedes, dicitur.

106. *formas.* Calopodias.

106—108. *nautica uela — Qui discrepat istis.* Quomodo qui emunt sibi non necessaria, qui, quamuis alieni sint a mercaturis, tamen emunt uela: [ut] qui, quamuis alieni sint a Musis, tamen emunt citharas.

107. *Auersus.* Alienus.

108. *Undique.* Ab omnibus. [*Qui.* Quomodo.]

112. *Porrectus.* Iacens.

illinc. De aceruo ingenti.

113. *esuriens dominus conting. granum..* Si tamen dominus dicendus.

115. *Chii.* Chios insula est.

116. *tercentum milibus.* Positis. Per interpositionem, quasi parum dixerit amplius dicit.

117. *age.* Praeterea.

117. *stramentis.* [Vilibus stratis.] *Stramenta* dicuntur uilia, quae substernuntur [dormientibus], ut dormiatur.

117. *unde.* Uno minus die, scil. LXXIX. *Undeoctoginta* pro uno minus octoginta. Apud Veteres sic dicebatur.

1) subicere. Aŧ. rell. om. Nolo γ. 2) exempl*are* fh. 3) est γ. rell. sit. cum = quando. 4) *litem.* sent. rem dub. γ. rell. om. 5) *resoluit.* Con. soluere γ. rell. om. 7) nim*ium* cont. pec. γ. rell. nim*ii* pec. cont. 8) Deest emat γ. rell. om. 9) *Scalpra* Ferramenta quibus fabr. calo*podae* — quia Bφ. *scalpra.* Ferramen*tum est quo* fabr. cal*i*pod*i*ae — quia γ. quia *calin* lignum. pod*os* pedes (πoῦς, πoδὸς?) dicitur Bφ. quia *calin* lignum. *pos.* pes dicitur γ. Calopo*dias* γ(G?), mvafhQ. calopo*dia* C., Graec. diminutiuum a καλόπους. 13) Amplificaui lemma *nautica uela.* Quomodo — quamuis γ. rell. Qui em. necess. quamuis. 14) *mercedibus* γ. mercimoniis B. rell. mercaturis (Hor.). 15) ut om. γ. 16) Alienus γ. contrarius Bφ. ad*uersus m.* alienus a mercatura C. 17) Ab omnibus γ,C. rell. om. — *Qui.* Quomodo (fhC) om. h. l. γG(Q),mva. rell. om. *Qui discr. istis.* Quo modo. in qua re ab istis Bφ. 18) Iacens γBφ. rell. om. 19) De aceruo ing. γ. rell. om. 20) *esur.* — dicendus γ. rell. om. 21) Chios ins. est γ. rell. om. 22) *trec. mil.* Positis γ. s. etiam intus positis Bφ. rell. om. 23) dixer*at* γ. praeterea γ,C. rell. om. 25) Vilibus stratis om. γ. Vilibus om. C. 26) ut dormiatur γ. rell. dormientibus. 27) Pro uno minus octoginta LXXVIIII apud γ.

118. *stragula uestis.* Pretiosa opere plumario facta.

119. *Blattarum.* [*Blattae*] genus uermiculi uestem rodens.

120. *insanus paucis uideatur.* Sapientibus scilicet.

121. *Maxima pars hominum.* [Non a] Id est: paucis hominibus insanus uidebitur, quia multi sunt.

morbo iact. eodem. Hoc est, auaritia.

123. *ne tibi desit?* Anne. Fortasse hoc dicit.

124. *Quantulum.* Aliquid.

summae. De summa patrimonii.

curtabit. [De *summa* decurtabit] minuet, amputabit, inminuet.

quisque dierum. [Pro] unusquisque dies ex diebus.

125. *Unguere si caul. ol. meliore.* Zeugma: *coeperis.*

126. *porrigine?* P*orrigo* est quidam morbus capitis cariem faciens. Oritur autem ex sordibus et incuria. Inpe*xum* in *Aliis.* inpex*um* autem non ornatum. Quae porrigo nascitur ex neglegentia et ex inpexo capillo.

126. 127. [*Quare, Si quidu. satis est.* Si contentus es paruo et exiguum tibi sufficit, quare periuras, ut habeas maximum patrimonium? Si mediocritate contentus es, cur caedibus mercaris opulentiam et sacrilegio?] *Quare.* Interrogatiue dicitur. *Si quiduis satis est.* Si quantulumcumque tibi sufficit. Si exiguum tibi sufficit, quare periuras, ut habeas maximum patrimonium, non contingas patrimonium, quasi contentus paruo? || Si contentus es paruo, quare periuras? ut habeas maximum patrimonium. || *P o r r o.* Si es mediocritate contentus, cur fraudibus et sacrilegio mercaris opulentiam?

1) *stragula.* Pretiosa op. *polimitario* (sic) facta γ. rell. om. *stragula.* pretiosa. *plumario* opere facta quae *et forum* i. *culcita grecisca* (sic) Bφ. *Polimitario* uox nihili est. *plumario* recte. uide supra Vol. I. p. 481 ad Epod. VIII, 15: in Sericis plumariis. Vitruu. VI. 7: plumariorum textrinae. Hieron. E. 136: ars plumaria. Gruter. 649, 8. Aut *stragula uestis* (Liu. XXXIV, 7. Cic. Verr. I, 10. II,7. Rosc. Am. 46, aut *stragula* (subst.) Petron. 78. conf. 42, aut stragu*lum* uestimentum Ulpian. ad Pand. XXXIV, 2, 2. uel stragu*lum* (subst.) textile Cic. Tusc. V, 21. 2) Blatt*ae* Q(G?). Blatta fh. om. γBφ. uermic*uli* γBφ. rell. uerm*ium.* uermicu*li.* singularis. recte, ut supra S. II, 2, 47 et 64 (Bφ): genus pisc*is.* uest*em* rodens γBφ. rell. rodens ues*tes.* 3) *insanus* — scilicet γ. rell. om. 4) *Id est* pauc. γ. rell. om. *Non a* pauc. om. γ. et iure meritoque. fhQ enim non recte acceperunt uerba: *quia multi sunt* (sc. insani, pauci sapientes). hominibus γ. rell. om. 6) *morbo* — auaritia γBφ. rell. om. 7) ne — dicit γ. rell. om. Anne Bφ. 8) Aliquid γBφ. rell. om. 9) De summa patr. γ. rell. om. Bφ: de uita. 10) De summa decurtabit om. γ. — ĩminuet γ. rell. om. 11) *Pro* om. γ. ex diebus γ. rell. om. 12) Unguere — *zeuma* (m. s.) *coeperis* γ, rell. om. 13) Porr. est qu. mo. cap. γ. Porrigo mo. qu. cap. fhQ. 14) Oritur — capillo γ. rell. om. — Bφ: *porrigine.* Porrigo est proprie morbus porcorum dictus a *Porcis.* in modum *deuorum* (sic) ponitur et pro *pro*rigine (*pru*rigine? conf. Colum. VII, 5. Plin. XXVII, 4: prurig. et scabiem) i. *tinea capitis* quae solet prouenire dum caput neglegitur pectinando et lauando. Ad mirum schol. 16) cont. es pa. et om. γ. h. l. Si — sacrilegi*a*? fhQ(G?). — et exig. t. suff. om. mva. 17) ut hab. *amplissimas diuitias* C. 18) caedibus mvafhQ(G?) et C. et sacrileg*ia* fh male. om. G,mvaQ. (unc.) et sacrileg*io* C. *fraudibus* et sacrileg*io* γ, cuius scholia a me adiuncta sunt.

130—133. *Insanum te — Orestes.* Sed fortasse dicturus es: Quare ego insanus adpellor, cum ego hoc non faciam i. e. non occidam patrem ueneno?

neque tu hoc facis Argis, Nec ferro. Ironicos, hoc est, inridenter. Quamuis non occidas matrem tuam apud Argos, aut ferro, ut Orestes, certe tamen insanus es.

131. *laqueo uxorem interimis.* Propter hereditatem uel diuitias, ut possis eius possidere diuitias.

132. *Incolumi capite es?* Potest fieri, ut sano sis capite?

135. *Ac non ante malis dem. act. Furiis. Malis.* Vitiis. Aut *magis uelis*, aut *malis Furiis.*

137. *ex quo est habitus.* [Id est: postquam]. Ex quo creditus [est] furiosus post parricidium. *habitus.* Existimatus.

male tutae. Male sanae. *Hanc Furiam.* Sororem. *hunc.* Pyladen.

141. *splendida bilis.* Quae omnia in lucem profert. *Pers.* (III, 8): *uitrea bilis. Al.* κατὰ ἀντίφρασιν atra, uel fragilis, quia numquam stat. *Al. splendida*, lucida, quia nemo potest irasci, ita ut non appareat eius iracundia.

142. *Pauper Opimius. argenti p. int. Opimius* quidam ditissimus et auarus, cum lethargico morbo laboraret, a peritissimo medico ita est sanatus: Aurum multum posuit in mensa et fecit a multis numerari, et dicebat illi: Ecce, rapiunt multi aurum tuum! Ille audiebat et excitabatur, [et] hoc modo sanatus est. *Pauper* [autem dixit] animo, non fortuna, [et] Sic *pauper argenti*, et (A. II, 22): *Diues opum. Argenti positi intus.* Cum non tangeret aurum et argentum multum repositum.

1) Lemma interposui. 2) *apellor* γ. cum ego hoc non γ. rell. cum hoc ego non. 4) Lemma interposui. Ironicos hoc est *irridentem* γ. posui inriden*ter*. conf. Laberium ad Charis. 1. Augustin. E. 5. 7) *uel* γ. rell. *aut.* ut — diuitias γ. rell. om. 9) Incolomi γ, constanter. etiam in schol. III, 14, 16. conf. C. I, 3, 7. III, 5, 12. 24, 31 etc. alii inconstanter inco*lo*mis EHPB (incolŏmi III, 5, 12. Bernn. CD et incol*u*mis (K IV, 10, 8). Hoc schol. ut anteced. et duo sequentia om. G(Q),mva. 10) Lemma *malis* amplificaui. Vitiis γ. rell. om. *uelis* γ. recte. rell. om. 12) *ex quo* addidi lemmati. Id est postquam om. γ. *Ex quo* cred. fur. γ, om. est. 13) Existimatus γ. rell. om. 14) ma*lae* (aduerb. s. m.) sanae γ. rell. om. Sororem — Pyladen γ. rell. om. 15) *splendida* omn. libri. Quae profert γG(Q)mvafh. om. C, qui habet: '*splendida bilis.* sic *Pers. uitrea bilis*, flaua uelatra. κατὰ ἀντίφρασιν.' (Porph.) γ: *uitrea bilis.* Al. Cata antifrasin atra. fragilis quia numquam stat. Al. *splendida* lucida — iracundia. *uel* inter *atra* et *frag.* posui. *Vel* splendida mvafhQ(G?). Al. spl. γ. Bφ: *splendida bilis.* Cata antifrasin quia pro atra *et amara* posuit *splendida.* Glossa: *splendida* i. atra amaritudo fellis. 20) *ita* est san. γ. ita sanatus est G,mvaQ. sanatus est, om. ita, fh. 21) et dicebat ille fh. (et quae (q̄) dicebat ille a. et dicebat et ille audiebat, om., ut G,a, uerba *Ecce — tuum* mv. Ego posui il*li*. 22) aud. *et* exc. γ. aud. *rapi* et exc. fh. rell. aud. exc., om. *et.* 23) et om. γ. hoc modo γ. rell. om. autem dixit om. γ. C: *pauper arg.* ita dicimus, *diues opum.* pauper*em* autem di*cit* animo, non fortu*nis.* sic alibi (III, 16, 28): *Magnas inter opes inops.* — et om. γ. Sic γ. rell. om. 25) *et* d. o. γ. rell. *ut* d. o. Schol. neglexit Q. Lemma om. γ. — Cum non — repositum γ. rell. om.

143. *Qui Veientanum.* Veientana ciuitas [est] Campaniae, in qua nascitur pessimum uinum. *Pers.* (V, 147): *Veientanumque rubellum.* Nunc [addit] aliud exemplum ad (auaritiae?) insaniam conprobandum.

144. *Campana solitus trulla.* [*Trulla* autem] Aut ligneum uas, aut uimineum, aut fictile. [Alias:] *Trullam* dicunt deformem calicem, uel rusticanum.

144. *uappamque.* [Corruptum nescio quid, quod nec uinum nec acetum, uel uinum sine sapore, uel uinum, cui miscetur aqua, uel uinum, quod fit perfusa uinatia. *Hoc* autem *uinatium* lectum est, et *haec uinatia.*] *Vappamque. Vappa* dicitur uinum sine sapore. *Vappa* uinum, cui miscetur aqua. *Vappa* (uinum?), quod fit ex perfusa *uinacea.* Et *hoc uinaceum* lectum (dictum?) est, et *haec uinacea.* — *u. profestis.* Corruptum nescio quid, quod nec uinum nec acetum. *profestis. Non festis* [uel a non festis].

145. *Quondam lethargo.* Morbo, qui facit inmemores nimio somno.

ut heres. Ita.

146. *laetus.* Ut aperiret apothecas.

147. *celer atque fidelis.* Utrumque illi concessit, quod est medico necessarium: scientia cum diligentia copulata. *fidelis.* Prudens.

149. 150. *accedere plures Ad numerandum.* Ἀπὸ κοινοῦ: iubet.

151. *Ni tua.* Verba sunt medici.

152. *Men' uino?* Verba sunt aegrotantis. *Ut uiuas, igitur uigila.* [Verba medici. Διαλογισμός]. Hoc medicus.

Quid uis? Hoc lethargicus.

153. *inopem.* Sterilem, sine uiribus.

fultura. Robur.

ruenti. Deficienti.

155. *Tu cessas?* Ut (A. XI, 389): *Quid cessas? agedum.* Hoc aegrotus. Cur, inquit, mihi neglegentiae crimen inponis?

2) Veint*anum* rub. fh. 3) addit om. γ,C. comprob. γ. prob. fh. Persius — conprobandam om. G,mva(Q). Scholion aperitur in C hac parte: Aliud exemplum ad *auaritiae* insaniam *docendam.* 4) *Trulla* autem om. γ. — *aut* lign. γ. 5) Alias om. γ. — dic*it* γ. rell. dic*unt.* — cal. *et* rust. *aut uas* fictile γ. 7) *Vappamque* lemma in fh. *uappamque* q. in Q. Totum schol. om. G(Q),mva. Scholia ex γ inclusis postposita sunt. 10) Vappamque — festis γ. De u. *profestis* conf. Acr. ad S. II, 2, 116. 15) *ut heres.* Ita γ. rell. om. 16) *laetus* ut ap. apoth. γ. rell. om. 17) Utr*um*que γ. recte. rell. Utr*im*que. 18) scien*tia* γ. — copula*ta* γ. rell. scient*iam* c. d. copula*tam. fidelis.* Prudens γ. rell. om. 19) Ἀπὸ κοινοῦ iubet γ. rell. om. sup. iubet, ἀπὸ κοινοῦ C. 20) Verba sunt medici γ. rell. om. 21) Verba *sunt* aegro*tantis* γ. rell. Verba aegroti. — Verba medici. Διαλ. om. γ. Hoc medicus γ. rell. om. 23—25) Hoc leth. — Sterilem sine uiribus — Robur γ. rell. om. 26) Deficienti γ. rell. om. 27) Ut — cessas? γ. rell. om. *agedum.* 28) Hoc γ. rell. H*a*ec.

ptisanarium. Vas [est] fictile, in quo coquitur *oryza*, uel *ptisana. oryzae. Oryza* genus est, subtilissimae pollinis, id est, farinae, unde cum oleo et pigmentis *ptisanae* fiunt satis congruae infirmis, quas medicus praebebat illi auaro.

156. *Quanti emptae.* Verba aegroti.

Paruo. Hoc medicus.

Quanti Ergo? (sic).

Octussibus. Dicit medicus. Octo assibus. hinc *octussis.* octo quadrantibus.

Eheu. Hoc aegrotus.

158. *Quisnam igitur sanus?* Damasippum interrogat Horatius, uel Damasippus consulit Stertinium.

159. *Quid, si quis.* Horatius item.

159. *Quid, si quis non sit auarus.* Non sufficit ad sanitatem, auarum non esse.

160. *minime.* Damasippus. *cur, Stoice?* Horatius. *dicam.* Damasippus.

161. *cardiacus.* Insanus uigiliis. [*Cardiacus* genus morbi uigiliis laborantis, contrarium lethargo.].

161. *Craterum.* Medicum.

Craterum dix. pu. Craterus fuisse dicitur illis temporibus opinatissimus medicus.

162. *Hic aeger. Recte est.* Si tibi dixerit maledicus de aegro, quod non sit cardiacus, tu ais, quod surget de lecto; iterum medicus adicit, quod non surget, quod alio morbo laborat. Sic ergo dicis: Ille non [est] periurus neque sordidus inmolet Diis porcam, sed est ambitiosus et audax, alio uitio laborat et debet ire [ad] Anticyram, ut curetur.

1) *ti*sanarium γ, ut HJM Ambr. Barc. etc., alii tysan. p*ty*san. (Fran.) alii p*ti*sanarium. recte, quia nomen Graecae originis (πτισάνη) est, ut *oryza* (ὀρύζα), quod multi codd. Hor. nostro loco or*i*zae, or*i*ze et oriz*ai*, ut Bernn. AC Barc., exhibent. — *oriza* genus — auaro γBφ. rell. om. — orizae Bφ. *ti*sanae γBφ. prae*para*bat Bφ. *ptisior.* ptisanam femin. gen. ap. Priscianum, apud Phocam masculini, *pollen* neutrius. 5) Verba aegr. γ. rell. om. 6) Hoc med. γ. rell. om. 7) *Quanti.* ergo? γ, ita ut *quanti* tantum Horatii sit. 8) *Octussibus* — quadrantibus γ. — *hi* octussis γ. rell. om. *Dicit medicus* et *octo quadrantibus.* 10) Hoc aegrotus γ. rell. om. 11) uel om. γ. 12) Stert*inum* fh. 13) Horatius item γ. rell. om. 16) Minime — Horatius γ. rell. om. — Damasippus γ. rell. om. 18) genus mor*bi*, ut u. 119: genus uermic*uli* et II, 2, 47: genus pisc*is*. — *Cardiacus* — lethargo om. γ. 20) Medicum γ. rell. om. 24) sit γ. rell. est. 26) ambitiosus *sed* mvafh. *et* audax (Hor.) γ(G?)Q. 27) ad ant*iciras* γ. rell. ad Antyciram. Nauiget Anticyram Hor. Nauigari dicebatur *ad* fluuium, ut *ad Phasin* Plin. XXVI, 8. ire cum (Ouid. II. XIX, 180) et sine *puppibus* Verg. A. V, 769. 777. Quintil. X, 7, 23.

acuto. Penetrabili, pernicioso, graui, ut alibi (E. I, 10, 17): *Cum semel accepit solem furibundus acutum.*

162. *recte est igitur surgetque.* Interrogatiue.

163. *renes.* *rien*, *rienis*, quomodo *lien*, *lienis*, id est, *splen*, *splenis.*

164. *periurus.* Si haec uitia non habeat.

immolet. Sit etiam religiosus.

aequis. Propitiis.

166. *Nauiget Anticyram.* Ubi elleborum nascitur, quo perturbatas mentes medici sanare consue[ue]runt.

barathro ne. || Scurrae et triuiali. Nam *balatrones* dicuntur rustici homines, inepti et triuiales. Publius Seruilius *Balatro* multa in Augustum amare nec sine ioco dixit. Fuit autem tantus deuorator, ut simili uitio laberantes *balatrones* dicti sint. Et est [in ipso uersu] || sensus: Quid interest, utrum non utaris, an in barathrum mittas? Quid enim prodest, carere hoc uitio, cum alio tenearis?

167. *Dones quicquid habes.* Eadem insania mentis est, seruare et spargere.

168. *Seruius Oppidius.* Hoc exemplum ad illud pertinet (u. 158): Quisnam igitur sanus? Ergo qui sanus est, talis est, qualis Oppidius de facultatibus suis circa liberos fuit, qui iuxta antiquum censum diues inuentus est.

1) Interrogatiue γ. rell. om. 4) renes — splenis γ. rell. om. De *rien* conf. Charis. I et Priscian. 5. *rienes* ap. Festum. et Petron. 35. 5) periurus — habeat γ. rell. om. 6) *immolet* — Propitiis γ. rell. om. 8) *heleb.* γ. alii uett. codd. ut Bφ Ambr. Barc. Bernn. ACD et E. II, 2, 137 EBφ Harl. 2. Ambr. Barc. Bernn. ABCDFG habent *elleb.* (ἐλλέβορος et ἐλλεβ.), ut codd. Plin. XXV, 5 et 13 Verg. G. III, 451. Gell. XVII, 15. Colum. VII, 5 Plaut. Pseud. IV, 7, 89. *h*elleb. fh. hoc schol. et anteced. om. G,mva. 9) cons*ue*runt γ. m. s. cons*ueue*runt fhQ. 10) ba*rathrone*, γ in lem. (ba*latr.* in scholio), ut C et plurimi uett. codd. Bφ *balathrone* in lem., BARATR[um] ad marg. cum hoc scholio: 'id est luxuriose (luxurio*so*), uerum quidam legunt ba*rathrio* (B. bar*atri* φ), ut ueniat a nominatiuo bara*trius.*' conf. Porph. Omnes Oxonn. habent *barathrone* et omn. Harll. praeter β (3534. saec. XII), qui ostendit *balatrone.* Regin. supra *ne* fert glossam *an*, ut A, qui offert b*aratrone*, ut Bernn. CDF. Fran. Barc. etc. *dif*ert barra*tho*ne Ambr. Libri Acronis habent ba*lathroni* mfh et ba*latroni* v(G?Q). *Baratrone* uel *baratro ne* h. l. uera lectio est. *barathrum* uox graecae originis, βάραθρον, quod duplice intellectu est, ut *uorago.* (*in aqua*: Verg. A. VI, 296, et *uentris* Ouid. M. VIII, 843. conf. Cic. Verr. III, 9 et Pis. 18) Verg. A. III, 421: *imo barathri ter gurgite.* Vitruu. X. 21, et Hor. E. I, 15, 31: *barathrumque macelli.* conf. Plaut. Curc. I, 2, 29. Martial. III, 81, 1. In Acronis farragine ut literae sic res sunt confusae: *barathrum* et *balatrones* (S. I, 2, 2) cum Seruilio BALATRONE (S. II, 8. 21) ita in unam pultem coiuerunt et concreuerunt, ut totum scholion corrumperetur. Prior autem eius pars, quacum conferendum est schol. ad S. I, 2, 2, delenda uidetur in tantum, ut nihil nisi haec cauda Verris remaneat: *deuorator sis, et est sensus: Quid — tenearis?* aut: Sensus: Quid — tenearis? 11) ba*ratr*ones γ. ba*lath*rones mfh. bala*tr.* vQ. 12) *non* sine γ. 13) ipso mvafh. *iocoso* Q. 14) bara*tr*um γ. 15) carere uitio hoc *si* γ. rell. carere hoc uitio *cum.*

Canusi. Apud Canusium oppidum Apuliae regionis.

169. *Antiquo censu.* Quia si quis antiquitus duo praedia habebat, diues censebatur.

diuisse. Pro *diuisisse.*

171. *postquam te talos.* Postquam, inquit, aut luxuriam in te [in te Aule luxuriam] aut tenacitatem in illo [Tiberio] cognoui; *talos,* tesseras.

171. *Aule.* Proprii nominis uocatiuus.

172. *donare, et ludere.* Donare ad nuces; ludere ad talos.

172. *sinu laxo.* Ad talos rettulit. *donare.* Ad nuces. *ludere.* Talis. *uidi.* Donare nuces talis ludere.

173. *Tiberi.* Proprii nominis uocatiuus. *numerare.* Nuces.

173. *cauis.* Hoc est, locis absconditis.

Nomentanum. Pro[digum et] luxurioso.

Cicutam. Pro auaro quodam foeneratore.

177. *Tu caue, ne minuas.* Bene uetat, nam et minui uetat natura et augeri, et monet, quod sufficit adpetendum, et est paternus affectus iunctus naturae.

179. *titillet.* Ad se cum quadam iocunditate rapiat; ne uos delectet ambitio, pulset atque sollicitet [ambitio].

180. *ambo.* Pro ambos.

181. *intestabilis.* Detestabilis. *Sacer.* Exsecrabilis uel exsecrandus. *κατὰ ἀντίφρασιν,* et hoc secundum XII Tabulas. *intestabiles.* Periuri sic dicebantur tamquam sacri, hoc est, obnoxii numini, per quod iurauerant. *Intestabiles* adpellabantur, quorum testimonium non ualebat.

182. *In cicere atq. faba.* Antiquis temporibus haec dabantur ab his, qui ludos exhibebant. [Alias:] Haec enim populo a magistratibus ludis Floralibus iactabantur. [Vel: haec spargebantur in Circo, et plausus illis fiebant, qui cupidi erant laudis uel] aediles haec [populis] in Circo populis iactabant. Inuenta occasione carpit ambitionem et dat exemplum [hoc] ad insaniam.

bonatu perdasque lup. Quia praetores bona sua erogant.

183. *Latus ut in Circo spatiere.* *Latus,* inflatus, ut superbus ambules.

2) anti*quus* γ. 5) aut luxuriam in te γ,mv. rell. in te Aule luxuriam. 6) illo γ,mva. rell. Tiberio. 7) Aule — Nuces γ. rell. om. 12) Hoc est γ. rell. om. 13) Pro luxurioso γ. rell. Prodi*gum* et luxurio*sum*. 14) Pro auaro quodam feneratore γ. rell. Auarum quend. feneratorem. 18) delectet ambitio, pul. γ. rell. delect. puls. atq. soll. ambitio. 21) execrabilis – tabulas γ. rell. om. 23) numini γ. rell. om. 26) *Alias* om. γ. 27) Vel haec – laudis uel om. γ. 28) *Aliqui* ediles hec in circo pop. iact. γ. rell. uel aediles haec pop. in circo iact. 30) hoc om. γ. 31) Quia — erogant γ. rell. om. 32) *Laetus* Med. 74, ubi Pithoeus. al. *latus,* in meo Ms. *lautus.* alterum *Latus* om. γ. ut super *his* γ.

aut aeneus ut stes. Ut habeas [aeneam] statuam.

184. *Nudus agris.* Ideo uis patrimonium tuum consumere, ut plausus habeas, quales Agrippa habuit, gener Augusti, cum [uis a stultitia] sis astutia uulpes, ille [uir a nobilitate] uirtute [ut] leo.

185. *Scilicet.* Ironicos.

186. *Astuta ing. uulpes Em. leonem.* Quia quod leo uiribus, hoc uulpes astutia agit.

187. *Ne quis humasse uelit. Humare* est sepelire. His ostendit, etiam pertinaces et crudeles insanire. Per hanc historiam docet, quod non tantum saeue sed etiam inpie faciebant homines ambitione inflati, [a] qua non minus quam [ab] auaritia et luxuria commonet recedendum. *ingenuum.* Nobilem.

187. *Ne quis humasse uelit Aiacem.* [Damasippus ex persona plebeii cuiusdam].

Atrida, uetas cur? Contra ambitionem διαλογισμὸς inter plebeium et regem Agamemnonem.

188. *Rex sum.* [Agamemnonis] Responsio. Tmesis. [Ordo: Rex sum et aequam rem imperito, id est, iubeo, qui potui etiam iniquam. Vel rex sum, et aequam rem praecipio. Potestas non impedit aequitatem.

[*Nil ultra quaero.* Si hoc dixeris, nihil ultra quaero a te].

Nil ultra quaero pleb. Si hoc dilexeris, nihil [ultra] quaero a te.

1) *aut* aeneus γ (non *et*, ut ref. Pottier.) B (*et* 1 m. suprapo: *aut*) M St. Germ. Barc. Ambr. Bernn. AD omn. Oxonn. et Harll. praeter βλ (2 m.) etc. alii et. E. et aeneus *in*stes. *aut* om. Magd². aeneam om. γ. 3) *uis a stultitia*, uerba prorsus insana, (fhQ) om. ut totum hoc scholion G (Q unc.) mva. *sis astutia* γ. rectissime. Adtentus autem lector uitia scholii satis boni facili ope atque opera emendare poterat ex schol. seq. atque ex C: '*nudus.* nudatus agris et bonis paternis, ut tibi applandat populus, imbelli uulpi, sicut Agrippae genero Augusti, qui *uirtute* fuit leo. *astuta.* quod enim leo uiribus. hoc uulpes conatur *astutia* facere.' 5) uir a nobilitate fhQ(G?). uirtute γ. ut om. γ. 5) Scilicet Yronicos γ. rell. om. 6) hoc scholion *Quia* — *agit* fhQ om. γG(Q)mva. 8) Humare — insanire γ. rell. om. 9) istoriam γ. 10) *in*pie γ. — quia γ. posui *qua.* uide infra. a qu*a* mvaQ(G?). a quo fh. 11) ab om. γ. *recedere a* frequentius dicebatur, sed conf. Stat. S. V, 5, 55? corde. Lucr. IV, 699: rebus. Plaut. Amph. I, 1, 84: loco. — rec*cen*dum γ. 12) Nobilem γ. rell. om. 13) Damas. — cuiusdam om. γ. 15) *Atrida* u. huic lem. addidi, ut antecedenti *Aiacem.* dialectice γ. 17) uulg. lectio *dixeris.* di*le*xeris γ. recte. dixit enim reuera diliguntur non solum homines et animalia, sed etiam consilia, officia: Cic. Prouinc. 10. Balb. 28. — ultra (Hor.) om. γ. 18) Agamemnonis om. γ, qui habet: responsio q; temesis (= *que* t.). Ordo — iniquam om. γ. C: Ordo est per tmesim: Rex sum, et aequa imper*o*, qui potui uel iniqua. Recte dicitur et imper*o* et imper*ito.* aut absolute (*impera* Ter. Heaut. V, 5, 11. conf. Cic. Orat. II, 7 et Tusc. II, 20: alter *imperet,* alter pereat. Hor. S. II. 7, 81: mihi qui imper*itat* — aliis seruus), aut cum accusatiuo: imper*itare* aliquid Plaut. Capt. II, 1, 47, multo rarius quidem, quam imp*erare* rem Ter. Heaut. IV, 3, 26. Eun. II, 1, 7 etc. 19) Vel — aequitatem om. γ. 20) praecipio fh. imperito Q(G?). — non impedit aequitat*i* mv.

[189. *inulto.* Impuni, sine paena.]

190. *maxime regum.* Plebeius respondet.

192. *Ergo consulere.* Interrogare.

193. *Consule.* Rex. Hoc sensu Socraticos dialecticos imitatur et callide ambitiosos obtrectat, [et] interrogat et cauillatur ad singula, ut illi faciunt.

Cur Aiax. Item plebeius.

195. *Gaudeat ut populus Priami.* Ideo non iubes eum sepeliri, ut gaudeat Priamus? [Vt *Verg.* A. II, 104: *Hoc Ithacus uelit et magno mercentur Atridae.*]

196. *iuuenes.* Troiani scilicet.

197. *Mille ou. i. m. d.* Rex item.

[198. *una mecum.* Me et eos.]

199. *Tu cum.* Plebeius. *Aulide.* Pro eo, quod est apud Aulidem.

199. *Tu.* Plebeius respondet.

200. *mola ca. inpr. salsa. Molam salsam* dicunt [dicit] far et salem.

201. *Rectum animi seruas.* Sanus esse potes? habes sanitatem?

201. *Quorsum insanus?* Quia multa sunt genera insaniae de quibus insanus fuit Aiax? in quo insanus? ob quam causam? uel in quam partem?

202. 203. *Abstinuit uim. Uxore et gn.* Ostendit, magis Agamemnonem insanisse quam Aiacem. *uxore.* Ab.

204. *Teucrum.* [Socium] Fratrem suum.

Ulixen. Id est, inimicum aut [et de]fraudatorem suum.

205. *Verum ego.* Item rex quasi hoc dicit Agamemnon.

aduerso lit. Id est, inimico, unde non poteram nauigare.

206. *prudens.* Volens, sciens. *placaui sanguine diuos. Vergilianum* illud (A. II, 116): *Sanguine placastis uentos et uirgine caesa.*

1) schol. om. γG(Q),mva. 2) respon*dit* γ,v. rell. respon*det*, ut infra. 3) Interroga*re* γ. rell. Interroga*tiue.* 4) *Consule.* Rex γ. rell. om. — ca*l*ide v. *et* om. γ. 6) *Cur* — plebeius γ. rell. om. 7) sepeli*re* γ. 8) Loc. Verg. ex codice aut ex Mario Victorino 2467. P transiit in fh. rell. om. 10) inu. troiani scilicet γ. rell. om. 11) Rex item γ. rell. om. 12) schol. om. γG(Q),mva. 13) Plebeius γ. Pro — aulidem γ. rell. om. 15) dic*it* uulg. lectio. di*cunt* (dict̄) γ. recte. nam *mola salsa*, rarius, ut Cic. Diuin. II, 16. Verg. B. VIII, 82, *mola* uulgo dicebatur. conf. Plin. XVIII, 2. Plaut. Amph. II, 2, 108. Martial. VII, 53, 5, ab aliis poetis sancta mola, salsa farra, salsae fruges. 16) habes sanitatem? γ. rell. san. hab. 17) multa sunt γ. rell. multa gen. ins. sunt. — de quibus ins. fu. Aiax γ. rell. de q. fu. ins. Aiax. 18) insanus hoc est ob causam γ. 20) Uxore. Ab γ rell. om. 21) fratrem γ. rell. recte. Telamonis filii erant. rell. Socium. 22) Ul*ixen* γ bis, ut bFII Bern. A. alii ut Ambr. Par. B u. 197 ulix*en* et 204 ulixē, alii ulix*em.* Ul*yssem* fhQ (in Porph. *Ulix.*) hoc schol. ut antecd. om. mva. *deest* γ. rell. om. posui *id* est. γ habet sic: *aut ipsum.* aut inimicum aut *frauda*torem. *ulixen.* deest inimicum suum. rell. inim. *et defr.* suum. *Defraudator* nomen incertae auctoritatis, namque et Senec. Benef. IV, 26 *fraudator* legendum est, quod Cicero pluries adhibuit. 23) Verum — Agamemnon γ. rell. om. 24) aduerso — nauigare γ. rell. om. 25) *prudens.* uo. sciens γ. rell. om. 26) *uentos et* om. γ. sed conf. schol. seq.

207. *Nempe tuo.* Id est: certe tuo sanguine placasti. *meo.* Rex. *sed non furiosus.* Quia hoc feci pro gloria patriae.

208. *Qui species alias ueri.* Qui facit scelus [etiam] propter aliquam commoditatem, tamen iste necessario habeatur insanus, cum dicit insanum, qui scelus innocentiae confuderit, dum iactantiae suae plus detrahit. Qui res facit modo iustas modo iniustas mentis exagitatione, is non sanus habebitur. [Qui sub specie iustitiae tumultum i. e. scelus admittit, insanus est]. *tumultu.* Perturbatione. Sensus: Qui sub specie iustitiae scelus admittit i. e. [qui] tumultum sceleris [im]miscet ueritati, habendus est [commotae] mentis motae. *alias.* Pro aliquas. *ueri.* Utilis. *scelerisque.* Crudelitatis.

208. 209. *tumultu Permixtas.* Confusione [societatis] et societate mali ueritati contrarias. *capiet.* Sumat, faciendo adgrediatur. *atque.* Scilicet Agamemnon.

210. *Stultitiane err.* Furore et insania. Ad illud, quod ait supra (u. 103): *Nil agit exemplum, litem quod lite resoluit. nih. distab. an ira.* Nihil interest, utrum per stultitiam peccet aliquis, an per iracundiam; eodem enim modo uterque adpellabitur insanus.

212. *ob titulos.* Ob gloriam, [uel] id est, propter inanes triumphos.

213. *Stas animo.* Id est: potes sanus esse et uitio carere. *purum est.* Tibi. *tumidum.* Turbatum, sollicitum.

216. *Rufam.* Nomen nobilis uirginis.

217. *interdicto.* Praecepto, formula.

Destinet. Constituat, spondeat. *ius.* Patrimonii sui.

217. 218. *huic omne adimat ius.* Insanis etenim interdicto praetoris bonorum possessio tollebatur et propinquis tuenda tradebatur. *Item aliter.* Apud ueteres insanis a praetoribus ius dóminii auferebatur; ergo docet, eum esse insanum, qui hoc fecerit. *abeat tut. propinquos.* Tutor cognatus sit.

1) placasti *uentos* γ. ex loco Verg. praecedente. Rex γ. rell. om. 2) hoc γ. rell. haec. 3) etiam om. γ. 4) necessar*ius* γ. hab*ea*tur γ. vulgo ha*be*tur. Qui res facit *non iustas* ment. mvaQ(G?). Qui r. f. *modo* iustas *modo iniustas* γ,fhC. 6) Qui — est om. γ. conf. sequentia. 9) qui om. γ. qui *multum* G,mva. miscet γ,mva. rell. *im*m. — *com*motae om. γ. 10) mentis motae γ. cf. u. 278. Plin. XX. 12: mentem motam. XXXVI, 21: mentes commotas. XXIII, 1: mente commotis. conf. com*mot*us u. 209. 12) Confusione societa*te* i. contraria set aut ille dicit qui insanus asserit aut plebeius. C. *sceleris tu.* mali confusione et societate. uulgo: Confusione societatis ueritati contrarias. *alias* pro aliquas γ. rell. om. *ueri.* utilis. γ. rell. om. *scelerisque.* crudelitatis γ. rell. om. 13) *capiet.* su. fa. adg. γ. rell. om. *atque.* scil. agamemnon γ. rell. om. 16) lemma *an ira* γ. rell. om. 17) an γ,C. rell. uel. 19) id est γ. rell. uel. C: ob gl. *et uanum* triumph*um*. 20) Id est γ, rell. om. purum est. Tibi γ. rell. om. Stas — sollicitum om. G(Q),va. 21) sollicitum γ et C, qui addit *et superbum.* rell. om. 23) interd. pr. form. γ. rell. om. 24) *ius.* patr. sui γ. rell. om. 25) *ho*norum γ. 27) *dicit* esse fh. docet γ(G?Q). cum γ. rell. om. 28) hoc γ. rell. haec. *abeat* — sit γ. rell. om.

219. *Quid? si quis.* Argumentum a minori.

220. *ne dixeris.* Ne dicas, quia sanus est iste. Quasi haec dicat Agamemnon i. e. ueritati contraria. Sed hoc aut ille dicit, qui insanos adserit, aut plebeius.

221. *qui sceleratus.* Crudelis ambitione, qui ducitur ambitione, is insanus est.

222. *Et furiosus.* Aut ad iracundiam, aut ad desideria honorum pertinet. *uitrea fama.* Studium ambitionis, fragilis et inepta fama ambitionis. *uitrea.* Id est, fragilis. Sensus (est): Eum, qui famae seruiat, insanire dicit, sicuti Bellonarii lacertos humerosque concidunt.

223. *circum tonuit.* Percussit in furiosum et sceleratum.

cruentis. Aut rebus aut plagis. Absolute: quae *sanguine* laetatur, *cruentis gaudens.*

224. *Nunc age, luxuriam et Noment.* Dixit in auaros, deinde in ambitiosos nunc luxuriosos; uult enim etiam hos insanos dicere. *Nomentanum.* Luxuriosum quendam.

adripe mecum. Aut uerba Stertinii refert Damasippus, aut ex persona eius cum Horatio Damasippus loquitur[: *Nunc a. l.*]. Nunc [inquit] uideamus, utrum luxuria non habeat stultitiam. [*Arripe* aut ad iracundiam aut ad desideria honorum pertinet.]

225. *Vincet enim stultos ratio. Vincet.* Probabit. Nam probabit ratio, stultos esse omnes luxuriosos. *nepotes.* Luxuriosos.

226. *hic.* Id est, Nomentanus luxuriosus.

simul accepit. Quando heres successit, aut a tutoribus recepit. Ordo: Omnes, [Omnibus] qui obsonia uendunt, edicit, uti mane domum ueniant.

228. *Tusci turba inpia uici.* [Tusci aliquando pulsi contulerunt se

1) *Quid* — minori om. G(Q),mva. — minori γ. rell. minore. 2) Ne — iste γ. rell. om. 3) hoc om. γ. aut*em* fh. Totum schol. h. l. om. γ, ex quo supra ad u. 208 adlatum est. 5) qui scel. — pertinet om. G(Q),mva. Crudelis ambitione γ. rell. om. 8) Studium amb. γ. rell. om. — fragilis. Sensus G(Q)mva. 9) *uitrea* i. frag. γ. rell. om. — est om. γ. 10) sicu*ti cum* bellonarii γ. rell. *sicut* Bellonarii (Bellonae cultores fh). cum om. G(Q). cum lacertos fh. 11) *circum tonuit* (ut Bernn. AC) — sceleratus γ. rell. om. C: *circumtonuit.* percussit furore et insania. 12) *cruentis.* aut r. aut p. abs. *qui* (quia? posui *quae* sc. Bellona) — gaudens. rell. om. C: *cruentis.* absolute pro *sanguine.* 15) d*i*cere γ. rell. d*o*cere. Nument. lux. qu. γ. rell. om. 18) eius om. γ. — inquit om. γ. *Nunc age lux.* iterant (G?)mvaQ. 19) luxuriam γ. *num* hab. v. — stulti*tia* γ. 20) aut desid., om. ad, mav (des*y*d.). — hono*rum*, γ,fh. rell. hono*ris.* Arripe — pertinet om. γ,fh. 21) Probabit γ. rell. om. h. l. 22) nep. lux. γ. rell. om. 23) Id est γ. rell. om. lux. om. mva(G)Q. 24) *r*ecepit γ,mva. rell. *ac*cepit (Hor.). *r*ecipere pecuniam etc. Cic. Rab. Post. 13. Liu. XXXXV, 5 (ex eius bonis summam). Ordo — ueniant om. (G?Q)mva. 25) Oms γ (Omnes). rell. Om*nibus.* Dicebatur: edico *tibi*, *uobis*, *ei* Ter. Eun. IV, 7, 33. V, 4, 40. Cic. Phil. I, 5, atque *edicere* rem, diem, comitia, *consulem* Cic. Pis. 8. senatum Liu. III, 38. Inde a *recepit* usque ad u. *Tusci* u. 28 scholia om. mva. 26) turba *in*pia Bern. C cum glossa: mangonum. Verba inclusa *Tusci* — *dederunt* genuina sunt, sed in γ inferius posita post *prostabant.*

Romam et uicum, qui modo Turarius dicitur, habitauerunt et ei nomen suum dederunt]. Alias: *Tusci uici* ideo, quia, ubi nunc *uicus Turarius* dicitur, Tusci acceptum uicum habitarunt; inde nomen est uico. [*Turbam autem inpiam*] '*Turba inpia*' aut negotiatores accipimus, aut lenones, sed melius lenones [negotiatores] intellegimus, qui inhumanissimi sunt et neque miser[icord]ia neque precibus flectuntur. Deinde, quod in uico Turario antea meretrices prostabant, nomen uico dederunt. [Vel *Tusci uici*] *Inpia autem turba* ideo, quia locum suum dereliquerunt; nam ab Aricinis pulsi sunt. In hoc [ergo] uico meretrices esse consueuerunt; *inpia* ergo *turba* periura, aut, quia omnes ibi habitabant negotiatores, quibus studium est periurandi.

229. *Cum scurris.* Histrionibus, parasitis. [*fartor.* Cocus]. *Cum Velabro omne Macellum.* Locus Romae, ubi uictualia distrahentes frequentabant. Notandum [Macellum] neutro genere *Macellum.*

230. *quid tum? uenere freq.* Quid, posteaquam omnes conuenerunt?

231. *Verba facit leno.* Apud luxuriosum, quia inpudens prior loquitur. *mihi.* Lenoni ipsi.

2) *Alias* om. γ, qui post *dederunt* pergit: *Impia* autem *turba* ideo quia locum suum dereliq. etc. uide infra. — *Thu*rarius fh. *tyt*arius mv. rell. *tu*rarius. acc. uicum γ. rell. uic. acc. 3) *Turba impia* γ (Hor.) rell. Turbam autem impiam. 4) s. (= scil. s; = set) melius γ. 5) lenones γ,fh. rell. negotiatores (negoc. a). 6) scribendum est *miseria* pro lect. uulg. miseri*cordia.* uiri docti ad unum omnes perperam legerunt compendium mīā, quod etiam in γ exstat. Est autem et esse debet *miseria;* nam *misericordia,* quam *in nobis* habemus Plaut. Most. II, 3, 15 atque adhibemus Cic. Rab. perd. 2 ac tribuimus Cic. Planc. 1, *commouemur* Cic. Tusc. IV, 8, *permouemur* Cic. Cat. I, 7, aut *capimur* Cic. Orat. II, 47 et *corripimur* Suet. Cal. 12. (Verg. A. XII, 45: dictis *uiolentia* Turni Flectitur), non *flectimur. Flectimur* autem *animo* Cic. Sull. 11, ut ipsi animi flectuntur Cic. Orat. II, 52, aut lacrimis Verg. A. VIII, 384, aut oratione Cic. Phil. I, 14, orandō Verg. G. IV, 399, siue *precibus,* ut Verg. A. II, 689 et nostro Acronis loco. Dicere etiam possumus: *frangimur* misericordia Cic. Att. VII, 12, minime uero: *flectimur misericordia et precibus.* Aliquanto melius C: *turba impia.* in Tusco uico habitabant lenones, meretrices, foeneratores, qui iccirco dicuntur *impia turba,* quia ad peierandum erant faciles, ita ut neque *misericordia mouerentur,* neque flecterentur precibus. 7) *prostabant* uerbum excipit in γ haec pars scholiorum: *Item* tusci aliquando — dederunt. Impia autem turba ideo quia locum — pulsi sunt. — Vel Tusci uici om. γ. autem γ. rell. om. 8) ideo γ. rell. om. — *Herciniis* a. rell. Aricinis. 9) ergo om. γ. — consueuer*unt* γ. consueuer*ant* mvafh. 11) pe*riu*randi γ. rell. pe*ie*randi. conf. *periuras* u. 127 cum. C. II, 8, 1 et Cic. Off. III, 29: Non enim *falsum iurare periurare* est, sed quod ex animi tui sententia iuraris, id *non facere, periurium* est. quibus — periurandi om., ut scholia seqq. usque ad u. 234 *In niue,* mva. Vel Tusci — periurandi om. G et Q, cui haec scholia interpol. uidentur. 12) parasiti γ,fh. rell. om. *fartor.* Cocus om. γ, mva. 14) neut. gen. Mac. γ. 15) qui*d tum* γ, ut omnes fere codd. mei. recte. quid *tu* uenere Barc. uegl. lin. supra u lit. conf. Fea. Ne putes Acronem legisse: Qui*d? Cum* uenere; explicatur enim *tum,* non *cum,* quod languidius est (Fea ex 3 codd. qu*i cum,* quod coni. Bentl. ex cod. Battel. lectione *qui tum uenere*). F. F. Franke noluit Quid? *Con*uenere. Locutiones sermonem quotidianum imitantes: Quid? Quid tum? Quid postea? Quid tum postea? 16) Verba — loquitur γ. rell. om. 17) Lenoni ipsi γ. lenoni C. rell. om.

232. — *uel cras.* Leno ad Nomentanum.

233. *Accipe.* Audi.

233. *iuuenis resp. aequus.* Aut proprium nomen *Aequus,* aut [est] εἰρωνεία || ; εἰρωνικῶς || , quia singulis dabat pro meritis.

234. *In niue Lucana.* Venatori dicit. Ineptiam notat luxuriosi, quia, cum leno loqueretur, [uenatori et] piscatori respondet. *ocreatus.* Luxuriosi uerba ad 'cupidinarios.'

235. *hiberno ex aequore uellis.* Alii *uerris,* id est, trahis. Sed si *uellis,* cum difficultate trahis, uel capis; si *uerris,* trahis.

237. *tibi tantumdem.* O piscator!

tibi triplex. Tibi autem, o leno, *triplex. tibi.* Lenoni.

238. *Unde.* A quo.

uxor media curr. de nocte uocata. Uxor. Velut uxor accersita de nocte uenit. Ut cariorem meretricem faceret, finxit, nomen *uxoris.*

239. *Filius Aesopi. Aesopus* quidam actor tragoediarum fuit ditissimus, qui hunc luxuriosum filium reliquit. Hic Metellae, quae eum deperibat, ablatum unionem et aceto dilutum sorbuit, [.Alias.] ut nominata res esset, *decies* aliquem semel hausisse. Ideo dixit *solidum,* id est, uno ictu non diuisum, num is non minus sanior, inquit, quam si illud ipsum decies abiecisset in cloacam. *Metellae.* Caecilia Metella, Metelli filia, Aesopum adamauit: eius uxoris ac Aesopi filius diues et luxuriosus fuit, qui gemmam triuit et misit in poculum, ut uideretur decem milia deuorare, quo suas posset superare diuitias.

solid. exsorberet. Quasi multum in hoc ualeret, quod census eius non minueretur.

ut decies solid. exsorb. Ut se iactaret.

1) Leno ad Nom. γ. rell. om. 2) Audi γ. rell. om. 4) aut hyronia. hyronicos quia γ, om. est rell. om. *ironicos.* conf. Porph. 5) *In* niue omn. libr. mei, nullus *Tu niue* uel *Tu in* niue (Bentl. Garg.) *Venatori* dicit γ. rell. om. 6) loq*ui*tur γ. — uenatori et om. γ. — respon*dit* γ. 7) *ocreatus* — cupidinarios γ. rell. om. cupidinarios; uocabulum nouum i. e. nebulones. 8) ue*ll*is γ, ut E et plurimi Parr. R cum glossa *trahis.* Ambr. Barc. Bernn. ACF quattuor Harll. alii *uerris,* aut pure, ut BCφ etc. Magdd. 1 et 2 Bern. D cum glossa *capis,* aut cum rasuris et uarr. lectt. Ve*ll*is al. uerris a 1 m. habent Parr. k Genou. et Harl. β. In scholio exhibet γ *alii uerres* et infra: *si uerris.* id est trahis γ. rell. om. 9) uel capis si uerris trahis γ. rell. om. 13) *acersita* γ. *uocata* omn. mei codd. Hor. et Acr. *citata* Regin. teste Babingtone: 'pro v. l.' conf. Porph. Lemma *uxor* — *uocata* interposui. Scholion Tibi autem — uenit γ. rell. om. — interposui lemma *uxor.* uerba uelut — uenit, quae om. C, ab Hoenigero (h) tamquam uersus adlata sunt. accessita Braunh. Velut — uxoris om. mva. 15) *a*uctor γ,v, ut supra u. 60. fuit dit. γ. rell. dit. fuit. 16) Post *reliquit* γ habet: Undecies centena milia sext (= HS i. sestertia, sestertium) integra in prandio erogaret. hic met. etc. 17) abla*to* unio*ne* γ. — Alias om. γ, addens, qualicumque sunt: ut — cloacam. rell. om. 20) *Metellae* ex Hor. interposui. — Met. filia γ. rell. fil. Met. 21) eius N̊ (sic) uxoris Ɏ sopi etc. 25) libri Hor. uariant

241. *Diluit.* Esorbuit (*Ex*sorbuit? Id est, sorbuit?). *insignem.* Pretiosam. *bacam.* Unionem (‚margaritam?') albam. [Attriuit pretiosum unionem].

Diluit ins. bacam. In conuiuio quidam luxuriosus, cum omnium rerum uile putaret dispendium, gemmam pretiosissimam deuorauit in aceto solutam.

qui sanior, ac si. Non minus sanus, inquit, quam si illud ipsum decies abiecisset in cloacam.

242. *iaceretue cloacam?* Τὸ *ue* πρόσω *cloacam* iungendum.

Illud idem. In eadem baca.

243. *par nobile.* Notum famosumque [uel aequaliter generosi].

fratrum. Qui lusciniis uescebantur, quae care ueneunt.

244. *prauorum.* Eorum, quae erant praua.

amore. Cupiditate. Amore gemelli dicuntur hi, qui amant paria.

245. *Luscinias.* Lusciniae antea magno pretio uendebantur.

inpenso. Magno pretio, ἀμέτρητος.

246. *Quorsum abeant.* In quem numerum isti discedant, in bonorum, an malorum? An creta notandi sunt, ut boni uideantur, an carbone, ut mali? Alias: In quam partem abeant, carbone ut notentur, sicut insani, an creta, ut sani? Bona enim albo (lapillo?) signabantur, aduersa nigro. [Vel: quorsum abeant i. e. cui parti eos aggregabimus, bonis an malis? *Persius* (V, 108): *Illa prius creta, mox haec carbone notasti*].

inter *exs*orb. *ab*sorb. et *obso*rberet. *exorb*eret fh. diuitias. *Par nobile* mva, ita ergo ut om. hoc schol. et duo seqq. — *ex*orb. acceto EB (ex⩶orb. 2 m. corr. *absor* suprapo.) φk (1 m. ad marg. *abs*orb.) JR. *exs*orb. pure Regin. Bern. A, *uel ab* man. suprap. *a*bsorb. γ. IH. Vanderb. in appar. suo refert: absorb. V. ˙Barc. Bernn. CD. Magd[a] Harll. γφλ (2 m.) *aub*sorb. Bern. F. *obs*orb. Ambr. Fran. Magd[b] Angl. 4 Par. N etc. Posui solidum *ex*sorb., ut oua, succum, sanguinem exsorbere dicunt. Cic. Phil. II, 29: *gustaras* ciuilem sanguinem, *uel potius exsorbueras.* *ab*sorbere in scholia (conf. Porph.) intrare potuit et ex S. II, 8, 24, ubi codd. *abs.* et *obs.* exhibent, et ex notissimo illo loco Plinii IX, 35: *Cleopatra liquefactum unionem absorbuit.* conf. etiam Plaut. Bacch. III, 3, 67: acerrime et *aestuose* absorbet. Contra *ob*sorbere non gaudium significat et quandam delectationem, ut *ex*sorbere, neque cupiditatem et impetum quendam (Cic. Philipp. II, 27: *Oceanus* uix uidetur tot res *tam cito absorbere* potuisse), ut *absorbere*, sed proprium et uulgare uerbum est, de *aqua* et *uino* usitatum atque apud Plautum frequentius. conf. Mil. III, 2, 21: Dii me perdant, si *bibere* potui — quia *obsorbui, nam nimis calebat.*

1) Glossae et scholia Esorbuit — albam γ. rell. om. Pro *eso*rbuit, quod uerbum ignoramus, le*g*endum puto: id ē = est, sorbuit. *sorbere* simplex uerbum pro conpositis frequenter usitatur. 2) al*bam* γ. fem. genus (Trebell. Poll. XXX, tyr. 32) apud antiquos rarius. Plin. IX, 35 et Solin. 53 sunt loci classici. etymologiae obloquitur Aelian. H. A. X, 13. unionem, *margaritam* albam C. 8) Schol. Τὸ — iungendum γ. rell. om. 9) Not. famosum*que* γ. rell. om. *que.* uel aeq. gen. (fh) om. γG(Q),mvaC. 10) *Illud idem.* In eadem baca γ. rell. om. C: eandem baccam. 11) Scholia *fratrum* — *amant paria* γ. rell. 13) *hi* om. C. 14) Luscinas Bern. D. Lucinas Bern F. Lus*i*niae γ. antea γ. rell. om. 15) inpenso m. p. ἀμέτρητος γ. rell. om. 16) *ha*beant Ambr. γ (in lem. et in scholio). 17) An om. γ. 18) carb. ut γC. rell. om. *ut.* — *sicut* γ. rell. om. ut. 19) *lapillo* C. — adu. *uero* nigro C. Vel — notasti om. γ. 21) h*aec* C. rell. hoc. Plurimi uett. Persii codices *haec.*

247. *Aedif. casas.* Ludus iste puerilis est.

plostello. A plaustro diminutiuum. Pueri[li]*) de luto et surculis.

248. *Lud. par. inpar.* [De illo dicit, cum quo pueri soliti sunt ludere inter se, quando premunt copiam nucum uel castanearum manibus, tunc quando simul ueniunt ad ludendum, laxo sinu ueniunt et gyrum inter se faciunt et proponunt sibi problema. Tunc cooperta manu quisque ostendit suo conpari et infit: *quot insunt?* Si alius augurare potuerit, aufert illi. Sic tamdiu hoc certant, donec unus deoneret alterum.] Micando supra se inuicem sedentes. Sic ratio conprobat, magis puerile esse, amare meretricem, quam ludere, ut pueri.

249. *uerset.* Id est: si uideris barbatum hoc facere, dices: hunc amentia uersat, id est, habet uel fatigat (agitat?).

250. *puerilius.* Stultius, ineptius.

250. *Si pueril. his ratio.* Si ratio probabit, nihil differre, utrum in puluere ludas ea, quae lusisti in pueritia, an plores amore meretricis, nonne probaberis insanus esse?

251. *in puluere.* Scilicet ut τριακτής.

trimus Quale prius. Quomodo trimus ludebas.

252. *ludas.* Non (l. Num) facias.

253. *faciasne.* Nonne facias?

quod olim. Quaero, an id possis facere, quod leno olim fecit?

254. ***Mutatus Polemon?*** ***Polemon*** Atheniensis perditae luxuriae fuit, qui ad scholam Xenocratis philosophi ebrius uenisse narratur sertis ac floribus redimitus; cum ab auditoribus perturbaretur, prohibuit magister, et luxuriae crimina accusare coepit in tantum, ut Polemon luxuria relicta, [Polemon] praecipuus auditor exstiterit atque ita in amorem uenit philosophicae disciplinae [uenit], ut post magistrum ipse docuerit. Aliter: ***Polemon*** adulescens ad scholas Xenocratis ebrius uenit, quando ille dispu-

1) Aedificare — est γ. rell. om. 2) puerili *delicto* (sic) et s*u*rc. γ. rell. om. C: *plostello.* puerili *de luto* et s*a*rculis *confecto.* Dimin. est *a plostro seu plaustro.* Totum schol. om. (G?) mvaQ. 3) Totum schol. Ludere — alterum. om. γ. 7) po*ter*it mva. ta*n*diu mva. 8) *ut uter* deon. mva. *donec unus* deon. fhQ(G?). — Micando — sedentes γ. rell. om. Conf. Cic. Off. III, 23: quasi *forte aut micando* uictus. micare digitis Cic. N. D. II, 41: quid est fors? idem prope modum, quod micare, talos iacere. C. *ludere par impar.* Micare: ludus est micantium puerorum. 9) Sic ratio — pueri γ. rell. om. 11) uerset — fatigat γ. rell. om. 13) *puerilius* st. inept. γ. rell. om. 14) *dif*ferre γ. rell. *re*ferre. 17) Scilicet ut TPIAITHC γ. rell. om. 18) *trimus* — ludebas γ. rell. om. 19) *ludas.* non facias γ. rell. om. 20) faci*es* ne. nonne faci*as*? γ. rell. om. 21) *quod olim* — fecit γ. rell. om. 22) p*a*lemon γ, in Hor. *polemon*, ut omn. codd. 23) scol*am* γ. rell. *scholas.* — narratur γ. rell. perhibetur. sertis γ. rell. om. 25) ut p*a*lemon lux. relicta γ. rell. ut lux rel. Polemon. 26) am. uenit philosophicae disc. γ. philosop*hiae* fh. uulgo: am. ph. disc. uenit. *) Puer*u*li uoluit C. Hermann.

tabat de continentia, pudicitia, iustitia, temperantia et sobrietate diciturque insignia luxuriae deposuisse, cum fuisset philosophi oratione commotus. Fuit autem Xenocrates philosophus continentissimus et sobrius, de quo Lais meretrix sponsionem fecerat, quod eum ad suos sollicitare posset concubitus [et]. Nocte quadam terrorem finxit et confugit ad eum et quasi necessitate nocte hac cum eo mansit. Ille inmobilis iacuit, post dum soluere cogeretur sponsionem, respondit: Ego de homine, non de statua sponsionem feci.

ponas insignia. Deponas instrumenta luxuriae.

potus. Ebrius. participium.

ut ille. Scilicet Polemon.

255. *Fasciolas.* [Ornamenta capitum cum mitris.] Quibus ligabant pedes, siue brachia, siue articulos.

cubital. Ceruical.

focalia. [Torques uel] Coronas, quas habebant in collo.

257. *inpransi.* Jeiuni, antitheton *potus*, rigidi, sobrii, seueri.

258. *Porrigis irato puero.* Ut ostendat, non esse sanum amatorem, ostendit (probat?), paribus esse moribus amatorem et puerum.

259. *Sume, catelle.* Verbum blandientis est.

259–262. *amator Exclusus qui distat — et haeret Inuisis foribus.* [Terentianum*) hoc est]. Stupet defixus et stat ante molestas sibi fores [aut], ex quibus fuit [ante] exclusus.

agit. Deliberat.

263. *mediter finire labores.* Quos patior, quasi amator, pudore deterritus, ne quis intellegat, eum fuisse luxuriosum.

265. *non paulo sap.* Multo sapientior.

2) philosop*hi or*atione γ. rell. philosoph*iae r*atione. 3) continentissimus γ,C et Petr. Pith. in Grut. Lamp. II, p. 768 Lib. I, 18. uulgo: conti*nens nimis.* et sobrius γ. rell. om. 4) *ni* eum ad suos sollicit*aret* concubitus. Pith. l. l. 5) et om. γ. 6) nece*ssitate nocte hac* γ. rell. om. necessitate. GQ: necessitate *coacta.* — *post* γ. rell. poste*a cum* Q. rell. *du*m. recte, ut supra saepius. 7) ego non de homine non γ. rell. om. *de homine* articulos γ. rell. om. 9) *ponas* de. *insign*ia instrum. lux. γ. rell. om. 10) *potus* ebr. partic. γ. rell. om. 11) *ut ille* s. Pal. γ. *impr*ansi. sobrii ici. rig. seueri, et est ἀντίθυτον ebrii seu poti C. rell. om. 12) Fasciolas — mitris om. γ. Quibus — anticulos γ. rell. om. 15) Torques uel om. γ. — ha*beat* fh. 16) *inpr.* — seueri γ. rell. om. 17) Ut — amatorem γG(Q)mvafh. *Iterum* ut ost. non e. am. sanum C. 18) ostendit γ,mva. probat C. pa. e. mor. *probat* om. et pu. fh. 20) Ter. hoc est om. γ,C. aut om. γ C. ante om. γ,C, qui habet: ubi erat exclusus. Lemma *amator* — *distat* amplificaui. Stupet defixus et stat γ. Stup. et stat def. C. rell. *Haeret.* Stupet *fixus.* 21) *de*fixus γ. rell. fixus. 24) Mediter — amator γ. rell. om. — Quo *spatior* qu. amator γ. Quos *patior* amator C. rell. om. 25) — luxuriosum. *Et stat* ante mol. etc. mvafh. conf. schol. praecedens. 27) *nam* paulo γ. *non* omn. libri. Multo sap. γ et C, qui addit: *consulit hero.* rell. om. *) Ter. Eun. I, 1, 1–4. 11. 265.

268. *haec si quis tempestatis prope ritu.* Sicut uaria mutabilia, quae subsistant.

269. *fluitantia.* Incerto casu currentia.

270. *explicet.* Perficiat (proficiat).

271. *Insanire paret.* Quam si des operam, ut cum ratione insanias.

272. *Quid? Cum Picenis.* Quod solent facere, inquit, ingenio leues, ut expresso digitis semine pomorum cameram ferire conentur. Inter *Picenum* et *Picentem* hoc interest: *Picenum* uas (l. genus) dicimus uel speciem, *Picentem* uero hominem [esse]. *Picenis* pro quibuslibet. Species, pro genere.*)

semina pomis. Hoc puerorum et luxuriosorum.

273. *percusti.* Pro percus*sis*ti.

penes te es? Id est: sanum te conputes? redisti ad mentem tuam?

274. *Quid? Cum balba feris?* [More pueri balbutis]. Inuenies enim frequenter: in amore blandientes balbutiunt. Quid? Cum blandiens amicae tuae fingis, te balbum esse?

annoso. Quia tu annosus es.

uerba palato. Hypallage. Non [enim] *uerba palato feris,* sed *uerbis balbis palatum feris. Persius* (I, 35): *supplantat uerba palato.*

275. *Aedificante casas.* [Sicuti solent] Puero. Puerilia facientibus.

adde. Adde, si crudelis sit aliquis et stultus et qui crudelitate auget saeuitiam, uideamus, si sanus possit adpellari.

adde cruorem. Aestimato, etiam crudelitatem stultitiam esse.

276. *ignem gladio.* Amoris calorem, id est: saeuiet igni et gladio. Crudelitatem ille scrutatur, ignem gladio, qui est crudelis, ignem, quo incendat aduersos.

277. *Hellade percussa Marius.* Non est. *Marius* quidam ob amorem Helladen quandam puellam occidit, cum ab ea contempneretur, et se postea

1) temp. — subsistant γ. rell. om. *haec.* uaria *et* mutabilia C. 4) perficiat γ. *pro*ficiat C. rell. om. 5) d*et* — insani*at* C. 6) Quod solent — genere γ. rell. transpo. partes habent: Inter — *hominem esse* et: Quod — conentur, om. Picenis pro quil. — genere. Quod so. fa. inq. ing. leu. γ. rell. Quod so. inq. ing. leu. facere. 7) digi*tis* γ et C. (*primis* digi*tis conpressando* in cameram) rell. digito. 8) uel speciem γ. rell. om. 9) uero γ. rell. om. esse om. γ. 10) Hoc — lux. γ. rell. om. 11) Pro perc. γ. rell. om. 12) Id — computes γ. sanus es, redisti ad mentem, om. tuam, C. rell. om. *penes te es* — conputes. 13) More pu. balb. om. γ et C, qui habet: quid cum per *del*icias (lege *blandi*tias) balbutire affectas senex etc. 16) *annoso* — es γ. rell. om. 17) schol. ex γ et C, qui lemma non habet. rell. om. ypallage γ. enim om. γ. palatum. *Pers.* et tenero suppl. C. 19) Sicuti solent om. γ et C, qui habet: puero puerilia facien*ti.* facientibus γ. rell. om. Pu. pu. fa. 20) Adde — appellari γ. rell. om. 22) *e*stimato — esse γ. rell. om. 23) Amoris — aduersos γ. rell. om. *adde cru. stul.* iram cruentam amori. *ignem gladio scr.* auge stultitiam crudelitate C. rell. *cruorem stult.* Crudelitatem amori. *ignem.* Amoris calorem. 26) Non est γ. rell. om. 27) helladen γ. rell. Hellad*em.* ob amor*is impatientiam* C. — *quod* C. rell. cum. *) Picenum *uas* γ. Pic. *genus* em. C. Hermann.

(moerore) praecipitauit. Quid ergo? dicis, illum non fuisse insanum, quem sceleratum fuisse non negas? Aliud enim putas esse insaniam, aliud, scelus facere, cum omnes, qui aliter faciunt, quam debent, insani habendi sunt.

278. *Cerritus. Cerriti* dicuntur quasi a Cerere icti, qui Cereris ira percutiuntur. Aliter. *Cerritus.* Insanus. *Cerriti* proprie dicuntur, qui a Cerere percussi sunt. Vult probare, crudelitatem insaniam esse.

279. *Absolues hominem.* Sensus [est]: Ex duobus si alterum negas, uideris ex una parte eum absoluere, sed aliud crimen necesse est. [ut] confitearis, uerum et nomen inponas, ut aut *Cerritum* dicas, aut motae mentis propter caedem. [Nam si pronuntiabis, non esse insanum, pronuntiabis, esse crudelem.]

280. *Ex more.* Ex consuetudine uulgari, quia uulgares putant, alium esse insanum, alium crudelem. Ego autem stultos et insanos utrosque adpello. [Aliud scholion:] *Ex more.* Quia omnes homines adpellant eum crudelem, qui homicidium facit (fecit?).

cognata uocab. Diuersa quidem, sed non multum [inter se] distantia a se.

rebus. Rebus autem criminibus, id est: cum insanum non dicit, sceleratum non plane profitetur. Nam aut crudelitate peccat, aut mentis insania. *cognata.* Apta quae dicunt grammatici epitheta. Aliter. iam cognominata, conposita.

281. *Libertinus.* Liberti filius. De superstitiosis dicit.

qui circum compita. Compita dicuntur [ἀμφοδίαι] αἱ τετραοδίαι. Ius-

1) moerore C. rell. om. 2) fuisse *negare non potes?* C. Aliud — sint om. C. 3) debent γ. rell. debe*ant.* s*unt* γ. rell. sint. Indicatiuus non falsus. conf. Cic. Phil. XIV, 11. ad Diu. XVI, 12, ubi alii item aut coniunctiuum aut *quando* posuerunt. — Dicendum praeterea est, uerba *Aliud — sunt* in γ ad u. 279 posita esse; spectant autem ad u. 280: *inponens cognata uocabula rebus.* 5) Ceritus (ce*r*riti infra), et afh. uett. codd. ce*r*ritus et ce*r*riti. Cerriti — percutiuntur γ. rell. om. 6) Aliter Cerr. insanus γ. rell. om. Insanus γ. rell. om. C: *Cerritus fu.* furiosus (conf. Festus s. u.), ira Cereris percussus. In Plauto (Amph. II, 2, 143) habes: *Cerritus siue laruatus. Cerriti* proprie — esse omn. libri praeter C. 8) est om. γ,mva. 9) eum absolu. γ. rell. abs. eum. — ut om. γ. uerum *et* nomen γ. rell. *et* uerum *ei* nomen. 11) cedem γ. rell. crudelitatem. *ut — caedem* om. mva. — Nam crudelem fh. rell. om. 13) Ex uulg. cons., quia *uulgus* alium indicat ins. esse, *et* alium crudelem C. 15) *Ex more.* Quia — faciat γ. rell. om. 17) dist. *as* (sic pro *a se*). rell. *inter* se dist. — Recte dicitur et *inter* se, ut Cic. Orat. I, 49, et *a*, ut Cic. Off. II, 4. III, 17, pro qua praepositione etiam datiuus adhibetur, ac non solum ab Horatio E. I, 7. 23. 18, 4, sed etiam a pedestr. scriptoribus, ut Plin. XXIX, 4 etc. 19) Rebus *autem* crim. i. cum ins. non dicit γ. rell. Id est, criminibus. Cum non ins. dicit. 20) *Nam* aut crud. γ. rell. Aut *enim* crud. 21) apta quae — composita γ. *cogn. uocab.* apta ἐπίθετα C. rell. om. — insani*am* γ. 24) AIΓ eTPαOΔIαι γ = αἱ τετραοδίαι αἱ τετράοδοι C. ἀμφοδίαι fh. rell. om. totum scholion. rectius τετραοδίαι siue τετράοδοι et τετράοδα, *quadriuia*, uel τριοδίαι siue τρίοδοι, *triuia*, quam ἀμφοδίαι siue ἀμφόδια i. e. λαύραι, *uiae* inter et circum domos, non ῥύμαι i. e. *uici.*

serat enim Augustus in compitis deos Penates constitui, ut studiosius colerentur. Erant autem libertini sacerdotes, qui *Augustales* dicebantur.

siccus. Sobrius, ne possis dicere, quod ebrius fecerit. Nunc transit ad superstitiosos.

Aliud scholion. Senectute aridus, non: abstinens, aut sobrius.

282. *Lautis ma. sen. manibus.* Quia solebant oraturi manus lauare. Ostendit, etiam superstitiosos non esse sanos.

283. *surpite.* Pro subripite.

284. *sanus utrisque Auribus atq. oculis.* Qui mancipia uendebant, uitia eorum confitebantur.

285. 286. *mentem nisi litigiosus Exciperet dominus, cum uenderet.* Nisi mentem exciperet litigiosus dominus, cum uenderet. Iuris erat apud Veteres, ut, cum seruum distraheret quis, eius omnia uitia uel animi uel corporis publicaret. Ergo dicit hunc furiosum, cuius mens excipienda esset. *Exciperet dominus.* Id est: confitetur, mentem sanam non habere seruum superstitiosum, quem uendebat, nisi forte amat litem[, quia]. Licebat emptori, agere contra uenditorem, si inueniebatur seruus postea uitiosus. *litigiosus.* Qui litigare post uellet, cum, ad praesens (confessus?), uitium tunc celaret. Aut *litigiosus dominus*, aut *mentem litigiosus*, id est, captus sanitate.

286. 287. *Hoc quoque uulgus Chrysippus p. f. i. g. Meneni.* Hoc *Chrysippus* Stoicus dicit de familia Menenorum, cum nimia religione teneretur, id est, superstitiosos dicit esse insanos. *Chrysippus.* Stoicorum magister.

secunda in gente Meneni. Menenorum familia fuit superstitiosa, quam et uulgus et Chrysippus adpellabat insanam. Ideo *fecunda in gente*, quia multi erant Meneni temporibus Horatii.

2) dicebantur γ. rell. di*cun*tur. 5) Scholio praecedenti γ adiunxit hoc: senectute — sobrius. C: *siccus.* sobrius, abst*emius*, ne quis dicat, quod ebrius hoc fecerit. 6) Lautis — sanos γ rell. om. C: quia solebant *precat*uri deos *manus et pedes abluere.* 8) surp. pro subrip. γ. rell. om. 11) Scholia turbata uidentur. Vulgo sic se excipiunt: Id est, confitetur — uitiosus. Iuris erat — esset. In ordinem redegi et auxi ope codicis γ. — Nisi – uenderet γ. rell. om. 13) anim*ae* γ. rell. ani*mi.* 16) quia om. γ. 17) seruus postea γ. rell. postea seruus. Schol. *litigiosus* — sanitate γ. rell. om. 18) *ad praesens* sc. tempus, ut Suet. Tit. 6. Tacit. H. I, 44. A. IV, 31. 40. Plin. XXXII, 9. Schol. mutilatum uidetur. 19) litigio*sos* dominos γ. — sanitate captus i. e. sanitate (mentis uel animi) uacans Cic. Tusc. III, 5. conf. reuerti ad sanitatem Caes. B. G. I, 42. redire ad san. Cic. ad Diu. XII, 10. conf. captus luminibus, oculis, auribus, omnibus membris, pectore toto, mente, animo. Hoc γ. rell. om. dicit om. (G?)Q. 21) mene*no*rum γ. rell. Mene*ni*orum. schol. om. mva. 22) insanos γ. rell. om. *Chrysippus.* Sto. mag. γ. rell. om. 23) mene*no*rum γ, ut supra. m*ae*nen*ius* et m*ae*nen*ios* Porph. (M). Utraque forma Mene*nus* et Mene*nius* Ciceroni (Verr. III, 21, 43) usitata, haec tamen frequentius. Mene*nius* Agrippa Liu. 16. 32. tribus Me*n*enia Cic. ad Diu. XIII, 9. inscriptio ap. Gruter. 409. 8. Μεναὶ Ptol. Μέναινον Diod. Sic. Exstant et aliae formae, ut Men*anini* Plin. III, 8 et Me*naei* (Sil. XIV, 266), quae lectio tamen dubia est. 24) appella*bat* γ. rell. appella*uit.* 25) men*oni* γ. Totum schol. unc. incl. Q (om. G?). om. mva.

288. *Iuppiter ingentes.* Adhuc probat, stuperstitiosos esse et stultos atque insanos.

289. *cubantis.* [In infirmitate iacentis.] Aegrotantis.

291. *Mane, die, quo.* Die Iouis.

291. 292. *nudus In Tiberi stabit.* Quasi legem Iudaeorum pulsat.

293. *ex praecipiti.* Vel desperatione, uel periculoso morbo.

mater delira necabit. Id est, occidet, aut *necabit,* nisi deorum fauore seruatur.

295. *Quone malo.* [Qua causa. Id est: Insanitne naturae uitio, an instinctu numinis?] Interrogatiue. Quo malo concussa facis, filium tuum stare in Tiberi?

timore deorum. Responsio. Id est, superstitione. *Superstitiosi* dicuntur, qui putant omnia inpetrare posse a diis, qui semper in rogando uersantur, qui omnia colunt.

296. *Haec mihi Stertinius.* Damasippus finiuit uerba, quae audiuit a Stertinio.

297. *Arma.* Praecepta. *conpellarer.* Insanus dicerer. *conpellare* [enim] est iniuriose adloqui quemlibet, ut *Cicero* in Philippicis (III, 7): *Laudat, an conpellat edicto.*

sapientium octauus. Hunc *quasi octauum* uult esse, quia septem fuerunt Philosophi. || Septem enim fuerunt sapientes, et quoniam dixit *octauum,* adlusit sicut *Iuuenalis* (II, 40): *Tertius e caelo cecidit Cato.* ||

298. *Dixerit insanum qui me.* Si quis me dixerit insanum, discet a me uitia sua, quae pendent a tergo.

298. *qui.* Aliqui. *totidem.* Similiter.

299. *ignoto.* Id est: retro posito, caeco, id est, ignota sibi uitia [ex]. Aesopi fabula, quae duas peras dicit habere posse mortales; in illa postrema

1) Adhuc γ. rell. om. — esse stult. *atque* γ. rell. stult. esse *et.* 3) In inf. iac. om. γ, mvaC(G?)Q. — Aegrotantis γ,C. rell. om. 4) Die Iouis γ,C, ut Porph. rell. om. 5) Quasi — pulsat γ. rell. om. 6) *Vel* desp. *uel* peric. γ,fh. uel. om. mva. *ex* desp. (G?)Q. tacite ex C recepit. *et* peric. mvaQ. *ex* peric. C. 7) *mater delira necabit.* aut negabit (sic) n. d. f. seruatur. *necabit* id est occ. γ. rell. om. 9) Qua — numinis? om. γ. Insanit Q rell. Insanit*ne.* 10) Interrogatiue — Tiberi γ. rell. om. *quone malo.* Interrog*atio* C. 12) Superstitiosi — colunt γ. rell. om. 15) Haec — Stertinio γ. rell. om. 17) precepta γ,C. rell. om. — enim om. γ. 20) Hunc quasi — philosophi γ. rell. om. 21) Septem — Cato γ. rell. om. conf. C: Septem fuere sapientes Graeciae; hunc Stertinium adnumerat quasi octauum, ludendo. sic *Iuu. Tert.* — *Cato.* 22) Tertius caelo γ. 25) Aliqui — Similiter γ. rell. om. 26) *retro*posito γ,fh. rell. *re*posito. scripsi *retro posito,* quia *retroponere* non occurrit; et *retro flectere* et *retro agere* apud Quintil. XI, 3 et Petron. 126 scribendum est, ut apud Liuium *retro redire, retro remittere* et ap. Cic. Tusci V, 2: *retro respicere.* conf. Cic. Diuin. I, 24: quid *retro et a tergo* fieret. caeco γ. rell. om. ignota sibi uitia γ,C. rell. om. *ex* om. γ, sumtum hoc est ex C. 27) in ill*o postremo* γ.

[posteriore] sua uitia; in prima aliena cognoscimus facilius; nostra enim uix uidere possumus.

[*pendentia tergo.* A tergo i. e. ex dorso pendere dicuntur uitia eorum, qui, cum aliorum notent, sua non uident. *Pers.* (IV, 24): *Sed praecedenti spectatur mantica tergo.*]

300. *Stoice, post damnum.* Ad Damasippum redit ipse Horatius. Qui Damasippus, uenditis omnibus, philosophatus est. *Post damnum.* [Quod e luxuria] Damnum post luxuriam fecerat. *uendas.* Dicebatur enim mercator esse.

302. *uideor mihi sanus.* Hoc est: quia nemo insanum se sentit.

303. *Quid?* Interrogatiue. Damasippus. Miraris. *caput abscisum demens.* Quid mirum, si uideris tibi sanus esse? Quando per insaniam ferebat caput filii sui Agaue, non intellegebat, se insanam esse. [Pentheus aspernabatur sacra Liberi, unde iratus furorem matri eius inmisit, quae proprium occidit filium.] Nescis, te insanum esse, cum Agaue non intellegat suum furorem.

305. *concedere.* Consentire (ueritati); liceat mihi confiteri, quod uerum est. [*ueris.* Veritati.] *Fateor.* Horatius.

306. *edissere.* Expone, explana.

307. *accipe.* audi.

308. [*longos imitaris.* Hoc est: longo sanguine cretos; ambulas elatus et proceros (procer*es?*)*) imitaris et nobiles. Hoc propter Maecenatem, qui tunc hortos aedificabat magnos. Alias: Diuites imitaris ac te in altum erigis, cum sis pauper et pusio.]

longos imitaris. Aut proceros, quia fuit breuis staturae, aut diuites.

1) primo γ,mv. pri*ore* a. prima fh(G?)Q. *et priorem* in qua sunt aliena? nostra uix cognoscimus, aliena uidemus acute. *Pers. — tergo* C. sula uitia γ. propria cuiusque uitia C. rell. uitia sua. 3) *Pendentia — mantica tergo* om. γ. 6) ipse γ. rell. om. *qui* om. (G?)Q. rell. Horatius, qui. posui *Qui.* 7) Damnum post luxuriam fecerat γ. rell. *quod e luxuria* fecerat. 8) Dicebatur — esse γ. rell. om. 10) *uideor* — sentit γ. rell. om. ego non uideor mihi insanire C. 11) Interrog. Damasip. Mireris γ. rell. om. abs*cisum* demens omn. fere codd. Horatii, ut γEBφF (absci*dum*) IMOPR Genou. S. Germ. Ambr. Fran. *ab ci* sum demens Bernn. CD (glossa: insana). abscisum manibus? Barc. ab[s]cisum demens Bern. A (1 m. corr. suprapo. s). aliter rettulit Or. *abcisum* uenit ab *abci*dere. *abcidit* Martial. III, 66. absc*issum* fh, ut Ald. et plurimae edd. — Totum schol. om. (G?Q)mva. 12) esse, *quoniam* C, ubi scholion multo differens exit: — 'caputque amputatum, quod mater *manibus* suis gerebat.' Notandum est, Cruquium *manibus* lectionem neque in scholii lemma neque in Hor. recepisse exuet. Blandin. codice, neque in Comm. *suo* defendisse, id quod post Bentl. Or. aliique fecerunt. 13) Pentheus — filium om. γ. 15) Nescis — furorem γ. rell. om. 17) Veritati om. γ. Horatius γ,C. rell. om. 18) *concedere* — est γ,C. *ueritati* C. om. γ. 19) ediss. exp. expl. γ et C, qui addidit: explica. 20) audi γ,C. 21) Hoc est — pu*sio* (pusi*llus* Q) om. γ. 25) Aut proceros — pusio γ. scholia inter *uidere possumus* (u. 299) et *ab imo* (u. 308) om. mva. *) procer*es* C. Hermann. *aut* nob.?

Erectus ambulas et proceres imitaris ac nobiles propter Maecenatem, qui tunc hortos aedificabat magnos, ac diuites imitaris ac te in altum erigis, cum sis pauper et pusio.

308. 309. *ab imo Ad summum tot. mod. biped.* Id est: a pedibus usque ad caput totus duorum pedum es, et ita studio aedificas altiorem domum, tamquam te non [te] capiat haec, in qua manes. *moduli.* Magnitudinis. *bipedalis.* Duum pedum, hoc est, paruus, et est sensus: diuites semper imitaris tuque es *bipedalis.*

310. *Turbonis.* *Turbo* quidam dicitur fuisse gladiator, siue miles exiguae staturae, sed magni animi, et in praelio fortis, cum esset armatus.

311. *Spiritum et incessum.* Et animum et gestum.

311. *qui ridiculus minus illo?* Tu scilicet, ridendus. Id est: quare minus tu ridearis, quam rides gladiatorem illum, qui fuit breuis staturae? Aliter: Quomodo potes minus ridiculus esse quam gladiator Turbo, cum sis eadem statura? Et tamen eum [de]rides.

312. *An quodc. facit Maec. te quoque uerum est.* [Id est: rectum est facere] Pro: aequum est, id est, iustum est, facere debere.

313. *minorem.* Tanto inferiorem.

314. *Absentis ranae pullis.* Exemplo siue fabula uult ostendere, insanos esse eos, qui imitantur eos, quibus sunt longe inferiores. *pullis.* Notatur hoc, quod dixit pullos filios ranae. Debuit, inquit, dicere minores ranas.

315. *denarrat.* Id est, diligenter narrat.

316. *cognatos.* Fratres.

317. *Num tandem — sufflans — si magna fuisset?* *Tandem* pro *tam.* Ordo: Num tam magna fuisset.

5) ÷ = est γ. es du. pedum *tamen ita studiose* aedif. C. 6) te non γ. rell. non te. in qua *habitas* C. *moduli.* Magnitudinis γ. rell. om. *moduli bip.* magnitudinis duorum pedum. 7) *bipedalis* — tuques (sic) bipedalis γ. rell. om. 9) Turbo glad. quidam fuit exig. staturae, sed magni animi in proelio C. (animosus in pugna. Porph.). 11) Spiritum — gestum γ et C, qui addit *tumidum..* — Tu scilicet. ridendus γ. rell. om. 12) qu*am* ri*des* γ. rell. *cum* ride*as*. C: Cur tu minus es ridendus quam gladiator Turbo, cum sis eadem statura? 15) rides γ. rell. derides. 16) Lemma *uerum est* amplificaui. Id — facere om. γ. *Per* aequum — debere γ. aequum et iustum te facere C. Pro *Per* posui *Pro*, cum *peraequum* h. l. absonum esset. 18) *Min.* tanto inferiorem γ. rell. om. 19) Exemplo *fabuloso* C. 20) eos om. fhC. — longe sunt C. — lemma *pullis* ex γ. 22) *Denarrat* i. dil. narrat γ. rell. om. 23) *cogn.* Fratres γC. qui addit: 'quod notandum est, quasi secum natos et genitos.' rell. om. *elis* opresserit γ,C. rell. om. 24) Nu*n* tandem γ. *Tandem* pro *tam* — fuisset γ. *sic magna.* num tam magna fuisset C. tam magna Porph. rell. om. Aut ex hoc scholio profecta est lectio **sic** *magna*, quam Babington notauit ex Magd., aut ex uetusta et uera **si** *magna fuisset*, quae puru occurrit in Par. B. Bern. A. Fran. Regin. et Harll. γ,ϑ, teste etiam Babingtone. aut tamquam uar. lect. ut in Ambr., qui habet: num tandē suffla^n s *se*, *al. si* 1 m. suprapo. *num tandem* tuta est uulg. lectio Barc. Bernn. AC Parr. EBφFHIPQR Genou. St. Germ. Angl. 4. aliique. ex Harll. Babington notauit tan*tum* γ.

318. *Maior dimidio.* Ut unum et semis haberet magnitudinis modum.

321. *Adde poemata.* Nunc ad insaniam illam, quam pateris, aedificando adde et istam insaniam faciendi poemata, [et].

322. *Quae si quis sanus fecit.* Homerum dicit. Non es sanus, qui, cum non possis perficere poemata, tamen facis et tu.

desine. Horatius admonet: ne prodas. Id est: conprime te tandem, o Damasippe, cum scias, te etiam insanum esse.

323. *Non dico horr. rabiem.* Hanc poetae insaniam leuiore nomine adpello, quia uitio tuo parco. Quod iracundus es poeticae, non amori.

323. *rabiem.* Id est: iracundiam tuam taceo.

324. *Maiorem censu.* Id est: Non dico, quia non multum possides, uteris pretiosa ueste.

teneas, Damasippe. Horatius. Damasippus uestitum arguit supra censum. *tuis te.* Id est, diuitiis. Id est: tibi habeto consilia.

325. *Mille puellarum.* [Haec] Damasippus. Scilicet adde.

furores. Amores per libidinem.

326. *O maior tandem.* Horatius. Hoc est, stultior.

PORPHYRION.

Sic raro scribes, ut t. n. qu. anno. In hac ecloga introducit Damasippum corripientem se tamquam desidiosum.

3. *Iratus tibi q. uini somnique ben.* Ipse tibi iratus, quod uino somnoque indulgeas.

7. *Culpantur frustra.* Frustra, quia non mereantur.

8. *Iratis natus paries.* Incerare parietes soliti erant poetae et ibi scribere, si quid noctu in mentem uenisset.

Num tan*tam* γλ (tan*tan*) ut Bern. D. *Tantum* **magna** non Latinum Fea recte dixit, licet u. 313 *Tantum dissimilem*, cf Verg. G. IV, 101: *tantum dulcia quantum* Et *liquida*, contradicere uideantur; nam uix unum locum prodes, in quo res *tantum* **magna** dicatur. *non* tandem Fran. num. tandem EP. quanta nenū tandem sufflans si magna fuisset B cum scholio: Ordo. tandem sufflans se s. rogabat. num tam magna fuisset. *suffla*ns *se* plurimi codd. sufflare absolute Pers. IV, 20 suff*lans* ap. Plin. XXXIV, 8. sufflatus Gell. V, 14.

3) et γ. rell. om. 4) Homerum dicit γ. Homerum intelligit C. rell. om. Non es — et tu γ. rell. om. 6) *desine* — prodas γ. rell. om. 7) o γ scias te etiam ins. esse γ. rell. scias etiam pueros insanos esse. 8) et hanc — parco om. γ. h. 1 posuit autem ad u. 323: *Non dico horrendam rabiem*, lemma quod rell. om. 9) Quod — amo*ris* (scripsi amo*ri*) γ. rell. om. 10) *rabiem* — taceo γ. rell. om. 11) Id est non dico γ. rell. om. quia *non* mult. poss. γ. rell. Quia multum *non* poss. 13) *teneas* — consilia γ. rell. om. 15) Haec om. γ. — Scilicet adde — *cum* stultior γ. rell. om.

PORPH. Tertius sermo 2. scri*bes* M. scri*bis* v. *Sic raro* lemma in afh.

20) ecloga om. MR. egloga 2. *hic* introd. Bφ. 22) *s*ibi iratus — indulge*at* MR,vafh. *t*ibi ir. — indulg*eas* 2(G?Q). 24) *nihil* (*non* a) me*ren*tur fh. 25) in*a*erare fh.

13. *Inuidiam placare paras.* Sensus [est]: Si uirtutem reliqueris propter inuidiam, incipies contempni; nam ita est natura hominum, ut potentioribus inuideant, humiliores spernant.

17. *Verum ob consil. don. tonsore.* Iocatur in barbatum.

18. *Postquam omnis res mea Ianum.* Hoc ideo, quia omnes ad Ianum in basilica consistebant foeneratores.

19. *Ad mediam fracta est,* minuta est.

21. *Quo faber ille. Vafer,* astutus.

lauisset Sisyphus aere. Per hoc significat Corinthiorum uasorum se amatorem fuisse.

25. 26. *unde freq. Mercuriale Inposuere mihi. Mercurialem* quasi lucrosum, qui *cocio* adpellabatur; omnes enim cociones lucro student. Item *compita* sunt loca, in quae multae uiae conpetunt.

29. *Traiecto lat.* Proprie; ita enim medici dicunt: μεταλαμβάνει θώρακα.

30. *hic cum fit pugil. Pugilem* posuit pro phrenetico.

31. *Dum ne quid simile huic.* Sensus: Dum ne et tu tundere me incipias.

32. *Frustrere. insanis et tu.* Quia Stoici omnes homines insanos et stultos esse dicunt, excepto sapiente. Stertinius autem unus e Stoicis fuit.

35. *Iussit sapientem pascere barbam. Sapientem* non quasi ipsum sapientem sed barbam sapientem iussit me pascere i. e. nutrire.

36. *Atque a Fabricio n. tr. ponte reu. Pons [Fabricius]* dicitur, qui est insulae illius, quae in medium Tiberim posita est; ideo *Fabricius,* quia a Fabricio factus.

1) est fh. rell. om. 2) incip*ies* MBφ2GQ. rell. incipi*as*. — homi*nis* 2. 3) aspernentur vafh. rell. spernant. 4) *Iocus* fh. 5) hoc ideo om. afh. — ad ian*uum* R. 6) stabant afh. rell. consistebant. 7) *ad medium facta* (sic H.) *est.* fracta est, minuta est M. *ad med. fracta est a*minut*e* (sic) est v. *fracta.* minuta R2. *fracta. Di*minuta afh. 8) Quo *fafer* (corr. *uafer* H) ille M. rell. pure *uafer*. cf. Acr. 9) *sys*yphus ae*ree* M. Per hoc om. afh. signif. om. M. signat afh. 10) se MAR2,v(G?Q). om. afh. 11) quasi om. afh. 12) coc*t*io — co*t*iones M. *quo*cio — coc*i*ones R. *a*cocio 2 (sic) — co*n*ciones 2. *Coccio* — Cocciones vafh. De *coctio* u. conf. Festum. *cocio* u. not. ex Plauto Asin. I, 3, 41. Mil. III. 2, 29 (*Lucrio* Gronou.). — Item om. vafh. loca om. M (H). 13) in qu*a* fh. 14) μετ. ωρακα M. μετ. θωρακα AG(Q). μεταλαμβάνειν θώρακα H. Steph. Emendd. p. 161, addens: 'quam tamen lectionem non immerito quis, ut opinor, suspectam habeat.' μεταλαρ. τοαυαρου ρακα (sic) 2. om. vafh. 16) fren. MR2. 17) et om. afh. t*u*ndere MAR2G(Q),v. *t*ondere afh. 20) exc. sapien*tes* M. excep*tos* sapien*tes* v. — *ex* Sto. vafh. 23) Fabricius om. MR. 24) quem (= que in) med*ium* tiber*im* M. quae in medium tiber*in* 2. quae in medium *ty*berim va. in med*io* Tiber*i* fhQ. seruaui accusatiuos. conf. Cato R. R. 7. Liu. XXXVIII, 35. Cic. Att. VI, 1. Ouid. M. VIII, 452. Rem. 719. *flumini inponere pontem* Curt. V, 1 *ponte flumen transmittere* Plin. E. VIII, 8. — *quia* fabr., om. *a*, M. *qui a fabr.* v. 25) factus *st* 2.

37. *in flumen dexter stetit.* *Dexter* aut dextera parte, aut bono omine. Et *Verg.* sic (A. IV, 578. 579): *et sidera caelo Dextra feras*, et *Pers.* (II, 11. 12): *dextro Hercule,* pro *bono.*

41. *Primum nam inquiram.* Ostendit, quid sit furor, ut *Lucilius* (Testimonia Veterum p. 108 n. 10 Gerl.).

52. *Qui te deridet, caudam trahat.* Ut pecus i. e. stultus. Aut ex consuetudine puerorum sumptum est, pro *deridetur;* solent enim pueri deridentes nescientibus a tergo caudam suspendere, ut uelut pecus caudam trahant.

56. *Alterum, et huic uarum.* *Varum,* [i. e.] diuersum ac distortum, ac per hoc a re diuersum.

57. 58. *clamet amica, Mater honesta soror.* Melius (pot-) est sic accipi *amica mater,* ut sit ex Graeco tractum: φίλη μήτηρ, quam *per se amica,* per se deinde *mater,* quia mentionem uxoris facit in sequentibus.

Non magis audierit. Hoc uersu clamitabant, qui est *Pacuuii* (fragm. 197. Ribbeck.): *Mater te adpello! tu quae curam somno suspensam leuas.**)

60. *Non magis aud. quam Fusius ebr. ol.* Hic *Fusius* Phocaeus tragoediarum actor fuit, qui cum uellet Ilionam dormientem exprimere, ut ad filii Polydori exsurgeret uocem, in scena obdormiit. Et *edormit* pro praeterito accipi, non pro praesenti debet.

61. *Catienis mille ducentis.* *Catienis* cantoribus, a Catieno, nobili cantore, dictis.

69. *Scribe decem a Nerio.* Quidam *Anerio* ὑφ' ἕν legunt. Verum et hic et Cicuta iuris fuerunt studiosi, quos quasi auaros tangit. Sensus [est]: pecunia a foeneratore accepta, lege XII. Tabularum, quas Nerio

1) aut dextera M2G(Q). aut *a dextra* parte fh. Dexter *autem* a dextera p. va. (perperam rett. Q). — bono *ex* omine v. 2) "*Sic sidera* fh. et syd. 2,v. locum om. Ribbeck. 3) dextro *haerede* afh. 4) ut Lucilius om. 2 h. l. *caudam tr.* Ut Lucilius 2. 6) tra*hit* M. 7) est om. vafh. deriden*tibus* nescien*tibus* M. aliquid nescientibus 2. 8)a tergo caudam om. MR2. man. 2 add. in G. at ergo v. *sup*pendere M. 10) id est om. M2G,v. 12) si accipi M. 15) Hoc u. clam. om. fh, qui habent: *Verba Tragici.* Mater te appello, tu quae somno susp. leuas, om. *curam.* Verba Tragici et Hoc u. clam. om. va. *cha*ram t. *ca*ram A2G,v. tu*que* coram M. tu que *cu*ram R, qui uerbis *qui est,* ac si Graeca essent, spat. uac. reliquit. — qui est MA2(G?Q). rell. om. *Pacuuii*: 'fort. in Iliona' A. 16) apello M. 17) fusius M bis, ut omn. libri Porph. conf. Acr. melius *id est* sic acc. v. melius pōt a. melius *pot*est sic acc. fh. — *foca*eus M. *foc*eus R. 18) *au*ctor 2Bφ. conf. Acr. 19) *exu*rg. M et omn. libri. ultionem 2. rell. uocem. in sce*nam* M. in sc*a*ena va. rell. in sc*ena*. obdorm*uit* M,v. obdorm*iit* 2. obdormi*uit* afh. obdor*mit* G,Q (Hor.). 20) presenti de*dit* M. 21) cacienis bis M. Cacien*iis* v. in lem., Ca*t*ienis schol. — cacieno M. *dictis* MA. rell. om. 23) ΥΦΗΝ habet M, ὑφήν A2G pro ὑφ'ἕν (Q). om. R,afh. spat. uac. v. — Verum hic afh. rell. Verum *et* hic. 24) quos quasi MAR2G(Q). quod (compend. non *quos* ut ref. Q) *qui sta*uaros v. rell. om. *quos quasi.* 25) est fh. rell. om. — pecunia accepta 2. rell. pecuni*am* — accept*am.* *) suspen*so* Ribbeck.

instituit, et aliis centum, quas Perellius Cicuta auarissimus, consignatores frustrabitur. *scribe.* Iuris uerbo. *Scribere* est: mutuum sumere, rescribere, restituere.

72. *Cum rapies in ius malis rid. al.* Graecus est sensus: ὁ δὲ γνάθοισι γελῶν ἀλλοτρίοις (ex Hom. Odyss. XX, 347: Οἱ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελώων ἀλλοτρίοισιν), quod significat: si in ius rapere coeperis, non ex animo ridebit.

73. *Fiet aper.* Et *Verg.* (G. IV, 407): *fiet enim subito sus horridus.*

75. *Putidius mu. cerebr. est, mihi crede, Parelli.* *Parellius* foenerator fuit et iuris peritus: et ait *putidius:* magis, inquit, insanus est; et *dictantis* pro *dantis;* est enim sensus: id credentis, quod recepturus non est. *Rescribere.* Reddere.

77. 78. *atque togam iub. conp. quisq. Ambit.* Sensus [est]: Iubeo audire et ad praecepta nostra auaros intentos esse bene tectos; nam qui dissoluto pallio audiunt, neglegentes iudicantur, et minime ad uirtutis honorem accensi. Ideo ait: *togam iubeo conponere,* quia hi diligentius audiunt, qui cultu concinni sunt. Allegoricos totum.

83. *Nescio an Anticyram.* *Anticyra* [et] oppidum et insula (Propontidis?) hoc nomine [sicut CLARANVS testatur], in qua elleborum plurimum nascitur, et alibi (u. 166): *Nauiget Anticyram;* [et est Propontidis insula].

1) ali*us* centum qu*as* pe*r*ellius M. ali*is* centum qu*os* peri*llus* 2. perellius AR,v. Per*illius* fh. Per*ellus* a. qu*as* MRG(Q). om. vafh. al*ii* centum a. *au*arissimus MAR2G(Q). a*m*arissimus vafh. (Acr.). 2) frustrabitur MA2G(Q). frustrabatur R. *fura*bitur afh (*frua*bitur v). — scribere numos Plaut. Asin. II, 4, 34. Ea omnia, *quae* supra *scripta sunt,* dari. Brisson. de Formulis VI, 161 p. 537. 4—5) sensus ΟΔΕ ΓΝαΘΟΙCΙ ΓελωΝ αλλοΤΡΙΟΙC M et G(Q)a rec. manus ὁ δὲ -- ἀλλοτρίοις ex Hom. Od. l. l.: Οἱ δὲ — ἀλλοτρίοισιν A2. spat. vac. R,va. Graecus est. Quod fh sensus om. vafh. 6) *uis* v. 9) pa*r*elli MR,v. *Pa*rellius MR,v. pe*r*ellius A. *Perillus* afh. 10) mag., inquit, *insanus est,* M (inquid) 2G,(Q)va. insan*um est cerebrum* fh. 11) Id cre*dens* afh. Id creden*tes* v. rell. creden*tis.* 13) est fh rell. om. 14) praec. *uera* vafh. pr. nostra MAR2G(Q). — bene *tectos* MAR2G(Q),v. bene *cultos* afh. — dissolu*tos* R. soluto vafh. rell. *dis*soluto. 15) ac*cessi* M. 16) *hi* MR. om. fh. *hii* 2. *ii* G,va. 18) et afh et v, quae habet: et oppidum insula. 19) claranus MAR2G(Q). Clara*nius* v. Clar*enius* a, unde *Helenius* fh. Incertum nomen proprium, quod omnes codices exhibent, incertius factum est Raphaelis Regii, Ascensii et Fabricii mutationibus. Primum autem recte quaeritur, utrum geographi cuiuspiam testimonio opus fuerit, praesertim in re tam nota et ex pedestribus scriptoribus, ut Plin. XXV, 5. Gell. XVII, 15, et ex poetis, ex quibus, praeter ipsum Hor. A. P. 300. Iuu. XIII, 97 et Pers. IV, 16, inprimis nominandus est Ouidius (E. ex Po. IV, 3, 53. 54): *I, bibe, dixissem, purgantes pectore succos, Quicquid et in tota nascitur Anticyra.* Deinde plane aliena atque omnino superflua apparet hoc loco ista adnotatio, qua Anticyra et oppidum et insula fuisse fertur. Cuius rei testimonium si adferre interpres uoluisset, praesto erant *Pausan.* X, 36, 3, *Alciphron* III, 2, *Strabo* IX p. 418 D. *Dioscor.* IV, 152 ac denique *Plinius* iterum XXII, 24, ubi optimum praeparari elleborum tradit in Phocica Anticyra. Quae si urbs est Anticyrae insulae, id quod neminem fugiebat, cur Porphyrion, contra morem suum hoc loco, *Clarani,* ignoti atque incerti hominis, auctoritate usus fuerit, non adsequimur, siue geographus fuerit siue grammaticus ille, quem Martialis X, 21 peritissimis rethoribus una cum Modesto adnumerat, dicens: Scribere te, quae uix

84. *Heredes Staberi.* *Staberius* homo auarissimus fuit. Eo usque magnitudine pecuniae delectatus est, ut cum finem uitae (sibi) adesse intellexisset, [et] testamento ita inscriberet, ut heredes sui sepulcro [eius] insculperent, quis, quantum (quantum quisque?) in partem sumpserit. Quod si in aliquo mentiti essent, dampnationis nomine paria centum gladiatorum populo exhiberent.

86. *Dampnati.* Pro *addicti.*

atque epulum, arbitrio Arri. [Id est:] Ad Arrii uoluntatem, qui luxuriosus fuit.

94. *Ipse uideretur sibi nequior.* Pro *luxuriosior*, ut et supra (S. II, 2, 131): *Illum aut nequities.*

97. *Clarus erit, fortis, iustus.* Haec ironicos dixit.

100. *Graecus Aristippus.* Vult, et hunc Aristippum insanum uideri, qui pecuniam, cuius usus esset necessarius, abiecerit.

103. *Nil agit exemplum, litem quod lite resoluit.* Sensus est: Idem exemplum, quod in se quaestionem et litem habet, non est uerum. Intellego, inquit, me contraria exempla posuisse; quoniam argumentatus non erat, uter ex his insanus esset, nunc ait, se probaturum.

141. *quod splendida bilis.* Κατὰ ἀντίφρασιν: atra, uel flaua.

142. *pauper Opimius.* Sic dicitur (C. III, 16, 28): *Magnas inter opes inops*, et hac figura dictum est, qua (A. II, 22): *diues opum* pro *opibus.*

intellegat ipse *Modestus*, Et uix *Claranus*, quod, rogo, Sexte, iuuat? conf. Suringar. p. 88. Quae cum ita sint, haec scholii pars, quae expositionem interpretis male interrumpit, interpolationem sapere putabitur factam ab aliquo serioris aetatis monacho, qui simul additamentum extremum '*et est Propontidis insula*' adiunxisse nobis uidetur. Conf. Acron: nomen est *insulae Propontidis, in qua multum ellebori nascitur.*

1) fuit *et* eo Q. 2) sibi 2 *adesse* om. R (*adesse* non om. M, teste Halmio). 3) *et* delendum puto. 4) quis*que* quant. 2. *quantum quisque?* conf. Acr. quis quantum *bi* (*in* Q) *patrem* su. M. q. q. in partem su. RG(Q). q. q. *mihi* in partem su. v. q. q. *a se* in partem su. afh. 5) da*mp*nationis M. nomin*a* paria centum 2. 7) Damp. M. schol. om. 2. 8) addicti *et epulum* ad *Arri* uoluntatem MG,v (*Arii* v). addicti. *Epulum.* ad Ar*rii* a. Id est fhQ. 10) *Et ut* supra *illud*, nequities vafh. 12) *h*ironicos haec R. haec *h*ironicos M. rell. haec ironicos. 13) aristippus — ar*iptisp*um (sic) M. *etiam* insaniam 2. 14) *con ius*sus M. cum *ius*sus RA, qui addit: 'lege: *cuius* usus *est* necessarius. alter uet. cod. cum iussus esset *dare* necessariis.' sic habet 2. cum *iussus* esset *dare*: *dare* necessar*iis* v. pecuniam *quam potuisset dare* necessar*iis* afh. Docet, insanum etiam esse eum, qui pecuniam spernit, *cuius usus est necessarius* C. Inde tacite petiuit Q u. *usus* et necessar*ius*, recipiens: **cum** *usus esset necessarius*, quod falsum censebis propter falsam rationem, qua Aristippus seruos in media Libya abicere aurum siue pecuniam iussit. Quid enim causae est, cur pecuniam abiecerunt? Aristippus non ea de causa proici iussit pecuniam uel abiecit, quod usus eius esset necessarius, imo de contrario, quod usus ei *non necessarius* uidebatur. Hinc equidem scripsi: **cuius** *usus esset necessarius* i. e. ex poetae sententia. 15) *Nihil* agit M. — est om. R. 16) et litem MRA. rell. om. 18) *non* ait se pro*la*turum 2. 19) Κατὰ ἀντίφρ. MRA2G(Q). om. vafh. Cata antifrasin quia pro *atra* et *amara* posuit *splendida* Bφ. 20) dicitur *ut* fh. 21) et hac fig. di. est MR2 (dict*us*) G(Q). et figura dictum est. om. hac, v. (perperam Q). et figu*rate* dictum est afh.

143. *Qui Veientanum.* Pessimum uinum in Veiento nascitur. Et *Pers.* (V, 147): *Veientanumque rubellum.*

153. *Deficient inopem.* Sic ait, ut inopia aliquem defecisse dicimus. Et *Verg.* (A. VI, 196): *tuque o dubiis ne defice rebus.*

158. *Quisnam igitur sanus?* Incipit de Stoicis disputare.

161. *Craterum dix. putato.* *Craterus* nobilis medicus Augusti temporibus fuit. De hoc *Pers.* (III, 65): *Quid opus Cratero magnos promittere montes.*

163. *morbo temptentur acuto.* Graece ὀξὺ πάθος. (H. Steph. Diatr. sec. p. 161).

166. *quid enim differt baratro ne.* *Baratro* luxuriosus; sed Quidam legunt *barathro,* ut ueniat a nominatiuo *barathrus.*

168. *Seruius Oppidius Canusi duo praedia, diues.* Hic est paruo censu diues.

175. *Tu Noment., tu ne sequerere Cicutam.* Ne aut luxuriosus, aut auarus euaderes; Nomentanus enim luxuriosus, Cicuta auarus.

181. *is intestabilis et sacer esto.* Antiqui eos, quos in testamento nolebant admitti, *intestabiles* uocabant, [detestabiles] scilicet, quorum testimonium malum et exsecrandum esset.

182. *In cicere atque faba.* Antiqui aediles huiusmodi res populo Floralibus spargebant; inde et *Pers.* (V, 177. 178): *uigila et cicer ingere large Rixanti, populo.* Pauperes enim [initio Romae] fuerunt.

187. *Ne quis humasse uelit.* Adnotandum, quod dialogum confecit; introduxit enim quendam altercantem cum Agamemnone, ut doceret, sa–

1) ue*ie*tanum R, etiam ad marg. et in ue*ie*to atque in loco Persii ue*ie*tanumque. †) Ad u. 144: *Campana solitus trulla* omn. libri Porphyrionis scholiis carent. Ritter. fumos uendidit scribens: 'est *trulla* uas orbiculatum et circa summa angustius et utrinque ansatum PORPHYRION'. Bφ: *trulla.* uas rusticanum. C: *Camp. so. trulla. trulla* uas fuit fictile. 6) temp. Aug. vafh. 9) οξψ (sic) νοσῶ v. ὀξ ναρῷ (sic) a. Graeco ὀξυανὼ (sic) fh. graece οξυπαθος M. ὀξὺ πάθος G(Q). graece spat. uac. R. 11) bara*trone* MR2,Q in lem. barat^h^rone G. Ba*rath*rone v. Ba*l*atrone afh. Ba*ratro* MR2,vQ. bara*thro* G. Balatro afh. 12) bara*trhus* M. bara*trus* R. bara*thrus* v. bara*thrum* afh. 13) *Opi*dius G, ut Par. I. Bern. A habet oppi*m*ius. conf. u. 142. Totum schol. om. fh. nihil nisi lemma habent va. 17) in *testam tonde*bant (sic) intest. (sic H) M. quos in *testamento* nolebant *ad*mitti R. in tēstō (testamento G) nolebant dimitti Bφ 2G. in test*imonium* nolebant admitti Auct. ad C. p. 692. in testim. *di*mitti nolebant vafh. De duplici significatione u. *intestabilis* aut in testamento aut in testimonio conf. Ulpian. in Pand. XXVIII, 1, 18. 26. Gell. VI, 1. XV, 13 (leg. XII. Tabb.). Legendum puto: *ad testimonium* nolebant *ad*mitti. conf. Marcian. in Pand. XLVIII, 16, 1: *ad accusationem* adm. ut *uocare ad* testim. Varr. R. R. I, 14: *citare ad* testim. Petron. 2. citare *in* testim. Macrob. I, 4. 18) detestabiles (Auct. l. l. 2,vafhQ) om. MR et G, in marg. 20) populo om. 2. 21) spergebant Bφ. *unde* 2Bφ. — *Nigra* et cicer vfh. *uigila* et cicer, a, MRABφ2G(Q) et omn. codd. Persii. 22) ing. *uulgo* rix. M2GBφ et v (uulgo *ris*anti). glossema ortum ex *populo. large* est lectio codd. Persii. — *initio Romae* vafh. 23) ne quis *his* humasse M. *uellet* M(H),v. — dialog*i* M(H). Bφ ad marg. habent inscriptionem: DIALOGVS. fecit 2. 24) enim om. Bφ.

niores esse eos, qui insani uidentur eis, quos sanos putamus. Dogma autem Stoicorum quoddam πραγματικὸν uocatur, quo continetur, omnes homines insanos esse. (H. Steph. Diatr. sec. p. 162: omnes stultos insanire. conf. u. 43).

188. *Rex sum. Nil ultra.* Per hoc illud prouerbium uult interpretari: Μωρῷ καὶ βασιλεῖ νόμος ἄγραφος. (A. Schotti Παροιμ. Ἑλλ. Antv. 1612. p. 596. Strom. u. 326. H. Steph. Diatr. sec. p. 159).

191. *Di tibi dent capta class. ded. Troia! Homericum* est (Il. I, 18. 19): Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν, Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ οἴκαδ' ἱκέσθαι.

196. *Per quem tot iuuenes pat. car. sepulcro.* Troiani scilicet.

Mille ouium. Ut *duo milia hominum* dicimus.

201. *Quorsum? Insanus quid enim Aiax.* Inter quos, inquit, insanus est? utrum inter luxuriosos et auaros, an inter ambitiosos?

204. *aut ipsum uiol. Ulixen.* Ipsum subaudimus inimicum suum.

208. *Qui species alias ueri scelerisque.* Qui concipit animo suspiciones falsas, et uera non uidet, is demens est.

212. *ob titulos admittis inanis.* Subaudiendum: non est insanus.

217. *interdicto huic omn. adim. ius.* Insani solent accipere a praetore curatores bonorum suorum, ita ut illis uti non liceat nisi ad arbitrium alienum, scilicet ne perdant.

222. *quem cepit uitrea fama.* Aut fragilis, aut splendida.

224. *Nunc age luxuriam et Noment.* Nunc luxurios insanos probat, ut supra auaros et ambitiosos.

1) *hos.* quos M. *his* quos RBφ. *hiis* q. 2. *ïis*q. vafh. *e*is q. Q(G?). 2) πραγματικὸν om. vafh, quae habent: πάντας ἀνθρώπους μωροὺς εἶναι. uocatur RA2Bφ. om. M(G?Q),vafh. — quo conti*nent* va. quo conti*net* fh. quo contin*en*tur M. quo conti*netur* R2(G?Q). qu*od* con*tinetur* Bφ. 4) *nihil* ultra M. 7) *de*ducere M,va (d.), om. fh, lectio in perpaucis codd. Hor. obuia, ut St. Germ. et Harl. ϑ, a plurimis autem editoribus recepta, qui rēducere inmerito respuerunt (Orellius: '*Reducere*, etsi ter apud Lucretium primam producit, non ausim obtrudere Horatio'). At enim uero scribendum est *redd*ucere, ut habent EM. Fran. et uet. Pithoei ad Med. 74. Babington ad ed. Cantabr. 1699, quae *redd*ucere seruauit, ut Lambinus aliique, ex uno tantum illo Harl. *de*ducere adscripsit. *Deducere* etiam ex Apuleio de Deo Socr. p. 158 ed. Ald. 1521 transgredi poterat, qui post Calchae diuinationem dicit: 'et tempestates flexit, et *classem deduxit* (ab Asia in Graeciam. FEA), et decennium praedixit.' *Reducere* γBφFHJO (perperam Pottier.) Pk Ambr. Barc. Angl. 4 Bernn. ACD. 11) Lemmati *Mille ouium* (o*mn*ium v) add. M *sanus*, vaQ *insanus*, om. fh. 12) *quorsum.* Qu*orum* M(G?Q). *quorum sum* v. rell. — Inquit, inter quos vafh. om. 2. 14) ulixen M ulixes v. Vl*yxen* RG. Ul*yssem* afh. 16) ui*dit* fh. 17) 'com*mittit* inan*is* MRG (Q. com.),va. *ad*mitt*is* ina*nes* Fabr.,' ut plurimi codd. Horatii. ad*misit* Bern. D. *com*mittis Babington eruit ex M² et Harll. ηλ (1 m.). BENTLEY: 'Pro *admittis* Cruquiani plures, unus Pulmanni et *duo* nostri *com*mittis. Id, opinor ortum est ex *ueteri lectione Cum* — *ad*mittis.' scilicet Bentl. coni. *Tu* prudens pro C*um* prudens. inan*is* BE (corr.) *non* om. afh., non est om. v. 19) curatores MRBφ et Auct. C. p. 692 vafh. curato*res a Praetore* bon. 2. curato*rem* (G?)Q. conf. Acr. 21) cepit M. *coe*pit BφE. *cae*pit Barc. Bern. A. *fama* uel *for*ma. aut frag. aut spl. Bφ. lux. *sanos* M. auaros (?) Q. rell. insanos. *ut* supra fh. rell. om. ut. 23) et om. Bφ. *et ambitiosis* om. afh. cur Fabricius *male* seq. schol. addiderit, ut Q dicit, qui idem fecit, non adsequimur.

228. *ac Tusci turba inpia uici.* Lenones dicit [et ambitiosos]; ibi enim commanent. *Tuscus* dicitur *uicus*, quo itur ad Velabrum, ubi harum rerum mercatores i. e. unguentarii consistunt. [Vel] *Turba inpia,* quia in patriam Tusci redire noluerunt.

229. *Cum scurris fartor.* [*Fartor*] Nunc auium, alias: nomenclator.

233. *responderit aequus.* Ironicos.

238. *nocte citata.* Legitur et *uocata.*

239. *Filius Aesopi detractam ex aure Metellae.* Aesopus tragicus magnas opes M. Aesopo filio luxurioso reliquit. Hic cum uellet patrimonium animo euincere, dicitur decies sestertium concupisse una hora absumere atque ita bacas detractas uxori Metellae in aceto diluisse. De hoc *Maeuius* poeta scribit, de quo *Verg.* (B. III, 90): *amet tua carmina, Maeui.*

240. *Scilicet ut decies solid. absorb. aceto.* Solidum integrum.

244. *et amore gemellum.* Pro *gemellorum.*

245. *inpenso prand. coempt.* *Inpenso* pro *magno* pretio posuit.

246. *Quorsum abeant? sanin'.* *Quorsum,* in quam partem discedant?

247. *Aedificare casas.* Haec omnia infantes faciunt.

248. *Ludere par inpar.* Ūni duo.

249. *amentia uerset.* Alio nomine amentiam suam adpellet.

250. *Si puerilius his ratio esse.* Si optinere potuerit, puerilius esse amare quam ludere, puerili ratione editum esset i. e. amentiam suam tum (num?) excus[ar]et?

1) et amb. (afh) om. MRA2(G?Q). *Th*usci — *Th*uscus v. 2) quo 2BφG (corr. ex qu*a*), va. qu*a* MR,fhQ. *ad* Velab. MR2Bφ,v. om. a. *in* Velab. fhQ. 3) Vel fh. 5) alterum *Fartor* om. MR. 6) aequ*os* MG(Q). rell. aequ*us*. *hir*onicos MR. ironicos 2,vaQ. εἰρωνικῶς fh. 7) uocata Bφ in Hor. sine uar. lect. 8) *E*sopus tr*ai*cus Bφ. 9) opes *moriens* filio aesopo 2. opes m. aesopo filio MG(Q). opes esopo filio *suo* lux. reliquit (reliqu*id* φ) Bφ. opes filio Aesopo lux. vafh. — patri*monium* animo *eui*ncere MRA2G(Q). patrimonium animo *eius uincere* Bφ. patr*onum* animo eu*i*cere v (sic). *patrem* animo *euin*cere a. pa*trem* animo *uin*cere fh. 10) ses*ter*tium M,a sestercium Bφ,v. se*x*tertium fh. — concup. *ut* una Bφ. concup. abs. una hora 2. hora G in marg. 11) ita om. vafh. ba*cas* (baccas vafh) detrac*tas* ux. met. MAR2G. detrac*tis* ux. met. ba*cis* Bφ. — deluisse M. *e* suprascr. *i* G. rell. *diluisse*. Festus: deluere i. e. soluere, sine exemplis. *deluo* et *diluo* uerba saepe confunduntur. conf. Liu. IV, 14. Plin. E. II, 11. Gell. XV, 2. 12) locus Verg. et Maeuius supra Epod. X, 2. am*at* tacite inculc. Q. omn. libri *amet*. — meni Bφ. 13) de*eiens* in lem., dec*ies* in schol. praeced. M(Q). *In Sermm.* ne unus quidem cod. Hor. offert *deciens.* Neque ad u. 237 neque ad I, 3, 15 Porph. scholia habet, neque ad A. P. u. 294 et 365, quibus duobus locis *deciens* exstat in uno uet. Bern. K. non item in Carm. saec. u. 21. conf. lib. de cod. Barc. p. 20. TRECENTIES in sepulcro Trimalchionis ap. Petron. 71. *a*bsorberet (sic) M. conf. Acr. *sorberet* v (uerbo caret lemma in afh). 15) *in*p. MBφ, ut Eγ Ambr. pro magno pretio, om. posuit, Bφ. 16) qu. abeant insani M. *sanin* in lem. om fh. qu. abeant *sani* va. Alteram *quorsum* om. afh. *ha*beant R, ut Ambr. sanıı al. insani B. — *descen*dant R. *discen*dant v. rell. *disce*dant. 17) *r*edif. v. 18) uni du*i* M (H). 19) *uerset* (*uel uincet* 1 m. in marg.) B. ūset E. 20) *Sic* in lem. afh. *opt*inere (*ob opt.* M) M,v (perperam rett. Q). *ob*tin. R2,afh. 21) q*ua* fh. q̄2. rell. *quam.* — edit*am* MR. edi*ta* 2. rell. edi*tum*. *Editum* i. e. factum, actum, non:

254. *Mutatus Polemon.* *Polemon* fuit Atheniensis iuuenis luxuriosus et perditus, qui cum comisabundus incederet per urbem, audisse fertur proximo Xenocratis uocem disputantis; deinde introisse ad deridendum [eum], ut erat coronatus unguentatusque. Quo uiso senex perseuerauit et inuectus in luxuriam coegit Polemonem paenitere sui et coronas abicere; sumptoque philosophi habitu tantus uir postea fuit, ut dignus existimatus sit, qui Xenocrati succederet.

255. *Fasciolas, cubital, focalia.* Aut allegoricos tamquam de aegro haec, aut quia solent amantes talia insignia gestare, ut mulierculis placeant.

262. *nec nunc, cum me uocet ultro.* Totus hic locus de Eunucho *Terentii* est (I, 1).

272. *Quid, cum Picenis excerpens.* Solent amantes semina ex malis orbiculatis duobus primis conprensa digitis mittere in cameram, uelut augurantes, si cameram contigerint, posse sperari ad effectum duci, quod animo conceperint.

274. *Quid? Cum balba feris ann. uerba pal.* Quid? Cum per delicias balbutire adfectas senex et puerilia imitaris?

dictum. — am. suam *tuam* (sic) *tum* excu*set* R. excu*set* M. (negl. Q). *cum* excu*set* 2. rell. excus*aret.* In Horatio: *plores* — *faciasne.*

1) P*a*lemon R bis, *poa*lemon semel. 2) comis abundus (sic) M. com*isa*bundus AR. (om. *cum*, ut Bφ). comes abun*de* Bφ. comi*ssa*bundus (G?)Q dicens: 'co*mm*issabundus codd.' com*essa*bundus vafh. Auctoritate codicum munitus posui comisabundus, uerbum deriuans a κῶμος, κωμάζω. Codices Cic. Coel. 15 et 28. Attic. I, 16. Mur. 6. Catil. II, 15. Liu. XXXX, 9. XXXXIV, 13. Sueton. Tit. 7 et Vitell. 13. Martial. V, 16, 9 accuratius excutiendi sunt ad scripturam constituendam. 3) intro*ii*sse v. intro*iui*sse a. 4) eum om. M (negl. Q) RMφ. unge*n*tatus Bφ. unge*n*tatus*que* M. ung*uen*tatus R. rell. ung*u*entatus*que.* 5) p*a*lemonem R. Palemo*na* a. — sui poen. 2. ab*ii*cere. *Is* sump*to* phil. fh. Polemo*ne* p*rae*niter*ae* (sic) v. p*ae*nitere M. 6) phīae = philosoph*iae* R. — uir MAR. rell. om. 7) *socrati* succ. MRBφG (in marg. adscr. *Xenocrati*). rell. Xenocrati. 8) *Fasciolas* cupi*tal* M. rell. Fasc. cubita*le* (*Fascida scribi tale* v). Aut om. fh. 10) *nec nunc* cum me uoc*et* ult. MRA2,va(GQ). lem. om. fh (ex R2 ad h. lemma non notaui). *ne* nunc St. Germ. Harll. γϑλ et Regin. (2 m.). ne⩸ nunc E (rasura), nec n⩸ R (*non*, rasura. 1 m. *nunc*). *nec non* γ J Ambr. nec *non*, 1 m. suprapo. *nunc*, FO et Magd.². rell. omn. (et Barc. Bernn. ACD) nec nunc, et sic corr. Pith. in Med. 74. *nec nunc* etiam cum codd. meis scripsi Pers. V, 172, contradicentt. C. F. Hermanno III p. 29 aliisque. Lectioni *ne* nunc, quam ampl. Casaub. Reiz. Bentl. Heinrich. O. Iahn., qui tamen p. CXCVI sensum mutauit, praeferendum esset **nae** *nunc.* cum *nae* in mss. scribatur *ne.* Quae disputarunt Madvig. ad Cic. Fin. I p. 83. Ruhnk. ad Rutil. p. 129, ueram lectionem non labefactant. uoc*et* omn. libri. uoc*at* Sangall. Bentl. Fea. Orell. Chr. Jahn. al. eun*o*cho M eunuc*o* G,v. est om. vafh. 12) picenis *excercet* MR, error propag. pro *excerpens.* exc*re*pens v. — ex om. h. mali*s* s*o*rbiculatis MRABφ2. rell. *o*rbic. 13) co*m*pressare MR2,afh. compr*ae*ssare v. co*n*prēnsa Bφ. dig. mitt. MRBφ. dig. et mit. 2. dig. *eaque* mit. vafh. uelut (uelud Bφ) augurantes si MRBφ. uelut auguri*am* aes si. v. uelut Augurium (aug. fh), ut si afh. cont*ingeri* possint. Bφ. 15) concoper*int* Bφ. rell. concepe*runt.* 17) balb*utti*re *adf.* M. — senex om. Bφ. †) Ad schol. seq. u. Mullach. frgm. phil. Gr. Par. 1860 p. 505.

276. *atque ignem gladio.* Πυθαγορικόν· Πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν.*)

278. *Cerritus fuit. Cerritus,* furiosus. *commotae mentis* i. e. insanus.

281. *Libertinus erat, qui c. c.* Hic incipit de superstitiosis et religiosis loqui.

qui circum compita siccus. Ab Augusto [enim] Lares i. e. dii domestici in compitis positi sunt, et libertini sacerdotes dati, qui *Augustales* sunt adpellati.

284. 285. *sanus utrisque Auribus atq. oculis: mentem nisi litigiosus.* Quia hi, qui uendunt mancipia, solent hoc adicere: sanum corpore et animo, hunc superstitiosum negat sanae mentis fuisse, et dicit allegorice: sanum esse omni corpore putes, *nisi litigiosus dominus exciperet*, id est, interposita fide adseueraret.

287. *Chrysippus ponit.* Hoc ait: eiusmodi stultorum copiam et multitudinem Chrysippus philosophus inter Menenios haberi dicit. Menenius autem fuit illis temporibus insanus, uel certe plebeius. Vult eum ortum [qui] uideri [uoluit] a Menenio, qui senatum et populum in gratiam reduxit; et mire *fecundam gentem* stultorum ait i. e. multiplicem. Chrysippus Stoicus fuit, sed Menenium melius *furiosum* accipimus, uel potius *stultum*; unde *Meneniae stultitiae* uel *ineptiae.*

1) Πυθαγορικον M2. Pythagoricum vafh. ΠΥΡ ΜαΧεΡΗ ΜΗ CΚαλεΥεΙΝ MAG. R2 et v. spat. uac. reliquerunt. rell. om. 2) *commotae mentis* non sunt uerba explicationis, ut apud fhQ apparent, sed Horatii, ex eodem uersu lemma. Bφ: *Cerritus.* furiosus. *commotae.* insanae. Ce*r*itus afh. 5) competa M bis Bφ (c̄p&a). enim om. Bφ. — d*ii* MR2,vafh. d*i* Bφ. dei (G?)Q tacite inculcauit. *dii meliora* Cic. Phil. VIII, 3. Sen. 14. Liu. XXXIX, 10. Ter. Phorm. V, 8, 16. Tib. III, 5, 1. Ouid. Her. XVII, 30. *o dii* Cic. Att. IX, 18. *dii boni* Cic. Mil. 22. Tusc. V, 40. — competis MBφ. 6) *ex* Libertin*is* afh. *ex* libert*ini* sedotes (sic) v. — sunt om. R. app. sunt Bφ. 9) qui *alii* qui uendunt M. (H). quia *hi qui* uend. M(Q)Bφ. *Quia ii* qui uend. R. qu*ia* uend. G,v. qu*i* uendunt afh. qui uen*ditat* 2. — h*aec* 2 *addu*cere G2. — sanum *esse* Bφ. sa*nus* corp. afh. rell. san*um* corp. (sa*n*num v). 11) *nisi li. dom. exc.* sunt Horatii uerba, pro quibus Bφ,fh nouum lemma habent: *Exciperet dominus.* Id est, interpo. etc. 12) *ads*eu. M. assceueraret, quia hi qui — omni corpore Bφ. 14) *maenenios* M2. *M*enenios RBφ,vafh. — m*ae*nenius MA2. *Me*nenius RBφ,vafh. 15) *uult uideri a* men. MR2,va. *qui* uidere *uoluit* fh(G?)Q. a *menio* (sic) MR. rell. menenio. uerba *uel certe* — multiplicem om. Bφ. 18) *me*nenium M. h. l. 19) meniae R. menen*is* 2. meneniae M,vafhQ. C: — 'Menenius autem fuit *iis* temporibus insanus aliquis *de familia Meneniorum,* mire superstitiosa et stulta: unde *neniae* (sic pro *Meneniae*) dictae uidentur, ineptiae.' Scholion corruptum ab editoribus corruptius factum est. nam uerba *plebeius qui uideri uoluit a Menenio* prorsus insana Fabricii lectio est a Q inconsiderate propagata, quae non curatur temptamine Ritteri: Menenio (esse) qui. *Vult,* quod codices offerunt, seruandum sine dubio; est autem ipse Horatius, qui — *ait* — *vult.* (u. 100). Perspicuitatis causa addidi *eum ortum.* F. F. Franke uoluit scribere: Vult (eum) *oriri* a Menenio. Conf. Gell. XVIII, 8: qui se Isocratios uideri uolunt. Cic. Off. III, 17: quae uult illa quidem uideri, se esse prudentiam. Item inepta est uulg. lectio omnium librorum *fecundam* mentem pro *fecundam* gentem, quae uerba, ut liquido patet, ipsius Horatii sunt ex uersu eodem, cuius sensus exponitur: *Chrysippus poni, fecunda in gente* Meneni. — *cri*sippus — in*ae*ptiae Bφ. *) Diog. L. VIII, 17. Erasmi Adag. p. 17.

290. 291. *illo Mane die, q. tu ind.* Die Iouis.

296. *sapientum octauus. am.* Quia Graeci septem sapientes dicunt, quibus hunc addit. Ἑπτὰ σοφοί, χαίροιτε· τὸν οὐκ ἀγατὸν δὲ Κορίνθῳ Οὐ συναριθμέομεν [νηλέα Κυψελίδην]. — οὐκ ἀγαθὸν Περίανδρον? — οὐκ ἀγαθὸν δὲ Κόρυμβον Peerlk. ed. Satt. 1863 p. 146. u. Buecheler. Mus. Rh. 18, 629.

299. *discet pendentia tergo.* Hoc ideo, quia Aesopus tradit, homines duas manticas habere, unam ante se, aliam retro; in priorem aliena uitia mittimus, ideo et uidemus facile; in posteriorem nostra, quae abscondimus et uidere nolumus. Hoc *Catullus* meminit (XXII, 18): [*sed non*] *uidemus manticae, quod in tergo est;* ait et *Persius* (IV, 24): *spectatur mantica tergo.*

300. *post damnum sic uend. om. pl.* Bene, quia ille bonis suis uenditis philosophari coepit; et dicit hoc [de] Damasippo.

302. *Insanire putas.* Interrogatiue dicit.

308. *hoc est, longos imitaris.* *Longos* diuites significat.

310. *rides Turbonis in armis.* *Turbo* gladiator fuit paruo corpore, sed animosus in pugna. Quid rides, si Turbo cum longioribus certat, cum tu te diuitibus conpares? Et fuit Threx Turbo.

312. *te quoque uerum est.* *Verum est* pro: aequum est et *Verg.* (A. XII, 694): *me uerius unum Pro uobis foedus luere et decernere ferro.*

316. *Belua cognatos eliserit.* Adnotandum, quod hoc loco *cognatos* pro fratribus [filiis] posuit, id est, secum natos [id est], congeneratos.

1) Id est die Iouis Bφ. 3) ad*di*dit R. Graeca, quae om. 2,afh et quibus in R,v spatium uac. rel. est, sic leguntur in MBφAG. M: ΕΠΤΑ ΣΟΦΟΙ ΧΑΙΡΕΤΑΙ ΤΟΝ ΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΟΠΙΚΟΡΥΒΟΝΟΥ CYNαPIΘNeONeN. Bφ: εnτα COΦOI XAI PETAI TONO IKA TAΘON om KOPY BONOY CINAPIΘMEONEN. AG: Ἑπτὰ σοφοὶ χαίρετε. τὸν οὐκ ἀγαθὸν ἀποκοριβόνου συναριθμέομεν. Vir summae in hoc literarum genere auctoritatis pro humanitate sua illam difficilis loci constitutionem mihi tradere dignatus est, Periandrum significans numero 7 sapp. exclusum οὐκ ἀγατὸν = τίμιον. (Μύσων ap. Platon. Protag. p. 343 B.). C. Hermann.: Χαίρετε, ἑπτὰ σοφοί· συναριθμοῦμεν κοριβάντων ὄγδοον τοῦτον ὀπί (uoce). III Cato — Erasm. p. 208. Auson. E. XXII, 25. 26. 7) se om. 2,afh. te an *et aliam* afh. *aliam* retro MRBφ. *alteram* contra fidem librorum tacite inc. Q; sed *aliam* i. e. alteram diuersam et numeratam defendi potest Caes. B. G. I, 1: partes tres, quarum *unam* incolunt Belgae, *aliam* Aquitani, tertiam etc. Suet. Tit. 7. Curt. IX, 8, ut praetermittam: alius alium, aliud alio melius. alium post alium, alii aliis prodesse possunt etc. Conf. Ter. I, 3, 50: amans adcessit *unus et* item *alter* i. e. plures. *unus et alter* dies Cic. Cluent. 26. tuis *unis et alteris* literis Cic. Att. XIV, 18. *alterum, tertium quartum* Cic. Verr. II, 76. *alter* perdidit, *alter* uendidit Ter. I, 3, 50. *alteri* dimicant, *alteri* uictorem timent Caes. B. G. VII, 7. *etc.* — in prio*re* MBφ. 8) ideo et uid. facile om. vafh. 9) *tullim*us M (m expu.). *tullius* Bφ. *Catullus ad Varum* A. rell. (G *tullius* sed in marg. *Catullus*) *Catullus.* — Sed non fh. rell. om. Viden*tur* M. Vide*mur* Bφ. rell. Vide*mus.* 11) ille *omnibus* bonis suis 2. suis bon. vafh. philosoph*are* v. 12) de fh. rell. om. 16) *in* om. fh. *in pugna* om. a. Bφ: turb. *in armis.* Gladiator *paruus* sed animosus in pugna. — *legioni*bus vafh. 17) compar*ar*es R. — thre*x* M. thr*es* R. et fuit *rex* Bφ. rell. *Thrax.* Turbo om. 2. cf. S. II. 6. 44. 20) Bel*ba* cogn *del*iserit M. Be*l*ua BφG. *der*iserit R. rell. *eli*serit. — hoc loco MR. rell. hoc *in* loco. totum schol. om. Bφ, qui habent: *cognatos*, simul natos. 21) *fratribus* 2, ut H. Stephanus in Porph. emendd. p. 166 uoluit. dicens: 'neque enim in dubium uocari potest, quin Porph. ita scripserit.' rell. *filiis.* — conge*ner*atos MR2(G?Q).

317. *Num tandem — suff. se — magna fu.* Adnotandum, *tandem* pro *tam* positum i. e. *tam magna.*

321. *Adde poemata nunc, hoc est, oleum adde camino.* Sensus: Adde illud, quod poeta es i. e. praeter reliquum errorem [poetarum]: poeta, iure insanis, et usus uulgari [est] prouerbio.

oleum. In incendium.

322. *sanus facis et tu.* Non dico, inquit, *insanus,* non dico horrendam rabiem, ut tibi parcam, non dico poeticam rabiem esse.

326. *O maior tandem parcas.* Vehementer furiose te tuis uitiis redde, quibus te liberatum dicis; cum superior insanus sis, parce minori insano.

SATIRA II, 4.

ACRON.

Unde et quo Catius. Catius Epicureus fuit, qui scripsit quattuor libros de rerum natura et de summo bono. Sub huius nomine poeta Epicureos ita risurus est, ut in proxima Stoicos. Epicurei enim summum bonum uoluptatem dicunt rerum honestarum, contra Stoici uoluptatem gulae et libidinis luxuriam dicunt. Aliter: M. Catium introducit ordinem

con*greg*atos vafh. C: '*cognatos. fratres*: quod notandum est, quasi secum natos et *genitos eliserit,* appresserit.' Non opus est propter seqq. accusatiuos scibere h. l. pro *fratres.* Alterum *id est,* quod omn. libri tuentur, delendum puto.

1) Num tandum MR2,vafh. Amplificaui lemma *Num tandem* in afh, uel *Num tandem suflans* in rell., addens *magna* propter ipsum scholion. 3) Amplificaui etiam hoc lemma *Adde po. nunc. Hic* sens. *est.* fh. *Hic* sensus a. rell. Sensus. poeta*rum* afhQ. poe*ta* 2. poe*tam* MRG,v. 5) est fh. rell. om. 6) *in* incendium M (negl. Q) R et uet. cod. H. Stephani. rell. om. *in,* iteratam uocem *in* falsam iudicantes, aut etiam seducti illo prouerbio Graeco: ἐλαίῳ πῦρ σβεννύεις. Iam H. Stephanus in Emendd. Porph. p. 154 disputauit contra 'uirum alioquin eruditum et de Horatio bene meritum, qui scripsit, Pseudoporphyrionem corrumpere hoc loco uulgatum adagium, dicens, *oleum in incendium,* cum dicendum esset: oleo *restinguis* incendium, ἐλ.. πῦρ σβ. At ego contra Porphyrione dignam, et conuenientem loco illi annotationem hanc esse aio: ac prouerbium ab illo corrumpi nego. Nam qui oleum camino, non autem aquam addit, cur id nisi incendii excitandi causa facit? Atque ad prouerbium quod attinet, is qui dicit: Oleo restinguis incendium, perinde est, ac si diceret: Tantum abest ut *incendium restinguas, ut potius id augeas*: siue ut incendium incendio addas.' Conf. Erasmi Adagia Bas. 1559 fol. p. 62 et Lucian. in Timone. T. I, p. 139 Amstelod. 9) red*dis* afh. rell. red*de.* 10) insanus omn. libri. om. Q.

ACRON. Inscriptiones huius sat. rariores. M. CACIV̄ INDVC̄ LVXVRIOSV̄ CAENARV̄ P̄CEPTA TRADENTEM Barc. et Par. H. *Manlium* Ca*t*ium ind. lux. cen. praec. trad. P. *Modo* ca*ti*um ind. lux. caen. praec. trad. B in marg. a manu glossatoris. I: Narrat physica epicureorum decoctioribus. egloga XV.

16) *Catius — bono* leguntur etiam in Porph. — qui om. γ. 19) uol. dicunt γ. rell. dic. uolupt. 20) Verba *luxuriam dicunt* Editori Pragensi eicienda uidentur. Minime. Vir doctus neque rem neque uerba intellexit; nam Stoicorum summum bonum non est uoluptas gulae et libidinis, sed hanc uoluptatem dicunt *luxuriam.* Quid est simplicius? Alius error est in C. quem

caenarum [praecepta] tradentem, deinde loquitur de secta Epicurea, et secat modo Epicureos, quomodo secuit alibi Stoicos. Obuiam Horatio factus est Catius, qui philosophum audierat de ciborum qualitate tractantem; nam Epicurei summum bonum in uoluptatibus ponunt.

1. *Unde.* Interrogatiue Horatius poeta, scilicet *uenis?*

Non est mihi tempus. [Verba Catii,] Non est, Catius inquit, non est occasio ponere literas, quibus uerba notantur. *auenti.* Cupienti.

2. *Ponere signa. Ponere.* Constituere. *Signa* [i. e.] definitiones. Denotare, proscribere, literis adnotare praecepta noua. *nouis.* Magnis praeceptis. Aliter. Dare praecepta aut signa uiuendi; quemadmodum in uia, ne erretur, signa ponuntur, ita et uitam secuntur signa, in qua multi esse uidentur errores. [Alias:] *nouis* i. e. miris, uel recentibus. Deridet autem sectam Epicureorum.

3. *Pythagoram. Pythagoras* Samius tyrannos patriae suae fugiens apud Crotonam physicam philosophiam docuit, suadens inter caetera propter μετεμψύχωσιν ab animalibus abstinendum, et cum multos iuuenes auditores haberet, ne ab his ciuitas teneretur, a principibus occisus est.

Anytique reum. Coniunctio. Socraten; ab Anyto enim Socrates factus est reus, quasi nouas religiones inducens. *Anytus* et Meletus accusatores. Ab Anyto accusatus Socrates, quod per omnia animalia tamquam per deos iuraret, ipse sibi paenam ueneni sumendi decreuit. Platonem hinc reum fecit, quod male instituerit iuuentutem et plerumque iuraret μὰ τὸν

uoluptas rerum honestarum offendit in Epicuro, quippe recordantem E. I, 4, 16: Epicuri de grege porcum, Cic. N. D. I, 26 Epicurum oscitantem et similia apud Senecam Benef. IV, 1. Sidon. XV, 125. Auct. Priap. XI, 15 etc. Habet autem haecce: — 'et de summo bono; quod cum Epicurei in uoluptate ponebant, hoc est, *in gulae et corporis libidine*, contra *Stoicos*, *qui summum bonum dicebant esse uoluptatem rerum honestarum*, rogat Catium Horatius, ut sibi dicat coenae parandae et ordinandae magistrum, eiusque praecepta.' — *intro*ducit γ. rell. *in*ducit. ordin*em* γ. *in* ordine va. rell. ordi*ne*.

1) praecepta om. γ. 2) Verba *et secat modo Epicureos* tacite eiecit Q contra omnium librorum auctoritatem. Epicu*ros* γ, ut supra saepius. conf. Porph. modo Epicu*reo* v. rell. Epicu*reos*. — actus γ. 5) Unde — uenis? γ. rell. om. Verba Catii om. γ. Non est — notantur γ. rell. om. 8) constituere γ. rell. om. id est om. γ. Denotare — noua γ. scribere, annotare, consignare litteris noua praecepta C. rell. om. conf. Porph. 9) praeceptis γ. rell. om. Al. γ. rell. om. 11) uit*am* sec*un*tur γ. rell. uit*a* se*qui*tur. — esse uid. γ. rell. uid. esse. Alias om. γ. *Alias* falso pro *aliter* saepius, compendio *al.* perperam lecto. 14) pat. suae γ. rell. suae patriae. 15) Croton*am* γ. rell. Croton*em*. Utraque forma inuenitur. Croton*a* Iustin. XX, 4. Frontin. Strateg. III, 6. Croto*nem* Cic. Att. IX, 19. etiam Croto*na* accus. occurrit apud Liu. I, 18, sed uereor, ne Croto*nam* (ā) in codd. scriptum sit. *Croton*, Κρότων ap. Strabonem, usitatior scriptio. conf. Sil. IX, 18. ph*y*losophiam vQ. — *in* caetera γ. 16) μετεΧψ. γ. metēpsycosin v. Coniunctio — inducens γ. rell. om. 19) Me*les* γ. Mele*tus* fhQ(G?). Mel*itus* C. (Μελήτειος?). Hoc schol. et duo seqq. (*est* — *memoriae*) om. va. 21) Platonem *hinc* reum fecit *quod* γ. rell. Fecit *hic* et Pl. reum, *qui*.

κύνα, μὰ τὸν χῆνα, uolens scire, deum omnibus animalibus esse permixtum. [Alias:] Hic *Anytus* etiam Socratem ob eandem [causam] doctrinam de Lyceo egit in carcerem; qui uenenum sumpsit, ne quemquam rogaret.

6. *Quod si interciderit.* Quia scio, te mox posse repetere, si quid tibi exciderit; scio enim, te posse in memoriam reuocare, si quid tibi ex interpellatione mea in obliuionem uenerit.

4. *Peccatum.* Horatius. *laeuo.* inportuno.

5. *Interpellarim.* Id est, adlocutus sum. *bonus.* Propitius.

6. *interciderit.* Exciderit.

repetes mox. Commemorabere; grandis enim uult esse memoriae.

7. *Siue est naturae hoc siue artis.* Tres sunt philosophiae partes [sunt]: moralis, rationalis, naturalis; harum duas tetigit, naturalem et rationalem.

7. *mirus utroque.* Qui es optimus in utroque, et in arte et in natura, scilicet ad utrumque paratus, in utraque, et in morali et in naturali philosophia.

8. *Quin id erat curae.* *Quin* Aduerbium adfirmandi. scilicet *mihi.* Certe hoc mihi erat nunc curae, meditari ea, quae audiui a magistro.

cuncta. Quae a magistro meo Epicureo audiui.

9. *Ut pote res tenues.* Subtiles. Hae sunt enim, quae difficilius tenentur.

10. *Ede hom. no.* Horatius. *hospes.* Scilicet *ede.*

Ipso memor. Catius.

11. *celabitur auctor.* *Celat* nomen auctoris, quia scit, odio esse Epicurum, quasi uoluptatis auctorem.

12. *Longo quibus facies ouis erit.* Bene ab ouis coepit i. e. [ab] initio caenae, ut alibi (Serm. I, 3, 6): *ab ouo usque ad mala citaret io Bacche.*

12. *Longa quibus.* Iam incipit praeceptum.

12. 13. *illa memento, Ut suci melioris.* Crede: [quia] longiora oua et meliora quam rotunda sunt et albidiora, aut fortiora, aut melioris saporis.

13. *suci.* Saporis, quasi suci.

1) κινα γ. *scire* γ. rell. *dicere.* 2) Alias om. γ. — Socrat*en* γ. — doctrinam γ. rell. *causam.* 3) *trudico* γ. rell. *Lyceo.* 5) enim γ. rell. om. 7—9) Horatius — exciderit γ. rell. om. 10) gra*ndis* enim vult esse γ. rell. gra*dus* enim est. 11) Tres sunt phil. pa. γ. rell. Tres phil. pa. sunt. 13) *Qui* es γ. rell. om. Qui. 14) scilicet *in* ad utr. paratus. γ. rell. om. in — philosophia γ. rell. om. 16) Quin — mihi γ. rell. om. Certe *catius* hoc m. erat curae, om. nunc, γ. *audire* ea γ. rell. *meditari.* 19) Subtiles γ. rell. om. *Haec* libri. posui *Hae.* 20) Ede — ede γ. rell. om. 21) Ips*e* fh. Catius γ. rell. om. 24) *in*cepit C. — *ab* om. γ.mva. recte. 26) Longa — praeceptum γ. rell. om. 27) Cred*o* γ. rell. Crede om. C. propter hoc uerbum lemma *Ut su. mel.* amplificaui. quia om. γ. *uel* albi*di*ora γ. et mel. sunt et *candi*diora quam rotunda C. meliora sunt long. oua quam. rot. et al*biora* aut fortiora aut (aut om. mva) melioris saporis G(Q),mva. for*tia aut* melioris saporis γ in margine a 1 m. ad u. *marem.* 29) suci — suci γ. rell. om.

alba. Albidiora rotundis.

14. *marem.* [Fortem uel durum.] *Cohibent,* constringunt, unde *cohibere* dicitur gallina h. e. confouere.

callosa. Rotunditas ouorum strictior *callosa* dicitur. *callosa.* Stipidosa. *Vitellum.* Λέκιθον. Pro gallo. Haec, inquit, duriora sunt.

15. *cole.* Hoc est *caule,* ut cl*o*de [pro] cl*au*de, *s*orices [pro] *sau*rices, *c*oda [pro] *cau*da. Caulis [inquit] dulcior est, qui nascitur in aridioribus locis. *Suburbano,* quia suburbana loca riuis abundant.

16. *elutius.* [Limatius i. e. minus sapidum]. Insipidius, dissolutius, minus sapidum, aquatius, liquidius, facilis saporis.

17. *Si uespertinus subito te oppresserit hospes.* Si amicus, inquit [*uespertinus* i. e. insperatus], subito uenerit.

18. *responset.* Resistat, aut resipiat, reluctetur in faucibus.

20. *pratensibus.* In prato [crescentibus] inuentis.

1) alba — rotundis. γ. rell. om. 2) Fortem uel durum om. γ. 4) ca*ll*osa γ in lem., ca*l*osa in scholio. rotond. γ. *callosa.* scipidosa γ. rell. om. posui *stipidosa,* uocabulum ab Apuleio de herb. aliquoties de duris fruticum radicibus et ramis adhibitum. C: *callosa.* Dura, fortia. Par. E: *callosa.* rotunda (sic). 5) *ανκηρον* γ. scripsi λέκιθον. rell. om. Haec — sunt γ. rell. om. conf. Cels. VI, 6: oui et album et uitellus. Plin. X, 53: omnibus ouis medio uitelli inest uelut sanguinea gutta. γ addit scholio: *al.* ructum retum (rugitum?) faciunt meliorem (sic). *uitellum.* uitellus est oui pars media. conf. Porpb. Par. E: *uitellum.* modiolum (l. medium ouum). 6) *cole* γ, in marg. COLE. Manifesta haec lectio Acronis, quam omnes eius editores adgnoscere ipso scholio coacti sunt, non transiit in Porphyrionem, hoc est, in libros, qui eius nomen prae se ferunt. Occurrit uero eadem in codicibus quibusdam, qui Porphyrionis recensionem amplexi sunt eumque ubique fere secuntur. Inter quos primum locum obtinent duo illi Parisienses Bφ, quorum alter co~le cum rasura offert simulque cum *glossa* a 1 m. adscripta: *pro caule,* alter *cole* pure cum *uar. lect.* primae manus: *uel caule,* ut Magd.[2], unus solus Angliae codex, ex quo Babington lectionem *colle* uel *cole* notauit. Co[l]le (1 m. add. alt. l) Bern. A, *colle* pure Bern. F, *cole* pure Bern. C (*cau*le Bern. D), ut Ambr. Fran. Parr. FH et E cum glossa illa suprapo. *pro caule.* Alii, ut Barc. Pith. ad Med. 74 etc., exhibent *caule.* Ex uet. illa glossa *pro caule* ter transiit *pro* in Acronem. γ: '*Cole. caulis.* dul*tiorem* (ort. ex dulcior ē = d. *est.*) qui n. in a. l. *Cole* hoc est *cau*le, ut cl*u*de. claude. saurices. sorices. cauda. coda.' 7) inquit om. γ. 9) schol. *Limatius* i. *minus sapidum* fh. id est minus sapidum om. mva(G?Q). γ habet: '*di*sipidius (uerbum non Latinum. posui *In*sipidius, quo usus est de sapore Jul. Firmicus II, 12). *dis*olutius (scripsi dis*s*olutius). minus sapidum. aquatius (Plin. XXVIII, 9 de lacte. Pallad. I, 6, 9 de nino et de fructu olearum). liquidius. *fatius* a~oris (sic. correxi: *facilis sapo*ris. conf. C. II, 11, 8: somnus. Ouid. Her. XVI, 123: aura. Apul. Met. I p. 104: caseus *sciti* saporis. tredecim sapores apud Plin. XV, 27. 11) Lemma *Si uesp.* amplificaui. uesp. i. insperatus om. γ. recte, nam sine *subito* expositio et sermoni et moribus Romanorum repugnat, qui uespera amicos salutare solebant. C: '*Si uesp.* Aliud praeceptum. Si vesperi hospes subito te oppresserit, id est, *inexpectatus* uenerit.' conf. Plaut. Poen. V, 3, 8: insperatissime mihi salue, Men. V, 9, 72: o salue, insperate frater! 13) aut resipiat γ. rell. om. C: *de*sipiat, resistat *et aduersetur palato. de*sipiat falsum, nam *homines desipiunt* apud Veteres, et noua significatio ap. Tertull. de pudic. 13 et 18 plane differt. contra *re*sipere sollemne uerbum Plin. XIV, 1. XXVIII, 9. XXXI, 3. Varr. R. R. I. 54. Colum. XII, 46. 14) crescentibus om. γ. inuentis γ. rell. om.

21. *aliis male creditur.* Id est: noxii et periculosi sunt, ut non bene ripae creditur.

[*male cred.* Quia periculose.]

23. *quae legerit arbore.* Quae mane legerit ab arbore.

24. *Aufidius forti miscebat.* *Aufidius* conditum de Falerno uino faciebat, sed stulte, quia austerum est uinum Falernum, et non debebat nisi mollis uini conditum ieiunus gustare. [Miscebat autem propter constitutionem uentris.]

25. *Mendose.* Male, stulte, inperite, uitiose.

uacuis. Ieiunis. Bene dixit *uacuis,* quoniam a ieiunis conditum sumitur, quia primum in uenas nihil debet asperum mitti; ideo *male.*

26. *decet.* Oportet.

leni praecordia mulso. [*Mulsum* est commixtio aquae purae et mellis incocti; id autem mulsum et conditum dicitur *melicratum.*] *Mulsum* et conditum dicitur et melicratum.

27. *Prolueris.* Profuderis, inrigaueris. *Vergilius* (A. I, 739): *et pleno se proluit auro.*

27. *Si dura mirabitur aluus.* Id est: si uenter suum non seruat officium.

28. *Mitulus.* Ἡ χήμη. Concharum nigrarum genus est, siue pisciculi.

uiles. Non magni pretii.

29. *lapathi breuis.* Parua, aut breuis temporis, ut est lilium.

sed albo non sine Coo. Haec, inquit, cum uino Coo accipe.

29. *Coo.* Vino ab insula.

30. *Lubrica.* [Introrsum limpida] Aut quia uentrem deducunt, aut leuia, quae uentrem soluant. Conchylia inplentur luna crescente. Tempus dicit, quo bona esse possunt conchylia, quando, inquit, luna subcrescit.

31. *generosae fertil. testae.* [Id est], generosam testam conchylii, id est: non ubique nascitur conchylium.

1) aliis — creditur γ. Metaphoricos, ut: non bene ripae creditur C. rell. om. 3) Quia periculose om. γ. 4) quae ab arbore γ. rell. om. 6) uinum Falernum γ. rell. om. 7) Miscebat -- uentris om. γG,mvaQ. 9) Mendose uitiose γ. rell. om. 10) *uacuis.* Ieiunis γ,C. rell. om Bene — male γ. rell. om. 13) mulsum — melicratum om. γ(G?),mvaQ. — commistio C. 14) incocti, quod et μελίκρατον dicitur C. γ. rell. om. melicratum, μελίκρατον, Veget. R. V. III, 15. (14). 16) profud. irrig. — auro γ,C. rell. om. 18) Si du. mor. al. Si u. s. officium non faciet C. Id est — officium γ. rell. om. 19) *Mitulus* HXIBAC — pisciculi γ. *mitulus et uiles.* pisciculus ex genere concharum nigrarum: enumerat cibos parabileis C. rell. om. 20) *uiles* — pretii γ,C. rell. om. 21) *lapathi breuis* — lilium γ. conf. C. I, 36, 16: *breue lilium. lap. breu. h.* parua, non excrescens in altum. rell. om. 22) *sed albo* — accipe γ. rell. om. 23) coo — insula γ. rell. om. 24) Introrsum limpida om. γ. Aut — subcrescit γ. rell. om. C: *lubrica,* lenia, quae deducunt et soluunt uentrem. 25) *conchylia.* quae implentur luna crescente C. 27) Id est, gen. test. conchylii, id est, *num* u. n. conchilium γ. C: *gen. f. t.* conchylium generosum *non* ubique nascitur. rell. om.

32. *Murice.* Τῷ πορφυρίῳ, quod apud Baias nascitur.†)

melior. Pro *bono.*

Lucrina peloris. Quae in Lucrino sinu nascitur, ubi meliores murices nascuntur quam in Baiano littore; *murex* autem genus est piscis, [ut] *Lucilius* (inc. libr. fragm. 106 ed. Gerl.): *murexque marinus.*

33. *Ostrea.* Genus neutrum.

Circeis. Scilicet nascuntur.

34. *Pectinibus.* Genus piscis.

molle Tarentum. Aut delicatum, aut quia melior est ibi aer, uel quia tingitur ibi purpura.

35. *Nec sibi caenarum quiuis.* Nemo debet adroganter dicere, scire se adparare caenas: etenim ardui artificii, [est eas] easdem diligentius adparare.

temere adrog. artem. Id est: Non facile omnes disponere possunt conuiuium, nisi qui eius nouerint rationem.

Nec satis est cara pisces auerrere mensa. Cara. Caro pretio. *Cara mensa* [ideo] dicitur piscatoria, quia carius pisces quam caro alia distrahuntur.

temere. Mira inrisio.

36. *exacta.* Explorata, considerata.

ten. rat. saporum. Nisi prius saporum perceperit rationem. *ratione.* Difficile percipienda.

auerrere. Auferre, abs*trahere.* in Rostris, ubi piscis caro uendebatur.*)

38. *Ignarum quibus est ius aptius.* Sensus est: Non sufficit, pretiosos mensae pisces inquirere eum, qui ignarus est, quod ius piscibus aptum sit. Atqui assi meliores sunt, ita ut eos satiatus conuiua repetat.

38. *est ius aptius.* Piscibus scilicet, et *est* pro *sit.*

1) Τω ΠΟΛΡΦΥΡΙCO (sic) qu*ae* — πορφύρα? — nascitur γ. *murice Baiano.* qu*i* — nascitur C. rell. om. 2) *melior* pro bono γ. rell. om. 3) Quae — meliores om. γ, qui habet: In lucri*na* peloride (l. in Lucrino sinu pelori*des*,) *optimi* mur. nasc. etc. 4) mur. *capiuntur* C. est autem mur. gen. piscis C. 5) ut om. γ, qui insuper habet glossas: testa ex superioribus. genus est piscis. 11) scire se γ. rell. se scire. artificii *easdem* dil. γ. rell. artificii est eas dil. 12) *ardui* tacite om. Q. 13) Lemma interposui. Id est γ. non *est* f. o. d. pos*se* γ. 14) noue*rit.* rell. noue*runt.* Non — rationem om. (G?Q),mva. 16) aue*rr*ere γ. auferre — uendebatur γ. rell. om. Glossae separatim in codd. Hor. ut E *auerrere.* auferre. cōpa (conparate s. conparatiue) a macel*la* (l. macel*lo*), ubi carissimae (*me*, aut l. carnes) uenduntur. Bφ: aue*rr*ere. abstrahere Bφ. in B, ut in Magd.[2], 1 m. alt. r mut. in t, in aliis, ut St. Victor[2], uar. lect. auer*t*ere a 1 m. adscripta. auerrere pure etiam in HJM Ambr. Regin. auer*t*ere cum glossa *emere* F Bern. C etc. Caro pretio γ. rell. om. 17) mira i*rr*isio γ. rell. om. 18) explorata consid. γ. C: perfecte cognita, consid. expl. rell. om. 19) Nisi — rationem γ. rell. om. 20) Difficile perc. γ. C: quae difficulter percipitur. 22) pretio*sae* γ. rell. pre*tiosos* uel preciosos. 23) gnarus γ. rell. *ig*narus. quod ius *quibus* piscibus γ. 24) ut aut γ. rell. *ita ut.* 25) *est ius ap*tius — *sit* γ. rell. om. conf. C: — nisi prius didiceris, quod ius, quibus piscibus sit aptius ad prouocandum palatum conuiuae *languidi* i. fastidiosi et defatigati nimio luxu. *) care C. Hermann.

†) κογχυλίῳ Hirschfelder. Arist. H. A. V, 15.

39. *Languidus in cub.* *Languidum* uino dixit i. e. bene saturum, recusantem cibos iam fastidio faciente (fastidium patientem?). *Languidus.* Id est, nesciens, quia si secundum qualitatem suam pisces in caenam fuerint apparati, quod etiam fatigatus cibo et ebrius conuiua potest suauitate reuocari ad caenam.

40. *Umber.* Id est, de Umbria aper suauis est; is crassitudine sua lances paene curuat, eas scilicet lances, quae uitiant corpus hominis et iners faciunt, multas atque uarias escas subministrando. *Umber.* A loco, de Umbria. *iligna.* Ab ilice deriuatio. *glande.* Ilicina.

41. *carnem uitantis inertem.* Carnes hominum inertes facientem, quia si multum est aliquis mensae optimae, uitiatur eius stomachus. Aliter. Mensas uitantes inertem carnem, hoc est, pingui et pondere ipso subdentes.

42. *Laurens malus.* De Laurentio solo, scilicet aper ex loco. *malus,* id est, noxius.

uluis. Herba palustris. *Maro* (A. X, 709. 710): *silua Pastus harundinea.*

pinguis. Insuauis.

43. *capreas non semper edules.* Quia per hiemem macrae sunt et non eduntur.

44. *Fecundi leporis.* Aut quia [dicitur saepe] dicuntur ter in anno parere, aut [quia uno coitu concipit] quia dicuntur semper praegnantes esse lepores.

1) Lang. in cubitum — faciente G,mvaQ. om. γ.fh. recusan*te* v. 2) scribendum est: fastidi*um pati*entem. conf. u. 58. — *Languidus* — caenam γ,fh. 3) fuer̄ γ. 6) est γ. rell. om. *is* γ. rell. id est. 8) Umber a l. de Umbria gl. ex γ. rell. om. 9) *iligna* ab il. *di*riuatio γ. rell. om. C: '*Umber et iligna.* a loco, de Umbria *scilicet. iligna. deriuatiuum* ab ilice. Aper autem nutritus iligna glande solidam carnem habet et dulcem.' ilic*ina* γ. rell. om. forma non Latina. ilic*eus* Stat. T. VI, 101, ut siliceus Cato R. R. 18, 3, et ilig*nus* Ter. Ad. IV, 2, 46. Verg. G. III, 330, atque iligne*us* Colum. VI, 3. VII, 6, ut salig*nus* Cato R. R. 20 et saligne*us* Col. VI, 2. IX, 15. contra bomby*cinus* Plin. XI, 22. Iuu. VI, 258. Martial. XIV, 24, 1, et bomby*cius* uel bomby*cias* (Κάλαμος βομβυκίας Theophr.) Plin. XVI, 36. 10) u. 41 habet γ: *uitantis.* al. ui*tian*tis (1 m.). Carnes hominum *et* inertes facien*tes* q. s. m. est aliquis *a*pimae u. e. stomachus. al. — subdentes γ. rell. om. *a*pimae γ. posui *opimae* et addidi *mensae.* conf. Sil. XI, 282. opimus bos Cic. T. V, 34. Diuin. I, 52. dapes Verg. A. III, 224. 14) Laurens — loco γ. a loco. a Laurentio Latii oppido C. rell. om. *malus* lemma interposui i. e. noxius γ. *malus.* noxius C. rell. om. 16) *uluis.* Herba pa*u*lustris — harundinea γ. rell. om. C ulua est herba palustris sic Maro: *Pastus siliquis et arundine longa.* 18) *pinguis.* Insuauis om. γ. 19) iemen γ. 21) di*cun*tur *ter* γ. rell. dic*i*tur *saepe.* 23) quia a. c. concipit delendam glossam puto interpolatam. *fec. leporis.* quia dicuntur lepores semper esse praegnantes. — scholii partem *quia* — *lepores* om. G,mvaQ (unc.).

45. *aetas.* Modus.

armos. [Sumen] pro *lumbis* dixit.

46. *palatum.* [Saporem].

Ante meum nulli pat. q. pal. Nemo ante me ex sapore cognouit. *patuit.* Nota fuit.

47. *sunt quorum ingenium.* Sunt qui in inueniendis tantum crustulis ingeniosi sunt; ideo non satis est idoneus apparator conuiuiorum, qui nouit, quae sunt optimae placentae.

crustula. Placentam tenuem.

promit. Adinuenit et adprobat.

48. *Nequaquam satis.* Non satis. *satis.* Scilicet *est.*

consumere curam. Inridet eum, qui de opere pistorio in libro scripsit, Catius Miltiades.

49. *laboret.* Curet.

50. *securus.* [Neglegens, inscius] Ignarus. *oliuo.* Non curet.

52. *crassi.* Asperitatis, molestiae.

53. *neruis inimicus.* Nocent enim neruis, si inmatura sumantur.

54. *at illa integrum perd. lino uit. sap.* Surrentina. Id est: illa [Nulla] uina perdunt saporem suum, [nisi] quae colantur lino, aut quoniam [quando] linteo quaedam ligata inmittimus condimenta.

54. *lino uitiata saporem.* [Quae premuntur per pannos] Quae colantur pro faece Falerni. *uitiata.* Colata, exsiccata.

56. *Vina, columbino limum.* *Limum* faecem [dixit]. Huius modi enim, quo faces deducuntur omnes.

57. *Quatenus ima petit uoluens aliena uitellus.* *Quatenus* pro *quoniam.*

2) sumen om. γ. sumen pro lu., om. dixit, fhC. om. G,mvaQ (unc.). 3) *pal.* Saporem fh. om. γG,mvaQ (unc.). 4) *Ante* — fuit γ. rell. om. C: *patuit.* nota fuit. hoc est, nemo ante me de sapore *quicquam nouit.* 7) qui*a* γ. 8) opti*ma* placen*ta.* falsa forma tacite inculc. a Q. πλακοῦντες, non πλακούντια. uide S. II, 8, 24: placen*tas.* conf. E. I, 7, 11. Iuu. XI, 59. Martial. V, 41, 3. VI, 75, 1. XI, 87, 3. Cato R. R. 77. *Placentum* ten*ue* γ. rell. om. posui placent*am* tenu*em.* 10) *promit.* Adinu. et approb. γ,C. rell om. 11) Nequaquam — est γ. rell. om. 12) *in*ridet — scripsit *actius* miltiades γ. — Irridet eum quod de opere pistorio in suo libro scribit de se ipso, haec primus inuenit et cognouit *Catius* Miltiades C. rell. om. 14) *laboret.* curet γ,C. 15) *Securus.* Ignarus γ et C, qui addit: vel negligens, non curans, sine cura. rell. Neglegens, inscius. — Non curet γ. rell. om. 16) Asp. mol. omn. libri. C: immaturi et odoris asperi, quia, si asperum fuerit, eius odor neruis est inimicus. G,mvaQ (unc.) non habent scholia ad u. 54 et 55. *neruis inim.* Nocent — sumantur γ. rell. om. 18) Lemma *Integrum perdunt* amplificaui. *syr*rentina γ. rell. om. Id est illa γ. rell. Nulla. 19) suum γ. nisi om. γ. — quoniam (qm̄) γ. rell. quando. quaedam γ. rell. om. mittimus γ. rell. *im*mittimus. 21) Quae pr. p. p. om. γ. Quae col. — exsiccata γ. *lino uit.* per saccum lineum colata C. conf. Porph. 23) dixit om. γ. Huius modi γ. rell. om. 25) Lemma amplificaui, addens *uolu. al. uit.* *Quatenus* pro quoniam γ. rell. om.

Colorem enim amittunt faece mixta [multa], nisi hoc remedio emendentur. [*Aliena:* inuidia,] *Ima* et *aliena* limum et faecem dixit. *Aliena.* Contraria uino *aliena* dixit, id est, superflua. *Vitellus* [superflua] Ipsa oui rotunditas.

58. *Tostis.* Aut frictis, aut assis intelleguntur. *Marcentem.* [Languidum uino uel bene saturum recusantem cibos iam fastidium patientem] Grauatum et fatigatum cibis.

squillis. [Pisciculis], Genus piscis. *potorem:* ebriosum.

59. *nam lactuca innatat.* Id est, acri stomacho obest, lactuca post uinum laedit et acrem facit stomachum. *Innatat* ergo dicit, quia, quicquid non insederit stomacho, laedit: [*Innatat.* Umectat].

60. *perna magis ac m. hillis.* Ita reficitur per has res, per *pernas* et *hillas,* conuiuae stomachus, ut [non] omnia malit, quae uenduntur in popinis mundis. *Hillae* dicuntur *salsa intestina* [hirci]: a *hira* positum est diminutiue *haec hilla.* *Quidam* in diminutione neutri generis esse dicunt, Alii dicunt *farta salsitia.*

61. *Flagitat.* Potor exposcit stomachus.

inmorsus. Pro *morsus.*

refici. Exigit, ut reficiatur inmorsus hac perna.

malit. Potor ipse.

62. *feruent.* Cocta.

1) *mixta* (u. 55: *miscet)* γ. lectio uulg. *multa* prorsus inepta est, multo ineptior autem ac temere propagata: *aliena.* inuidia (!). Ima superflua γ. rell. om. 3) *superflua* uox, quae ad *aliena* spectat, om. γ. Ipsa oui γ. rell. om. 4) intellegun*tur* γ. rell. om. intell*igunt* (in*tel*legunt Q). Languidum — patientem, quippe uerba ex superiore scholio ad u. 39 profecta om. γ. Grau. — cibis γ. *marcentem.* languidum, grauatum uino, et ideo cibos fastidientem C. 7) pisciculis om. γ. Genus — dicunt γ. *squillis.* squillae pisces sunt, quos Graeci καρίδας nominant, aut καμμάρους C. *cammarus* (κάμμαρος) etiam Latinum uocabulum. Plin. XXVII, 3. Colum. VIII, 15, 6. Varr. R. R. III, 11, 3. Iuu. V, 84, aeque ac *caris* (καρὶς) Ouid. Hal. 130. 8) Id est acri stomacho o. l. p. uinum γ. rell. om. 9) non γ. rell. om. 10) insederit stomac*ho* l. γ. recte. conf. *sederit* S. II, 2, 73. rell. ins. stomach*um* laedit. C: '*innatat.* supernatat, *non sub*sidet, et per hoc laedit stomachum, acremque reddit.' — Glossa *um*ectat γ (innatat?) non quadrat, quoniam *humectare* uerbum neque *innatare* sit neque *laedere.* conf. Plin. XXIII, 22 de ui dulcis uini: minus inebriat, sed *stomacho innatat.* Colum. XII, 4: ubi *non innatent,* sed semper sint submersa. Quintil. X, 7, 38: innatans uerborum facilitas. 11) *per* pernas γ. rell. *id est* pernas. 12) *non* om. γ. recte. 13) Hill*a* mvafh. salsa intestina. hir*ri* γ. rell. sa. int. hir*ci.* At uero cum incertus hic cibus mihi in Italia moranti non innotuerit, locus tam exiguae auctoritatis ita emendandus uidetur, aut: salsa intestina. a hira pos. etc., aut: salsa intestina. *Hira positiuus* est, diminutiue *hillae* dicuntur. Ut hanc deriuationem probant et Macrob. Somn. Scip. I, 6 et Festus, qui *intestinum ieiunum* accipit. conf. Plaut. Curc. II, 1, 23, sic praeter cod. γ haud dubie auxilio subit ac praesidio mihi est C: '*hillis. hilla* est deminutiuum *a positiuo hira,* et significat *intestinum salsum,* uel (ut alii dicunt) *fartum* salsitium. Alii dicunt *hil*l*um* in neutro genere ab *hilo* id est *paruo* seu minimo.' γ: '*hirri positiuus* est diminutiuae *hilli* dicuntur. haec *illa* quidam in d. n. g. esse. Ali*a* (sic) dicunt *hilli* siue hil*la* fartata (sic. alt. t expu.) salsicia. Alii sicut ordo *et magis* hillis (h expu.) a pronomine ut sit *quecumque immundis feruent allata popinis* (sic).' 16—20) *Flagitat.* potor — *feruent.* Cocta γ. rell. om.

63. *Est operae pretium duplicis.* Qui adtendit, operam exhibet; qui admouet aures ad audiendum, opera utitur. Huius operae pretium habebit [habetur ab eo], qui audit; proficiet enim multum. *dupl. iuris.* Ex oleo et liquamine constat omne ius.

64. *simplex.* Optima.

e dulci co. oliuo. Γλυκεῖ ἐλαίῳ. conditura.

65. *muriaque* 1. *Muriam* Antiqui dicebant liquamen, et Syrorum lingua sic dicitur. 2. Aqua salsa pro liquamine.

decebit. Oportebit.

66. *alia.* Muria.

Byzant. put. orca. Orca Constantinopolitana.

67. *confusum.* Horatius (Confusio) modo dicit de alio iure. Hoc oleum dulce multiplex ius ipsum mixtumque. Mixtum cum uino et liquamine oleum.

croco. Crocum. Lectum est et *hic* croc*us* et *hoc* croc*um.*

sparsum. Fusum.

stetit. Cesset (Cessarit?) agitari.

addes. Scilicet oleum.

[70. *Tiburtia.* A Tibure oppido.] *suco.* Sapore.

71. *facie.* Specie, pulchritudine.

praestant. Meliora sunt Tiburtia.

uennucula. Uuae genus est, cuius botryones ollis seruari possunt.

ollis. In quibus seruantur.

72. *duraueris.* Seruaueris.

1) *adt*endit γ. 2) Huius oper*is* pr. γ. — ha*bebit* qui γ. rell. habe*tur ab eo.* 4) constat omne ius γ. o. i. const. fh. om. G(Q),mva et C, qui habet: 'dupl. p. iu. id est, iusculi, siue ius celli.' Iuscelli γ. om. G,mvafh. 5) Optima γ. rell. om. 6) *et* dulci — conditura γ. rell. om. e dulci omn. codd. Hor. Bφ cum uar. lect. primae manus: '*al. eduli.*' ex u. 43: *capreas — edules.* ΤΔΥΚeΔeω. conditura. rell. om. posui Γλυκεῖ ἐλαίῳ. De conditura oliuarum conf. Colum. XII, 11, et XII, 7. 7) duo scholia offert γ. Aqua s. p. liq. γ. rell. om. 9) Oportebit γ. rell. om. 10) Muria γ. rell. om. 11) Orca Constant. γ. C: 'Byz. Constantinopolitana. *orca.* olla Graeca, βύζα, seu uasis genus ore angusto in formam καυκαλίου.' rell. om. 12) *Con*fusum — oleum γ. C: dulce oleum mixtum cum mero et muria. rell. om. 15) *croco.* Crocum *lectum* — crocum γ. C: hic crocus et hoc crocum *legitur.* rell. om. graece: κρόκος et κρόκον. conf. Plin. XXI, 6. 7. (cro*con*). Ouid. F. I, 342. V, 317. A. I, 104. Propert. IV, 1, 16. 16) *sparsum.* Fusum γ et C, qui addit: *con*sparsum. 17) *stetit.* Ces*sent* (sic) agitari γ. C: cessau*erit* agitari, feruere. rell. om. 18) s. oleum γ. rell. om. 19) schol. *ad Tiburtia.* om. γ,C. *suco.* Sapore γ,C (succo. sap.) rell. om. 20) Specie γ,C. rell. om. 21) Meliora sunt tiburcia γ. rell. om. 22) ue*nn*ucula γ, ut Ambr. Barc. Bern. C, qui hab. glossam: una seruanda mollis cum melle. ue*nn*uncula Bern. D pure, ut B. uenu////cula φ, uterque cum lect. uar. 1 m. al. u*ennu*cula. rell. ue*n*ucula. conf. Colum. XII, 43. Macrob. I, 16. far *uennu*culum Colum. II, 6, 3. ue*ni*culi Plin. XIV, 2. C: ue*nn*ucula. Uua Venusina; a loco. — botr*i*ones γ. 23) *ollis.* in quibus seruantur γ et C, qui addit: eius botryones. — ser*uari possunt* γ. seruar*entur* fh. rell. om. 24) Seruaueris γ,C.

73. *Hanc.* Uuam. *malis.* Pomis. *faecem.* Conditurus. *ego faecem primus et allec.* Et ego primus inueni, ut allec condito [condimento] misceretur.

74. *piper album.* Hypallage, id est: piper nigrum cum sale albo, id est: ego primus inueni cum sale piper, aut per antiphrasin *album piper* pro sale [albo] posuit, aut [quia] quando teritur, album fit.

75. *Incretum puris circ. catillis. Incretum.* [permixtum] *Incretum* dixit in puluerem redactum. Alii: non permixtum. *puris* aut mundis, aut tersis, aut nil aliud habentibus. (alii) *catillis.* Diminutiue [Deminutiuum a catino].

76. *Inmane est uitium.* Hoc est: emere pretiosum cibum.

77. *Angustoque.* Breui. *uagos pisces.* Epitheton piscium, quibus naturale est, late uagari.

80. *Siue grauis uet. craterae limus adh. Grauis limus,* multae sordis. *ueteri.* Antiquo uasi. *adhaesit.* Quasi et hoc uitio sumpsit. antiquus crater. bonus erat.

81. *Vilibus in sco.* Parui pretii, scilicet habendis.

81 *in scobe. Hic* scobis et *haec* scobis dicitur. Rasura serrarum, quod Graeci dicunt πρίσμα.

83. *Ten' lapides uarios.* [Eclipsis est; *decet* enim supple. *Lapides u.*] Diuersa marmora. Alii mensam uarii marmoris, Plurimi pauimentum uermiculatum, serratum. [*radere:* uerrere].

1) *Hanc.* Uuam γ. uuam Albanam C. Pomis γ. rell. om. Condituris. posui Conditurus. 2) *allec* γ, ut omn. fere codd. Hor. EBφ (uterque cum gl. Porph. *neutro genere*) FHJMPR Genou. S. Germ. Fran. Barc. Bernn. CDF. *aallec* Bern. A. *al*ec Ambr. ut Ald. *ha*lec fh. hoc schol. ut tria praecedd. om. G,mvaQ (unc.). *condito* γ. recte, id est, *uino* Albano. allec autem *condimentum* est. ut faex. conf. Porph. uinum conditum Plin. XVI, 10. conditum sc. uinum ibid. XIV, 16. Lamprid. Heliog. 21 etc., et in sermone familiari et forensi. condi*men*to fh. schol. om. etiam C. 4) Hypallage — inueni sale piper γ. rell. om. 5) antifr. γ. — alb. pip. γ. rell. pi. alb. albo om. γ. 6) quia om. γ. 7) Lemma *Incretum* amplificaui. permixtum h. l. om. γ. Incretum dixit — *non* permixtum γ. Ad *non permixtum* conf. Plin. XXXVII, 6: minium incretum candido pingui, ubi nonnullae edd. habent *creditum.* permixtum fhC. om. G,mvaQ (unc.) habentibus γ,C. rell. om. alii (γ) delendum uidetur. 9) *Di*minuti*ue* γ. *De*minuti*uum a catino* C(G?Q). *Di*m. a cat. fh. om. mva. 10) *Inmane* scripsi cum EBφ Bernn. AC Ambr. Fran. Hoc — cibum γ. rell. om. 11) Breui γ,C. rell. om. uagos — uagari γ. C: ἐπίθετον naturale, pisci*bus enim* nat. est l. u. rell. om. 13) crate*rae* γ, ut omn. fere codd. Hor. praeter φ, qui pure, et B, qui cum rasuris hab. *c*ete*rr*ae, uterque in marg. CRETERRAE. uet. *creterrae.* antiquo uasi C. *uet. craterae.* antiquo ua*se* γ. 14) Quasi et h. u. sumsit antiquus crater. erat bona (cratera). posui *bonus.* sumpsit i. e. in manus, ut Cic. Verr. IV, 27: unumquodque uas in manus sumebat. 16) scilicet γ. rell. om. 17) in scope. hic scopis et hec scopis. — TIRICMA γ. rell. om. posui πρίσμα. 19) Eclipsis — *supple.* Lap. uar. G(Q)mva. sub — *intellige* mva. om. γ,fh. *ten.* supp. *oportet.* Alii — *seliatum* (sic) γ. scribendum sine dubio se*rr*atum cf. Plin. XXV, 8: *folia.* 6: folia lata serrato ambitu, et XXIV, 15. Tacit. Germ. 5: *numi serrati.* Sic *uermiculatus* in loco classico Plin. XXXV, 1: — uerum et interraso marmore uermiculatisque ad effigies rerum et animalium crustis. C: *lapides uarios.* aut mensam marmoream diuersi coloris aut (quod fere omnes nolunt) pauimentum uermiculatum.

81. *mappis.* Scilicet lauandis.

83. *lutulenta rad. palma.* Magis reprehendendus es, si torale habueris sordidum et non bene detersum pauimentum, quam si defuerint tibi pisces et uina optima.

83. *palma.* Pro *scopis* posuit, scopis lutulentis, uel dolabris. *Tyrias.* Pretiosa.

84. *inluta.* Sordida [uestimenta]. *toralia.* Mappas, quia in toris iacentes epulabantur.

85. *quanto cu. sumpt.* [Quanto, inquit, minore labore haec adquiruntur,] Tanto iustius reprehenderis, si non habueris mappas mundas et scopas mundas, quam si non habueris optimos pisces, quos non solent habere nisi diuitum mensae.

86. *Haec habeant.* Munda toralia et mundae mensae.

iustius. Pro *iuste.*

87. *diuitibus.* Pretiosis.

88. *Docte Cati.* Iocatur poeta. Ad Epicureum illum, qui haec omnia conuiuiorum praecepta digessit.

89. *Ducere me.* Memento. Zeugma. *auditum.* Ad audiendum.

90. *memori.* Memorioso.

91. *interpres.* Tu scilicet.

92. *Vultum habitumque.* Pronuntiationem et gestum.

uidisse. Quia uidisti.

93. *Non magni pendis.* Pro *magno ducis. quia contigit* tibi, uidere magistrum exponentem. Desideramus enim, quae nescimus, etiam*) nota contempnimus.

94. *fontes.* Sapientiae. *adire.* Scilicet possim. *remotos.* Ipsum praeceptorem dixit.

95. *uitae.* Ironicos.

1) s. lauandis γ. rell. om. 2) lutulenta — optima γ. rell. om. 5) *palma* — dolabris γ. rell. om. — Tyr. Pretiosa γ. rell. om. 7) inluta γ Ambr. Bern. C. inlůta (o sup. u.). inlota EBφ Bern. AF. Barc. etc. rell. *illo*ta. uestimenta om. γ. toralia — epulabantur γ. rell. om. 9) Quanto — adquiruntur om. γ. 13) Haec — mensae γ,C. rell. om. 14) Pro iust*ae* γ. rell. om. 15) Pretiosis γ. rell. om. 16) Iocatur poeta om. G(Q),mva. C: 'iocatur Poeta in eum Epicureum; qui haec omnia conuiuiorum praecepta digesserat, ad quem se a Catio deduci flagitat.' Ad — digessit γ. 18) *Ducere me.* Mem. zeugma γ. rell. om. *ducere*, deducere C. *aud.* Ad aud. γ,C. rell. om. 19) Memoriosa γ. rell. om. adi Festum s. u. 20) Tu scilicet γ,C. rell. om. 22) Quia uidisti γ. rell. om. 23) contigit: Tibi uidere magistrum. Q (sic). schol. om. fh. — exponentem γ. C: quia concessum tibi fuerit cum uidere et audire *docentem.* Desideramus — contemnimus γ. rell. om. 26) Sapientiae γ. rell. om. *au*dire γ. s. possim γ. rell. om. Ipsum praecept. dixit γ et C, qui om. dixit. 28) Ironicos γ. εἰρωνικῶς C. rell. om. *) etiam *nunc*, uo. C. Hermann.

PORPHYRION.

Catium interrogat caenarum auctorem caenae praecepta.

1. *Unde et quo Catius?* [Hic] *Catius* Epicureus fuit, qui scripsit quattuor libros de rerum natura et de summo bono. Sub eius nomine quomodo in proxima Stoicos, ita in hac Epicureos inrisurus est, qui dicunt summum bonum ἡδονὴν rerum honestarum. Unde Stoici [in] hanc gulae et corporis libidinem criminantur τὴν ἀταραχίαν τῆς ψυχῆς. hoc est, *nihil timere nec cupere* summum bonum esse. Unde *Varro* dicit, λογομαχίαν inter illos esse. Ergo Catium interrogat philosophum Epicureum de caenarum ordinatione et uoluptate, quia Epicurei summum bonum uoluptatem dicunt.

2. *Ponere signa. nou. praec.* *Ponere.* Conscribere, consignare noua praecepta.

3. *Anytique reum.* Socratem significat, quem Anytus accusauit et Melites, quod iuraret μὰ τὸν κύνα καὶ μὰ τὴν χῆνα; quo ostendebat, deum omnibus animalibus iunctum. Huic quoque obiecerant et stupra puerorum, et quod noua prodigia pro diis haberet, quae nulla maiorum religio meminisset.

6. *Quod si interciderit tibi nunc aliq.* *Interciderit* pro exciderit.

7. *Siue est naturae hoc, siue artis.* Siue rationalis, siue naturalis philosophia descendit, uel: siue doctrina, siue ingenio. Εἰρωνεία.

10. *Ede hominis nomen.* Praeceptoristui.

12. *Longa quibus facies ouis erit.* Bene ab initio caenae. Alibi ideo ait: (S. I, 3, 6. 7): *ab ouo Usque ad mala.*

14. *Ponere: n. m.* Adponere, aut existimare.

cohibent callosa uitellum. *Vitellum* oui pars media; et nota, quod cum

PORPH. Quartus Sermo 2.

4) epicur*us* MRG,v. epicur*ius* Bφ. Epicur*eus* afhCQ. conf. infra epicur*os* R. epicureos MBφ, vafhQ(G?). 6) proxim*o* Bφ. proxima*s* sto. R. — *in*ris. M. rell. *ir*r. 7) ηδονην MA2G. spat. uac. rel. R. su. bo. *uoluptatem, hanc* MRABφ2,vafh. *sed* rer. hon. vafh (perperam ref. Q). — in [a]fh. tacite om. Q. 8) την ατάραχιαν της ψυχης MBφ. τ. ἀτάραχίαν τ. ψ. A. spat. nac. rel. R2,va. om. fh. posui ἀταραχίαν (ἀτάρακτος — ἀτάραχος) ex Epicuro ap. Diog. La. X, 82. — nil. 2. 9) esse MRBφ2G(Q). rell. om. — λογομαχίαν MA2G(Q). spat. uac. R,va. dicit *hoc* inter illos *inter*esse fh. 11) epicu*ri* MBφ (epicurei v). 15) meli*tes* M (negl. Q) 2. me*letes* Bφ,v. Mel*itus* afh(G?Q). conf. Acr. 17) obiecer*unt* RBφ. rell. obiecer*ant*. 18) d*ii*s MR2,vafh. dis Q(G?). 21) siue rationa*lis* s. natura*lis* MRBφ2,v siue *moralis*, siue naturalis philosoph*iae dicit* afh. siue *e* rationa*li* siue natur*ali* philosophia descendit Q. Vulg. lectio bene defenditur ex C: '*optima es memoria* et naturali et artificiali; εἰρωνεία.' sunt ergo sic intellegenda: siue rationalis s. n. ph. descendit ex Catio i. e. ex Catii memoria. 22) ειρωνια MG. εἰρωνεία 2,CfhQ. Ironia va. spat. uac. R. 23) Hoc et seq. schol. om. Q propter sedum mutationem. 24) Alibi ideo M,v. *ut* alibi 2. *ita et* alibi fh. *alibi*, om. ideo uel ita et, a. 27) *c. c. uit. a* uitellum M(H).

hic masculino genere dicat, alibi feminino, sic (u. 57): *Quatenus ima petit uoluens aliena uitellus,* et anaphora ad pullum.

20. *Pratensibus optima fungis. aliis male creditur.* Propter uenenum; dulces sunt enim de prato.

28. *Mitulus et uiles pellent. Mitulus* piscis uel concha maris.

29. *non sine Coo.* Vinum a Coo insula. *Breuis* [supra] significat *non diu uigens,* ut [*Verg.*] supra (C. I, 36, 16): *breue lilium.*

30. *inplent conchylia lunae.* Dicuntur enim crescente luna inpleri, minui decrescente.

32. *Lucrina peloris.* Non dicit: melior est Lucrina peloris quam murex Baianus, sed dicit: quam murex Baianus melior peloris: sed ita Lucrina peloris est melior muricibus.

34. *Pectinibus patulis.* Natura *patulis,* ut *Verg.* (B. I, 1): *patulae sub tegmine fagi.*

37. *piscis auerrere mensa.* Mensam piscatoriam [caram] dicit. *Auerrere* [autem] abstrahere, auferre.

39. *Languidus in cub. iam se conu. rep.* Id est: qui iam ebrius iterum eorum sapore inductus caenare uelit; ut alibi (C. I, 27, 8): *et cubito remanete presso.*

41. *carnem uit. inertem.* Pinguem.

43. *non semper edulis. Edulis,* quas edere uelis.

capreas. Pro haedis; et est amphibolia, aut: *non semper submittit,* aut: *non semper edulis.*

44. *Fecundi leporis sap. Fecundum leporem* [aut] ideo, quia semper *praegnans* dicitur (est). *Sapiens* hic a sapore, non a sapientia.

47. *crustula promit.* Opus dulciarii.

51. *Massica si caelo suppones.* Quae cras poturus es. Et ostendit actionis genus.

53. *odor neruis inimicus.* Quia si inmaturum fuerit, neruis nocet.

54. *lino uitiata saporem.* Per saccum colata.

2) *et* MAR2,va. om. fh. *est* Q. anafora M. anachora v. anchora a. rell. anaphora. — pul*sum* va. 3) enim sunt Bφ. 5) Mit*i*lus afh. bis. M*i*ti*ll*us — mitilus v. 6) Hoc schol. in omnibus libris uitiatum legitur, mutata sede uocis *supra,* pro qua inferius *Verg.* (Vergilius M) exstat, in quo illa uerba non leguntur. — signif. om. afh. signific*auit* v. Potest locus et sic emendari: *Breuis* ut supra significat *non diu uigens* (C. I, 36, 16): *breue lilium.* 8) i*m*pl. M in lem., *in*pl. in scholio. Dicuntur *conchilia* acc*resc.* fh. dicuntur enim cr. MRG(Q). dicuntur *accr.* a. dicuntur *A*cresc. (a cr.?) v. 13) Natura patulis MRA2G(Q). Id est, Os aperientibus. om. va. 15) pisc*is* aue*rr*ere mensa MR,v. pisc*es* aue*rt*ere mensa afh. — caram fh. rell. om. 16) autem fh. rell. om. 18) *ita et* alibi fh. *et* alibi va. rell. *ut* alibi. 21) ed*i*lis v. 22) amphibolia MRA2,v. amphibologia a. ἀμφιβολογία fh. — *sub*m. R. rell. summ. 24) *aut* libri. *quia* MR2Bφ(G?Q). *quod* vafh. 25) *est* Bφ. rell. *dicitur.* — non a sap. om. Bφ. 26) op. dulc. om. Bφ. 27) poturus *est* M(H). *Ach*ionis gen. v. *Al*conis genus afh. 30) co*ll*ata fh.

59. *lactuca innatat acri.* Hinc apparet, apud Veteres ultimis mensis lactucam dari solitam.

65. *pingui miscere mero m.* *Pingui mero,* musto; *miscere* [autem] temperare.

68. *Corycioque croco sp. st.* Aut proprie *croco,* aut pro uino *crocum* posuit, ut *Verg.* (G. I, 56): *croceos Tmolus odores.*

73. *faecem* (?). Condimenti genus sic adpellatur.

et allec. Nota, [quod] *allec* neutro genere dixit.

75. *Incretum.* Non cretum.

81. *Vilibus in scopis, in mappis.* *Mappas* Antiqui dicebant, quae nunc *mantelia* dicimus. [unde] *Lucilius* ait (ex inc. libr. fragm. 103 Gerl.): *et uellit mappas.* Et ait: quanto in his exiguus est sumptus, tanto culpandi facilis offensus.*)

83. *lapides uarios.* Marmora dicit.

95. *queam uitae praec.* Ironicos totum.

1) la*ttu*ca — la*tt*ucam R. innatat a*g*ri M. *Hic* app. fh. 3) mu*lso* afh. autem om. MR2. abstr*ae*re R. miscere i. temp. Bφ. 5) Aut proprie croco aut pro uino crocum posuit MA2. *ut* proprie, croce*o* genere dixit fh et a (croco), *aut* pr. croco genere dixit v. co*ritioque croco.* aut pro uino crocum posuit R, om. Aut pr. croco. *Cotinoque croco* v. 6) croceus ut molos M. croce*us* ut *Th*molus R. croce*os* ut *Tm*olus A2 (*Thm*olus). locum Verg. om. vafh. *Tm*olus Seru. et Probus. *Molus* Ribb. conf. Fleckeis. ann. LXXVII, 195. seqq. 7) sic appellatur om. 2Bφ. totum hoc schol. et sequens om. C. 8) allec MR, qui habent: *Et allec* nota *allec* neutro genere dixit. *faecem* cond. gen. sic appellatur. *quod* tacite inc. Q. Vitium scholii altius latet; nam reputandum est primum, non faecem sed allec esse *condimentum,* deinde non faecem solam sed *faecem et allec* adpellari condimenti genus. Lemmate amplificato omnia sunt clara: *faecem — et allec.* Condimenti genus sic adpellatur. Hanc scholii partem habent vafh, alteram abiecerunt. In hanc *Nota* uocabulum intrauit ex margine ueteris libri, ubi Grammatici, qui indices (Register) conficiebant et nomina propria et adpellatiua rarioris usus aut uerbo *Nota* aut eius siglo N, cuius uariae exsistebant formae, significare i. e. notare solebant. Rem tetigi in libello de codice Barc. p. 31. Quae cum ita sint, hoc scholion euadit, sublato etiam superfluo lemmate *et allec*: Allec *n*eutro genere dixit. Sic hoc difficile scholion digestum et constitutum est. Bφ: *allec.* condimenti genus. neutro genere. 11) d*i*cimus 2. rell. om. mantelia MAG (1 m.), Q. mantilia R2,Bφ, (uterque cum gl. mantelis) vafh. C nihil habet nisi glossam: *mappis.* lauandis. mantele. Plin. VII, 2. Verg. A. I, 702. G. IV, 377. Martial. XII, 29, 12. XIV, 138. conf. Isidor. Orig. XIX, 26 etc. Saepius his locis in codd. e in i mut. — *unde* tacite inculc. Q rell. om. — *ait* h. l. delendum uidetur. 12) uel*lis* M. et uel*li* RG. euelli A. rell. *et* uellit. *n*appas M. 15) εἰρωνικῶς *hoc* totum fh. rell. ironicos totum, om. *hoc.* *) quanto *magis* — facil*ius* o. C. Hermann.

SATIRA II, 5.

ACRON.

Inducit Ulixen interrogantem Tiresiam, quemadmodum possit reparare patrimonium, quod perdidit per procos. Secat hoc loco heredipetas.

1. *Hoc quoque Tiresia.* Inducitur persona Ulixis ad Tiresiae umbram loquentis apud inferos, quomodo amissas opes repar[ar]et; et hoc ex Homeri Odyssea sumptum [est]. Illud [autem] agens artem heredipetarum lacerat. [Tiresiam quoque multa dixisse ait praeter narrata. *praeter narrata.* Praeter ea, quae mihi dicta sunt a te.]

Hoc quoque. Ut alia.

2. 3. *quibus am. rep. q. res Artibus atque modis.* Quibus generibus haereditates captentur, edocet.

quid rides? Ulixes. *Iamne.* Hoc Tiresias.

3. *doloso.* [Tibi astuto, uel ingenioso.] Astuto tibi, Ulixes.

5. *O nulli quicquam mentite.* Hoc Ulixes. O ueridice.

6. *te uate.* Te uaticinante.

7. *pecus.* Grex.

7. *Aut apotheca procis intacta est.* Id est: maior necessitas est conparanda substantiae; omnia, inquit, procorum turba consumpsit. Omnia contempnuntur praeter pecuniam, nisi nobilitatem fuerit comitata substantia.

ACRON. Inscriptione carent γE Ambr. Bern. A aliique. VLIXES Bern. C (rubr.). VLIXIS AD (sic) Fran. Par. B, in quo nona satira neque inscriptione neque uel maiore lit. initiali indicata est. in marg. a 1 m. literis minoribus scripta habet haec: *hic introducitur ulixes* (= φ), 2 m. addidit: ad teresiam uatem loquens. Contra φ offert inscriptionem cum lit. initiali maiore rubra: VLIX*ES* AD TYRESIAM VATEM. Haec inscriptio frequentior in codd. Hor. uariae aetatis. VLIX*IS* AD TERESIAM VATEM b et Parr. 8223, Notre Dame. VLIX*IS* AD TRISERIAM VATEM. (sic) P etc. Quomodo hereditas captatur docet I. Inducit ulixem umbram tires*ii* apud inferos interrogantem H. Egloga quinta O.

6) Inducit — heredipetas γ. rell. om. 8) teresia γBφJN Sorb. Ambr. Barc. Bern. A, in aliis, ut O, e mut. in i. alii, ut IMP St. Germ. Bern. C t*y*resia. 9) repa*ret* C, qui habet: Ulyssis persona Tiresiae umbram *allo*quentis ap. inf. *interrogantisque* q. am. naufragio et per procos opes reparet. *Quod* ex Hom. Od. sumtum est. Horatius autem *quasi aliud agens* et haeredipetas lacerat *et quibus modis haereditates captentur edocet* etc. 10) est om. γ. autem om. γ. — *Illud* agens va. *Aliud* agens γ. rell. Aliud *autem* agens. 11) Tiresiam — a te om. γ, qui habet: teresi *animam* multa dixisse ait praeter *naturam*. Tiresiam *nam* — *naturam* mva. — ait *eum* vafh. 13) Ut alia γ. rell. om. 14) *qui*bus — edocet γ,C. rell. om. 16) Tibi a. u. ingenioso om. γ(G?Q),mva. Astuto — Tiresias γ. rell. om. 18) *quid* — Tiresias γ. rell. om. 19) *O nulli* — ueridice γ. rell. om. 20) Te uaticinante γ,C. 21) Grex γ. rell. om. 22) compara*nda* γ. rell. compar*ata*. 22) Omnia — substantia γ. rell. om.

8. *et genus et uirtus.* — — Certe et genus et nobilitas sine patrimonio uilis est. *uirtus.* Sapientia. *re.* Substantia.

9. *Quando.* Quia. Tiresias. *missis. ambagibus.* Commissis multis uerbis. aperte.

9. *Quando pauperiem.* Id est: remotis [omnibus] difficultatibus accipe, quomodo diuitias conpares.

10. *qua ratione queas ditescere.* Docet, quomodo potest (l. possit) aliquis diues fieri.

11. *Siue aliud priuum dabitur tibi.* *Priuum* est, (ἰδιόκτητον? —) quod uniuscuiusque proprium est, et alterius non est. Legitur et *primum*, ut *prima poma*. *Priuum* autem est, quod unius est; unde et *priuilegium*, ut hoc *Plautinum* indicat (fragm. 49. Vol. II, p. 447. Bothe): ***Cilix, Lycisce, Sosio, Stiche, Parmeno, exite et ferte fustes priuos in manu.***

13. *cultus.* Bene aratus, diligentiam nactus.

13. *honores.* Foetus.

14. *Ante Larem gustet.* Ante [te et tuam uxorem] deos Penates, id est, antequam primitias Laribus tuis offeras, mitte [munera] diuiti, qui [scilicet est] ipsis diis uenerabilior.

diues. Scilicet *est.*

15. *sine gente.* Ignobilis, sine nobilitate. *Sine gente libertini* dicuntur, unde e contrario *ingenui* et *generosi,* qui originem habent (nobilem?).

15. 16. *cruentus sang. frat.* Parricida. *Fugitiuus.* Aut quia *sine gente*

1) *Et genus.* Al ore (?) ne dicatur ei et quare contentus non es. || Certe — est γ. rell. om. 2) Sapientia γ. rell. om. Substantia γ. rell. om. 3) Quia. Tiresias γ et C, qui addit: *ad Ulyssem.* rell. om. *Com*missis — aperte γ. *om*issis multis uerbis, accipe, quomodo diuitias compares. rell. om. 5) omnibus om. γ. 7) Docet — fieri γ. 9) Siue *aliud* γ et omn. fere codd. B in marg. a prima manu: *al. ut.* Siue *aliquid* G,mvafh et Q (in Porph. scribens *Siue aliud*). pri*uum.* quasi priuatum. al. pri*mum* γ (in Hor.). pri*mum* pure in EP. Scholion in γ (qui in marg. posuit PRIVVM): 'Priu*am* IMeTαTON (ἰδιόκτητον?) OeNITINIα (οἰκεία? ἴδια?) NeITSOΘ eN Ꝁ (sic). *Priuata* quod uniuscuiusque' et q. seq. C: '*priuum.* quasi priuatum et proprium, τὸ ἴδιον: cui opponitur *publicum,* quod est uniuscuiusque, et non proprium alicui. *Plaut.* Cilix, Lycisce, Sosio, Stiche, Parmenso, exite et f. f. p. in manu. hinc priuilegium.' 12) γ: cilix licisce sosi ostice parmeno exite etc. γ. rell. om. 13) priu*us* γ. 14) *cultus* – nactus γ. om. C(G?Q)mva. Bene aratus fh, om. dil. nactus. 15) Foetus γ. conf. C, qui om. lemma *honores.* rell. om. 16) Ante *deos penates* γ,C. Ante *te et tuam uxorem* fh. om. mva(G?Q). 17) munera C. rell. om. qui est ipsis *scil.* diis γ. qui est ipsis diis *scil.* mva. qui *scil. est* ipsis *dis* fhQ. 19) Scilicet est γ. rell. om. Fieri autem potuit, ut haec glossa in scholion praecedens transponeretur. 20) Sine — habent γ. rell. om. addendum est *nobilem.* conf. Cic. Verr. V, 70: genus nobile. Ouid. H. XIX, 147: Nobilis ille quidem est et *clarus origine.* Plin. XV, 14: originem *habere ab.* conf. Verg. G. III, 473: cunctamque ab origine gentem. Nep. Att. 1: ab origine ultima stirpis Romanae generatus. C: *sine gente.* ign. s. nob., *libertinus*; nam sine gente libertini, contra ingenui, generosi dicuntur et gentiles, quod sint ab una gente, hoc est, stirpe et origine.' 22) parcida (sic) γ. parricida C,fh. om. (G?Q)mva. *) ἰδιότητα? ἰδιωτικόν? Hirschfelder: ἰδιότροπον.

dixerat, aut quoniam [quod] *sanguine fraterno cruentus,* [ita] ut propter scelera patriam deseruerit.

16. *fugitiuus.* Seruus.

17. *exterior.* Sinisterior, in sinistra parte positus.

ire recuses. Ut ille sit medius.

18. *utne.* Ulixes. *spurco.* Seruo. abiecto nescio quo. [Sunt autem Ulixis uerba.] Velut indignans Ulixes. Dama nomen cuiusdam indigni.

19. *Ergo.* Tiresias.

19. *certans semp. mel. Certans* datiuo casui iungitur, ut *Maro* (B. VIII, 55): *Certent et cycnis ululae,* et (B. V, 8): *solus tibi certet Amyntas.*

20. *Fortem hoc animum.* Id est: his inpero hoc facere, qui possunt omnia tolerare.

tolerare iubebo. Ut tegat spurco Damae latus, ac si diceret, aut subeundum dedecus, aut amplectenda pauperies.

21. *Et quondam maiora tuli.* Hoc idem Ulixes, ut (A. I, 203): *O passi grauiora,* et Item (Hor. C. I, 7, 30): *o fortes peioraque passi.*

21. *protinus.* Cito.

22. *aerisque.* Multam pecuniam.

ruam. Eruam[, congregem].

23. 24. *captes ast. ubique Testamenta senum.* [Ut senes te faciant sibi succedere heredem]. Id agas, ut senex testamento suo te faciat heredem.

24. *uafer.* Urbanus, astutus.

Astutus. In malis dicitur *astutus, acutus* in bonis, ut *Scipio acutus, astutus Hannibal.*

25. *Insidiatorem praer. Insidiator* enim est ille, qui non honoris causa fert primitias et quae[cum]que bona, sed captandae gratia hereditatis.

p. fugerit hamo. Id est: consumptis et perditis [omnibus] tuis, alium

1) quo*niam* γ. rell. *quod.* — ita om. γ(G?Q). cruentus *et* pr. sc. pa. dese*ruit* mva. C nihil habet nisi: *fugitiuus.* seruus. 3) Seruus γ,C. rell. om. 5) ire recuse*t.* Ut — medius γ. rell. om. 6) Ulixes γ. rell. om. seruo. abiecto nescio quo γ. C: abiecto, nescio cui, seruo. Sunt autem Ulyssis *tamquam indignantis* uerba. Sunt — uerba om γ. 7) Velut ind. Ul. Da*mma* — indigni γ. rell. om. 8) Tiresia γ. rell. om. 10) cygnis omn. libri. posui cycnis (Ribbeck.) ut C. IV, 2, 25 et 3, 20. K corr. priore loco et cod. Porph. M habet ad C. II, 20, 9 et III, 28, 15 (oloribus). conf. Wagner p. 423 et varr. lectt. ad Verg. E. VII, 38. 11) Id est — tolerare γ. rell. om. 13) Ut — pauperies γ. rell. om. 17) Cito γ. rell. om. 18) Mult. pecu. γ. rell. om. 19) congregem om. γ, ut Porph. eruam *et* congr. C. 21) Id agas — heredem γ. rell. Ut — heredem. 23) In malis — *ani*bal. γ. rell. om. 25) Insidiator enim est ille γ. insidiatorem *dicit* qui, om. *cum,* v. rell. Insidiatorem eum dicit. 26) quaeque γ. rell. quae*cum*que. sed capt. gr. her. γ(G?Q). sed gr. capt. her. fh. 27) cons. *turdis* tuis γ. Cum turdi, siue sint aues (E. I. 15, 41: *si qui comedunt bona,* cum sit obeso Nil melius turdo), siue pisces (Plin. IX, 15. XXXII, 11. Colum. VIII, 16), h. l. non quadrent. posui *cons. et perditis tuis* pro lect. uulg. cons. *om-*

feceris haeredem. Metaphora a piscibus, qui cum semel euaserint hamum, [in retia non facile incidunt] retia forte non incidunt. *fugerit.* Quia dixerat *captes. praeroso.* Non praeroso hamo, sed esca praerosa alium fecerit haeredem.

26. *spem deponas, aut artem inlu. omittas.* *Vergilianum* illud (A. VI, 95): *Tu ne crede malis.*

27. *certabitur.* Inpersonaliter, hoc est: in certamen ueniet. *olim.* Quandoque, hoc est: si aliquando res in certamen uenerit.

28. *Viuet uter locuples.* Considera, qui est locupletior.

inprobus ultro. Quamuis sit inprobus, quamuis peiorem habeat causam, tamen ipsum tu defende. Sensus: Quicumque de litigatoribus diues et sine filiis fuerit, eum defende, etsi rogatus non fueris, ut ei adsis. *inprobus.* Qui malam causam habet e contrario.

29. *Qui meliorem audax uocet in ius.* Iustius contendentem, meliorem causam habentem.

29. 30. *illius esto Defensor.* Id est: et te adiunge, qui audax ad iudicium deuocat meliorem.

30. *priorem.* Meliorem.

31. *Sperne.* Contempne ciuem [utrum]*) bonum, et qui causam bonam habet.

32. *Quinte puta.* Hoc dicit, ut accedens non nomine, sed praenomine, honorifice adpellet. *puta.* Sic eloquere.

34. *anceps.* Epitheton iuris. Id est, con(tro)uersum, uel obscurum, quod potest utrique parti prodesse pro ingenio interpretantis, id est, iuris periti.

35. *Eripiet quiuis oculos cit. m.* Id est: facilius patior, me omni labore torqueri, quam te pretium nucis amittere.

nibus tuis. conf. C: *praer. hamo.* metaphora a piscibus, quod apte subdit, quia dixit: *captes.* praeroso hamo, id est uorata esca, *consumtis tuis et perditis muneribus.* Alii putabunt *omnibus* ortum ex *muneribus* et scribent: *cons. muneribus tuis* uel: cons. *et perd.* mun. tuis.

1) metaf. γ. 2) retia forte non incidunt γ. *in* retia *non facile* incidunt fh(G?)Q, qui uncis incl. Metaphora — adsis. Totum hoc schol. et sequentia usque ad u. 30 (*priorem*) om. mva. *Qui* dixeras captes γ. rell. om. 3) *praeroso.* Non *prae rosa.* alium fecer*it* heredem γ. rell. om. 5) Verg. — malis γ. *spem deponas.* iuxta illud Virgil. Tu ne cede malis C. rell. om. 7) *certabitur.* Inpers. — locupletior γ. similiter in C. rell. om. si res alicuius in certamen et litem uenerit C. 11) tu γ. rell. om. — de γ. rell. e. 12) *etiam non* rogatus C. 13) Qui — contrario γ. rell. om. 14) Iustius — habentem γ. rell. om. 16) Id est — deuocat meliorem γ. rell. om. 19) Contempne — habet γ. rell. om. 20) Quincte C. Ut hoc dicat accedens γ. Hoc dicit, ut acc. rell. C: *Sic ei loquere* honorifico praenomine. 21) Sic eloquere γ. rell. om. 22) Epitheton iuris γ et C, qui addit: quod *incertum* est, nunc propter ἀμφιβολίαν, nunc propter ἀντινομίαν. *conuer*sum γ(G?Q)vfh. scribendum est con*tro*uersum. Cic. Diuin. II, 50: id sumere istos *pro certo,* quod *dubium controuersumque* sit. *Conuersa* dicitur *fortuna* Nep. Att. 10, et *mens* Caes. B. G. I, 41. *Conuersum* autem non est *incertum,* sed *muta*tum. 23) id est iuris periti γ. rell. om. 24) facili*or* uel *us* γ 1 m. — pati*a*r a. 25) p̄tium γ. *per*tium v. par*tem* afh, pretium GQ. *) Pro *utrum* ego posui *ciuem* (Hor.), C. Hermann. tempt. *alterum.*

36. *quassa nuce pauperet.* Id est: nuce fracta fraudet, spoliet, priuet.

37. *neu sis iocus.* *Iocus*, ludibrium. Ne sis ludibrio et facile perdas. Alias: Ne sis contemptibilis, quia possis inuadi; nam loca uacua facile inuaduntur.

37. 38. *atque Pelliculam curare.* Iube, eum corporis sui habere curam.

38. *cognitor.* Defensor. Dicit: esto patronus causae.

39. *Persta atque obd.* Permane, [et] perseuera.

rubra. Ardens.

[*canicula.* Pro feruore aestatis]. *findet.* Nimio calore.

40. *Infantes.* Mutas, quae loqui non possunt.

40. 41. *seu pingui tentus omaso Furius.* *tentus.* Distentus, refertus, saturus. *omaso.* Omento. Distentum Furium dicit omaso, aut edacem, aut sordidum, — *omasum* dicitur intestinum bubulum, — aut carne pingui i. e. bubula. *Furius Viuaculus* in pragmatia belli Gallici: *Iuppiter hibernas cana niue conspuit Alpes.* Aliter: *Furius* poeta inmanis uentris, qui niuem *spumam Iouis* dixit; ideo hoc eius personae dedit, quasi ipse spuat, ac per hoc etiam, si hiemps sit, noli praetermittere. *Furius hibernas.* Adde: *Iuppiter.* Dicentem Furium carpit. *hibernas.* Frigidas.

[42. *Nonne uides aliquis.* Aliquis te prope stantem tangens cubito dicat: nonne uides ut patiens?]

43. *Inquiet.* Dicat. *ut patiens.* Id est, quam, quemadmodum patiens. *ut amicis.* Quam. *ut acer.* Quam fortis.

44. *thynni.* Pisces. *caetaria.* Officina, in qua liquamen conficitur. || (Lucra) *caetaria* dicuntur proprie loca, in quibus salsamentaria fiunt.

1) *qu*assa γ. et omn. fere codd. *ca*ssa mvafh et edd. Horatii. Id est γ. rell. om. — priuet γ. priuet, fraud. spol. C. rell. om. 2) *neu* γ in lem. ut codd. Hor., *ne* in scholio. *l*ocus γ Ambr. et uar. lectio in marg. φ. litt. i et l saepius confundi supra diximus. 6) Dicit: esto pat. causae γ. esto patronus, sis causae defensor C. rell. om. 7) et om. γ. 9) Pro feru. aest. om. γ(G?Q),mvaC. *findet.* Nimio calore γ,C ad *rubra.* ardens nimio calore. 11) Lemmati addidi u. *Furius. tentus* — saturus γ,C. rell. om. Omento γ et C, qui addit: omasum est intestinum bubulum. rell. om. conf. Plin. XI, 37: intestina pingui ac tenui omento teguntur. Cels. IV, 1. gr. ὑμήν. Omas*us* vafh. rell. Omas*um.* neutr. gen. conf. Plin. VIII, 45. XXVIII, 10. 14) *Viua*culus γG,mvC. *Biba*culus afhQ, qui adfert Med. *bin*aculus. Hoc loco Furius non *bibax*, sed *edax* apparet. conf. Acr. ad S. I, 10, 36 et quae ibi disputaui. 16) spum*as.* γ. conf. Cic. Verr. IV, 66. Verg. A. I, 35: spumas salis i. maris. Nonius 380, 20. Seru. A. II, 209. dixit omn. libri. recte. Q inculc. di*cit.* dedit om. γ. dedit a *dedere*, non a *dare.* 17) ac — praetermittere γ. rell. om. 18) Adde iuppiter γ. rell. om. C habet in uersu *Juppiter* pro *Fusius*: '*Fusius Viuaculus* in pr. b. g. *sic exorsus est*: *Iuppiter* — *alpeis.* dicentem furium γ. rell. om. adiunxi *carpit.* frigidas γ,C. 19) Nonne — patiens om. γ. te prope fh. prope te mva. prope se C, qui pergit: st. tang. cub. dic*et*: nonne uides, *quam* patiens *frigoris?* te del. (G?)Q. totum schol. om. γ. 21) Dicat γ. rell. om. conf. schol. praeced. Id est — fortis γ. rell. om. 23) *thy*nni, gr. θύννοι Lucian. Tim. 22. Appian. Halieut. III, 631, usitatior forma quam *thu*nni Latina (Ouid. Halieut. 98), uel *tun*ni, ut habet C cum scholio: 'pisces delicati: metaphoricos

45. *in re.* In magno censu, in substantia diuitis.

46. *sublatus.* Susceptus, natus.

47. *Caelibis.* [Id est, hominis sine liberis.] Quasi, pro orbo. *obsequium.* Quod in caelibem inpendis.

nudet. Prodat, ostendat captatorem haeriditatum. *leniter.* Paulatim. *in spem.* Adeundae haereditatis. Paulatim in eius amicitiam serpe, ne te prodat manifesta blandities, et patrimonii causa id facere uidearis, *ne te obsequium nudet,* id est, nudum reddat obsequium.

48. *Adrepe.* Inuade, προπέρπίσον.

48. *scribare secundus.* Ut substituaris.

49. *egerit.* Inpulerit, coegerit, παραπέμφοι ἔθανοι.

50. *In uacuum uenias.* Ex asse haeres fias, in inritam aut in uacuam possessionem.

[*perraro haec alea fallit.* Ut in cassum ueniant.] *Alea.* Ars. *fallit.* Id est: non multos saepe ista frustrantur.

51. *legendum.* In quo te quis facit haeredem, ne mortem eius cupere uidearis.

53. *Sic tamen, ut limis rapias.* Obliquis oculis raptim legas, statim legas.

phoricos pro senibus diuitibus', in omn. meis codd. aut cum *th.* scripta, ut in γ et Ambr., *thy*nni, uel *thi*nni EBφHJM (chinni) O Bernn. CD, aut cum t, uel *ty*nni Bern. A. Fran. Parr. F Sorb., uel *tin*ni Barc. Bern. F Parr. IPR Genou. St. Germ. etc. Babington ad u. *thy*nni ne semel quidem adnotauit t*hu*nni, *ci*oni tantum ex Harl. ϑ·cruens. conf. Plin. IX, 15. Martial. X, 48, 12. Pisces γ et C *in altero scholio* qui addit: pro hominibus. rell. om. — *caetaria.* Officina — conficitur γ(G?Q)mv (*caetera* off.) afh. c*ae*taria γ Barc. Bern. C a κῆτος κητάρια. rell. c*e*taria. — liquamen Colum. VI, 2, 7. VII, 4, 7. om. C, qui habet: '*cetaria crescent.* tuae res hoc modo augebuntur, et (id est?) commodum. Cetaria loca sunt *iuxta lacum,* ubi cete (l. κήτη), tynni, et alii pisces capti saliuntur' (lege aut *aluntur* aut sali*unt* pro *ueneunt,* conf. Propert. IV, 5, 51). *Lucra* (sic) caetaria γ. rell. om. dicuntur — fiunt γ. rell. om. Verba *Alias.* loca, in quibus sals. fiunt, cetaria dicuntur. Sensus est: Venatus hominum tibi deesse non poterit, quia dixerat: *Praeroso fugerat hamo* om. γ,(G?Q)mva.

1) in re. in magno *sen*su — diuitis γ. in *amplo cen*su etc. C. rell. om. 3) Id est — liberis om. γ. — liberis. ludit fallit G,mva (ludit fal.). uerba ad u. 50 pertinent: *fallit.* Ludit. — Quasi pro orbo γ. *caelibis.* caelebs pro orbo capitur C. rell. om. 4) Quod in celibem inp. γ. *obsequium.* officium quod in caelibem impendis C. rell. om. 5) Prodat — hereditatum γ. prodat *te et* ost. capt. haer. C. rell. om. — paulatim γ. pau*ll*atim C. rell. om. 6) adeunde — her. — obsequium γ. *in spem.* haereditatis. *adrepe.* προσερπίσον, serpe in eius amici*tiam,* ne te prod. — uidearis C. rell. om. amiciti*as* γ. 7) ne te — obsequium γ. rell. om. 9) Inuade. πρ. γ. conf. C. rell. om. 10) Ut subst. γ,C. rell. om. 11) inpulerit, coegerit ΠΑΡΑΤΙεΜφοιεΔασοι γ. coegerit, impulerit mori C. rell. om. 12) Ex asse her. fias — possessionem γ. in possessionem uacuam haerede et ex asse haeres fias C. rell. om. 14) Ut in ca. ueniant (fh) om. γ, (G?Q)mvaC. — Ars γ,C. rell. om. 15) Id est non mul*to se*pe ista frus*ta*ntur γ. *fallit.* paucos frustratur C. rell. om. 16) In quo — uidearis γ. rell. om. 18) statim legas γ. rell. om.

53. 54. *quid prima secundo Cera uelit uersu.* Id est, prima tabula, pars tabularum. *secundo*, quoniam in secundo uersu haeredes instituuntur. Prima cera secundo uersu haeredis continet nomen.

54. *multisne cohaeres.* Deest *sis*.

55. *recoctus.* Denuo factus, uel saepe factus (refectus), astutus. *Recocti* dicuntur scribae, qui saepius cum proconsulibus ad prouincias missi exercitatiores facti sunt ex ipsa frequentia[, ex] et ipso usu. Solent autem quinque uiri mitti; inde ex *quinqueuiris*. Ergo hoc uult dicere: caue, ne sic captes, ut in impostorem incurras, qui te specie institutionis inrideat. [Aliter:] Scribae ibant in prouinciam cum magistratibus, et cum redissent, uendebant decurias suas et *quinqueuiri* dicebantur. Quod si uoluissent iterum pro magistratibus adparere et fructus priores percipere, [*re*]*cocti* dicebantur, quique saepius hoc factitabant, *recocti*.

55. *percurre.* Perlege. *plerumque.* Saepe luduntur a [te statu, re hi,] testato rem qui sperant.*)

56. *coruum deludet hiantem.* Homo exercitatus facile inludit auidos et appetentes rei alienae. Et perstringit fabulam *Aesopi*, quae est talis: Coruus cum praedam ore portaret, laudatus a uulpe, quod bonam uocem haberet, clamare occipiens omissam praedam perdidit. Et recte dixit *coruum*, qui mortibus pascitur.

Coruum. Socerum senem. *hiantem.* Coruum dixit hiantem haeredipetam. *deludit.* Decipit. Ideo autem *coruum* dixit, quia corui semper esuriunt.

57. *Captatorque.* Heredipeta. *dabit.* Pro *dedit.*

1) *Quid* — instituuntur γ. *prima cera.* prima tabularum in primae tabulae secundo uersu haeredis nomen contin*etur* C. rell. om. 5) astutus γ. *recoctus*, denuo, saepe *refectus*, et per hoc astutus C. 6) *cum procons*ulibus γ,C. rell., om. *cum*,: pro consulibus. 7) freq. *ex* ipso usu inculc. Q pro uulg. lectione freq. *et* i. usu. γ,C: sunt usu ipso et freq., om. *ex*. 8) *Ergo hoc* omn. libri. Q inuertens *Hoc ergo.* C: *itaque* uult hoc dicere. — caue ne γ,C. rell. *ut* ne. utne *sis* v. 9) ut inpostorem γ. ut *in* impostorem CQ. rell. *in posterum.* incidas C. rell. incurras. om. γ. — spe afh. rell. specie. *in*rid. γ. 14) *Aliter* — *dicebatur* in libris scholio sequenti adiuncta leguntur. Aliter om. γ. prouinci*am* γ. rell. prouinci*as*. 11) red*i*ssent γ. al. red*ii*sent. — Qu*o* si uol. it. magistra*tibus* ap*pere* et fr. p. percip*ere cocti did*icebantur (sic) γ. iterum pro magistratibus apparere C. rell. iterum magistra*tus* app*etere*. 13) — *cocti* dicebantur, quique — *recocti* C. rell. om. quique — recocti. Perlege γ. rell. om. 14) Saepe — sperant γ. rell. om. 16) Homo *nisi* excerc. γ. — *in*ludit γ. *il*ludit C. rell. *e*ludit. 19) *o*ccipiens γ,mva, ut Liu. I, 7 et pluries apud Plautum. rell. *in*cipiens. per*didit* γ(G?Q). per*dit* mvafh. 20) qu*i* γ,mva. qu*ia* fhQ. — mor*t*ibus γ. recte. rell. mo*rs*ibus. C: Nasica et quicumque inhiant morti alienae, amissa praeda corui uocantur delusi; non minus enim senibus inhiant ob diuitias, quam *corui sectantur cadauera.* 21) Socerum senem γ,C. rell. om. Coruum d. h. heredipetam. heredipetam decipit — esuriunt γ. rell. om. 22) *Deludit* lemma interposui. 24) Heredipeta γ. rell. om. Pro *dedit* γ,C. rell. om. *) a te statu re hi γ. scripsi: a *testato rem.* C. Hermann uoluit: a *testato re hi.*

57. *dabit risus Nasica Corano.* Quod Coranus fuit, qui Nasicae accepit filiam et auaritiam soceri ficto testamento delusit [qui sperabat haereditatem generi]. *Corano.* Hic scriba fuit.

58. *Num furis.* Ulixes, uaticinaris? *ludis.* Quia furentes uana locuntur.

59. *O Laertiade.* Ulixes. Iocatur in Apollinem ut satyricus, cuius ambiguae sunt sortes. [Alias:] Satyrice iocatur insectans illos, qui diuinandi artem profitentur. Alias: Iocatur [in] ambigua responsa, sed uera confirmat; nam quicquid dicat, [sic aut non ita erit] aut uerum est, aut falsum.

60. *donat.* Pro *donauit.*

61. *Quid tamen.* Ulixes hoc.

61. *ede. Explana.* Quia dixit: *coruum deludet hiantem.*

62. *Tempore, quo.* Tiresias futuri praescius futura denarrat, sed dicit quasi per diuinationem praedicens hoc futurum Tiresias, quod iam fuerat factum.

iuuenis. Octau. Augustus quia, Persas uicit.

alto. Nobili et magno.

Magnus erit. Pro *fuit.*

64. *nubet.* Pro *nupsit.*

65. *met. red. soldum.* Id est: nolentis reddere integram dotem, ne solido patrimonium minueret ac per hoc ualde cupidi et auari.

66. *Tum g. h. faciet.* [Sic dicit quasi per diuinationem hoc praedicens futurum Tiresias, quod iam fuerat factum.]

gener. Coranus. *facit* pro faciet. *socero.* Nasicae. *dabit.* Pro *dedit,* obseruatis hoc modo in tota narratione temporibus.

69. *Nil sibi legatum.* [In tabula scriptum.] Quia alterum fecit haeredem. *suisque.* Id est, filiae.

70. *haec.* Propter haec, quae dixi.

1) *fuit* γ. rell. *fecit*. acc. fil. γ. rell. fil. acc. C: qui Na. fil. in uxorem accepit. 2) ficto γ,C. rell. om. — qui — generi mvafh. rell. om. 3) Hic scr. fuit γ. rell. om. C habet *scriba* Coranus pro: *Corano.* scriba. 4) Ulixes uat. Quia — lo*cun*tur γ. rell. om. Lemma *ludis* interposui. 6) Ulixes γ. rell. om. C: O Ulysses, inquit Tiresias. 7) sunt γ. rell. fuerunt. Alias om. γ. 8) in om. γ. conf. S. I, 5, 62: permulta Cic. ad Diu. IX, 14: haec. 9) *con*firmat libri. Q tacite inculc. *af*firmat. Haec scholia et seq. usque ad u. 62 *iuuenis* om. mva. *non* quicquid γ. — sic — erit om. γ. aut u. e. aut falsum γ. rell. om. aut uerum dicam aut mentiar C. 11) Pro *donauit* γ,C. rell. om. 12) Ulixes hoc γ. Ulysses ait C. rell. om. 14) Tiresias — factum γ. rell. om. uide schol. ad u. 66. 18) Nobili et magno γ,C. rell. om. 21) ne*que* solido (o corr. ex u) patrimonio minueret γ. rell. ne *quid* solido *desit* patrimon*ii* ac. 22) cupidi γ. rell. cupi*entis*. 25) Coranus γ,C. rell. om. pro faciet γ. rell. om. nasicae γ,C. rell. om. 27) Quia a. f. heredum γ. rell. om. 28) Id est filiae γ. *suisque.* filiae C. rell. om. 29) Propter — dixi γ,C. rell. om.

mulier. Quaelibet mulier.

dolosa. Astuta, [uiri moribus non obtemperans] non temperans moribus.

71. *temperet.* Ad arbitrium suum regat, in potestate habeat.

71. 72. *illis Accedas socius.* Etiam aliud dico praeceptum, quo possis diuitias conparare.

72. *Accedas socius.* Τῆς θεραπείας.

laudes. Fac, ut laudes.

73. *Adiuuat.* Ad habendas diuitias.

73. 74. *sed uincit longe prius ipsum Expugn. cap.* Id est; Valde melius est, si, quorum hereditates adfectas, eos blanditiis habeas superatos. *Expugnare* [autem], obsequiis tuis uincere, ut capias illum obsequiis tuis.

74. *scribet mala carm.* Si insanus poemata componit is, quem captas, laudato.

75. *ultro.* [Tua sponte, non rogatus.] Hoc est: praeueni petitionem eius. *scortator.* Mulierarius. *caue te roget.* Ne.

76. *Penelopam facilis potiori trade.* [Facilis esto, et quasi potiori deduc uxorem ad domum].

78. *Quam neq. proci recto dep. cursu.* [Quam non a tramite potuerunt i. e. a recta uia diducere et a disciplina.] Quam non potuerunt a recta uia [de]ducere aut disciplina. *cursu.* A pudicitia, a tramite castitatis.

80. *Nec tantum Veneri q. stud. culinae.* Haec res fecit Penelopam castam esse, quia illi magis studebant uentri quam Veneri. *culinae.* Coquinae, non inguini.

1) quael. mulier γ. rell. om. 2) *dolosa.* astuta non *temperans* moribus γ, ut: linguae. 4) Ad arbitrium suum γ,C. rell. om. 7) THC ΘeΡαπιαe γ, παραγγέλματα τῆς θεραπείας C. rell. om. 9) Ad hab. diuitias γ,C. rell. om. 10) est om. afh. 12) uincere blanditus et obsequiis tuis ut ca. *eum* cuius haereditatem affectas C. uincere *obsequiis* tuis illum obsequiis tuis (sic) illum γ. 13) cap*ta* γ. posui *captas.* conf. infra u. 88. Ter. Hec. I, 1, 15. Plaut. Amph. I, 1, 269. conf. ibid. II, 2, 189: si me inpudicitiae *captas,* non potes *capere.* rell. ca*pias.* 15) Tua sp. non rog. om. γ. Hoc est pr. pet. eius γ. *ultro.* non rogatus, sponte tua praeueni pet. eius C. rell. om. 16) Mulierarius γ. Cic. Coel. 28. Capitolin. in Alb. II: fuit mulierarius inter primos amatores. rell. om. C: moechus et adulter sectabitur matronas. *caue te rog. Non* γ. posui *Ne.* C: uide te ne roget. 17) Penelop*am* γ (1 m. cum rasura, corr. *em*), ut EBφFHP Ambr. Fran. Barc. Bernn. AC, penelop*em* Bernn. DF Parr. OR, alii, ut JM Genou. Sorb., penelopē. u. 81 omnes hab. penelo*pe.* Facilis esto — domum om. γ. *facilis pot.* promtus quasi potiori deduc Penelopam ad eius domum. mire hoc dicitur Ulyssi C. 19) Quam — disciplina om. γ. Quam non pot*u*erunt recta ui*ta* ducere — castitatis γ. pote*r*unt tac. inculc. Q. *recto dep. cu.* a recto castitatis tramite et disciplina morum C. non recta ui*ta* dicebatur, sed recta *uia* Ter. And. III, 4, 21. Plaut. Pseud. IV, 4, 14, aut *recta* Cic. Off. III, 20. Hor. S. I, 5, 71. penelop*am* γ, ut supra. rell. Penelop*en.* 20) *di*ducere mvafh. *de*d. Q. 23) Haec res, γ,mva. rell. Hoc. 24) peni γ. rell. uentri. Coquinae non inguini γ. *popinae et uentri,* non inguini C. rell. om.

81. *semel uno.* Id est, ab uno sene.

82. *partita lucellum.* Largiente sene (acceptum) lucrum, diminutiue *lucellum.*

83. *absterrebitur.* Recedet.

84. *Me sene.* Per hunc apologum ostendit, insistendum esse in spem capiendae haereditatis.

quod dicam f. e. Apud inferos enim hoc Ulixi dicit.

84. *anus inproba.* Astuta. Anus quaedam a captatore nudo nudam efferri se uoluit, ea uidelicet cogitatione, ut uel mortua umeris eius elaberetur, quae elabi captioni eius uiua non poterat.

85. *elata.* Portata ad sepulcrum.

87. *Scilicet elabi si posset.* Sensus declarat ita: Anum testatam esse, ut, si cadauer eius elapsum esset, is qui non protulisset, [ille] careret haereditate. Hoc autem dicit, ut haeredipetas moneat, nimia obsequia declinare; nam ob hoc anus sic testata est, ut inpudentem haeredem deterreret, et tamen factum est. ne haereditatem perderet.

87. *mortua.* Vel mortua.

88. *Quod nim.* Pro *quia.* *institerat.* Se ingesserat.

88. *cautus.* Ergo diligens esto circa eos, quos captas.

adito. Diuites.

89. *operae.* Obsequiis [in] loquendo. [*inmoderatus.*] Non debes autem plus tacere, quam oportet. *inmoderatus.* Id est: nolo te esse odiosum inportuno accessu i. e. moderata sint obsequia tua.

90. *morosum.* Δύσκολον. *ultra.* Ἐπιπολύ.

1) Id sene γ. rell. om. 2) Largiente — lucellum γ. sene larg. acceptum. Lucellum dim. a. lucro C. rell. om. 4) Recedet γ,C. rell. om. 5) Per — hereditatis γ. rell. om. Ostendit autem per h. ep. ins. *quidem* esse in *spem* cap*ta*ndae haereditatis, sed non nimis improbe. C 7) Apud — dicit γ. rell. om. 8) a om. γ. — effe*ri* se γ. rell. *sese* efferri. 9) captione γ. rell. *cogitatione.* uel ut γ. ut si ipsa mortua nudis humeris haeredipetae oleo unctis ad sepulchrum delata esset, partem testamenti haberet: Scilicet G,mva. uel ut — poterat fhQ. uel ut — elaberetur, cuius captionem euadere non poterat C. 10) uulgo *captione.* posui captio*ni* propter anteced. datiuum *umeris.* 11) Portata ad sep. γ. ad sep. port. C. 12) decl. ita γ. rell. ita decl. 13) *pro*tulisset γ i. e. in medium, in adspectum lucemque Cic. Arch. 6. palam Ter. Ad. III, 2, 41. rell. *per*tulisset. ille om. γ. declina*ri* γ. rell. declina*re.* 15) heredem γ. rell. om. 16) *pro*deret γ. rell. *per*deret. 17) Vel mortua γ,C. rell. om. 19) *Ergo* dil. esto circa *adeundos* quos captas γ in schol. praeced. post u. *poterat.* Dilig. esto circa *nos* q. captas fh. hoc schol. et duo seqq. om. mva(G?Q). 21) Obseq. loq., om. immod., Non deb. autem — oportet γ. in loq. fh. rell. om. — autem γ. rell. om. 22) Id est — tua γ. rell. om. 23) ΔΙCΚΟΛΝ γ. δύσκολον C. rell. om. ultr*o* in lem., ultr*a*, o in rasura, in Hor. γ. ultra, corr. o H Bern. A å (a expu. et o suprapo.), pure EBφ (cum uar. lect. in marg. a 2 m. *uel ultro*, IMPR, F cum glossa: *quam satis est*, O cum gl. *modum*, Ambr. Fran. Barc. Harll. βγκ omn. Bernn. etc. Επιπολι γ. rell. om. posui ἐπιπολύ, non ἐθελοντί.

91. *Non etiam sileas.* Neque nimium sis uerbosus, neque nimium tacitus.

Dauus sis. Id est: fac, ut sis. *comicus.* Nimis astutus.

92. *cap. obstipo.* Inclinato, uel inmobili, fixo in alterum umerum, declinato, quia is habitus proximus est uerecundiae.

93. *Obsequio.* Obsequio (obsequendo), quantum potes, utere circa diuites, operare. [*Obsequio*] *grassare.* [Frequentia] adgredere.

mone, si increbruit. Id est: multus esto in obsequendo. Alii: *increpuit aura.* Ventus.

94. *Cautus.* Id est: ita mone, ne intellegaris. *extrahe.* Libera. *turba.* De turba populi si fuerit constipatio, libera eum.

95. *aurem substringe loquaci.* [Caute admoue aures tuas eo loquente] Diligenter audi, aut: caue ne dicas (quid dixisti). *Al.* Diligenter admoue aures tuas loquente illo. *substringe.* Subiunge. *loquaci.* Hoc est: patienter eum audi.

96. *Inportunus.* Pro inportune, et deest *sit.* *donec ohe iam.* Tamdiu laudato eum, quamdiu bene habet, donec ipse dicat: *ohe iam.* Ordo: inportunus urge i. e. laudando eum, donec dixerit sublatis manibus ad caelum, id est, adiuratus: *ohe iam,* id est, sufficit et bene habet.

97. *urge.* Instanter lauda, ut eius desiderium uincat obsequium.

98. *Crescentem tumidis inf. sermonibus utrem.* Gaudentem rumoribus,

1) Neque — tacitus γ. rell. om. 5) Id est fac ut sis γ. rell. om. Nim*ius* astutus γ. rell. om. posui nim*is*. 3) *obst.* Deposito G,mv (compend. d.). *Op*posito a. uel immob. fixo γ. fixo immob. tristi, uel, ut Scaurus dicit, inclinato in alterum humerum C. rell. om. conf. Mitscherlich pr. aef. p. XVII. 6) aggredere γ. om. *Obsequio* et Frequentia. C: quantum potes *obsequendo* aggredere diuites, multus esto in obsequiis. γ: *mone.* mul*tum. si increbruit.* esto in obs. al. *increpuit.* Haec lectio, quam Fea elegantiorem dixit ac per hoc recepit, est in Barc. Bern. A et Harll. βγιλ, si *crepuit* Bern. F, incre*bruit* in JI (gl. sonauit) R St. Germ. Regin. M. — *Obsequio* — operar*ios* γ. posui ope*rare*. cf. C. 8) Ventus γ. si *uentus* sit impetuosior et acrior C. rell. om. 10) Id est — intellegaris γ. rell. om. Libera γ. rell. om. 11) De turba γ. rell. om. Populi — eum γ. conf. C: Si fuerit populi concursus, libera eum corpore oppositi. rell. om. 12) Caute — loquente om. γ. 13) Diligenter — illo γ. caue ne dicas quid dixisti (sic) γ. Subiunge γ,C. 14) Hoc est — audi γ et C, qui om. Hoc est. loqua*cem* Q recepit dicens: '*loquacem* codd.' Habent autem omnes fere codices mei *loquaci* (Bern. F loc*aci*). unus B corr. ē, quod *aurem* u. seductus scripserat, mutans in *i*. 16) et deest sit γ. rell. om. — cum γ et C, qui habet: *instanter* cum laudato, donec dixerit, ohe, atque ita illum uincies tibi obsequio. Instanter — obsequium γ. rell. om. 17) Ordo — habet γ. rell. om. adiu*ratus* pro adiu*rans*, ut Vopisc. in Flor. 1 et Lactant. V, 20. 21) *ru*moribus γ. mv (negl. Q). recte. conf. E. I, 10, 9: rumore secundo, (quod de *uento* adhibent Cic. Diuin. I, 16. Verg. A. VIII, 90). Tacit. A. III, 29. rell. *tu*moribus, quod uocabulum non de blando sermone dicebatur, sed de ira Cic. T. III, 12, 31. IV, 29 (tumo*res animi*, ut tumores *terrae* Frontin. de Colon. 126.) de 'uanissimo sententiarum strepitu' Petron. 1. uerba tragici tumoris Gell. II, 23. uerborum Senec. Benef. II, 11. hoc intellectu pluralis non adhibebatur. *tumoribus* ex seqq̄. ortum.

lauda illum falsis laudibus. Quemadmodum [enim] utris inmisso flatu nihil capit nisi solum tumorem, ita et qui falso laudatur. [Id est:] Quanto magis uideris cum laudibus erigi, tanto magis laudato.

99. *Cum te seruitio longo.* Cum mortuus fuerit diues, uel cum te haeredem fecerit, et [ut], cuius causa seruieras, inpetraris.†) *leuarit.* Morte sua liberauerit.

100. *Et certum uigilans. Certum.* Securum. [Iucunde, quasi hoc saepe fiat, et iam securus te uideas quartum heredem.] Quia solent homines, quae cupiunt, per somnum uidere. Ergo noli credere, te haeredem factum [credere], nisi cum illud uigilans uideris. Et iam securus uideas, te esse quartum haeredem.

quartae estopartis Ulixes. Cum quodam tumore pronuntia propter pathos.

101. *Audieris haeres.* Scilicet dum legis testamentum. *ergo.* Deest *dic.*

101. 102. *Dama sod. Nusquam est?* Verba sunt flentis defunctum. *Nus*quam. Mortuus.

103. *sparge subinde.* Frequenter dicito; unde mihi tam fortem amicum (inueniam)?

et si paulum potes. Ἐπεξήγησις.

inlacrimare. Pro commodo. *est.* Id est, iuuat.

105. *arbitrio.* Id est, tuo. *Sine sordibus.* Sine tenacitate.

Sine sordib. exstr. Magnifice, large, id est: si tibi curam funeris dederit.

106. *factum.* A te.

107. 108. *huic tu Dic.* Id est: Huic tu dic libenter uendere, quicquid haereditatis ipse desiderat.

109. *Emptor.* Cohaeres uolenti emere. *numo.* Pretio.

gaudentem numo. Et uno numo, qui erat imaginaria uenditio pro donatione. [*Sed me.* Umbra Tiresiae haec omnia loquitur.]

1) enim om. γ. ut*ris* inm. fl. *nihil* cap. γ. rell. *uter* (*in*ter fh) *nil* capit imm. fl. nisi. Seruaui ut*ris*, putans nominatiuum *utris* esse masculini, *uter* neutrius generis; *utria* pluralem testantur Liu. Andr. ap. Nonium 3. n. 267. et Arnob. p. 45 (36). 3) uideris (animaduerteris) γ. uide*bitur* fh. laudibus γ. cum laudabitur fh. tanto γ. paulo fh. Quanto — laudato om. mva (G?Q.) 5) *cuius* γ. rell. *eius.* ser*uieras.* γ. rell. ser*uias.* impe*trab*is γ. rell. im*perab*is. Morte sua lib. γ. rell. om. 7) Securum γ. Iucunde — heredem om. γ. 9) quae γ,C: quae uehementer optant. rell. om. — noli credere γ,C. rell. noli te h. f. credere. *scrip*tum C. rell. *fac*tum. 10) cum γ. rell. om. — 'uigilans *aud*ieris: Ulysses quartae partis haeres esto.' *audieris* Hor. u. 101. — Etiam — heredem γ. rell. om. 12) Cum quodam *memore* p. p. pathos γ. rell. om. 13) Scilicet dum legis test. γ. rell. om. *Deest* dic γ. *Supple* dic C. rell. om. 14) Verba — defunctum γ,C. rell. om. Mortinii (sic) C. rell. om. 17) inueniam C. rell. om. 18) Ἐπεξήγησις fh. rell. om. 19) *inlacr.* Pro comm. γ. *inlacrym.* pathos C. rell. om. *est.* Prodest, utile est, licet, iuuat C. 21) *exstrue* — dederit γ. si tibi testamento data est cura funeris C. rell. om. Magnif. large γ,C. 22) A te γ,C. rell. om. 23) Id est γ. rell. om. te *dicito* lib. C. 25) Coheres uo. em. γ. rell. om. 26) *nummo.* Pretio γ,C. rell. om. *quae* erat etc. C. †) C. Hermann: ut, c. c. s., *quartae partis sis* (haeres).

110. *Inperiosa.* Quoniam, quae sunt (fiunt?)†) apud inferos, loquitur. *uiue ualeque.* Ut (*Verg.* A. V, 738): *Iamque uale; torquet medio Nox umida cursus.*

PORPHYRION.

Hoc quoque Tiresia. In hac ecloga introduxit Ulixem quaerentem apud inferos a Tiresia, quemadmodum possit rem familiarem reparare. Hoc fuit apud Veteres moris, ut ne praesentes suggillarent, aut praesentis saeculi lacerarent mores.

8. *Et genus et uirtus.* Dicit: tametsi quis sit generosus et fortis, tamen, si rem non habet, uilior est alga.

11. *Siue aliud priuum.* [*Priuum.*] priuatum.

14. *Ante Larem gustet.* Prius diuiti quam Lari ponas [portes] primitias. Consuetudo fuit, ut rerum primitias Laribus ponerent.

15. *sine gente. Sine gente* ignobilis, aut peregrinus.

22. *Diuitias aerisque ruam. Ruam:* eruam.

36. *Contemptum quassa nuce.* Hoc ex consuetudine, ne quis tibi minimum quid auferat, aut te contempnat.

39. *canicula findet.* Pro sole ardenti.

40. *Infantis statuas.* Quae fari non possint.

41. *Furius hib. cana niue.* Hic uersus Furii Viuaculi est: ille enim cum uellet Alpes niuibus plenas describere, ait: *Iuppiter hibernas cana niue conspuit Alpes.* Ergo tumidum est et κακόζηλον.

53. *quid prima secundo.* Bene hoc et iuxta ordinem, quia prius testatoris nomen, secundo haeredis.

55. *plerumque recoctus. Recoctus* iterum scriba factus.

56. *coruum deludet hiantem.* Hoc allegorice posuit ex fabula *Aesopi,* in

1) *imp.* Quoniam — loquitur γ. Namque haec omnia loquitur Tiresias apud inferos. 2) Ut — cursus γ,C. †) *fiunt* pro *sunt* uoluit C. Hermann.

PORPH. Sermo quintus 2.

6) Teresia MBφ etc. *Tyr*resia R. rell. *Ti*resia. conf. Acr. In hoc M. rell. h*ac.* ecloga om. MRG. In hac ecloga aegloga vafhQ. *Hic* introducitur ulixes Bφ, om. quaerentem — reparare. — introdu*xit* MAR. rell. introduc*it.* uli*xem* MR. 7) repara*ret* afh, om. *possit* ut v, quae habet repara*re.* 8) *ut ne* M (negl. Q). recte pro *ut non. ne* R2BφG,afhQ (ue v). — *sugg*illarent M. *sug*illarent Bφ,(G?Q)vafh. *sig*illarent R. seruaui *sugg*ill. conf. Scalig. ad Festum. 9) saeculi MAR2Bφ(G?Q)a. rell. om. 10) *qui* sit M. rell. qui*s* sit. 12) Siue *aliquid* fh. ult. *priuum* om. libri. Q(G?) iterauit. 13) po*nas* 2. por*tas* M,v. rell. *portes.* — primitias laribus ponerent MR2 Bφ(G?Q). primiti*ae diis* laribus poneren*tur* vafh. 17) *qu*assa MR,v. rell. *c*assa. 18) te om. RBφ. conte*mpn*at M2Bφ. minimum auferat *atque* conte*mpn*at B, om. quid. 20) Infanti*s* MRG,v. rell. Infante*s.* poss*unt* vafh. 22) *nub*ibus MR(G?Q). *niu*ibus B (ni*di*bus φ), vafh. recte sine dubio. 23) cons*uit* M2G. rell. cons*puit.* — et κακόζηλον A. et κακαζιλον M. et κακοζιλον 2G. spat. uac in R,va. om. fh. 25) *sec.* heredis M. *et sic* heredis Bφ. 27) delu*dit* fh. rell. delude*t.*

qua scriptum est, ut uulpis coruum inluserit, cum eum uidisset caseum ferentem dicens, se esse illo meliore uoce, et pronocauit, ut clamaret; quod cum facere uoluisset, caseum demisit ac perdidit.

82. *partita lucellum.* Ὑποκοριστικῶς lucrum.

83. *Ut canis a corio n. abst. uncto.* Prouerbialiter: Numquam deerit hoc facere.

92. *Stes capite obstipo.* Tristi ac seuero. SCAVRVS†) *inclinato* dicit.

95. *aurem substringe loquaci.* Loquacem aurem intende, cum loquitur.

98. *sermonibus utrem.* *Velut* utrem.

99. *Cum te seruitio longo.* Hoc est: cum decesserit.

108. 109. *siue domus sit Emptor.* Quia lege cautum erat, ne quis [rem, uel] agrum, uel domum alicuius in testamento donatum donaret: ut uiderentur emisse, numum dabant, si cui donabantur.

SATIRA II, 6.

ACRON.

2. *Hoc erat in uotis.* Haec satira de iucunditate secessus sui, qua in Sabinis fruebatur, ut [et] de incommodis urbis loquitur, quae passus est, dum obsequitur Maecenati. Vult [autem] ostendere, quietiorem esse uita urbana rusticam.

1) uulp*is* (uulp*es* R) coru*um* MABφR2G(Q). uulp*i* coruū v. uulp*es* cor*uo* a. uulp*i* cor*uus* fh. *in*lus. M. 2) se esse *ab* illo meliore uoce MR. se esse ab illo meliorē uocē Bφ. se illo uocem meliorem *habere* 2. se esse *ab* illo melior*em* uoce v. se esse illo meliorem *in* uoce afh. 3) d*i*misit fh. 4) ὑποκ. lucrum MBφ (— τικως),fhQ. hypoc. v. hypoc*r*ist. a. spat. uac. in R2. de*sinet* afh. 7) Scaurus MRA (ubi Danielis adscripsit: etiam Helenius Acron *obstipo* inclinato explicat). securus 2 (2 m. in marg. *Scau*rus posuit) G. *obstipo.* tristi *uel inclinato* Bφ, om. Scaurus. *secus* vafh. *obstipo.* fixo, immobili, tristi, uel, *ut Scaurus dicit: inclinato in alterum humerum* C. conf. Mitscherlich. praef. p. XVII, Düntzer, Estré p. 5 et ante omnes H. Stephan. in Diatr. de Porph. p. 166, qui 'suspicatur Scauri ('Scimus porro Scaurum ex iis esse, qui in Horatium scripserunt)' aliquod fragmentum in hoc scholii latere, et pro *Secus* opinatur legendum esse *Scaurus* idque in uet. exemp. se inuenisse dicit *Canterus* Nou. lect. II, 16 (Grut. Lamp. III, 557.' conf. Suringar. p. 91. Quibus adde testimonium eiusdem H. Steph. in Porph. Emm. p. 165, quod Suringar. fugisse uidetur, ut Editorem Pragensem fugit, qui H. Stephani emendationes in toto suo libro ignorauit. 8) *sub*stringe M et omn. mei codd. Porph. et Hor. *ob*stringe G. *de*stringe v (non *di*str. ut Q perperam ref.). *di*str. afh. loqua*cem* MRAG in lemmate, quippe ex scholio transgressum, nihil amplius. inconsiderate recepit Q. *Loquacem* in schol. om. vafh. *loquaci.* loquenti gl. in Bern. C. — *cum* om. Q. 12) rem uel om. MRA2BφG. qui om. vafh. ne om. v, quae habet: Verum uulgarem (compend.) uel dom. etc. — *Et ut* uid. vafh. *et ut* om. 2. rell. om. *et.* 13) si *cui* omn. libri. si*cut* inculc. Q. donaban*tur* MRG(Q). dona*bat* v. donab*ant* afh. †) De SCAVRO disput. *Zangemeister* in diss. inaug. 1862 p. 40 seqq.

ACRON. γ Ambr. aliique uett. codd. carent inscriptione. De quiete agresti Fran. BFH Sorb. aliique Parr. De iocunditate agri sui et de incommodis I. Pith. in Med. 74 pro de Vita Rustica posuit: De moderatione uitae. EGLOGA VI. J. Egloga sexta O.

18) qu*ia* γ. 19) ut γ. rell. de. 20) autem om. γ. — esse γ,C. rell. om.

modus agri non ita magnus. [Hoc, inquit, optabam,] ut haberem modicum agrum et in eo fontem et uicinam siluam. Plus autem concessit fortuna, quam semper optaui. *ita.* Valde.

iugis aquae fons. Perennis, [continuus], iuncte fluentis.

3. *Et paulum siluae.* Recte ad omnia respondit: Foret, ut sit: ubi et hortus foret, et fons, et paulum siluae. *super his.* Insuper posita, agrum etc. *auctius*, quam optaueram.

4. *Di melius.* Id est: uicit meum uotum numinum fauor.

nil amplius oro. Id est, opto.

5. *Maia nate.* O Mercuri.

propria. Perpetua, rata, firma; [i. e.] fac mihi patrimonium meum certum esse, si non habeo mala et stulta uota. *faxis.* Facias.

5. 6. *faxis. Si neque maiorem f. r. m. rem.* Tu ne minuas, tu ne (nec?) maius facias.†)

6. *ratione.* Auaritia.

7. *uitio.* Effusione, luxuria.

8. *Si ueneror stultus.* Id est: si non habeo stulta uota. *stultus.* Quasi stultus. *nihil horum.* Quae dicit.

Si angulus — Hercule. Persius (II, 11): *Sub rastro crepet argenti mihi seria* (*dextro Hercule*).

9. *denormat.* [Deturpat] Deformat, decurtat et inaequalem facit. Est autem *norma*, ad quam mensores dirigunt fines, habita perpendiculi ratione.

qui n. denormat agellum. Id est: qui agrum determinat.

10. *O si urnam.* Et o si thesaurum inuenero. *fors quae.* Aliqua.

10. *quae mihi.* Sic. *ut illi.* Sicut.

12. *diues.* Deest *factus*..

12. 13. *amico Hercule.* Qui praeesse thesauris dicitur. Quia ei per quietem thesaurum traditur demonstrasse, aut quod Herculem mercenarius

1) Hoc inq. opta*ram* (fh. rell. opta*bam*) om. γ. 3) quam *semper* op*taui* γ,C. quam opta*rem* vafh. quam opta*ram*. Q per*h*ennis *iun*cte flue*ntis* γ. perennis, *continuo* fluentis C. rell. perennis, continu*us*. Scripsi continu*e* Varr. IV, 5. 5) respon*dit* γ. rell. respon*det*. 6) Insuper posita. agrum etc. γ. rell. om. 7) *auctius*, quam optaueram γ. rell. om. optabam C. 8) Id est — fauor γ. Vicit quod optaui numi*nis* fauor, uicit uotum meum C. rell. om. 9) *ampl. orto* (sic). i. e. opto γ. *oro.* opto C. rell. om. 13) Tu — facias γ. rell. om. 15) Auaritia γ,C. rell. om. 16) *Ef*fusione luxuria γ. luxuria, *pro*fusione C. rell. om. *ef*fusione etiam recte. Plin. Pan. 38. Liu. XXXXIV, 9. et effusi*ones* Cic. Rosc. Am. 46. 18) Quae dicit γ. rell. om. 19) *Persius.* sub rastro — seria γ. rell. om. 21) Deturpat om. γ,C. Deformat γ. rell. om. decurtat γ,C. 22) mens*ores* γ,C. rell. mens*uras*. mens. dir. fines γ. mens. *fineis aequaleis* dir. C. rell. om. fines. per*t*endiculi γ. 23) Id est qui agr. determ. γ. rell. om. 24) Et o si th. inuenero γ. rell. om. C habet schol. Porphyrionis. 25) *quae mihi.* Sit γ. rell. om. Sicut γ. rell. om. 27) Qui praeesse thesauris dicitur γ. glossa partim iterata. rell. om. 28) *aut quod* γ. rell. Aut. — hercu*leum* γ. merce*nn*arius γ. †) Tu, ne minuas, *tuum* (rem tuam) maius facias. C. Hermann.

coluit, quo merito thesaurum repperit. *amico.* Prospero, propitio Hercule, quia ipse dicitur praeesse thesauris.

13. *quod adest.* Quod nunc possides. *Hercule.* Fac, ut, quae habeo, sint perpetua, si amplius non desidero.

14. *domino.* Id est, mihi.

et caetera. Id est, segetes et uineta, et si qua sunt similia.

14. 15. *praeter Ingenium.* Quod crassum nocet; animus enim cibo pinguiore (pingui?) stolidus efficitur.

15. *custos mihi maximus adsis.* Mercurius enim dicitur dator esse opum, Hercules [uero] custos, uel quia in Philippis eum liberauit. Et in Carminum libris ait, (II, 7, 13), Mercurii se ope seruatum, cum Mercurius illum pauentem sustulit in aërem.

16. *ubi.* Postquam. *arcem.* Aut uillam in monte positam, aut quasi regiam meam, ut (*Verg.* E. I, 69): *mea regna uidens,* aut *arcem,* quae me ab urbanis molestiis uindic[aret]at et arcet, aut in uillam, quod est melius, quae quasi arx est rustico.

urbe. Roma.

17. *Quid prius inlustrem.* Prius quam satiras et Musam pedestrem inluminem, exsequar.

Musaque pedestri. Quae *pedibus* stet et currat *metris,* satura pedestri, humili atque communi. *inlustrem.* Lustrare facerem (faciam?). *satiris.* Pro *in* satirico carmine. || *Musaque ped.* Opus Sermonum. ||

18. *ambitio.* [Visitatio amicorum.] Discursus circa amicos.

Nec mala me amb. Scilicet dum in agro sum.

plumbeus. [Noxius, pestilens.] Grauis autumno maxime.

19. *Autumnusue grauis.* [Quia per autumnum, quo pomis arbores adgrauantur,]. Per autumnum pomis adgrauati plurimi moriuntur. Quo

1) *amico.* Prospero — desidero γ. rell. om. 3) *quod adest.* quod possides C. 5) Id est mihi γ,C. 6) Id est seg. γ. rell. om 7) Quod — cibi *pro inguior* stol. eff. γ. Posui cibo pinguiore; potuit etiam legi: cib*i* pingu*i*. conf. pingu*e* Liu. XI, 37. pingu*i* Verg. G. III, 124. Quod — ci*bis oppletus* stol. eff. C. rell. om. 9) dator esse γ. rell. esse dator. 10) uero om. γ. 11) cum om. γ. 12) denso pau. γ. rell. *illum* pau. 13) postquam γ. rell. om. arcem — rustico γ. rell. om. conf. C: '*in monteis in arcem.* in uillam in monte positam, quae quasi arx est rustico, quod ab urbanis molestiis et curis *arceat uindicetque.* Qualem uillam etiam Meliboeus *sua regna* uocat' etc. Pro uindic*aret* γ posui uindic*at et arcet.* 17) *urbe.* Roma γ. rell. om. *ex urbe remoui.* Roma recessi C. 18) *Quid* — *exe*quar γ, rell. om. Pro *u lumine* γ posui inlumin*em.* conf. C: *quid pr. illustrem.* inluminem, exequar Sa*ty*rico carmine. 20) *Quae* ped. stet γ. rell. *Quia* p. stet. γ addit: et currat metris. γ. rell. om. 21) Satura — sermonum γ. rell. om. 23) Vis amic. om. γ(G?Q),mva. Discurs. c. amicos γ. rell. om. 24) Nec — sum γ. rell. om. 25) Noxius pest. om. γ,mvaQ. Grauis au. max. γ. grauis, noxius, pestilens C. conf. Porph. 26) *Au*tumnus*ue* mvafhQ(G?). *Au*tumnus*que* omn. fere codd. Hor. et C. autu*mpn*usque Bern. D. idem ad

se non uere dicit continentia securum. Est autem *Libitina* locus in urbe, quo constituuntur, qui efferenda corpora conducunt et praebent funeribus necessaria. *Libitina* dicitur lectulus mortuorum. Tantus est, inquit, in urbe morbus autumno, ut quaestum faciant hi, qui cadauera subuectant.

plumb. Aust. Au. grauis. In urbe scilicet.

20. *Matutine pater.* Iterum redit ad preces. *Matutinum* inuocat tempus, quo cogitur uigilare, qui in urbe est. Et quoniam dixerat, quam gratum [et amabile] sibi esset rus, nunc e contrario uult dicere, quam plenum taedii sit, in urbe uiuere. Aliter: *Matutinum patrem* dicunt Ianum, quia ipse dicitur praeesse rebus incipiendis, et ideo omnes, qui incipere uolunt aliquid, ipsum inuocant. [*Aut*] Quia, qui uult aliquid incipere, matutino tempore incipit; aut quod [eo, id est,] matutino tempore conueniri (conuenire) soleret. Vel ideo primus Ianus est inuocandus, ut precibus nostris ad deum aditum praestet et *ianuam.*

Iane. [*Ianus* deus temporum et dierum]. Deum temporum et dierum prece confirmat.

21. 22. *operum primos uit. lab. Instituunt.* Hoc enim tempore aratur et seritur.

22. *sic Dis placitum.* Ut tu sis auctor incipiendarum rerum.

23. *Romae sponsorem me rapis.* Matutine, ut spondeas. Spopondi tibi, Maecenas, ut Romam uenirem. Quo cum uenero, haec incommoda patior.

21—26. *eia — necesse est.* Qui me petit, sibi sponsorem rogat; nescit alter, me officiosiorem in promisso.

24. *Ne prior officio.* Ne alius sponsor ante te fiat, et tu uidearis noluisse officio amici fungi. *respondeat.* Satisfaciat. *urge.* Propera.

C. II, 5, 11 habet autu*np*nus et, ut Bern. C, autu*nn*us. Quia — aggrauantur mvafhQ (adgr.). adgra*uatas* arbores G. om. γ. Quia per autumnum *fructibus* arborum *grauati* pl. moriuntur, a quo sibi dicit ruri non esse periculum C. per au. *po. aggrauati* pl. mor. γ.

1) l*a*cus C. 2) constitunNT γ. l*a*cus in urbe, *apud quem habitant,* qui C. 3) Libitina — subuertant γ. rell. om. Libitina etiam dea est, et lectulus *cadaueris* C. 6) Iterum redit ad preces γ. rell. om. *in*uocat γ. recte. rell. *uocat.* C: *inuocatio.* Ianum autem *inuocat,* quod temporum sit Deus et praesit rebus incipiendis, quas matutino tempore recte incipere solemus, siue in urbe, siue ruri. 8) gratum et om. mva. et amabile om. γ. 9) di*cunt* γ. rell. *uocat.* 11) *Aut* om. γ. 12) id est om. γ. etiam *eo* incl. uncis. — conueni*re* γ,mv. rell. conueni*ri.* sole*ret* omn. libri. sol*et* tacite inc. Q. *soleret* conueni*re* dictum possitne inpersonaliter dictum accipe, rariore scilicet usu, qui uix defenditur Cic. Cluent. 59: ut solet (fieri?). 15) *Iane* — dierum fh. rell. om. — Deum temp. et *diebus precem* confirmat γ. rell. om. 17) *operum* — seritur γ. rell. om. 19) *sic dis pl.* — rerum γ et C (ut tu sis inc. r. auctor). 20) Matutine γ. rell. om. *Matutine* non aduerbium prisciani (4) est pro *mane* siue matutino tempore, sed uocatiuus, qui constructionem *rapis, Matutine pater* indicat. ut spondeas γ,C. Spopondi — patior γ. rell. om. 22) Qui — officio*sior* in prom. γ. rell. om. 24) Ne — fungi γ. rell. om. C: ne sit alius me officiosior, ne uidear nolle officio amici in spondendo fungi. 25) Satis faciat γ,C. rell. om. Propera γ,C. rell. om.

25. *radit.* Stringit et siccat, aut uerrit flatu suo, id est: siue acta sit, ubi pulueres commouentur.

26. *Interiore diem gyro trahit.* [Strictiore per diem breuiorem cursu. Circulo minore per hiemem uel exiguo spatio peruia]. Circulo minore per hiemem *diem trahit,* breuem facit, quia hieme dies sunt breuiores ad spondendum, id est, exiguo spatio, si uiam intellegimus, quia, quando est uentus per hiemem, angustior uia fit in uertigine(m͡eantis?) niuis. [*Diem* autem *trahit* i. e. breuiorem facit, quia hieme dies sunt breuiores].

26. *ire necesse est.* Ad spondendum. Quippe qui me pro aliquo obligarim.

27. *Postmodo quod — locuto.* Si quid libere et uere dicam (*Ter.* Andr. I, 1, 41. 68 Fl.): *ueritas odium parit.*

[28. *tardis.* Tarde uenientibus ad iussum.]

29. *Quid uis, insane.* Cum praecedentes inpellimus. Verba eorum, qui calcantur aut tardi sunt. *urget.* Persequitur.

30. *Iratis precibus.* Inprecationibus. *pulses.* Inpingas.

31. *Ad Maecenatem.* Si Maecenatem in animo habeas, id est: habens in memoria beneficia Maecenatis, uel eius causa iter Romam facias.

memori si mente recurras. Id est: si memor sis, redire ad Maecenatem.

32. *Hoc iuuat.* Bonum est (consilium). Haec magis adferant uoluptatem.

melli est. Suauitati et dulcedini [i. e. ad mel], ut (C. I, 17, 14): [*dis pietas mea Et Musa*] *cordi est,* hoc est: mihi dulce est, pro Maecenate.

32. 33. *at simul atras Ventum est Esquilias. Atras.* Propter funera mortuorum. *Esquiliae,* in quibus domus fuerat Maecenatis. In quibus locis mortui ante ponebantur, post erant horti Maecenatis.

4) Circulo — intelligimus γ. rell. om. 7) in uertigi*nem eun*tis γ. in uertigi*ne cadentis* C. Hermann. posui *meantis.* Lucr. II, 150. Curt. III, 5. Diem autem — breuiores om. h. l. γ. 9) Ad spondendum γ et C, qui addit: et est ellipsis coniunctionis tamen. rell. om. — Quippe — obligarim γ. Quippe *postquam* pro aliquo *spondendo* me obligarim C. rell. om. 11) vulg. lectio *dicam* om. γ. posui *dixerim* (*locuto* Hor.). 13) *tardis* — iussum om. γ. quos pulso et urgeo C. 14) Quid *tibi* uis γ,C ut Ambr. Bernn. DF et Parr. BφFP (in E t'erasum) impelli*mur* γ. rell. impelli*mus.* dicit is quem impello C. Verba — sunt γ. rell. om. *Quid tibi uis, insane.* dicit is quem impello C. 15) *urget.* Persequitur γ. rell. om. (urg*u*et Ambr.). 16) impingas γ. rell. om. 17) hoc et sequens lemma interposui. vulgo: — facias; haec *enim* affer*unt* uol. i. e. habe*bis* in mem. ben. Maecenatis. 20) Bonum est γ. Hoc bo. est consilium C. rell. om. Haec *magis* afferant γ. rell. Haec *enim* affer*unt.* 22) suauita*tis* et dulcedi*nis* ut cordi est hoc mihi dulce esse pro mecenate propter funera mortuorum γ. — i. e. ad mel om. γ. 23) posui: hoc est — Maecenate. C: *melli est.* iucundum, dulce, suaue est, ut: diis — est. 24) *Atras.* pr. fu. mort. γ,C. rell. om. — esquil. γ,bvC, ut Bernn. ACD et omnes apud Babingtonem, qui ad *Esquil.* nihil adscripsit. *aes*quil. fhC. ut EBφ Ambr. Fran. etc., al., ut a, *Ex*quil., al., ut Sorb., *hes*quil. conf. S. 1, 8, 14 et Epod. V, 100. *Atras* — mortuorum C et γ (sine lemm.). *Esquiliae* om. γ. 25) fu. Maec. γ. mecoenatis fue*rant* v. rell. Mec. fue*rat.* in q. antea locis fh. in q. l. mortui *ante-*

34. *ante secundam.* Id est, horam. Sic dicunt. || Hoc dicit [tibi] aliquis.

35. *ad Puteal.* Prope Puteal. Locus Romae, ad quem ueniebant foeneratores. Alii dicunt: in quo tribunal solebat esse Praetoris; erat autem in Rostris.

36. *De re communi scribae magna atque noua te.* || Scribae [et *nouatae*], quibus spoponderant. [*Nouatae*] *Noua.* Quia nouauerant debitum; unde *nouatio,* cum (causa?) eodem contractu, aut creditoris persona mutatur. ||

pon. γ,a (an̄). — mortui an*tea* mv. antea mortui (G?)Q. *Esquilias.* Esquiliae locus erat, ubi peregrini et pauperes sepeliebantur: pos*tea* horti Maecenatis C, om. erant. postea *erant* Q. post *quas* erant h. Mec. mvafh. *post* ho. maec. γ.

1) Id est h. s. d. Hoc t. aliquis, addens: secundam *scilicet* horam. γ. C: *ante secun.* sic *aiunt* et monent. rell. om. 2) prope puteal γ. potest etiam scribi: prope. puteal etc. cum C, qui habet: *ad put.* prope. puteal locus *erat in foro,* ad quem co*n*ueniebant *mercatores et* foeneratores, *ad tradendum et recipiendum* alii dicunt *fuisse pro rostris,* ubi tribunal erat praetoris. rell. om. uerba *prope puteal.* erat autem in Rostris γ. rell. om. Ad *Puteal* conf. Dezobry Description de Rome n. 128. 5) Hic locus in eorum numero est, qui plane insana a uecordibus medii aeui monachis inuenta atque a uecordioribus editoribus et Horatii et Acronis tamquam sana proposita ac deinceps ad nostram aetatem usque propagata ostendunt. Ut supra C. III, 4, 10 *Altricis* extra limen *Apuliae* expulimus nutricem PVLLIAM, porro ut infra E. II, 2, 83 (*libris et curis, statua taciturnius exit*) CVRIVS statuarius, a scribis ueterum codicum introductus, abigendus et foras proiciendus erit, sic hoc loco emittendi atque exterminandi sunt NOVATAE, scilicet scribarum socii, quos Editor Pragensis, temere abutens codicis sui editionisque ueteris alicuius auctoritate, qua prior et superior semper et ubique ratio sana est, et in lemma et in scholion reduxit, postquam C eos abiecerat et uel Fabricius extra aedes Horatii eliminauerat. Quid enim? *Nouata,* noua*tae,* scilicet homo qui debitum nouat, non Latinum est nomen uel uocabulum. Ergo neque codd. Horatii uel uetustissimi, ut Bφ, qui *nouatae* (noua*te* Bern. A) habent, audiendi sunt, ex quibus lectio in haud paucas edd. saec. XV atque in Ald. transiit, neque libri Acronis γG, mva. γ: 'Veteres hunc casum indifferenter ponebant *nouate* pro *nouata.* Scribe et uocate (sic) quibus *sponderant* (sic. conf. *sponderat* ap. Tertull. in Carm. adu. Marcionem III, 5. *sponsis* pro spoponderis ap. Festum. s. u. *spe*pondi Gell. VII, 9, qui adfert Cic. et Caesarem) noua*te* qui noua erant (sic) debitum. Unde *nouatio* cum eodem contractu. aut creditoris persona mutatur.' va: 'Scri*be* atque noua*tae* (no. a) quibus spoponderant. *Nouatae* quia nouerant (sic) debitum unde nouatio: *cum eodem contractu* etiam cr. pers. mutatur. mfh: Nou*ate* (sic m. *Noua* fh). Quia no*ua*uerant — mutatur.' cum eodem contractu G, ut γ,mvafh. Cruquius in *suo* Commentario habet: '*noua te.* antiqu. cod. Bland. habet sine ulla litura, *nouatae*' et adnotationem hanc: 'scribae et *nouatae* quibus spoponderant. *nouatae,* qui nouauerant debitum: unde nouatio, *cum contractus,* aut debitoris persona mutatus: — quae uerba, quod mihi *somnium quoddam* uiderentur, nolui Commentariis inserere. *interim iudicet lector.*' At uero Q somnians iudicauit et totum scholion ex cod. Bland. confidentissime recepit, id quod multo satius ei cauendum putauerim. Etenim ne prima quidem uerba *quibus spoponderant* sana esse patet. Quis enim spopondisse dicitur? Quis alius atque Maecenas, qui, quae spoponderat (Cic. Rosc. Com. 5. Caecin. 3. Sen. E. 19: non promittunt, sed spondent), ergo sponsionem factam signatis tabellis (Sueton. Octau. 50. Plin. XXXVII, 1) ut confirmaret, prouocandus erat. Scribendum igitur esset: quibus spopond*erat.* Sed tota haec res a librario quodam ficta mihi uidetur. Namque ad *rem communem* (Or. laudat Plaut. Aul. II, 2, 22: est, quod te uolo *de communi re* appellare, *mea et tua?*) i. e. publicam scribae adtentum faciunt animum Horatii, non ad rem eius familiarem, quae non *res magna* erat. 7) De nouatione u. Ulpian. aliosque iuris peritos in Pand. XXXXVI, 21 et Brisson. Formm. VI, 192 p. 551, ubi stipulationis in nouatione formula legitur: 'Nouatio uero fiebat,

Hic ostendit, se de decuria [de numero se] fuisse scribarum, aut: *De re communi*, id est, de re publica. *communi.* Publica.

37. *Quinte.* Quintus Horatius dictus est.

reuerti. Quasi ad locum condictum redit i. e. domum suam.

38. *Inprimat his c. M. s. t.* Ordo: Cura, ut Maecenas tabulis signa inprimat. *cura.* Id est: cūra, ut subscribat. *cura.* Verbum est.

39. *Dixeris.* Id est: si dixeris. *experiar.* Si possim inpetrare a Maecenate.

40. *iam fugerit.* Ut (G. III, 284): *sed fugit interea, fugit inrep. tempus.*

[42. *rheda.* Curru.]

43. *et cui concredere nugas.* Scilicet *uellet.* *Nugas* potest [et] excusantis modo fingere, potest et in Maecenatem figuratum esse, ut *Pers.* (I, 116 sq.): *Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico Tangit.* Purgat autem se apud eos, qui putant, eum apud Maecenatem plurimum posse [ualere].

44. *Hoc genus.* Ut *puta* aut *item.* [*Hoc genus* erat nugarum, quod dicebatur]. Huius generis uerba credebat mihi [huius generis], talia consilia.

Threx est Gallina Syro par? *Threx* [inter gladiatores] dicebatur secutor, retiarius, mirmillo. *Gallina* proprium nomen gladiatoris, [item *Syrus*]. Nomina gladiatorum.

45. *Matutina.* Autumnalia, pestifera.

46. *Et quae rim. bene depo. in aure.* Id est: ea mihi credebat et de his loquebatur mecum, quae sine periculo garrulis committuntur. Aliter: Haec mihi, inquit, credita sunt, quae prodita nocere non possunt. *deponuntur.* Scilicet credebat mihi. *Rimosa* enim patula [uerba sunt], quae nihil teneat secretorum. *Terentius* (Eun. I, 2, 25. 105. Fl.): *Plenus rimarum sum.*

cum, quod aliquis debebat, id ab alio nouandi causa stipulabatur, in hunc modum: QVOD A TITIO STIPVLATVS SVM, uel: QVOD TITIVM DARE OPORTET, ID DARI SPONDES.'

1) se de *curia* γ. scripsi se de *decuria.* conf. supra Acr. et Porph. ad S. I, 5, 35 et Cic. Verr. Acc. III, 19. Inscriptt. Latt. ap. Or. in Indice. rell. *de numero se* fu. scrib. 3) Quintus — est γ. rell. om. 4) Quasi — meam γ. rell. om. *reuerti.* Quasi ad locum condictum C. 5) Cura γ. rell. om. 6) *cura* — est γ. cura ut subscr. C. rell. om. 7) pos*sim* γ. rell. poss*um.* 9) iam fugerit — tempus γ. rell. om. 10) Curru om. γ. rhaeda E, alii, ut Barc. Bernn. ACDF, reda. 11) et om. γ. 12) *ut* in γ. 14) posse γ. rell. ualere. 15) Ut puta aut i*d*em γ. rell. om. Hoc genus — dicebatur om. γ. 16) Huius — consilia γ. rell. om. 17) *threx* γ, ut Ambr. B (corr. a ex e). *trex* Frau. *traxi*, v, ut Bernn. ADF. uulgo Thrax. Θρῆξ, Θρέϊξ, Θρῆϊξ, Θρᾴξ. Oudend. Suet. Cal. 35. *Thrax* gladiat*ores* diceb*an*tur fh. hinc Q inculcauit: *Thrax inter* gla*diatores dicebantur Retiarius, mirmillo secutor*, addens: '*Neutra sana sunt; sed probabiliter sanare non potui.*' dic. secutor ret. *myr*millo γG. Thrax dic. *gladiator* sec. ret. (*rhed*arius mv. in lemmate u. 42 rhe*dd*a v) mirm. mva. Thrax est *gal*lina s. Thrax *gal*lina fuit secutor, Syrus autem retiarius, uterque gladiator C. Glossae in γ: *threx.* secutor. retiarius. *gallina.* proprium. item Syrus om. γ,mva. 20) schol. om. mva(G?Q). 23) Haec mihi inq. γ. rell. Haec inq. mihi. — sunt om. γ. 24) s. credebat mihi γ. rell. om. — uerba sunt om. γ. 25) tene*at* secr. γ. recte. scauris. rell. secr. tene*ant.*

47. *Per totum hoc temp.* Quo fui amicus Maecenatis, per septennium, uel octennium.

47. *subiectior.* Scilicet fui. Pro *subiectus*, id est: istos septem annos inuidiae subiacebam; nam siquis me cum Maecenate una uidisset (uidebat?), statim *filium Fortunae* dicebat.

in diem et horam. Per singulos dies et per singulas horas.

48. *Inuid. noster.* [Ita dicebant inuidi.] Pro *ego.* Verba inuidorum refert. Sic solent dicere liberti aut clientes de patronis. *spectauerat. una.* Moraliter, (Simul. Aliter:) id est: Maecenas mecum.†)

49. *fortunae filius.* Id est, fortunatus.

omnes. Scilicet *dicunt.*

49. *Luserat.* Hoc dicebant [inuidi].

Luserat in Campo. Si lusissem in Campo cum Maecenate, omnes dicebant: ita amat illum fortuna quasi filium suum [quia omnes uiceram]. Solebant enim ueteres Romani filios suos ad Campum [Martium] mittere, ut illic pila luderent.

50. *Frigidus.* Noxius, aut magis uanus, qui me non calefaciat. *per compita.* Per diuersas uias.

Frigidus. Formidolosus. *manat.* Si manauerit. *per compita.* Viarum in unum concursus.

52. *deos.* Maecenatem et Augustum, ut [*Verg.* (B. I, 41): *Nec tam praesentes alibi cognoscere diuos*] *Verg.* (B. I, 7): *Namque erit ille mihi semper deus*, et hoc de Augusto.

deos quoniam propius contingis. Id est: quoniam ad amicitiam potentium peruenisti.

1) Quo — mecenatis γ. rell. om. per septenium (sic) uel octennium γ. rell. om. Sep*tennium*, non sept*uen*nium (Festus s. u. Sextantarii), a Prudentio tantum adhibetur, *octennium* autem nusquam, quantum scio, legitur. per totum hoc *septennium et amplius* etc. C. 3) Scilicet fui pro subiec*tis* (sic) — dicebat γ. conf. C, qui habet: — si quis me una cum Maecenate *in campo uidebat*, statim dicebat me esse fortunae filium *hoc est fortunatum.* 6) per horas γ. per sing. dies et horas C. rell. om. 7) Ita d. inu. om. γ. Pro ego γ. rell. om. Verba — patronis γ. rell. om. C: Verba *sunt* inuidorum *de Horatio*, sic e. s. d. l. a. clientes. 9) Moraliter — mecum γ. rell. om. 10) Id est, *fortunatus* sumpsi ex C. γ habet: i. *filius.* rell. om. 11) S. dicunt γ. dicunt inuidi C. rell. om. 12) Luserat. Hoc dicebant γ. rell. om. 13) in campo γ. rell. om. 14) illum fort. γ. rell. fort. illum. — *quasi* γ. rell. *ut.* — quia omnes uiceram om. γ. 15) Solebant *autem* Romani in campo Martio ludere pila *trigonali* C. pila trigonalis Martial. in inscript. XIV, 46, pro qua pluries dicit *trigon* (τριγών) IV, 19, 5. VII, 71, 9. XII, 84. 3. 15) Martium om. γ.. 17) qui me non calefaciat γ. rell. om. 19) Formidolosus γ. 'Hoc est, si aliquis rumor grauis et *formidolosus* manauerit per uicos et plateas, et dispersus fuerit etc.' C. rell. om. Si manauerit γ. conf. C. rell. om. Viarum in unum concursus γ. *per compita. Compita* sunt *multarum* uiarum concursus in unum C. rell. om. 21) mec. et aug. γ. rell. Aug. et Maec. ut — diuos om. γ. 22) Namque — deus γ,C. rell. om. 23) et — Augusto γ. rell. om. 24) Id est — peruenisti γ. rell. om. †) C. Hermann uoluit: *Communi*ter. Ego posui: Simul: *Aliter.*

53. *Num quid d. D. audisti?* Interrogatio. *Nil equidem.* Responsio.

53. 54. *Ut tu Semper es derisor.* Negas, inquit, ut semper rideas de hominibus.

54. *eris.* Pro *sis.*

di exagitent me. Id est persequantur. [Horatius contra alibi (S. I, 5, 101): *Namque deos didici securum agere aeuum,* et alibi (*Verg.* A. IV, 379 sq.): *Scilicet is superis labor est ea cura quietos Sollicitat*].

55. *Triquetra.* Sicilia *Triquetra* Latine, quae Graece Τρινακρία (Thuc. VI, 2. Callim. H. in Dian. 57. Τρινακία Dion. Per. 434. 467 et ap. Homerum) uocitatur.

59. *Perditur.* Consumitur.

61. *inertibus horis.* Quibus nihil agitur.

62. *Ducere soll. iuc. obl. uitae.* [Otiose uiuere] Viuere in iucundo otio.

63. *faba Pythagorae.* Pythagoras philosophus, ab omnibus animalibus abstinens, etiam [a] faba abstinuit, quod uiridis in pyxide aerea seruata uertatur in sanguinem. Unde fertur maluisse eum in latrones incurrere, quam per segetem fabae transire, cum aliunde refugium non haberet. Fabam quoque animal esse dicebat, quod cocta sanguinis humorem ex se emitteret. [Alias:] Pythagoras legumen omne negauerat comedendum, praecipue fabam ueluti parentem coluerat; nam colorem eius dicebat ueluti humano sanguine infectum. *Cognata*: a qua sic abstinuit, quasi cognata sua [esset].

65. *caenaeque deum.* Adeo securae. Alibi (S. I, 5, 101): *namque deos didici securum agere aeuum,* et (alibi *Verg.* A. IV, 379. 380): *Scilicet is superis labor est ea cura quietos Sollicitat.* Caenas dixit deorum quae sine sollicitudine sunt.

1) Interrogatio — hominibus γ. rell. om. 4) Pro sis γ. rell. om. 5) Horatius γ. rell. om. 6) Locum Verg. om. γ. laudau. Acr. ad C. I, 34, 2 et III, 3, 36. Seru. A. IV, 314. Seneca Suas. IV, 4. Quintil. IX, 2, 50 pluresque Grammatici ap. Ribbeck. 8) Sic. Triquetra γ. rell. om. h. l. Triquetra. — trina*ca*ria γ. rell. Trinacria. uocitatur γ. rell. dicitur. C: '*Triquetra.* Triquetra Sicilia, quod in treis parteis seu promontoria diducta est, Graece Trinacria, a tribus promontoriis, Pachyno, Lino, Lilybaeo, Peloro' (sic). 13) *Ducere.* Viuere in iuc. otio γ. rell. om. Vulgo: *Ducere.* Otiose uiuere. 15) etiam faba γ, om. *a* h. l. ut constat, utrumque recte: abstinere et *se* abstinere aut *cibo* aut *a cibo.* Cic. Phil. II, 3. Nep. Attic. 22. uino Hor. A. P. 414. conf. Cic. Diuin. II, 58: *faba quidem Pythagorei abstinent.* C: etiam *fabam non comedit.* — *pixy*de fh. *pixi*de v. rell. *py*xide (πυξίς). Quintil. VIII, 6, 35: *pyxides* cuiuscumque materiae sunt. Suet. Ner. 12 et 47 aurea; Plin. XXIX, 6 argentea, XXXII, 10 plumbea, XXIX, 2 stannea, XXI, 20 cornea, et XXVIII, 18: medicamentum *aerea pyxide* condere. — *as*seruata C. uer*ti*tur mvafh. 17) fab*arum* segetem C. segetem fa*be* γ. rell. fa*bae* segetum. 18) dice*bat* γ sc. Pythagoras ipse. rell. dice*bant* (dicebā a). 19) emitt*ere* v. *Alias* om. γ, qui hanc schol. partem alteri praemisit. Alias — esset om. C. *pyth*agoras, p*y*tagoras et *pith*agoras γ. 21) esset om. γ. 22) Adeo secure γ. rell. om. Huc conlocauit γ duos illos locos (Alibi — sollicitat), quos omnes libri praeter γC dederunt uersui 54, ad quem non pertinent. 24) dix. deorum γ. rell. d. dixit. Conf. C: '*coenaeque de.* coenas deûm dixit *securiores,* et quae sunt sine sollicitudine. *sic* alibi: *Namque — aeuum.*' om. ergo Verg. locum.

meique. Amici, uel clientes, uel familia.

66. *Ante Larem.* Aut ante deos domesticos, aut in lare proprio.

procaces. Petaces†), — qui confidenter loquuntur et libere.

67. *libatis dapibus.* Degustatis escis, aut deminutis.

prout. Cum ad agrum uenero.

68. *Siccat.* Adbibit.

69. *Legibus insanis.* *Insanas leges* archiposiam dicit. Nam qui ad legem bibunt, tantundem bibunt. Ergo hic gratius [Horatius dicit], quod, quantum uolebat quis, tantum bibebat. Aliter. *Insanas leges* uocauit, quibus diu bibitur, et in maximis calicibus. *insanis.* Epitheton. *Legibus.* Siue uult bibere aliquis secundum leges.

acria. Grandia.

70. [*humescit*] *uuescit.* Inebriatur, funditur, udus fit.

modicis. Poculis. *Laetius.* Libentius.

71. *oritur.* Quod nobiles faciunt.

72. *Lepos.* Nomen opinatissimi saltatoris, grati Caesari.

1) *Meique* — familia γ. rell. om. C: *meique.* Amici, familiares. 2) deos om. fh. — aut *in* lare*m* proprium. γ. uulgo: *aut ante larem proprium,* i. e. focum. conf. Verg. A. VIII, 543. posui *in lare proprio,* i. e. domo siue lare *familiari* Sallust. Cat. 20. larem reueni *meum* Apul. Met. IX p. 229 Elmenh. ad larem *suum* reuerti Cic. Attic. XVI, 4. Ouid. Tr. III, 10, 62. Gaudentem paruisque sodalibus et *lare certo.* Hor. E. I, 7, 58. auitus *apto Cum lare fundus* C. I, 12, 42. 43. 3) *procaces.* petaces qui confiden*tur* loqu*en*tur et libere γ. correctius, ut supra. C. rell. om. *Petax* uoc. usus est Fulgentius Myth. L. 1. p. 668 Stav. 4) aut γ. rell. et. 5) *prout* — uenero γ. rell. om. 6) *Ad*bibit γ,mv et C, qui addit: quantum lubet. recte. Ter. Heaut. II, 1, 8: ubi adbibit plus paulo. conf. Plaut. Stich. II, 2, 58 cum Hor. E. I, 2, 67. *Eb*ibit afh et Q, qui negl. libros (G?). 7) archiposiam γ,a (ā) G?Q. archi*paphiam* mv. ἀρχιποσίαν fh. hoc schol. om. C. 8) *gratius* quod. γ. rell. *Horatius di*cit quod. 9) quis γ. rell. om. Al. Insanas — calicibus γ. rell. om. C: insanas leges uo*cat* Archiposi*an*, quando capaces calices ebibunt ad aequaleis haustus. 10) *insanis.* Epitheton γ. rell. om. *Legibus* — leges γ. rell. om. 13) *uuescit* γ (VVESCIT in marg.) et C. scholio et lem. carent mva, qui in Hor. habent *humescit*, ut in Acr. fhQ(G?). In uett. codd. Horatii uariant lectiones. *Humescit* in nullo meorum offendi *tamquam glossam* alteri uerbo datam, id quod Orellius in codd. aliq. conperisse oculis fatetur aut coniciendo supponit. namque *inebriatur* in Ambr. aliisque est glossa eaque Acroniana. Neque etiam humi*dus* tamquam glossa occurrit C. II, 19, 18, ubi Acr. et Porph., ex quibus interdum eiusmodi glossas petitas fuisse cognouimus, *uuidus* explicant per *madidus.* et IV, 5, 39, ubi Porph. *uuidi* interpretatur: *poti atque madidi,* Acron autem: *uino pleni* (non plen*o*, ut opera posuit p. 401). *uuescit* pure hab. γNO Ambr. Bern. C. M.[2] *uuescit*, corr. a 1 m. *hum*escit, Bern. A St. Germ. uͫuescit *um*escit pure Barc., uitiose Bern. D: *uiue*scit, Sorb. *inue*scit etc. Bφ a 1 m. non *uu*escit ostendunt, ut Pottier. refert, sed erasis litt. *ue*, *uescit*, corr. a 1 m. suprapo. *hum.* — *humescit* pure Parr. EHIOPR Genou. Fran. Harll. βγηικλ (Babington) aliique. hume*fecit* Bern. F. conf. Epod. XII, 10, ubi *humida* Acr. exponit *humefacta sudore.* *Uuescit* nuper praeter Ch. Iahnium, Orellium, Doderlin. et Meinekium, etiam Peerlkampus, Vir de Horatio bene meritus, recepit in ed. Amstelod. 1863 p. 157. Inebriatur fh(G?)Q. *uuescit.* Vdus fit, inebriatur C. Inebr. fund. udus fit γ. rell. om. 14) Poculis γ. rell. om. 15) Libentius γ,C. Quod nob. faciunt γ. rell. om. 16) grati Caesari γ. nomen *insignis* saltatoris *Caesari grati* C. rell. om. †) Pet*ulant*es uoluit C. Hermann.

73. *et nescire malum est.* Hoc scire uolumus, quod nescire crimen est; de hoc disputamus, quod ignorare non expedit.

75. *Quidue ad amicitias.* Id est: quaerimus, quid nos trahat ad amicitias, utrum utilitas, an bonitas. Stulti dicunt, amicitias propter utilitatem accipi, multi, utilitatem propter amicitias euenire.

76. *Et quae sit nat. boni.* Epicurei dicunt, summum bonum esse uoluptatem, Stoici honestatem.

77. *garrit.* Narrat, [explanat] dicit.

78. *Ex re fab.* Pro commodo. Id est non sine causa, sed ad exemplum rei propositae pertinentia.

Arelli. Cuiusdum [auari] diuitis nomen. Ordo est: Nam si quis Arellium diuitem laudat, Ceruius has fabulas de muribus e contrario infert.

79. *sollicitas.* Quia nimius census sollicitos facit.

ignarus. Id est nesciens; quia non diuitiae faciunt beatitudinem sed animus paruo contentus. Aliter. Vult hoc loco ostendere, beatam uitam non fieri diuitiis sed αὐταρκείᾳ. Negat [autem] Cicero αὐτάρκειαν uno uerbo posse dici: „Αὐτάρκεια *est,* inquit, *quae, paruo contenta, omne respuit, quod redundat.*"

80. 81. *paupere f. Acc. cauo.* In angustis latebris. *cauo.* Cubili.

82. *Asper et adtentus. Asper.* Parcus. Qui moderate utebatur adquisitis, ita parcus, ita tenax, [et tamen te largum circa hospitem esse cupiebat.], ut tamen esset largus circa hospites suos. *adtentus.* Festinus. *quaesitis.* Qui adquisitis parcebat. *artum.* Angustum, parcum, tenacem.

83. *hospitiis.* Al. hospitibus.

1) *n*olumus γ. *et nescire mal.* ignorare non expedit C. 3) Id est — bonitas γ. Quaerimus q. n. trahat (trah*it* γ) ad am., ut ilitas*ne* an *honestas* C. rell. om. bonitas, ut Nep. Timol. 5. Cic. Off. III, 19: *fidem* bonitatemque. Nat. D. III, 30: ad fraudem, non ad bonitatem (i. e. fidem Ern.). 8) Narrat, dicit γ,C. explanat mvafh(G?)Q. 9) lemmati *Ex re* addidi *fabellas.* Id est — pertinentia om. mvaQ(G?). *ex re.* commodum non sine causa, sed ad propositum pertinent eis. *alias: ex re.* id est, utilitate C. 11) auari om. γ. auari et diuitis, om. nomen, C. diuitis nomen γ. rell. om. 12) arellium diuitem lau. Ceru. γ. Arelli laudat diuitias Ceru. mvafhQ(G?). — e contrario γ. rell. om. Ordo — infert om. C. e contrario γ. rell. contra. 15) Al. γ. rell. om. 16) fieri γ. rell. constare. — aut artiam γ, qui hoc tertium addit scholion: *ignarus. docet* hoc loco non diuit*iis* (diui*tis* in alt. schol.) *fieri* beatam (om. uitam) sed *aut artiam.* C: '*ignarus.* nam diuitiae non faciunt beatitudinem, sed a. p. c., quae uirtus dicitur αὐτάρκεια. Quae cum Latine uno uerbo dici non potest, αὐτάρκεια, inquit Cic. est quae paruo contenta, omne id respuit quod abundat.' autem om. γ. 19) In angus*tas* latebr*as* γ. Cubili γ. In angustis latebris, angusto cubili C. rell. om. 20) Asper parcus γ,C. rell. om. 21) *ad*quis. γ. 22) ut — suos γ. *asper.* parcus, *attentus quaes.* qui moderate utebatur *quaesitis ita tamen ut* largus esset *in accipiendo hospite* C. rell. et tamen — cupiebat. 23) Festinus γ. rell. om. nomen adiectiuum poetis tantum usitatum. Stat. Theb. VI, 75 uoti. Silu. V, 3, 135 laudum. Qui adq. parcebat γ. rell. om. Ang. pa. tenacem γ. angustum, tenacem C. om. Parcum. rell. om. 24) al. hospitibus γ. rell. om.

83. 84. *neque — inuidit.* Pepercit, quin omnia deferret.

84. *longae inuidit auenae.* Quia auenae longus est culmus.

85. *acinum.* *Hic* acin*us* et *hoc* acin*um*.

86. *cupiens uaria fastidia caena.* Cupiens superbiam muris urbani repellere.

87. *tangentis male.* Id est, fastidiose, contemptibilius ossa tangentis.

88. *pater ipse domus.* Mus rusticus.

horna. [Annotina i. e. Unius anni, unde et hornotina] Hornatina, hoc anno orta.

89. *ador loliumque.* Ζέα, ζιζάνιον (ζεία, αἶρα?).

91. *Praerupti nemoris pat. uiu. dorso.* In dorso nemoris praerupti, abscisi, alti montis.

92. *feris praepo. siluis.* Desertis regionibus.

93. *terrestria.* Deest *animalia.* Siquidem omnia terrestria sic uiuunt, ut mortales animas habeant. Aliter. Quoniam omnia mortalia sunt animalia, iucunde nobis facias.

95. *Aut magno aut paruo.* Aut diuiti, aut pauperi, [aut] uel ignobili. *fuga.* Ex ipsis terrestribus.

quo, bone, circa. Ordo: quo circa, bone, uiue in rebus copiosis. Ἀναστροφή.

97. *Haec ubi dicta.* [Verba. Postquam] Ipsa dicta sollicitauerunt murem, ut domum suam desereret.

1) *Inuidit.* Partit (sic) qui nomina deferret. C: *pepercit,* sed omnia detulit. rell. om. posui: pepercit, *quin omnia* deferret. 2) *longae.* habent enim *glu*mum longum. *glumus* non Lat. uocabulum est, glu*ma* ap. Varr. R. R. I, 48, 1. 3) Hic acinũ (= um. uitio scribae pro aci*nus*) et hoc acinum γ,C. rell. om. conf. Plin. XVII, 21. XXIII, 11. Colum. Arb. IX, 1. aci*na*: Colum. XII, 39. Cato R. R. 112. 4) *caena* γEB. Barc. Bern. C. cena Ambr. Fran. etc. 6) Id est — ossa *tegentis* (sic) γ. rell. om. C: vix, et fastidiose contingentis. 7) Mus rusticus γ,C. rell. om. 8) *or*na γ, ut EBφHJIOP St. Germ. Bernn. CDF Barc. Fran. *hor*na Ambr. aliique. posui horna i. e. ὥρινα. conf. C. III, 23, 3. Epod. II, 47, ubi M *hor*na in lem., *or*na in scholio habet. *An*notina — *hornotina* om. γ,C. Hornotina. hoc anno orta γ. rell. om. *hornotinus* usitatior uox ap. Catonem R. R. 17: nuces. Colum. de arb. 30 planta V, 6 uirga. Cic. Verr. III, 18 frumentum, *hornus* freq. ap. poetas Prop. IV, 3, 61. Plaut. Most. I, 3, 3. *annotinus* etiam ap. pedestr. script. ut Colum. IV, 24, 8 ungues. Plin. XVI, 26 fructus. Caes. Bφ. V, 8 naues. 10) *ador.* zizania γ. rell. om. Scribe aut: *ador loliumque.* Ζέα, ζιζάνιον (ζέα et ζεία ador. conf. Dionys. Hal. II, 25), aut: ζεία, αἶρα. 11) In — montis γ. rell. om. *praerupti.* alti C. 14) Deest animalia γ. rell. om. Siquidem — habeant. al. — facias γ. rell. om. 17) *uel* ign. γ. rell. *aut* ign. C: 'non diuiti, non paup., non nob. non ignobili.' Ex ipsis terr. γ. rell. om. 19) bene γ, ut Bernn. AD Barc. etc. uulgo bone, ut H aliique corr. — bene uiue γ. Ordo — Ἀναστροφή γ. rell. om. C: Tmesis, quo circa. 21) *Verba* om. γ,mva(G?Q). postquam mvafhQ(G?). Haec *hubera.* postquam mv. Haec *ubera.* postquam a. *pa. uiu. domo.* sollicitauerunt *animum* muris, ut d. s. des. C.

98. *leuis.* [aut]. Gaudens, id est, aut citus, celer, aut quia facile est traductus. Adfectauit altius dicere tota relatione, quo magis ridiculum faceret dictum.

99. *auentes.* [Gaudentes.] Cupientes.

100. *nocturni.* Per noctem.

101. *cum.* Quo tempore.

103. *canderet.* Fulgeret.

104. *superessent.* [Remanerent] Abundarent.

fercula. Disci. Sunt et pulpita, in quibus deorum simulacra tolluntur et uasa, quae plena pulmentariorum [sunt et] ponuntur in canistris [cum his, quae superfuerint].

[105. *procul.* *Procul* est subtus, *prope* iuxta positus].

exstructis. Conpositis.

canistris. *Hoc* canistr*um* et *hi* canistr*i* plurali numero.

108. *Continuatque.* Id est [Alternat], adponit.

uerniliter. More seruorum. [Id est] Luxuriose ab eo, quod hi serui, qui domi nascuntur, delici[os]i sunt.

[109. *praelambens.* Praegustans.]

112. *lectis excussit utr.* Iucunde [*lectis*] satis *excussit* [quasi] a deliciis insperatis. *utrumque.* Murem.

114. *Molossis.* Id est, canibus Creticis (Epiroticis), a Molossa ciuitate Cretae (Epiri).

1) *leuis.* aut gaudens — traductus γ. rell. om. C: citus, celer; quia facilis est transitus a peioribus ad meliora. 2) *Affectauit* — dictum γ. rell. om. 4) Gaudentes om. γ. Cup. γ. rell. om. 5) per noctem γ. rell. om. *de* nocte C. 6) *quando*, quo temp. C. 7) Fulgeret γ,C. rell. om. 8) Remanerent om. γ,C. Habundarent γ. 9) Disci γ. rell. om. 10) plena γ,C. rell. om. — sunt et om. γ et C, qui addit: *hoc* canistrum et *hi* canistri pluraliter. cum h. q. superf. om. γ. 11) schol. om. γ,C. 13) exstructis. comp. γ,C (exstr.) rell. om. 14) Hoc — numero γ. conf. C in schol. praeced. rell. om. 15) Id est γ. rell. om. Alternat om. γ. schol. om. C. *a*pponit γ,mvafh. recte, *o*pponit ap. Q(G?) absonum est. 16) uer*ni*liter γ 1 m. (2 m. ut Bern. A mut. i in a) Ambr. Fran. Barc. Bern. C Regin. Harl. γ. B et φ in marg. VERNILITER cum uar. lect. manus 2: *uel a.* φ habet glossam: id est, alacriter ab auendo. uel seruiliter *a uerna.* recte. nam *uernus* et *uernalis* (horae Manil. III, 258) a nomine *uer* descendunt, non a *uerna*, ut *uernilis* et *uerniliter*, quod aeque in loco illo Caecil. ap. Nonium 1 n. 203 recte legitur. uern*a*liter mvafhQ(G?), ut recentiores plurimi codd. Horatii. ue*ra*liter E. Id est om. γ. hi γ. rell. om. 17) *deti*osi γ. rell. deli*ti*osi. deli*ciosus* non Latinum est uocabulum, deli*cius* autem (*Apricius delicius* Inscript. ap. Donium 1 n. 137), rarius quam *delicia*, deli*cium*, deli*catus*. 18) Praegustans om. γ. 19) Iuc. *satis* exc. γG,mv. rell. om. *satis*. C: iucunde quasi a deliciis insperatis. — quasi om. γ. *a* delic. γ. rell. om. a. Pro inspiratis inepta lect. uulg. apud fhQ(G?) posui *insperatis* cum γ, C,va. 21) cre*tis* γ,mva. crete*nsibus* fhQ(G?). posui Cre*ticis* adi. et Horatio C. I, 26, 2 et pedestr. scriptoribus usitatum. Flor. III, 7. Sen. N. Q. III, 29. Plin. XIV, 9. XIX, 2. XXXVI, 13. Cre*tensis* Cicero saepius, sed, quantum recordor, de hominibus tantum adhibuit. C: '*molosis.* canibus *epiroticis;* a Molossa ciuitate *Epiri.*'

115. *rusticus.* Mus scilicet.
116. *cauusque.* (Foramen), Cauerna, ubi antea habitabat.
117. *Tutus.* Tutior.
117. *eruo.* [*Eruum*] genus [est] leguminis.

PORPHYRION.

[*Hoc erat in uotis.*] Laudat rus et securitatem eius exponit; per quod significat, rus se habere et amare.

2. *iugis aquae fons.**) Qui cum sit iugis, domui [eius] sit proximus.

5. *nisi ut propria haec mihi. Propria*, firma, ut *Verg.* (A. VI, 871): *Propria haec si dona fuissent.*

9. *denormat agellum.* Extra modum procedens denornem facit, uel illud designat, ut uelut norma posita definit (desierit? desinat?).

12. 13. *diues amico Hercule.* Ideo, quia thesauris praeest, et sunt, qui eundem *incubonem* quoque esse uelint, unde putant (et, quod) quod et res rustica in tutela sit eius. Nam illi sacrificia reddunt rustici, cum iuuencos domauerint. Praeterea etiam traditur fabula, fuisse quendam mercenarium, qui semper Herculem deprecatus sit, ut sibi boni aliquid praestaret. Quem Hercules ad Mercurium duxit et obse[c]ratum thesaurum fecit ostendi, quo effosso ille eundem agrum, in quo operam mercenariam faciebat, conparauit

1) Mus scilicet γ. Mus C. rell. om. 2) Vulg. lectio *Foramen* hoc sensu non in usu erat apud Latinos. namque foramen et foramina corporis, aurium, oculorum, parietum et fenestrarum res aliae sunt. *Cauerna* C. ant*ea* γ. rell. an*te*. habita*uerat* C. 3) Tutior si diceret γ. rell. om. 4) *Eruum* om. γ.

PORPH. Sermo sextus 2.

8) Lemma om. M. Laudatus fh, aut uitio operae, aut pro lauda*tur* rell. laud*at*. recte. sic φ: significat*urus*. *) notandum, Bφ praeter hoc secundum omnia Porphyrionis scholia ad hanc sat. habere. domui *eius* fh. proximus *eius* va. 11) in lem. M: *propria mihi*. om. haec. firma MRA2BφG(Q). uera vafh. 13) proce*dere* facit — *et* uel*ud* — definit Bφ. 14) designat MRA 2BφG(Q) et uet. lib. H. Stephani in Emm. p. 165: 'sed non uideo, quid causae dici queat, quin simul *illud* in *illum* mutetur.' definit M. de*sin*it v. de*fic*it afh. uel*ud* MBφ. 15) ami*cus* MG, negl. scribarum, non item in codd. Horatii. — the*n*sauris MA, ut infra the*n*saurum et bis the*n*sauri. 16) incubonem om. R. *incubo* uocabulum hac significatione rarum (Petron. 38: cum modo incuboni pileum rapuisset, thesaurum inuenit) Gruberus W. d. class. Myth. II, 293 explicans dicit: 'also Hercules ein Berggeist.' quoque om. 2. — et quod M(G?Q)va. quod et fhC. et om. Bφ. 17) sit in tut. eius R. in tut. sit *ei* Bφ. sit in eius tut. C. — Nam ei *sacra faciunt* C. illis sacr. R. merce*nn*. MRBφ. 18) dom*u*erint C. — etiam om. C. mercenarius aliquis — sit depr. C. 19) ut *si* — praestaret *sibi* 2. pre*s*taret M. pres*tet* φ. *largiretur* C. 20) obsecra*tur* M. obsecra*tus* R2Bφ. obsecra*tum* C et G(Q). obs*era*tum afh. obs*erata* v. obs*era*tum recte. conf. Liu. V, 41. Ter. Eun. IV, 6, 25. Nep. Dion. 9. Suet. Tit. 12. Martial. VII, 19, 21. *obsecratum thesaurum* uix defendi poterit Plin. E. IX, 29: *uenia obse*cranda, cum hominem (*obsecratus homo* Sall. Iug. 25. Caes. B. C. II, 5), non rem obsecrare solerent. eff*oso* φ. eff*uso* B. ille *qui* R. pro*u*auit M.

et labori solito operam dedit, sicque probauit Mercurius, quod [deo] de eo praedixerat Herculi, nulla re illum posse beate [beatum] uiuere, cum in eadem opera post inuentionem thesauri perseuerauerit [perseuerauit]. *Persius* (II, 11—13): *dextro Hercule! pupillumue utinam, quem proximus haeres Inpello, expungam!* Quia lucri deus est, *thesauri* dicitur.

16. *et in arcem ex urbe remoui.* Belle dixit: uelut rex in uillula mea, uelut in arce positus eram; uel ideo, quia in monte posita est.

18. *nec plumbeus Auster.* Id est, grauis.

30. *tu pulses o. q. obst.* Pol, ut: *ualeas, caue ualeas* et similia dicta.

32. *et melli est n. ment.* Pro: iucundum est.

36. *De re communi scribae ma.* Hoc loco significat se Horatius decuriam habuisse.

46. *Et quae rimosa bene depo. in aure.* Id est: ea dicebant, quae bene committuntur auribus rimosis, hoc est: quae facile proferantur in medium, nihil scilicet de secreto habentia, et hoc de *Terentiano* illo dicto sumptum est (Eun. I, 2, 25. 105 Fl.): *Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.*

55. *Quid? militibus promissa Triquetra.* *Triquetra*, id est, Sicula, quod in tres partes, id est, promunctoria deducta sit et separata, uel quadra.

1) probauit *mercenarius* quod De*us* pr. afhC. pr. *mercurius* quod *deo* MRABφG (deō),v (de*os*). *ideo* dixit 2. Pro *deo* scripsi *de eo.* 2) posse illum bea*te* 2. rectius quam uulg. lectio beat*um.* — *ul*lum v (*un*llum) afh. falso propter sequentia. 3) perseuera*uerit* posui cum Bφ pro lect. uulg. perseuera*uit.* 4) pullum ue R. 5) heres in pello expong*as* M. expun*gas* RG(Q), ut perpauci codd. Persii (uet. Rom. Vat. 'Mp ap. O. Iahn: expu*gnas*). expungam vafhC. adi Beitr. ad Persium p. 109—113. — Quia *lucri deus* est the*n*sauri dicitur M. *Qua* lu. d. est th*es*. di. R. Quia *deus lucri* est th. di. 2G(Q). *ex* Thesauri v. *et* thes. afh. Persius dicitur om. Bφ. 6) uill. *sua* 2. 7) er*at* 2G,vafh. er*am* MRBφ. 8) *a*dest M. 9) *pollo* ualeas MRBφG. p*ro* ualeas vafhQ. Scribendum aut *pol, o,* ualeas, aut: *pol, ut:* ualeas. conf. Plaut. Amph. I, 1, 215: *pol pro*fecto. Plaut. Cas. II, 6, 18. Ter. And. III, 2, 6: *per pol.* caue *uideas* dict*a* Rh. rell. dic*tu.* 11) *Non mentiar*, *quod* iuc. est. 2. *melius* MR2GB (*al.* melli) φ corr. melli. ioc. RBφ. 12) scribe M. Hor. sign. se 2. Oratius Bφ. *decuriam* habuisse. *hodie meminisses.* curiam habuisse matutina parum cautos. et hoc de terencian*i* (sic exit φ. B pergit:) illo dicto — perfluo. 14) dice*bat* afh. 15) medi*o* A2,vafh. scilicet MRA2G(Q). rell. om. 16) sumptum om. 2. est om. R. haben*dis* MRA2. haben*tia* vafhQ. om. Bφ. Terentiano om. vafh. 19) *triq. Praedia.* p̄sidia (presidia B) sicula Bφ. 20) i. *in trina* prom. R. pro*mun*turia M, ut C. I, 28, 3; 37 argum. III, 4, 28. pro*munc*toria Bφ. conf. insuper C. Epod. XVI, 29. C. I, 15, 7 Parr. Aγ et Barc. habent pro*munc*toria. *de*ducta M(H.)R,fh. *di*ducta 2BφG,vaQ et C. *sint* M RBφG(Q). *sit* 2,vafhQ. *est* C. *deducta* id est partita, diuisa, ut Plin. III, 16: Padus deductus in flumina et fossas. contra *diducta* transgredi poterat ex Hor. Art. 326: *assem in partes* centum *diducere*. conf. Colum. IX, 9: plebs *in partes did*ucitur. Non opus est, ἄκρος, quod Q proposuit, scribere, neque ἀκρωτήρια, quippe quod neutrum per libros licet. sint et separa*tas* uel quadr*as* MBφ. sint et separa*ta* uel qua*dra* R. sint et separa*ta*, uel qua*dras* (G?)Q. sit uel quadr*as* vafh. posui *quadra* sc. praedia; nam *triquetra* et *quadra*, non *tres* et *quadras* partes recte coniunguntur.

62. *Ducere sollic. iuc. obl. uitae.* Id est: potare, quia uina sepeliunt omnem sollicitudinem.

63. *faba Pythagorae cognata simulque.* Ideo ait *Pythagorae cognata*, quia traditur inflare praecordia, quo argumento Pythagoras spiritalem adseuerans uelut a *cognata* abstinebat. Pythagorei enim nullo animali aluntur. Quos inridet hic.

72. *Nec male necne Lepos saltet.* *Lepos* nomen archimimi, qui eo, quod iucunde et molliter et saltaret et eloqueretur, sic adpellatus est.

SATIRA II, 7.

ACRON.

1. *Iamdudum ausculto.* Hac satira libere pulsans domini uitia, quae celat et aliter, quam promiserat, uiuit, || 2. *Dauus.* Inducitur seruus, sicuti in comoedia, qui dicat, non posse se ferre dominum, quod alia laudet, alia faciat. || ex persona sua Horatius aliena uitia carpit. Aliter [Alias]: Inducit seruum loquentem cum domino de uariis hominum moribus.

1) quia — sollic. om. Bφ. habent autem: *iocunda.* sunt quia uina sepeliunt curas. 4) infla*ma*re G. 5) *ad*seu. M. uelut om. 2. abstine*at* Bφ. — *lu*untur M(H.) rell. aluntur. 7) B. habet in lemmate: *nec lene post* cum *lect. uar.* 1 m.: *al. nec ne nepos,* φ nec//////pos/// (= nec lene post) *al. edepos.* — archimi*ni* M2. 8) moll. saltaret, om. et, afh. loqueretur R. rell. archinni R. *elo*q.

ACRON. γ caret inscriptione, ut plurimi uett. et rece. codd. Horatii; frequentissima est haec: DE IOCVNDITATE DECEMBRIS MENSIS ET SERVILI LICENTIA, quam cum compendiis praebent Barc. Parr. B et φ (LICENCIA) a 2 m. F cod. eccl. Notre Dame saec. XII, Y (6102 saec. XV) etc. De locutione iocunditatis decembris mensis. Fran. seruus notat uicia dni e. XVIII[a] I. Hac satira libere pulsans domi*no* uicia Ambr. (initium schol.). Egloga VII. de licentia seruorum. uet. cod. Pithoei. Egloga (sine num.) J. In nonnullis codd. ut Y haec sat. postpo. octauae. Bern. F a sexta ad octauam transit etc.

14) uiu*at* γ. non posse se γ. rell. se non po. — Verba *Inducitur* — *moribus* non ad argumentum pertinent, ut omnes edd. ostendunt. Interposui lemma *Dauus.* Quo effectum est, ut, mutata sede huius scholii, quod ordinem sententiarum male interrumpit, uerba *ex persona sua Hor. aliena uitia carpit* totum priori parti reddita argumentum rite absoluerent. Contra Editor Pragensis duce C, ut uidetur, sine ratione tamen atque auctoritate id egit, ut haec ipsa uerba. quae ad Dauum seruum spectant, qui uersu secundo introducitur, tamquam unum totius satirae argumentum seruaret, deleta et prima parte, cuius principium tacite, ut solet ac temere mutauit, scribens: *Haec satyra* — *uiuit*, et posteriore, id est, altero argumento *Alias* — *moribus*, quod om. mva(G?). Cod. γ uerba *Inducitur* — *moribus* inferius post schol. uersus 4 conlocauit. Argumentum in C: 'Inducitur seruus *ex* Comoedia, puta Dauus callidus, qui dicit se non posse ferre dominum suum alia laudare, et alia facere. Aliter inducit Horatius s. b. c. d. *suo* d. u. h. moribus libereque taxantem domini sui uitia quodque aliter uiuat quam prae se ferat.' 16) dominum om. γ. quod γ. rell. quia. 17) faciat *ut* ex pers. γ. rell. om. *ut.* — *Aliter* posui, ut C, pro *Alias.* γ habet h. l. compendium *aī* pro *at.*

3. 4. *et frugi quod sit satis, hoc est, Ut uitale putes.* Id est: tam frugi est, ut eum optet dominus uiuere. *Putes* autem pro *uelis;* [Item] *quod sit satis h. e. Ut u. p.* Talis es seruus, ut [eum uelis] uelim, te uitalem esse; etenim qui nimii sunt in bonis, eos *uitales* esse non praedicamus. *et frugi q. s. satis.* *Valde frugi,* quod parum non sit. *putes.* Pro *uelis.* Hoc est quidem, quod magis uelim quam, te esse uitalem.

4. *Age, libertate Decembri.* Habeas licentiam et libertatem dicendi, quae uelis; quia Saturnalibus libertas seruis concedebatur, et omnes exaequabantur, ut saeculi aurei, quo Saturnus regnauit, esset imitatio. *Decembri* [autem] mense Saturnalia sunt [celebrantur], et mutatio fit condicionis; [nam et] liberi ex seruis, [et] serui ex liberis fiunt. [Ordo: Age, utere libertate Decembri.]

5. *narra.* O serue.

6. *Pars hominum.* Iam serui sunt uerba. *uitiis.* Quot [Quod] habet.

gaudet const. et urg. In uitiis stando et perseuerando.

constanter. Pertinaciter, ualde.

6. 7. *et urget Propos.* Perseuerat, perdurat in uitiis [incerti propositi est].

7. *natat.* Incerti propositi est, inconstans [est].

recta. Absolute, neutro.

8. *prauis.* Vitiis, paenis. *notatus:* i. e. uisus.

9. *Cum tribus anellis.* Antea enim et certae dignitatis homines et singulis utebantur; ideo notatus ex numero, quia tres.

tribus anellis. Pro multis.

1) Id est γ. rell. om. *tam* omn. libri. *iam* tacite inculc. Q. eum opt. γ. rell. opt. eum. Lemma librorum *et frugi* amplificandum erat. 2) uelis. *Item* talis *est* mvafh. *id est* (G?) ante *tal. est* tacite inculcauit Q. *item* om. γ., qui scholion uerbis *quod sit satis* adscripsit. 3) *es* ut uelim *te* uit. esse γ. rell. *est seruus ut eum uelis* esse uitalem. 4) et frugi — sit γ. rell. om. 5) *putes* — uitalem γ. rell. om. 8) Verba *quia* — imitatio in γ posita sunt post *putes autem pro uelis.* — *exs*aequabantur γ. exequebantur mv. ex*ae*qu*e*bantur fh. exaequa*b*. Ca et Q, qui ueram scripturam ex ingenio, non ex C reduxit, quem ad h. l. non inspexisse uidebitur. 9) *fieret* imit. mva 10) autem om. γ. De Saturnalibus mense Decembri, non certo quodam die celebratis uide quae uberius disputaui ad S. II, 3, 5. Conf. etiam Cic. Q. Fr. II, 1: *mense Decembri* sub dies festos (Saturnalia). — sunt γ. rell. celebrantur. celebra*ban*tur C. *sunt* pro *celebrantur.* ut et nos dicimus, atque aliae locutiones usum similem ostendunt: prouocatio erat Liu. II, 18. 29. consultatio est Ter. Hec. IV. 4, 28. non solet *esse diu* Prop. II, 19, 74. saepius etiam *est* = existit, fit. Conf. autem Plaut. Casin. prol. 68: Quid istud *est? seruiles nuptiae* (sunt). Cic. Cluent. 12: quae nuptiae non diuturnae fuerunt. sic *Circenses sunt* pro *dantur* dicebatur. *im*mutatio mvafh. 11) nam et om. γ. — et om. γ. — Ordo — decembri om. γ. 13) O serue γ. rell. om. 15) *quod* hab. γ. rectius est *Quot habet.* quocirca lemma *uitiis* interposui. rell. uerba, *quae.* 16) ualde perseu. perd. γ. rell. Perdurat, perseuerat in uitiis. *constanter.* ualde pertinaciter C. 17) Verba inclusa *inc. prop. est* (inc. proposi*tione* m) non ad hoc sed ad seq. schol. spectant, quo ea transtuli. Quae cur Q(G?) deleuerit, non dixit. C: *natat.* inconstans, mutat propositum, incerti est propositi. 22) *na*tus fh. 23) Pro multis γ. rell. om.

10. *Vixit inaequalis.* Dubius et mutabilis.

clauum ut mutaret in horas. Quasi sui propositi gubernator. *Clauum* [autem]. Propositum uitae, gubernaculum uitae, aut purpuram.

11. 12. *Aedibus ex magnis subito* Subito de ambitiosa domo [subita] migrat ad eam domum, in qua uix dignabatur manere pauper, id est, in eo caenaculo, *unde mundior exiret libertinus.*

mundior. Pro *mundus,* honestior. [id est] paulo liberior. *honeste.* Decenter.

13. *Iam.* Modo.

13. 14. *doctus Athenis Viuere.* Dicitur enim iste Priscus orator fuisse.

14. *Vertumnis.* Id est: quia omnia temptat et in nullo perseuerat. *Vertumnus* dictus, quia humanis mentibus praeest, a *uertendo.* Hic quondam Romae colebatur. Alii deum Tiberis uolunt, qui *uerterit* eius alueum. Aliter: *Vertumnus* dicitur deus, qui praeest sensibus, ab eo, quia *uertit* et (id est?) mutat cogitationes humanas. Scribitur itaque multiformis. Is autem dicitur *iniquo Vertumno* natus, qui nescit se regere.

quotquot sunt. [Supple] *Vertumni.* Ideo dixit, quoniam iste deus positus erat in multis locis ciuitatis. Aliter. Fere in omnibus municipiis Italiae consecrabantur eiusmodi simulacra, quae [quibus] ambigui uultus essent, prout dedissent eis habitum, ita in diuersas facies numinum uerterentur; ac per hoc Priscus diis iratis natus. *iniquis.* Iratis.

15. *Scurra.* Urbanus. *iusta.* Quia nequam fuit. Bene *iusta,* quae eius puniret insaniam; [nequam enim fuit].

3) autem om. γ. aut purpur*ae* (uulg. lect.) om. γ. gl.: propositum uitae, gubernaculam uitae. C: uestem Senatoriam.' 4) *Subito* de amb. domo γ,mva cum lemmate: *Aedibus ex magnis.* De amb. domo *subita* fh. *subita* uncis incl. Q, sed ad expositionem opus est. *ad* eam γ. rell. *in* eam. 5) dign. man. γ. rell. man. dign. 7) *honestior* uox non lemma est, ut in mvafhQ neglegentissime positum apparet, sed ad expositionem conparatiui *mundior* spectat, namque in Hor. legitur *honeste.* Decenter γ,C. rell. om. id est om. γ. 10) posui *doctus* cum γH St. Germ. St. Victor (452. saec. XII.) Barc. Bern. D. Regin. M². Rasurae et correctiones sunt frequentiores. Sic Harl. λ habet *doctus* a 1 m., *doctor* a 2 m. Par. φ autem aliique a 1 m. lect. uar. *uel tus,* a 1 m. *doctor,* cum scholio Acronis, quod Orellius tamquam glossam codici Fran. propriam adfert. Ex huius scholii uerbo *orator* iam remotioribus saeculis orta est lectio *doctor,* in plurimis et uett. et recc. mss. obuia, ut Ambr. Fran. Bern. C Parr. EBφ (*doctus* in rasura) P Sorb. permultisque aliis a Pulm. Cruq. Turneb. Adu. XIII, 27, Oberl. Fea etc. conmemoratis. *doctor* Q cum C, qui habet: 'dicitur enim Priscus *oratoriam docuisse.*' doc*tos* mv. *doctus* afh. 11) *illo* γ,mvfh. *nu*llo G(Q),a. Id est — perseuerat om. C. 13) colunt fh. deum *hu*beris v. 14) *hab*eo *quia* γ. uer*tit* et mut*at* γ. uer*tet* et mutat fh. uer*tat* et mu*tet* mvaQ(G?) et C, qui habet: 'Vertumnus Deus a uertendo dictus, Romae colebatur pro Deo Tiberis, quod uerterit eius alueum, etiam Deus est naturae, eo quod uertat et mutet sensus humanos cogitationesque.' — deus om. γ. 17) Supple om. γ. 18) Aliter γ. rell. om. Fere *in* omn. γ. rell. fere *enim* omn. 19) *quae* γ. rell. quibus. 21) d*is* γ. deis Q. ira*tus* γ,fhQ(G?). natus om. γ. Voci *natus* γ adnexuit sine lemmate schol. u. 20: Iam hic etc. 22) *Quia* neq. fuit γ. rell. inferius: neq. enim fuit. 23) *pelleret* Barc. rell. puniret.

16. *chiragra* [*Contudit articulos*]. Propter metrum corripuit.

17. *phimum.* Pyrgum [tabulam]; Alii *fritillum* dicunt.

18. *constantior.* Pertinacior. Iste quanto pertinacior erat in suo proposito, tanto felicior illo, qui semper in diuersa uertebatur.

1) Lemma prorsus ineptum *Contudit*, (pro quo uerbo Cruq. ex uno cod. Bland. *contigit* et E atque nonnullae edd. saec. XV contu*lit* habent) huic scholio datum est ab omnibus editoribus, excepto Editore Pragensi, qui tacite (ambiguum ergo et hic, utrum ex ingenio an ex codice suo) addidit *a.* i. e. *articulos.* Scholion autem una cum meo lemmate huius loci, quem in magno eorum numero ducimus, ubi uiros doctos negotium libros suos conficiendi inconsiderate gessisse liquido patet, haud facile est iudicatu. Primum quidem euidentissimum est, Acronem legisse ch**i**ragra, non cheragra. Namque *i* literam Horatium corripuisse propter metrum simpliciter et plane enunciat, ac certe statuit id, quod omnes tum temporis nouerunt et agnouerunt. Quid ergo aliud Grammaticus dicere poterat? Sed non senserunt cum uetere Grammatico docti nostrae aetatis uiri, qui philologi uocantur, nimia, ut ita dicam, religione, ne dicam anxietate, metricam regulam sequentes atque huic ipsam rei cognitionem usumque loquendi sacrificantes. Etenim persuasissimum mihi est, uti Graecos, qui Χειράγρα scribebant, sic et Latinos hoc a Graecis acceptum uocabulum semper ch*i*ragram scripsisse et dixisse. Hoc testantur plurimi uett. codices et scriptorum pedestrium, ut *Celsi* I, 9. *Plinii* XXIV, 19, et poetarum, ut Persii V, 58. Martial. I, 98, 2. IX, 93, 9, in quibus haud pauci editores, seducti hoc uel altero uetustiore libro, scripturam cheragra receperunt. In Persio equidem (Beitr. p. 46) posui chiragra, O. Iahn. autem, qui eandem lectionem recepit, minus codicis Montepessulani auctoritate quam Orellii et Schneidewini sibi non constare uidetur. Ut Iahnius ex uno tantum illo codice cheragra scr. eruit, sic Babington ex uno Reginensi ad nostrum locum, non item ad E. I, 1, 31. Sic Ambrosianus pure quidem habet cheragra in Sermone, sed in Epistula cheragra a 1 m. corr., ut ualeat ch*i*ragra. Contra scriptura cheragra etiam in uet. illo Par. A pure notata exstat ad E. I, 1, 31, ubi Pottier.. qui ad nostrum locum tacet, sic refert: '*ch***e***ragra* 1, ch*i*ragra alii.' Sed liberius hic denuo profitendum est, rationem ipsam esse superiorem omni librorum auctoritate. Auctoritas autem uerae lectionis illis testimoniis multo praeferenda uidetur. Variant utique plurimae lectiones inter *chi*ragra et *chy*ragra, *ci*ragra et *cy*ragra. *chi*ragra γJIR Sorb. Bernn. ABC in Ep. D in Serm., Harl. 2724 saec. XII et eiusdem aetatis cod. bibl. Reg. St. Iacob. 15. B. VII. P. 240. *chyragra* EBφ (uterque CHYRAGRA in marg.) FHP Bern. C Barc. in Ep. uetustiss. Harl. 2688 saec. IX etc., *ci*ragra Barc. in Serm. Parr. MS Genou. aliique quattuor. Bern. G. Angl. 6. 19. 20. *cy*ragra Bernn. DF in Ep. 2 Parr. et Angl. 7. 17. 21. etc. 2) *Pyrgum.* Tabulam; a. fr. dicunt mafhQ et v, quae *pygrum* habet, ut pauci codices. *pyrgum* Orellius recte dixit glossema. γ: *phimum.* pyrgum. alii fritillum dicunt. Ambr. habet *phimum* i. pirgum. In Bern. A: *phimum* suprapo. *pirgum.* ambiguum, utrum correctio an explicatio. Vocabulum phimus (φιμός) falso scriptum est in C: 'mitteret in *phy*mum. in pyrgum seu fritillum, ex quo agitatae tesserae mittuntur in tabulam. Est autem *Phymus* instrumentum ligneum stricti oris, ex quo coniiciuntur tesserae, ne possit falli is qui cum alio ludit.' Q refert: '*fimum* codd.' (G?). Pottier. refert: '*phimum* 2. 6. 7. 8. 14 (= BφγIIP). *pyrgum* alii.' Sed haec neque recte, neque accurate relata sunt. Nam B habet *fimum* suprapo. *phimum*, φ *fimum* cum uar. lect., 1 m. *uel in pyrgum*, uterque cum scholio Porphyrionis. *fimum* etiam legitur in E, ut in uet. libro Pithoei, qui adscripsit: 'lectionis uarietas reddit hunc locum suspectum.' Codd. Parr. offerunt praeter *pyrgum*, quod habent Magd. Harl. β Bern. D etc.. aut *pir*gum M Genou. etc., ut Barc. Bern. C. Regin. M². Harll. ηθικλ, *spir*gum OR, *pygr*um, *sign*um. Contra explicationem Acronis, qui *phimum* et *pyrgum* (Agathias Anthol. Pal. II, p. 172. Martial. XIV, 16. Meyer. Anthol. Lat. N. 915) idem esse dicit, disputauit Salmasius ad Histor. Aug. Scr. II, 755 seqq., cum ea (Aliorum i. e.) Porphyrionis, qui *phimum* idem ac *fritillum* esse contendit, fecit Becker *Gallus* III p. 253 seqq. conf. schol. Iuuenal. S. XIV, 5: '*fritillus*, pyxis cornea, qui φιμός Graece dicitur.'

19. *leuius.* Minus. *Acrior.* Deterior.

20. *Qui iam cont.* *Iam* hic *modo* intellegendum: modo laxo modo contento, ut (A. VI, 647): *Iamque eadem digitis iam pectine pulsat eburno.* *Contento.* Nimis parco. *laxo:* luxurioso. *fune.* Proposito uitae. Mire in metaphora permansit; superius enim *clauum* dixerat. Qui enim discunt natare, funem solent primo tenere, ne mergantur. [Sensus est: quem instabilitas uitae huc et illuc quasi ligatum fune trahit].

21. *Non dices hodie.* [Verba Horatii]. Horatius.

quorsum h. t. putida. Tam uetusta, tam uilia, rancida, inepta, odiosa.

22. *Ad te, inquam.* Seruus. *Quo pacto!* Horatius. *Laudas.* Seruus.

23. *mores antiquae plebis.* [Id est] Antiquorum hominum uitam. Hic probat, inconstantem esse Horatium.

[24. *usque.* Semper, uel valde.]

25. *Aut quia non sentis.* Duas res dicit interuenire, quibus instabilis sit: aut, quod non intellegat, quae adserat, aut quod non sit firmus ad ea tuenda, quae dicat. Duas causas dedit, inscientiae et inconstantiae.

26. *firmus.* Constans.

27. *euellere.* Exire ex gurgite uitiorum.

28. *rusticus.* Quando ruri es.

29. *leuis.* Inconstans.

30. *laudas securum olus.* Domesticam caenam. Dicis: nihil est melius, quam prandere domi. *ac uelut.* Si. ἀπὸ κοινοῦ.

31. 32. *amasque, Quod nusquam.* Si non fueris inuitatus.

32. *potandum.* Epulandum. [*iusserit a. s.:* deest *tametsi.*]

33. *serum.* Pro *sero.* [*sub.* Ante, ut *Verg.* (G. III, 402): *Sub lucem exportant calathis.*] *Prima* autem *lumina* dicuntur (in) initio noctis accensa.

34. *nemon' oleum fert ocius?* Quasi lauturus*) cum (*uncturus eum?*) oleo et caenam ita petiturus. Verba domini festinantis ad caenam libere seruus inducit.

1) le*u*ius omn. mei codices Horatii. Bφ a 1 m. hab. *melius*, suprapo. leuius in B, lect. uar. *al. leuius* suprascr. a 2 m. in φ. tanto *est* (Bφ Bern. C) *melius* E. *melius* ortum uidetur ex glossa uocis *acrior* ille (accrior ille γ. *ac* prior ille φ — 2 m. suprascr. *illo.* ac *prior* illo O. iam habes etiam, quo diiudices glossam in γ: *melior* uel *deterior*) *melior* Ambr. le*n*ius h. 2) Qui *iam.* al. *tam* γ. 3) *contento.* minus par*uo* γ. nimis parco C. — *de* proposito γ. 5) metaf. γ. — enim om. mvafh. — qu*id* enim γ. 6) Sensus — trahit om. γ. 8) Verba Horatii om. γ. Horatius γ. rell. om. Verba sunt *heri* C. 9) Tam uet. tam uilia γ. rell. om. *Putida.* uetusta, inepta, odiosa C. 10) *An* te inq. Q. *Quo pacto* p. herus C. 11) Id est fh. rell. om. — uitam docet inconstantiam heri C. 13) totum schol. om. γ. 14) dicit om. fh. 15) intell*igit* afh. 16) Duas — inconstantiae γ. rell. om. conf. C: duas *reddit* causas inconstantiae, aut — aut etc. 18) *firmus.* constans γ. rell. om. *non firmus.* inconstans C. 19) Quando ruri es [Si *in rure* es Q] fh. rell. om. 21) est γ. rell. om. 22) esse Si. ἀπο κοινοῦ γ. rell. om. 23) Si — inuitatus γ. rell. om. 24) iusserit — tametsi om. γ. 25) sub — calathis om. γ. C: *sub.* paullo ante — calathis. 26) *in* γ. rell. 27) Quas (scripsi *Quasi*) lauturus cum — petiturus γ. rell. om. C: oleum petit, ut *lotus et unctus* abeat coenatum. *) C. Hermann noluit: Quasi *lautus, unc*turus oleo.

34. 35. *ecquis Audit?* Nemo audit!

35. *cum magno blateras clamore.* [*Blateras*] Latras, uociferas, clamas sine ratione; unde et *balatrones* [quasi blaterones]. *blaterare* enim proprie est: inepte clamare. Μωρολογεῖς.

fugisque. Expressit uelocitatem hominis festinantis ad caenam.

36. *Muluius.* Ordo: *Muluius* et scurrae discedunt [precati tibi, quae repetita non debebant audiri]. *tibi non referenda precati.* Quae repeti omnino non debeant, et quae non debeas audire. *precati.* Inprecati. Cum ieris [inquit] ad Maecenatem, Muluius et caeteri parasiti tui discedunt tristes inprecati tibi ea uerba, quae non debes audire; ideo autem inprecabantur, quoniam dolent, se priuatos caena patrono [suo] foris caenante; aut conuiuae Horatii sunt ab eo festinante derelicti aut clientes Maecenatis, quos Horatius pascere consueuerat.

37. 38. *'etenim fateor me,' dixerit ille, — nidore supinor.* Hoc et Horatius et Muluius possint dicere. Aliter: Hoc Horatius ait: etenim fateor, me risu dissolui, si ille me auidi uentris dicat, qui est gulosior, [qui] et meam adpetat mensam. *nidore* autem non *odore tracto,* sed *risu,* unde et *renidet. dixerit.* Pro: *dixerat quis.* Si Horatii uerba sunt, *ille* Muluius intellegendum; si uersa uice, Horatius.

38. *Duci uentre leuem.* Luxuriosam esse et duci escis pretiosis; *leuem:* sagacem.

1) Ne*mo* audit γ. nem*on'* audit? expressit uelocitatem hominis ad coenam *accelerantis* C. rell. om. 2) Blateras Q tacite iterauit. — uocifer*aris*, exclamas praeter modum, hinc *blate*rones, clamosi. nam blat. etc. C. uocife*ror* frequentius, uocifer*ant* Varr. R. R. III, 9. 5. 3) *et* bal. γ(G?Q). rell. om. et. quasi blat. om. γG. 4) posui h. l. μωρολογεῖς. potest etiam infinitiuus μωρολογεῖν scholio adiungi. γ: '*fugis*que. ΜοΡολογετc (sic). *al. furis.*' *Fugis* (mvafh). Μορολόγησις fh. huic uoci spat. uac. reliquerunt mva. om. C. 6) M*u*luius γ et omnes fere codd. Horatii. M*i*luius Barc. Bern. D et haud paucae uett. edd., Acronis autem mvafhQ(G?) et C. A Porphyrione huic nomini scholion non datum est. — precati — audiri om. γ, qui habet: 'Quae — audire.' rell. om. 8) *precati. In*precati γ. i*m*p. C. rell. om. 9) inquit om. γ. 10) *in*prec*ati* γ. rell. imprec*antes.* 11) suo om. γ. rell. 12) Horatii γG. rell. om. 14) Haec scholia codicis γ ope a me constituta miserabiliter scripta apparent in mvafhQ: '*dixerit ille.* Pro dixerat, quae (quasi mva) Horatii uerba sunt, Ille et Miluius poss*unt* dicere, uel Horatius hoc ait: Etenim fateor — qui (*quippe* qui fhQ) et meam appetat mensam. om. nidore — Horatius. Q adfert haec: 'ille Miluius intellegen*dus* est hoc tamen et Hor. et Miluius poss*unt* dicere etc. sic *cod.* sed ne his quidem locum corruptum sanare potui. Adde quod post *mensam* cod. Med. haec corrupta addunt: *nidore* autem *animi ab odore tractum sed* risu unde et *renidet.* conf. *Porphyrionica* quae secuntur. unde si Acroniana sunt emendentur.' Dicendum autem est, et v, ut m, habere uerba *nidore autem animi ab odore tractum sed* etc., quae Ascensius sic emendare uoluit: *a nimio* odore tractum *seu.* C: quicumque fuerit. *duci uentre leu.* esse glutonem, luxuriosum. 18) *Mil*uius libri. intellegend*um* γ. seruari potest ita: i*lle* (uocabulum uel pronomen). intellegen*dus* G,mva. dixe*rit* (omn. libri) *dixerat quis* si γ. Pro *dixerat, quae* (*quasi* G) Hor. vafhQ.

Nasum nidore sup. Nidore supinatur nasum, qui nimium delectatur et inclinatur odoribus pulmentariorum. *Supinor* autem quasi sequens odorem, ut solent facere, qui aliquid odorantur.

39. *popino.* Ebrius. Amator popinarum; *hic* popi*no*, huius popin*onis*.

40. *Tu cum sis q. e.* Hoc [ergo] item seruus libere satis, quia dictum est: *age libertate Decembri.*

41. *uelut melior.* Quia abstinentior, quasi [et] magis integer.

43. *deprenderis.* Inueniris. [*aufer:* desine].

45. *Dum quae Crispini.* Nomen philosophi, qui sectam Stoicam secutus est. De Crispino et in primo iocatur (S. I, 1, 120): *ne me Crispini scrinia lippi Conpilasse putes.*

46. *Damum.* Me.

49. *turgentis uerbera caudae.* Id est: ueretri, uirilis membri pulsationes.

50. *Clunibus.* Suis; scilicet: cum ipsa iacet, et ego supra eam sum. Περιοχὴ τοῦ ἀναβάτου. *Equum* adpellauit membrum uirile ab eo, quod supra illud sedet. Ideo permansit in metaphora dicendo *agitauit* i. e. crispauit (crissauit?) [quassauit]. *supinum.* [quia mulier adscendit supra marem] Ut mulier stet super uirum. *agitauit.* Id est: dum ego iaceo supinus, et ipsa super me crissat.

51. *Dimittit.* Id est: dimittit me meretrix, hoc est, exeo de cella meretricis, neque mala laborans fama, neque sollicitus, ne alter me aut formosior aut ditior capiat meam amicam. *sollicitum:* Timentem.

51. 52. *neditior.* Ne abutatur meretrice: pulchrior aut ditior eius pulchritudine delectatus laboro.

53. *Tu cum proi. insign.* Inuehitur in equitem Romanum siue in Horatium, qui, deposito habitu, ne cognoscatur, exit de adulterio obtecto capite, ne quis illum uideat. *anulo equestri.* Non licebat equitibus Romanis anulis uti, nisi a praetoribus donati fuissent; *anulo* ergo *equestri,* quem quasi eques bonus a praetore meruisti. *insignibus.* Ingenuitatis.

1) delect. et *sectatur odores* pulm. C. *nidore.* nidor, odor est gratus naribus C. 3) odo*rant* fh. 4) Ebrius γ. rell. om. 5) ergo om. γ. 7) *quasi* mag. γ. rell. *et* magis. C: quasi magis sobrius et integrior. 8) inueneris γ. — desine om. γ. 9) Nomen — est γ. conf. C. et om. mvafhC. 10) *u*ocatur γ. 12) Me γ. rell. om. 13) ueretri γ,C. rell. om. 14) scilicet γ. rell. supple. 15) supra eam sum ΠePIOXeγoντoc Λετει (sic) equum etc. γ. rell. om. 16) metaf. γ. 17) crisauit γ. scribendum est aut *crissauit* aut crispauit. conf. Plin. II, 82. Claudian. Proserp. II, 110. Arnob. 7 p. 300 Herald. — quia — marem om. γ. Ut mul. — uirum γ. rell. om. C: *agitauit equum.* Me succumbentem super *crissata* est. *crissare,* κνίζομαι, Iuuen. VI, 321. Martial. X, 68, 10 et *crispare* idem fere significant. *crass*auit mv. *quas*sauit fhQ(G). 18) Id est — gresat (sic 1 m. mut. *gres*at in *cres*at). rell. om. for*mosior* γ.fh. recte. rell. *fortior.* 22) meam amicam γ. rell. am. meam. — timentem, ne alius ea utatur C. 23) Ne — labora γ. rell. om. 25) Inueh. *tamquam* in C. cognoscatur, matronas sectatur obtectoque capite adulteratur C. 29) Ingenuitatis γ,C. rell. om.

54. *ex iudice.* Ex electo uiro, quia eligebantur iudices. *Dama* autem seruile nomen est, ut (Pers. V, 76): *hic Dama est non tressis agaso. Dama.* Id est, seruus.

[55. *obscurante.* Tegente, scil. ne possis agnosci.]

56. *Non est quod simulas.* Fingis, id est, seruus es utique.

induceris. Scil. in domum adulterae.

57. *Altercante.* Repugnante, i. e. in te simul et timor et libido repugnat, dum et cupis et times adulterium committere.

58. *Quid refert.* Id est: nihil interest inter gladiatorem et adulterum; nam gladiatores ita se uendunt et cautiones faciunt: uri flammis, uirgis secari, ferro necari. Aliter: Inter gladiatores moechumque nihil interest. Et haec uerba sunt [uerba] eorum, qui gladiatores emunt cautiones proponentes*) quibus se uendunt. Cautiones enim huiusmodi faciebant: uri flammis, uirgis secari, ferro necari. *uirgis.* Vapulare.

59. *Auctoratus.* Addictus, condempnatus. Qui se uendunt ludo, *auctorati* dicuntur; auctoratio enim dicitur uenditio gladiatorum.

59. *an turpi clausus in arca.* Id est: an in adulterio comprehensus [claudaris] in arca concludaris ab ancilla, quae conscia est adulterii dominae suae, ne te maritus inueniat. *clausus.* Cum in adulterio conprehenderis.

60. *peccati consc. herilis.* Ancilla pro ea, cum qua adulterium commisisti, aut ancilla [heri] eius.

61. *Contractum genibus tangas caput.* Non: *contractum caput*, sed *contractum genibus*, propter angustias arcae. Describit in angusta arca inclusum.

62. *peccantis.* Adulterae. *in ambo.* Pro *in ambos*, in adulterum et in adulteram. *iusta potestas.* Apud Athenienses lex fuit, ut adulterum cum adultera deprehensum marito liceret occidere. Haec lex abolita est lege Iulia, quae iussit cognitionem adulterii ad iudices referri, et ita adulterum puniendum [esse].

63. *corruptorem.* Adulterum. *uel iustior.* Etiam magis.

1) elig. iudices γ. rell. ind. eligebantur. — da*mm*a γ. 2) est om. mvafh. 3) Id est seruus γ. rell. om. 4) schol. om. γ. 5) Fingis — utique γ. rell. om. 7) simul timor γ. et timor libido v. — repugnant afh. 11) al. γ. rell. ali*as*. posui *aliter*, ut supra. 12) uerba om. γ. — caution*em* γ. 13) se om. γ. 15) conde*mpn*. γ. 18) claudaris om. γ. concludaris γ. rell. om. — con*cisa* v. 19) Cum — deprehenderis γ. rell. om. 22) eius γ. rell. heri. 23) Non — genibus γ. rell. om. 24) — arcae in qua es conclusus ab ancilla C. 26) Adulterae γ. rell. om. Pro *in ambos* γ. rell. om. *ambos.* adulterum et adulteram, om. *in*, Ca. *in ambos.* adulterum et in adulteram vfh. 27) *iusta* — puniendum om. mvaQ(G?). 29) adulterum γ. om. fh,C. et ita adulter*ium* *puniri* C. 31) Adulterum γ. rell. om. Etiam magis γ. rell. om *) em. C. Hermann. proponen*tium* libri.

63. 64. *illa tamen se Non habitu* etc. Id est: adultera enim supra adulterium nihil committit criminis, neque habitum suum mutat, id est: non deponit ingenuitatis insignia, neque locum mutat, id est: non exit de sua domo. Haec πρὸς ἀντιδιαςολήν dicta sunt, nam tu supra adulterium committis, (deposito habitu ingenuitatis?) induis [indueris] turpem, ne quis te cognoscat. || *mutat.* Id est: neque deponit insignia ingenuitatis. neque ipsa uirum sectatur. Alii *Non habitu mutatue loco* exponunt: missa in exilium, sed male. || Utrum potentius saluoque habitu et dignitate*) non (an?) imitatione seruili, aut *superne,* hoc est: nil supra admittit quam adulterium, tu autem et seruilem habitum imitaris.

64. *Non habitu mut.* Quoniam potest ueniam sperare. *loco.* [Quia] in domo sua. [*superne:* manifeste]. *peccatue superne.* Id est: plus supra quam adulterium est.

65. *Cum te formidet.* Cum ad te non ueniat et refugiat.

credat amanti. Dicenti, quod ames.

mulier n. cr. amanti. Putans simul a te amari, cum non ames.

66. *sub furcam.* In seruitutem, aut in paenam. Sub tormenta seruilia apud Veteres serui in graui peccato furcae subiciebantur. || *prudens.* [Et] *metuens*] *timens* legitur et *prudens* sub eadem significatione. || *dominoque furenti.* [Dabis illi omne patrimonium tuum pro adulterio]: Insani consilii. marito, aut amori, id est, libidini.

67. *Committes.* Quasi addictus illi. *rem omnem.* Patrimonium tuum.

68. *Euasti.* Pro *euasisti.* *Credo metues.* Ironia est: non cauebis, ne iterum incidas in adulterium, id est: cum euaseris ex adulterio, quaeres te in adulterium inmittere, ut conprehensus incipias paenas timere, et ultro ipse adpetas mortem.

69. *paueas.* In adulterio deprehensus. *perire.* Quasi adulter.

1) Id est — cognoscat γ. rell. om. 4) ΠΡΟCΑΝΤΙΑ ΙΑCΤΟΔΗΝ. γ. *non habitu m. v. l.* non deponit ingenuitatis insignia, neque se loco mutat, quia non exit domo sua, ut ipsa sectetur se. haec πρὸς τ'ἀναντία dicta sunt, nam ipse herus deposito habitu ingenuitatis induit turpem, ne quis eum cognoscat: et relicta domo sua ingreditur domum alterius C. Scripsi: πρὸς ἀντιδιαςολήν. 5) interponenda ex C uidentur inclusa uerba *depo. hab. ingenuitatis.* indu*eris* γ. posui indu*is.* 6) mutat — male γ. rell. om. insignia *indignis* γ. posui *ingenuitatis.* 7) mutat*que* γ. missa in exilium male γ. 8) Utrum — imitaris γ. rell. om. 11) *Quia* in domo sua γ. rell. om. 12) manifeste fh. rell. om. Id est plus — est γ. rell. om 15) Dicen*tis* quod ames γ. rell. om. posui *dicenti.* 17) aut in paenam γ. rell. om. Sub tormenta subiciebantur γ. rell. om. 18) Et om. γ, qui sic habet: *sapiens.* Prudens praetereo. *sapiens.* *tu*mens (posui *ti*mens) legitur et *prudens* sub e*an*dem significatione. pertinent ergo haec ad u. 73: *Praetereo sapiens.* 19) dominoque prudenti E. 20) Insani — libidini γ. rell. om. 22) Quasi addictus illi γ.C. rell. om. Patrim. tuum γ,C. rell. om. 23) Verba *non cauebis, ne iterum incidas in adulterium. id est* Q tacite omisit, quippe seductus iterata locutione *id est.* ne pger (sic) inc. γ. *impiger* mva. rell. iterum. 24) quaer*is* γ. 26) *a*ppet*is* γ. 27) In adult. depr. γ,C. Quasi adulter γ,C. *) *an* em. C. Hermann.

70. *o toties seruus.* Peccati.

72. *Non sum moechus.* Putas, te moechum non esse, si non palam in feminas inruis, et ego argentum, quod palam furari non possum, praetereo, sed occulte fur sum, ut tu adulter.

73. *Praetereo.* Non inuado. *sapiens.* Prudens praetereo. Timens legitur et prudens sub eadem significatione.

73. *periclum.* Paenam, quam metuit unusquisque.

74. *Iam uaga prosiliet.* Hoc uult dicere, quod interdum non committimus scelus, quia paenam timemus non quasi boni homines, ergo et ille moechus aut fur iudicandus est, qui, cum habeat cupiditatem adulterii siue furti, timore paenae se abstinet. *frenis.* Timoribus.

75. *Tune mihi dominus.* Tu magis dicendus es seruus, qui totiens liberatus a periculis adhuc timori subiaces aut conscientiae.

rerum imperiis hominumque. Minor imperiis rerum et hominum, hoc est: qui uitiis frueris.

76. *Tot tantisque minor.* Cum sis me peior in uitiis.

vindicta. [Virga, qua percutiebantur serui, dum liberi fiebant, uel] Virga, quae ante inponebatur super caput eorum, qui manumittebantur; tribus namque rebus manumissio fit: uindicta, censu, testamento.

77. *priuet.* Liberet et priuatum reddat a uitiis.

78. *Adde super dictis.* Ad ea, quae superius dixi (hoc est: quae superius diximus).

quod non leuius. Id est, quod pariter rationabile est et sapientiae plenum.

79. *Siue uicarius est, qui seruo paret.* Seruus serui, aut *uicarius,* aut *conseruus,* quod [*Vicarius* est seruo paret. Vel uicarius est conseruus qui] eius fungatur officio, id est: soletis uos, inquit, ingenui disputare, utrum seruus serui uicarius dicendus sit, an conseruus; ergo cum tu dominus meus aliis seruias i. e. uitiis et uoluptatibus, ego tuus conseruus sum, aut uicarius. Verba Horatii. *paret.* Seruit, obtemperat.

1) Peccati γ. rell. om. 5) Non inuado γ. rell. om. Prudens praetereo γ. rell. om. Timens — significatione γ. rell. om. h. l. conf. u. 66. 9) pae*n*. timemus γ. rell. tim. poen. 10) *uin*dicandus Q tacite iutrudit. 11) abstin*eat* mvafh. Timoribus γ. rell. om. tim*ore* C. 12) Tu magis — conscientiae γ. rell. om. 14) Minor — frueris γ. rell. om. *quasi dicat*: tu *potius* di. es seruus *quam dominus* — *et* conscientiae *malorum* C. rell. om. 17) Virga — uel om. γ. — fi*unt* Ritterus uoluit scribere contra regulam atque auctoritatem. 20) Liberet — uitiis γ. rell. om. Addita est glossa: libera*uit.* C: liberet *ab amore.* 21) Ad ea — dixi γ, qui addidit: hoc — diximus. C: *his* quae superius diximus rell. om. 23) Id est — plenum γ. rell. om. C: quod superioribus par est. 25) Seruus serui — quod γ. rell. om. 26) Vicarius — qui om. γ. 27) id est γ. rell. om. 29) aut γ. rell. *an.* 30) Verba Horatii γ. rell. om. Seruit obt. γ. rell. om.

80. *Tibi quid sum ego? nempe.* Interrogatiue: utrum uicarius, an conseruus. Collectionibus probat Horatius, non esse dominum, qui ipse seruiat uitiis, ergo uel conseruum, uel uicarium.

82. *Duceris ut neruis.* Id est: traheris aliena potestate ita, sicut solet trahi alienis uiribus lignum [in]mobile. Ludus est quidam; plerumque enim simulacra facta de ligno neruis mouentur. *neruis.* Tamquam uiribus.

83. *Quisnam ig. liber?* [Id dicit Horatius.]

sapiens. Seruus.

imperiosus. Id est: qui regit, ἀρχικός, qui libidinibus non ducitur, qui sibi imperat.

84. *terrent.* Scilicet liber est.

85. *Responsare.* Resistere, contradicere.

86. *Fortis.* Liber est.

In se ipse totus, teres. Aequalis, constans [in se]. *Teretes* dicuntur, qui ab alio non quaerunt, quod faciendum sit, sed ipsi per se inueniunt.

Externi. Vitii concreti, τῶν ἔκτοθι ἐόντων, quae sunt (bona?) fortunae.

87. *ne quid ualeat per leue morari.* Quasi subtiliter obrepens nobis uitiositas. *per leue.* [Illecebrae et blandimenta non blandiuntur nobis] Per inlecebras (et? uel?) blandimenta; nam blandiuntur nobis honores. Metaphora a leui ligno siue marmore, [cui] supra quod si quid inponas, haerere non potest sed labitur; ita et philosophum si tetigerint, uitia haerere non possunt, sed labuntur et cadunt ab eo.

88. *manca.* [Id est: quem circumagit et retorquet in uitium.] Sine uiribus, inualida, inefficax, quoniam nocere sapienti non potest, id est: qui fortunae impetum non pertimescit. *potesne:* non potes te dicere liberum esse, quoniam seruis libidinibus.

89. *Ex his.* Quae dixi habere sapientem. *ut.* Tamquam. *quid.* Aliquid.

1) Tibi quid suum ergo? Interrogatiue C. rell. *Nempe.* Interrog. Tibi *quod* γ. utrum — conseruus γ. rell. om. 2) qu*i* γ. recte. rell. *quia.* 3) ergo uel conser*uum* uel uicar*ium* γ. recte. rell. *Ergo* uel conser*uus*, uel uicar*ius*. 4) *alia* fh. 5) lig*na* mobil*ia* C. lign*um* mobile γ. rell. lignum *im*mobile. Notatur ludus quidam, quo simulacra lignea neruis moueri et agitari solent C. 6) simulacra facta γ. rell. simulacra de ligno facta. — Tamquam uiribus γ. rell. om. 7) Id dicit Hor. om. γ. Id dicit om. mva. C: *herus* uide superius. 9) Id est — imperat γ. rell. om. 11) s. liber est γ. rell. om. 13) Liber est γ. rell. om. 15) qu*od* γ. etiam recte. rell. qu*id.* 16) uitii conc. των εκtotiē (sic) quae sunt fortunae γ. rell. om. addendum uidetur *bona.* conf. C: '*externi nequid.* τὰ τοῦ ἔκτος (ἐκτός). externa et fortunae *bona.*' Quasi — uitiositas γ. rell. om. Vulgo: *Externi ne quid ualeat.* Illecebrae *et* bl. *non* bl. nobis γ: Per i*ll*ecebr*a* bland. *nam* bl. n. *honores.* C: — nullis enim blandimentis, nullis illecebris uincitur. 20) Metaf. γ. — supra quod γ. rell. cui. 23) Scholion *Id est* — *uitium* in libris h. l. legitur, pertinet autem ad u. 90: *uexat.* — Sine — pertinescit γ. conf. C: *manca.* inualida potest, *siue aduersa*, *siue prospera*, qu*ia* fo. imp. non pertimescit. 26) qu*oniam* γ. rell. qu*i.* libidini*bus* γ. rell. libidin*i.* 27) Tamquam γ. rell. om. Aliquid γ. rell. om.

90. *uexat.* [Regit, *uexat*] Circumagit et retorquet in uitium.

91. *gelida.* [Supple] Aqua.

91. 92. *eripe turpi Colla iugo.* Seruitio; nam seruis mulieri propter amorem.

92. *non quis.* Non [uales] potes.

93. *dominus.* Libido.

94. *Subiectat.* Subicit. *lasso.* Tibi.

94. *uersatque.* Regit, uexat.

negantem. Tamen negas seruire.

95. *torpes.* [Obstupescis] Stupes, miraris. *tabella.* Pictura.

96. *Qui.* Quomodo. *atque.* Quam.

96. 97. *Fului Rutubacque Aut Pacideiani.* Nomina gladiatorum.

97. *contento poplite.* Quoniam gladiator, dum dimicat, extendit suum poplitem, aut quia, [dum] qui adtentus aliquid spectat, erigit se et extendit poplitem suum.

cont. popl. miror. Utrum ipse, an illi picti.

98. 99. *uelut si Reuera pugnent.* Laus picturae. Id est: ita uere pictos, ut credas illos dimicare.

100. *nequam et cessator.* Si, inquit, pictura fuerim [forsitan] fortassis delectatus et moras fecero, statim dominus stomachatur.

cessator. Dicor a te. *Dauus.* Scilicet audio.

100. 101. *at ipse Subtilis u. iudex et c. audis. Audis.* Diceris. Vide: ego punior, tu laudaris, uelut picturae iudex. Ego si intueor picturam, nequam audio, tu uero e contrario laudaris, quasi bene sciens iudicare, qui

1) *uers*atque γ in lemmate, *uexat* in scholio. *uersat* nusquam alibi offendi. 'Lectio perbona. conf. Plaut. Bach. IV, 5, 6: *uersabo* illum hodie probe. Ouid. A. II, 2, 1: uersat domum. Verg. A. VII, 336: Tu potes — odiis uersare domos. conf. Verg. A. V, 460 pulsat uersatque. Liu. I, 58: muliebrem animum in omnes partes uersauit.' Sic iudicauit F. F. Franke, sed dicendum est, glossas prioris partis i. e. *regit, uexat* ad. u. 94: *uersatque negantem* spectare. *uexat* u. in codice glossa est a scholio separata, non lemma uerborum *circum agit — uitium.* 2) Supple om. γ,C. sub mv. 3) Seruitio om. mva. serui*tute*, propter amorem C. ser*uis* mulie*ri* pro (compend.) amorem γ. rell. nam ser*uus es* mulie*ris* p. 5) potes γ. non *potes* dicere te esse liberum. rell. uales. 6) Libido γ,C. rell. om. 7) Subicit γ.C. rell. om. Tibi γ. rell. om. 8) Regit uexat γ. *uersat.* regit *et* uexat C. rell. om. conf. u. 90. 9) Tamen neg. seruire γ. rell. om. C: *negantem.* te seruire. 10) Stupes, miraris γ. ostupescis miraris C. rell. obstupescis. — Pictura γ,C. rell. om. 11) Quomodo γ,C. rell. om. Quam γ,C. rell. om. 12) Nomina glad. γ. rell. om. 14) qui γ,C. rell. dum. 15) suum om. C, apud quem nouum lemma '*nequam* etc.' positum est, quod rell. om. 16) an illi picti γ. rell. om. 17) Id est — dimicare om. C. 19) fuer*im fortassis* γ. rell. fue*ro* for*sitan.* Si forsitan, inquit, fuero delectatus *ea* pictura, et *in ea spectanda* mor*am* fecero, *statim* stomacha*ris*, et dicor *cessator* et piger C, qui addit: '*contento poplite* utrum ipse, an illi *gladiatores* picti.' 20) dom. stom. γ. rell. stom. dom. 21) Dicor a te γ. rell. om. Scilicet audio γ. 22) Diceris γ,C. rell. om. Vide — iudex γ. rell. om.

melior sit pictor. Ita ostendit, interdum quoddam uitium liberis quidem laudem, seruis uero culpam adferre, quoniam illos, qui plus possunt, nemo audet coarguere.

102. *Nil ego.* Id est: nullius momenti, id est: omnes me dicunt nihil esse. *ducor.* Ego delector. *libo fu.* Placentae genus. Vel certe pane, ut *Verg.* (VII, 109): *adorea liba.* Aliter. Id est: si me delectauerit bonus cibus, audio *nil* i. e. abiectus, nullius momenti, quasi luxuriae scilicet deditus.

ingens. Ironia.

103. *Virtus.* Sapientia.

responsat. Repugnat, renunciat, resistit.

104. *Obsequium uentris.* Luxuria: nam luxuriosus uentri seruit.

perniciosius. Quam tibi.

105. *qui tu.* Unde tu, quomodo.

105. *inpunitior.* Id est: non soluens paenas, ac per hoc dicit: tu magis pendis paenas luxuriae quam ego: nam ego uapulo, tibi autem multo cibo et cruditatibus uexatur corpus.

105. *Tergo plector.* Vapulo, si sum luxuriosus.

110. *Furtiua mutat strigili.* Ironia dicit, id est: seruus, qui strigilem furatur et mutat in uuam, ut comedat, crimine luxuriae notatur: liber uero, qui patrimonium suum luxuriae inpendit, non seruit gulae suae, ac per hoc multo magis liber luxuriosus est. *Strigilis* est instrumentum aeneum, quo sudorem in balneis solent homines tergere. Hodie[que] in canpsariis (caldariis?) multae sunt strigiles Romae.

112. *Non horam tecum esse potes.* Dum duceris uoluptatibus, non es tecum, hoc est: non es sanus, quia rectam uiuiam declinans [quia] duceris cupiditatibus.

1) quid*am* fh. quid*em* va. totum schol. om. C. 5) Ego delector γ. rell. om. Placente *liba* γ. rell. om. C: *libo fumante.* Libum est pl. genus. Virgil. ado. liba. At γ. alter a. 6) Id est si me γ. rell. Me si, om. id est. 7) quasi tacite om. (G?)Q. scilicet γ. rell. om. 9) IPONla γ. ironia C. rell. om. 10) Sapientia γ,C. rell. om. 11) Repu. renu. resi. γ et C. qui addit: omnia ironicos, quasi dicat: 'non spernis opimas escas, sed ultro eas appetis.' Obsequium seruit γ,C. rell. om. 13) Quam tibi γ,C. rell. om. 14) *Quid tu.* Unde tu. quomodo γ. *qui tu.* unde, quomodo C. rell. om. 15) dicit γ. rell. om. 18) Vapulo — lux. γ. *Nam* uap. — lux. C. rell. om. 19) Yron*ia* γ. ironia mva. Ειρωνικῶς fh. Ironice tacite inc. (G?)Q. dicit γ.fh. rell. om. Aut scribe: Ironiâ dicit: id est: seru., aut. Ironia (i. e. est). Dicit: seruus etc. 22) *modo* magis fh. rell. multo magis. est γ. rell. om. conf. C: — gulae, nec luxuriosus est? strigil. instr. est aen. — homines *de*tergere deradereque, om. Hodie — Romae. Totum schol. Strigilis — Romae om. mva. 23) ca*n*psariis γ. ca*m*ps. fhQ(G?). Verbum non Latinum. *caldariis?* Marc. Emp. caldaria cella Plin. E. V, 6. Fieri potuit, ut scribae h. u. confunderent cum *cap*sariis seruis in balneis qui uestes seruabant atque instrumenta in capsis. conf. Paul. in Pandect. 1, 15, 3.

[112. *Non horam tecum e. p.* Non es tecum, hoc est: non es sanus.]

113. *Ponere.* Ordinare, constituere tibi: nam male sibi conscii se ipsos uolunt declinare [nomine].

erro. Nomen est. [Errore plenus.] *Errones* dicuntur, qui inopes sunt consilii; *hic erro,* sicut *popino* uel *ganeo.*

114. *curam.* Malam conscientiam aut curam, quam habemus ex mala conscientia [quae ex hortantur ad edendum: nam ita uellicant stomachum ad appetitum, id est, ad edendum].

116. *Unde mihi lapidem?* Horatius iratus est Daui iniuriis, ac per hoc ostendit, omnes irasci, si quis eorum uitia conuincat.

117. *Aut insanit homo.* Seruus.

Ocius hinc te. Horatius.

118. *accedes opera ag. no. Sabino.* Quasi octo seruos Horatius mis[er]it in ergastula agri Sabini.

PORPHYRION.

1. *Jamdudum ausculto.* Haec [ecloga] *per* διάλογον (περίοδον λόγων) habet; loquitur enim cum seruo Horatius.

4. *Ut uitale putes.* Ideo hoc ait, quia ferme citius moriuntur serui, qui frugi sunt.

1) Hoc schol. extra ordinem intulit Q, referens: 'lem. om. libri, et cod. sic pergit: *non est* h. e. non *es* sanus.' Vide supra. 3) — male sibi consc. se ipsos uol. decl. γ. rell. — male consc. sibi uo. s. i. declinare *nomine.* Hoc extremum uocabulum h. l. omni sensu carens disiectum membrum scholii sequentis est: *erro, nomen est,* ortum ex nom̄ ē uel nomē ē. 4) Nomen est γ. rell. h. l. om. Errone plenus om. γ. C: '*ut erro.* errones hîc sunt, qui inopes recti consilii uagantur: hic erro, sicut popino, popinonis, ganeo, ganeonis.' Verba *Errones — ganeo* om. mva(G?Q unc.). 7) Verba *quae — edendum,* inconsideratissima temeritate ac negligentia in mvafhQ(G?) hic inserta, recte om. γ; pertinent enim ad *satirae sequentis* u. 8. 9: *qualia lassum Peruellunt stomachum.* 9) est γ. rell. om. 10) eorum γ. rell. illorum. 12) oci*us* h*unc* te γ. dominus C. rell. Horatius. 14) in ergastula mis*it* γ. misit in erg. mvafh. mis*erit* in erg. Q tacite ex C induxit. *Quasi misit* ferri potest. — *herus.* C. rell. Horatius.

PORPH. Sermo VII 2. †) In RG transitus in hanc sat. factus est sine inscriptione uel lit. initiali maiore. Halmius in marg. posuit: Sat. VII, id quod in ipso cod. M non exstat. conf. Q.

17) *ecloga* tacite inculc. Q *Iandu. ausc.* haec *pre*dia longo ha*be* v, non, ut perperam ref. Q: Haec pr*ae*dia lon*ga* ha*bet.* sic scripsit Ascensius (a), Fabricius (fh) autem hac inepta lectione ineptiorem posuit: Haec prae*lia* longa habet. peridialogon A. Haec *per idialogon* habet (H. Haec *peridia* logon Q) M h̄ = hoc per idialegon R. A peridialogon habet Bφ. Notandum autem est, hoc schol. in utroque cod. adscriptum esse uersui 116 satirae praecedentis. Q recepit περίοδον λόγων, dicens: 'Fort. poteram et περιοδίαν λόγων scribere.' περίοδος λόγων dicebatur, non item περιοδίαν λόγων. Praetuli scribere: *per* διάλογον. *haec* i. e. haec uerba *Iamdudum ausculto.* etenim, ut altera pars scholii satis plane exponit, *de his tantum Horatii uerbis* sermo est. Quocirca scholion primi tantum uersus, non argumentum totius satirae iudicandum est. 18) loq. *ergo* R. rell. enim. 19) *ag*it φ.

17. *Mitteret in phimum.* *Phimum,* quod nos *fritillum* dicimus, in quo coniectae tesserae agitataeque mittuntur.

25. *quod clamas rectius esse.* Duas causas inscitiae proposuit: uel quia rectum uides et non intellegis, uel quia in defendendo rectum non es firmus.

28. *Romae rus optas.* Et in Epistularum primo (I, 8, 12): *Romae Tibur amem uenturus Tibure Romam.*

35. *cum magno blateras clamore.* *Blateras.* Latras, uel furiose clamas.

37. *dixerit ille.* Hoc seruus dicit, sed ex Horatii persona.

38. [*Duci uentre leuem;*] *nasum nidore sup.* *Nasum* pro *derisore* posuit, *nidorem,* pro risu, a quo uerbum fit *renideo.*

supinor. Fastidio.

58. *Quid refert, uri.* Hoc ius in gladiatorem est constitutum.

64. *peccatue superne.* Quasi superior peccat.

72. *Non sum moechus, ais.* Hic sensus est: non es moechus magis, quam ego fur, quia, ut fur non sim, metu, non uoluntate cogor.

95. *Vel cum Pausiaca.* Pausias pictor nobilis fuit.

96. 97. *Fului Rutubaeque Aut Pacideiani cont.* Optimi gladiatores fuerunt.

102. *Nil ego, si ducor libo fumante.* Sensus [est]: ego nihil [ducor], id est, nullius pretii, si libum adpeto.

104. *Obsequium uentris mihi.* Percontatiue legendum, ut supra (u. 85): *Responsare cupidinibus.*

1) *fi*mum (bis) MRABφ2G(Q). rell. pyrgum (pygr. v). conf. Acr. 3) qu*id* R. Duas — rectum om. vafh, qui habent *Nam* uides etc. 8) fur*io* fh. 9) dicit *sub* Hor. afh. sed*et* v. sed e 2: rell. sed *ex*. 10) *Duci uentre leuem* lemma in libris. posui *nas. nidore supinor.* deris*ione* fh. 12) *supino* MRG(Q). actiua forma non in codd. Horatii ad h. l. obuia, ex glossa uidetur profecta. *supinato lumine* Claudian. laud. Herc. 116. 13) Quid refer*tur uirgis* M. — const*itum* M(H). 14) peccat*ne* su. MRG. *quia* 2,vafh. quasi MR. (qī) BφG(Q). 15) *ait* MRBφ2G,afh. mae*r*hus (in schol. m*ae*cbus) a*i*it v. *ais* omn. libri Horatii. *ait* nihil est nisi uitiosa scriptio ab uno scriba ad alterum propagata. Ipsa scholii uerba *non es* moechus (MBφ. *est* mechus R, moechus G,afh, m*ae*chus v) *ais* lectionem indicant. 17) Pausi*us* MBφG. pausi*us* (2 m. corr. pausi*as*) 2. Vel cum pau*sica* pausi*ahcus* (sic, non pausiaheus, ut ref. Q). uitium operarum, procreauit Pausi*a hic* in fh, non simul apud Ascensium, qui hoc et seqq. scholia huius sat. neglexit et omisit. Constat autem, hunc pictorem a Pausania (II, 27, 3. conf. Sillig. Braun. s. u.) dici Παυσίαν (Παυσίου) et a Plinio XXI, 2, 3 et XXXV, 11, 40 Paus*ian* nominari, non Pausi*um*. 18) Lemma *Aut Pac. cont.* cum fh amplificaui. 20) est fh. — haec uerba in omnibus libris uitiata leguntur; *ducor* enim uerbum ex Hor. inductum h. l. deleatur necesse est et sine dubio scribendum: si *libum* adpeto. Propter haec uerba amplificari debebat lemma *Nil ego, si ducor.* 21) si li*brum* app. vfh. si *ci*bum adp. Q inculc. (ex G?). *silibum* MR. *sibylum* 2, 2 m. corr. *silibum.* nullius precii. *lucrum* Bφ, om. si. *Libum* est Horatii uox. *ad*petro M. 22) perc*u*ntatiue R. percon*tinu*atiue Bφ.

SATIRA II, 8.

ACRON.

1. *Nasidieni.* *Nasidienus* eques Romanus in aliis elegans, in enumeratione autem lauticiarum suarum putidus. Quaerit nunc a Fundanio suo poeta, quemadmodum eum Nasidieni iuuerit caena. Quae praecepta caenae dedisset, superius Catius demonstrauit, et [tum] quidem sine nomine. Iam hoc ex sequentibus apparet, quod idem sit Nasidienus Epicureus. || *Fundanium* quendam, amicum suum, interrog[ab]at Horatius, qualis caena fuerit Nasidieni diuitis, apud quem Fundanius caenasset.

Ut. Quomodo, qualiter.

iuuit. Delectauit. *beati.* [Miri. *Beati*] mire *beati,* hoc est, diuitis.

2. *conuiuam.* Te scilicet, Fundani.

2. *here.* Pro *heri.* *Heri* et *here* potest dici.

illic. Apud Nasidienum.

3. *sic ut.* Fundanius.

3. 4. *mihi numquam In u. f. melius.* Ut acceptus sum in caena.

4. *graue.* Horatius.

5. *iratum.* Esurientem [famelicum].

ACRON. γ, ut E et Bernenses, caret inscriptione. In Bφ manus glossatrix in marg. scripsit: hanc ad funda*num* scribit. FY (8223): Ad funda*num* amicum suum. AD FVNDANVM Fran. AD FVNDANIV̄ CAENĀ NASIDIENI REFERRE Barc. et Par. P (rubr.) AD FVNDANIVM φ Sorb. Notre Dame, 8223 etc. Egloga VIII ad fundanium uet. lib. Pithoei ad Med. 74. egloga octaua O. VIII Ambr. Sermo VIII. St. Germ. Fundanium interrogat de caena nasidieni H. De conuiuio uel cena Nasidieni I etc.

6) *Ut Nasidieni* omnes mei codd. et Hor. et Acronis et Porph. habent. In lemmate sic habet et ipse Ascensius, non item Cruquius, qui lemmate caret. Uterque ut Oberl. aliique Horatio hunc pessimum uersum obtrudit: Ut *te* Nasidieni iuuit coena beati. Non magis probari potest lectio Turnebi (Adv. III, 3), quam Fea amplexus est: Nasidieni *qui* iuuit te cena beati. *Qui* manifestum glossema est particulae *ut,* quae iam in nonnullis edd. saec. XV disparuit. — *en*umeratione γ. recte. rell. *nu*meratione. Schol. *Nasidienus* — Epicureus om. C. 7) putid*i*us querit γ. — a fund*ano* γ. 9) dedis*se* γ. rell. dedis*set.* — Catius om. G(Q). E quidem γ,mva. et *tum* quidem fh. — Nam hoc ex ṣequentibus γ (s expu.). 10) sit γ. recte. rell. om. — epicurus γ. m. s. 11) Fundanium — cenasset γ. similiter C. rell. om. interrog*abat* γ. interrog*at* C. qualis cena fuerit na. diuitis γ. coena Nas. di. fu*isset* C. 12) apud q. *fundanius* cenas*set* γ. ap. q. *ipse* coena*uerat* C, qui addit haec: ‘quam ex ordine describens, ostendit eum in lautitiis suis et apparatu magnifico iactando fuisse putidiorem.’ iuue*rit.* Delectaue*rit* mva et G, qui hab. *Ce*lectauerit. 14) miri (1 m. corr. mut. e in i) be. h. e. diuitis γ. *beati.* mire beati, diuitis C. rell. om. 15) Te scilicet γ,C. rell. om. 16) Heri et here po. dici γ. rell. om. 18) Fundanius γ. conf. C: ‘*sic.* supp. acceptus sum in coena, sic ea me iuuit, ait Fundanius.’ rell. om. 21) famelicum om. γ.

[6. *fuit.* Deest *qui.*] *Austro.* Species pro genere.

Lucanus aper. Valentissimus. Species pro genere, ut saepius apud Lyricos.

6. 7. *leni fuit Austro Captus.* Id est: In amoenitate captus est, ubi non erat aestus. Unde potuit diu seruatus non putrescere. Nam Auster dum mouet aestus, putrescere facit carnem, quod dixit alibi (S. II, 2, 41): *at uos Praesentes, Austri, coquite horum obsonia.*

7. *caenae pater.* Pastor, pater familias, exhibitor, ὁ ἀρχι (κὸς?), συμποσιάρχης. *acria.* Aut quae (quia) habent quandam acrimoniam, aut quae (quia) cum aceto condiantur. *circum.* Aut post, aut cum ipso.

8. *Rapula.* (Νάπεια?) Napi. *radices.* Ῥάφανοι. *lassum.* Fastidiosum.

9. *siser.* Genus oleris ad stomachum utile.

faecula Coa. Cum faece Coi uini. Diminutiue dixit. Aliter: Genus uuae decoctae, aut *siser* genus herbae, quae ad orexin datur.

9. *Peruellunt.* Cum quadam delectatione pungunt et exsuscitant, excitant ad comedendum. Nam isti uellicant et mouent stomachum ad orexin (ὄρεξιν) et ad comedendum.

10. *ubi.* Posteaquam. *acernam.* De acere factam mensam h. e. acernam ἀπὸ σφενδάμνου, unde fiunt tabulae.

1) Deest *qui* om. γ. *austro.* Sp. p. genere om. γ. et C. h. l. conf. schol. seq. 2) *Lucanus* — *l*iricos γ. Valentissimus — genere C. rell. om. 4) *Leni* — obsonia γ. rell. om. amenit. γ. praesentes om. γ. C: *leni austro.* amoeno, non aestuoso. 8) Pastor pat. fam. *exi*bitor oaPXIC YMPIO CIaC THC (sic) γ. *coenae pater.* p. p. f., *coenae praebitor,* ἀρχικὸς τοῦ δείπνου, συμποσίαρχος C. rell. om. Scribendum uidetur ἀρχικός, συμποσιάρχης; ἀρχισυμποσιάστης non dicebatur συμποσίου ἄρχων, magister bibendi uel rex conuiuii (regna uini C. I, 4, 18). 9) Aut quae (quia C bis) — condiantur γ,C. rell. om. 10) *circum.* Aut — ipso γ. rell. om. 11) *Rapula.* nap*ia* γ. rell. om. C: 'rapula. neutro genere, et deminutiue, pro *ra*pis, seu *na*pis. Posui *Napi,* a *napus;* nam pluralis na*pa* a nap*um*, ut *ra*pa a nominatiuo rap*um* (Plin. XI, 3, 59 et class. cap. XVIII, 13. Colum. II, 10), non exstat, na*pus* tantum dicebatur, rap*a* autem (Colum. XI, 13, 16) et rap*um* Colum. X, 10 et l. l.), unde rap*ulum* Hor. S. II, 2, 43 et nostro loco. Iam quaeritur, utrum Atheniense illud νᾶπυ s. σίνηπι Plin. XIX, 8, 54. uel Persicum Plin. XXVII, 13, 113 scholiasta uoluerit dicere. Quodsi ita statutum habeas, nap*ia* in bono cod. nostro esse idem ac νάπεια ap. Nicand. Alex. cf. Athen. IX, 366. iudicabis. — *radices.* Ῥάφανοι γ,C. rell. om. *lassum.* Fastid. γ,C. rell. om. 12) *ho*leris γ. ol. C. ad stomachum utile γ. utile stomacho C. rell. om. totum scholion. 13) *faecula Coa.* Cum — datur γ. rell. om. *fecula Coa.* deminutiue C. 14) aut gr̄ siser genus herbae γ. 15) exsuscitant — co*mm*edendum γ. rell. om. C: '*Peruellunt.* Cum q. d. pu. et *ex*su. uellicantque et permouent stomachum ad ὄρεξιν.' opexin γ. Posui Latinum uocabulum: conf. infra schol. ad u. *faecula* et Iuuenal. VI, 428. XI, 1216. Lamprid. Heliogab. 29. rell. tantum habent: *Cum* — et *sus*citant. Conferas autem, quae dixi ad sat. praeced. u. 114, ubi expuli librorum uerba huc spectantia (*qualia Cassum Peruellunt stomachum*): quae *exhortantur* ad edendum; nam ita uellicant stomachum ad *appetitum* i. e. ad edendum.' 18) *ubi.* Posteaquam γ. ***his ubi.*** ut, postquam C. rell. om. De*i*cere — tabulae γ. De acere *con*fectam τὸ σφένδαμνος Graece dicitur arbor, unde fiunt tabulae: et hoc notat eius sorditiem, quod pro diuitiis non habuerit mensam citream aut uermiculatam C. το σφενδαμνον γ. Cum ἡ σφένδαμνος diceretur, scripsi: ἀπὸ σφενδάμνου, non: τὸ σφενδάμνινον.

11. *Gausape.* Mappa uillosa. *Hic* gausapes.

et alter. Post illum, qui tersit.

12. *Sublegit.* 'Ανελέξατο.

iaceret. [Remaneret] Permaneret in mensa.

13. *offendere.* Laedere oculos, mouere fastidium et horrorem facere.

ut Attica uirgo. Ut. Tamquam. Quasi una de Κανηφόροις, quae sacra in capite solent portare.

14. *Hydaspes.* Nomen pincernae. Hydaspes et Alcon conseruorum nomina.

15. *Alcon.* Puer Alcon.

Chium maris expers. Scilicet *ferens procedit.*

15. *Chium maris expers.* In quo aqua marina non mittitur, sine marina aqua. In Graecia enim solet uino aqua marina misceri, ut non facile corrumpatur. *Expers* ergo sine marina aqua; sine quod aquam marinam [marina aqua] ducat, per mare dum transfertur: ergo *expers,* quod per terram aduectum est, non per mare, id est, Italum uinum, quod per terram uenit.

16. *Hic Tunc erus.* Nasidienus. *Hic erus.* Hic [apparatis] Subaudimus *ait* [Nasidienus].

17. *adpositis.* His apparatis, quae praesto sunt, id est, Caecubo et Chio, in conuiuio.

17. *herus; Albanum, Maecenas.* Dominus prandii ait.

1) Mappa u*il*osa γ. (rell. ui*ll*osa). hic gausapes γ,C. rell. om. hic gausapes. 2) Post illum qui tersit γ,C. rell. om. 3) Ανεξατο γ. *ανελέξατο* C. rell. om. 4) Perm. in mensa γ. rell. Remaneret. 5) ledere occulos, mou. fast. *et* horr. facere γ. vulgo: laed. oc. horr. facere, fast. mouere. C: laedere uisum, mouere fastidium. 6) Tamquam γ,C. Quasi una detane ΦOPIC (sic), quae sa*cras* in capite so*let* portare γ. conf. C: — — 'Κανηφόρους ait, quae sacra Cereri sublatis supra caput manibus, in sportulis portare *solebant.*' rell. *Attica uirgo.* Quae so*let* in capite sacra portare. 8) Nomen pincernae γ. rell. om. *Hy*dasp. et al*con.* cons. nomina γ. rell. om. 10) puer al*ch*on γ. rell. om. 11) *Chium — procedit* γ. rell. om. 12) in qu*ae* h. in qu*od* Q. (in — mittitur om. C). rell. in *quo.* et recte quidem. conf. Pallad. Febr. 25: *pira in uasculo.* Octob. 14: *cinerem in dolio.* nam *mittere* h. l. est *inponere* ut Ouid. F. VI, 310: Fert *missos* Vestae pura patella *cibos.* Ne confundas ergo locutiones alienas, ut Cic. N. D. II, 40: Luna mittit lucem in terras. mittere in foueam, possessionem, medium, consilium etc. 14) quod aqu*am* mari*nam* ducat γ. rell. quod mari*na* aq*ua* ducat. C: *aut maris expers.* id est, non mari aduectum, sed in Italia natum et factum. 16) p. terram aduectum est, non p. mare γ. rell. p. terram, non p. m. adu. est. id est — uenit γ. rell. om. 18) *hic.* Tunc γ. *herus.* Nasidienus γ. *hic herus.* tunc Nasidienus C. rell. om. Longius scholion tale in libris est: Hic herus (h*ae*rus a). his (*hic* G?Q) apparatis ait Nasidienus. γ: his apparatis *subaudimus* ait. Equidem scholia confusis uerbis deprauata sic constituere conatus sum: '*Hic erus.* Hic subaudimus *ait.* 20) *adpositis.* His apparatis, quae etc. quae praesto — conuiuio γ. rell. om. Conf. C: — — 'magis te delectat appositis, id est, quam quae apposita, et in conuiuio praesto sunt, scilicet Caecubum et Chium.' 22) Dominus prandii ait γ. rell. om.

18. *Diuitias miseras.* [Magnas.]†) Narras, aut sollicitas, et deest: [*habeas*] *auebat**) *Fundanius.* Hoc Horatius. *miseras.* Quae plus curae habent, quae sic commendabantur. *caen. una.* Simul.

19. *Fundani, pulchre fu. ti. no. laboro.* Valde cupio scire, qui tecum caenauerit. *Pulchre laboro.* Nimis posco. *laboro.* Cupio.

20. *Summus ego.* [Princeps] Fundanius in cornu, in summa parte lecti, et subaudis *eram,* uel *fui.*

prope me. Iuxta me.

Thurinus. De Thur*io* oppido Calabriae, siue de Thur*iis;* nam et *hoc Thuri*[*um*?] per omnes casus singulares declinauerunt Veteres et *hi Thurii, horum Thuriorum, his Thuriis.*

21. *Balatrone.* Parasito. *Balatrones* dicuntur derisores, liberiores in loquendo, procaciores, abiecti.

21. 22. *cum Seruilio Balatrone Vibidius.* Inter hos autem et ad dexteram intellegendum est Maecenatem fuisse, cuius umbrae sint. *Thurinus.* Aut gentile, aut proprium (nomen).

22. *Vibidius.* Erat in altero lecto. *umbras.* Parasitos.

23. *Nomentanus.* Alter, qui et decimanus erat.

super ipsum. Nasidienum, supra Vibidium.

24. *totas simul absorb. placentas.* Qui submouebat totas simul placentas deuorando.

1) Magnopere uitiatum hoc schol. est et sic conparatum ut modo praecedens ad u. 16. Neque enim hoc loco *diuitiae* dici possunt *sollicitae,* sicuti supra II, 6, 79 *opes,* neque *magnae,* sed *sollicitas* uerbum est, et in *magnas* uoce corrupta item latet uerbum. Omnes quidem libri tuentur *magnas,* ideo tamen non minus insanum est. Posui *narras.* Conf. C, qui habet: '*diuitias miseras.* supp. *narras,* inquit Horatius, quod sollicite et magna cura seruabantur, et non apponebantur.' — *habeas* mvafhQ. habe*bat* γG. scripsi *auebat;* constat enim, uerbum *auere* non raro scribi et *hauere,* ut Cic. Att. I, 15. Cic. Ep. ad Diu. VIII, 16. Sall. Cat. 35, et in uett. codd. Horatii *hab*ere, e. g. E. IV, 11, 7 habet a 1 m. cum rasuris pro *auet* et S. I, 1, 94 ⋙abebas (expu. b litera). Sic S. II, 4, 1 B *habenti* pure, cum uar. lect. manus glossatricis in marg. *al. auenti;* in φ 2 m. posuit v supra h. — Hoc horatius γ. rell. om. 2) Quae — commendabantur γ. rell. om. 3) *una.* Simul γ. rell. om. 4) *Fundani* — Cupio γ. rell. om. Conf. C: *sed queis coenant una.* Valde scire cupio. q. t. coenauerit *hilariter et iucunde.* 6) Princeps om. γ. fundanius. in cornu γ. conf. C: Summus ego. in cornu. in su. pa. le *supple* e. u. fui. rell. om. subau*dis* γ. rell. subaudiendum est. 8) Iuxta me γ. rell. om. 9) *Thu*rius. De thu*rio* γ. *tu*rinus G, (de tur*i* G? De *Thuri* Q) mv. rell. de Thur*io.* recte. Vide quae dixi Vol. I p. 303 ad Acr. C. III, 9, 33. — th*uris* γ. rell. Thur*iis* (*tur*riis v). 10) thu*ri* γ,afh. *tu*ri mv. Scribendum est sine dubio hoc *Thurium* (Cic. Attic. III, 5. Mela II, 4. Θούριον, τὸ, Diod. Steph.). 12) Parasito — abiecti γ. rell. om. 14) Nouum lemma interposui. 15) s*i*nt γ. recte. rell. s*u*nt. Aut gentile aut proprium γ. rell. om. Conf. C: *Thurinus.* 'aut proprium est, aut gentile, nimirum de Thurio oppido Calabriae.' 17) Erat in alt. lecto γ. hi erant in alt. le. cum Maecenate C. rell. om. Parasitos γ,C. rell. om. 17) Alter — erat γ. in tertio lecto. Nomentanus autem erat Decumanus C. rell. om. 19) Nasidienum su. Vibidium γ. rell. om. C: supra Nasidienum. 20) *totas* — deuorando γ. notat paruitatem placentarum: quare ridiculus obsorbere, hoc est, in *ob*sorbendo et deuorando totas placentas C. rell. om. †) *Va*nas uoluit C. Hermann et *) *ai*ebat.

28. *noto.* Subest *suco.* Id est: omnibus usitato. Aliter: *noto,* quem Nomentanus et Nasidienus nouerant, aut quem ego postea cognoui.

celantia sucum. In se habentia; *celantia* uero haec omnia, quae supra dixi. Aliter: in [Intra] se continentia, et omnibus superius dictis naturaliter reddidit. *dissimilem.* Meliorem. *sucum.* Saporem.

29. *Ut uel continuo patuit. Ut.* Sicut. [Id est: intelleximus, nouum et ualde optimum ea habere sucum.] *Patuit.* Probatum est. *passeris.* Genus piscis.

30. *Ingustata.* Quae ante non manducaueram.

30. 31. *rhombi. Post hoc m. d.* Unde, [insanum] dum laudat piscem, poma subiunxit.

31. *Post hoc me docuit.* Nomentanus, aut Nasidienus.

melimela. Rubicunda mala, γλυκύμηλα (κυδώνια μῆλα?), mala suauissima. *minorem.* Quando decrescit.

32. *delecta.* Ex arbore.

quid hoc intersit. [Quod] pro *sit,* id est: qualis sit ista differentia, quod melimela decrescente luna rubent, ipse te melius docet, qui mihi narrauit.

[32. 33. *ab ipso Audieris melius.* Ipse te melius docebit, qui mihi narrauit.]

33. *tum Vibidius.* Deest *hoc dixit.*

34. *bibimus.* Hoc est: ita multum, ut dampnum sentiat, qui conuiuium exhibet. *moriemur.* Exsecrantis est. Id est: ferro moriamur et uindicemur, si non multum biberimus. *inulti.* Quasi miseri.

35. 36. *uertere pallor Tum parochi faciem. Vertere.* Vertebat, id est, mutabat. Deest *coepit. Parochi* dicuntur, qui hospitibus publice exhibent necessaria; hic tamen pascentis, et domini.

37. 38. *uel Feruida quod subt. e. u. palatum.* [Id est:] ideo quod, qui

1) Subest *suco* γ. rell. om. at *noto* γ. rell. *uel noto.* 2) noue*rat* γ. rell. noue*rant.* om. 3) In se *h*abentia — dixi. At γ. rell. om. *in* se cont. γ. rell. *intra* se cont. 5) Meliorem γ,C. rell. om. Saporem γ. 6) Sicut γ. rell. om. Id est — sucum om. γ,C. 7) Probatum est γ,C. rell. om. Genus piscis γ. Passer est g. p. C. rell. om. 9) *Ingustata* — manducaueram γ. a me q. a. n. *gus*taueram C. rell. om. 10) Unde insanum — subiunxit γ. rell. om. 12) No. aut Nasid. γ. *docuit.* Nasidienus C. rell. om. 13) *melimela.* rub. mala ΖΥΖΥΦΟ (sic) mala γ. glossa: *melimela.* mala suausissima. C: *melimela.* suauissima mala, κυδώνια μῆλα. rell. om. posui γλυκύμηλα. 14) Quando decrescit γ. rell. om. ad incrementum lunae, quando luna crescit C. 15) Ex arbore γ,C. rell. om. 18) *ab ipso* — narrauit om. γ. h. l. Quod prosit — crescente — doc*et* — narrauit γ. rell. om. conf. C: '*Quid hoc sit et* q. sit diff. ipse melius te do*cebit quam ego*, qui mihi narrauit.' 20) Deest hoc dixit γ. supp. ait C. rell. om. 21) Hoc — exibet γ. rell. om. 24) Vertebat — coepit γ. Enallage, pro *uertebat, mutabat.* uel est ellipsis uerbi *coepit* C. De *parochis* conf. Acr. et Porph. supra S. 1, 3, 46. C: *parochi.* Nasidieni, domini ipsius conuiuii. 27) Id est om. γ. ideo *quod qui* γ. rell. ideo *quia.*

multum biberunt, iam nesciunt, quod gustent; nam palatum [ait] habent multo uino surdum factum i. e. tale, ut [iam] non possit sentire saporem.

38. *subtile.* Tenue, quasi subtiliter et satis perite; solet [enim] saporem dinoscere. *Subtile — palatum.* Subtiles rimas habens; per rimas enim percipit palatum saporum bonitatem.

38. *exsurdant.* Surdum faciunt, ut non sentiat saporem.

39. *Inuertunt.* Exhauriunt, consumunt, ebibunt, aut inuertunt calices, et est hypallage. Nam quando uas uinarium exhaustum fuerit, *inuertitur*, ita ut os ipsius humum tangat, κατὰ κεφαλῆς.

Allifanis. Calicibus, poculis; genus est poculi latissimi. *Allifanum* oppidum Samniae uolunt, ubi maiores calices fiebant; Alii: [a uico,] Campaniae, ubi fictiles et subtiles in usu sunt. *uinaria.* Oenophora. Aut pro uino posuit. Aut apothecas uini.

40. *imi.* Inferiores.

40. 41. *imi Conuiuae lecti. Alii* exponunt sic: *lecti.* Electi viri, hoc est: Maecenas et alii nobiles nihilum nocuere lagenis, id est, nihil biberunt, sed Vibidius et Balatro, qui sunt inferiores conuiuae, epotauere tota uinaria, ubi uinum seruabatur. Alii sic distinguunt: *inuertunt Allifanis uinaria tota Vibidius Balatroque secutis omnibus.* Distinctio plena usque *omnibus; imi conuiuae lecti,* hoc est, qui in imo lecto erant accubantes, *nihilum nocuere lagenis,* id est, nihil biberunt.

41. *nocuere.* Hoc est: noluerunt potare, cum alios prouocassent.

42. 43. *natantis In patina.* In uasculo.

1) habent (hnt) γ. rell. *ait.* 2) iam om. γ. 3) enim om γ. tenue et purum C. 4) dinoscere γ. rell. *dig*noscere. *din*oscere omn. uett. codd. Hor. habent E. I, 15, 29. II, 2, 44. Subtiles rimas haben*tes* (l. habens) -- bonitatem γ. rell. om. 6) *exur*dant γ, ut plurimi uett. codd. Hor. Ambr. Barc. Bern. ACD. et Parr. EBφJOP Genou. etc. *exs*urdant ex Fran. notaui. ex codd. Angl. nil adscr. Babington. 7) Ex haur. consumunt — ypallage γ. rell. om. 8) uinarium γ. rell. om. 9) κατὰ κεφαλῆς γ. cataecefales mva. om. fh. spat. uac. reliq. G. 10) Calicibus — latissimi γ. Cal. *et* poc. maioribus. est autem Allifanum. Alif*ae* fh. *aliph*anum. rell. *all*ifanum (allifan*i*um m). dictum ab Allife oppido *Samnii*, ubi m. c. f. Alii uolunt fuisse uicum Campaniae, u. f. et latiores calices fiebant. 11) Alii uico fh. rell. *a* uico. 12) *Cen*eforia γ (οἰνοφόριον, οἰνοφορεῖον i. οἰνοφόρον σκεῦος). posui oenoph*ora*. conf. S. I, 6, 109. Pers. V, 140. 13) apothecas uin*a* γ. C: '*inuertunt* (Allifanis uinaria tota). exhauriunt: aut est hypallage, ut sit sententia: inuertunt Allifanos culices toto uino ebibito, ut uinaria tota ponantur pro uino. uel *inuertunt uinaria*, id est, οἰνοφόρα κατὰ κεφαλῆς τρέπονται, id est, uasa uinaria in caput uer*tunt*, ita ut ore terram tan*gerent*. 14) *imi.* inferiores γ. rell. om. 15) Alii exponunt — biberunt γ. rell. om. Conf. C: '*imi conuiuae lecti.* Nomentanus et Porcius, qui in imo lecto erant accu*mb*entes, nihilum nocuere lagenis i. nihil biberunt. *Alii* sic *legunt*: *secutis omnibus imis*: *conuiuae lecti*, id est, electi uiri, Maecenas et alii nobiles nihil biberunt.' Verba *nihil biberunt* γ in glossa iterauit ad *nihilum nocuere*. 23) posui uas*culo*. conf. inscr. ap. Gruter. 6. p. 1108. uiscello γ. *ius*cello C, quo uocabulo pluries ad hos uersus usus est. muraena inter natantes quillas in — *iuscello* i. e. *diminutiuo* (Prisc. II, 13) *diminutiui* (ius*cu*lum. Cato. R. R. 156) omnino non quadrat. Viscellum autem uox nihili est (uiscel*latus* Plin. Valer. I, 24. II, 17).

43. *sub hoc.* Id est: hoc misso, hoc adlato.

erus. Dominus conuiuii.

haec grauida. Quasi melioris saporis sit, quando grauida est.

45. *ius.* Ζωμός. *prima.* Optima. *Venafri.* Hoc Venafrum ciuitas Campaniae.

46. *Hiberi.* Hispani.

46. *garo.* [Genus salsamenti.] Liquamine, et subaudiendum: *mixtum est ius.* Hoc liquamen de suco piscis fit.

47. *citra mare nato.* Italo.

48. *Dum coquitur.* Ius scilicet. *Dum coquitur* Chium, aut *dum coquitur* 'in coquendo' accipias. *cocto.* Italo (iuscello). Et Chium et Italum uinum aptum est iuscello.

49. *magis.* Scilicet conueniat.

pipere albo. Subaudiendum *ius mixtum est.*

50. *Quod Methymnaeam.* [Accetum.] (Methymna?) Urbs insulae Lesbi, uel oppidum.

uitio mutauerit. Vitio suo dum mutatur in acetum, uitiauerit. *mutauerit.* acidam fecerit.

51. *Erucas.* Herbarum genus. *inulas.* Inulas Quidam dicunt similes herbas pastinacae, Quidam ἑλένια, Alii ὀξεῖα λάχανα adpellant.

52. *incoquere.* Quidam sic legunt: inulas et erucas monstraui incoquere in *luto.* in cinere, ut sit *Scurtillus* nomen. Alii *in lotos echinos* legunt, id est, cum luto πεπεμμένουςNOYC, id est, inlotos, ut sit *Cur*tillus

1) *Sub hoc. in* hoc misso, hoc allato γ. conf. C: in hoc missu allato. bene quidem *missu* (Lamprid. Heliog. 30. Capitol. Pertin. 12), minus bene *allato*; nostra lectio sermoni Acronis magis consentanea est. 2) Dominus conuiuii γ. heros. Dom. conu. C. rell. om. 3) Quasi — grauida est γ. conf. Q: Quasi *tunc* sit me. sap., *cum* gr. est. rell. om. 4) *ius.* opos (sic) γ. cf. C, qui om. *ius:* ζωμὸς Graece. ζωμός, dim. ζωμίδιον recte. Aristoph. Stob. 43. rell. om. Optima γ,C rell. om. Hoc — Campaniae γ. *Venafri.* Venafrum ciu. *est* Camp., ubi nascitur optimum oleum; sed hoc tamquam fictum ridet Fundanius. 6) Hispani γ,C. rell. om. 7) *garo.* Genus sals. om. γ. Liquamine — fit γ. rell. om. Bφ: Siser est *garum* id est liquor piscium salsus, qui olim conficiebatur ex pisce, quem greci *garon* (γάρον) dicunt.' conf. u. 9. C: *garo.* cum garo liquamine. 9) Italo γ. uino Italo C. rell. om. 10) Ius scilicet γ. ius C. rell. om. Dum coq. Chium — accipias γ. rell. om. 11) Italo γ. iuscello C. rell. om. Et Chium — iuscello γ. conf. C: Ita*licum* et Chium utrumque aptum est ius*culo.* rell. om. 13) S. conue*nit* γ. supp. conue*niat* C. rell. om. 14) Subaudiendum — est γ. conf. C: 'cum pipere et aceto ius mixtum est.' rell. om. 15) Accetum. urbs insule les*bii,* uel opp. γ. conf. C: acetum. Methyninaeam u. m. u. Methym*na* oppidum *in Lesbo insula.* posui Lesbi. 16) *Vitio* — *uitauerit. mutauerit.* accidam fecerit γ. conf. C: '*uitio.* suo. mutaue*rat.* dum mutatur acidam fece*rat* et uitiaue*rat.* 18) eruscas γ. *ae*rucas EφB (AERVCAS in marg. erucas rubr., *ae*rucas atr.). Herb. genus γ. conf. C: 'eruca *nomen* est herbae, quae εὔζομον Graece dicitur. *Inulas* — pastinacae. quidam ΓΙΓΙΔΙα, alii οξια αλαΝα *ap*ellant γ, qui insuper habet glossam: *inulas.* εγενια. conf. C: *inulas.* inula, ἑλένιον Graece, nomen herbae. rell. om. 20) Quidam — incoquere — scurti*llius* nomen. Alii in lotos

nomen, ideoque dupliciter distinguitur. *Curtillus.* Proprium nomen Epicurei. *echinos.* Scilicet *monstraui incoquere.*

53. *Ut melius.* Deest *sapiunt.*

muria quod testa. Deest *cum.* *marina.* Peregrina.

54. *aulaea.* Cortinae, uel uela. Apud Veteres tensis aulaeis exercebant laeta conuiuia, unde permansit consuetudo militibus, ut tentoria habeant.

[55. 56. *pulueris atri Quantum.* Deest tantum.]

56. *Campanis.* Quia in planis locis plus pulueris est. In campis uero sita est Campania, unde etiam nomen accepit.

57. *Nos maius ueriti.* Id est: maiorem ruinam timentes.

postquam nihil esse pericli Sensimus. Stare domum.

58. *erigimur.* Apparet, hic conuiuas timore sese proiecisse in terram.

Rufus. Itemque et Nasidienus. *posito capite.* In terram.

58. 59. *ut si Filius inmat. obisset.* Tamquam fuisset [filii] orbitate perculsus.

59. *inmaturus.* Luctus Rufi. *obisset.* Adulescens. *flere.* Deest *coepit,* aut: *flebat.*

59. 60. *quis esset Finis.* Quamdiu ille fleret.

60. 61. *ni sapiens sic Nomentan. am. Tolleret.* Id est, Consolando his uerbis. Consolatione de terra, uel de fletu.

62. *Te Deus.* Fortuna deus.

[62. *ut.* Qualiter; et quasi lamentando hoc loquitur.]

63. *mappa conp. risum.* [Mappam enim in ore causa risus uitandi ponebat]. Id est: qui – et (ut?) Vibidius – mappam in suum os mittebat.

(*o* ex *u*) cach. leg. id est cum luto πεπεϛoMeNOIC — distinguitur γ. rell. om. conf. C: '*incoquere.* in iure illo. *echinos.* pisceis docuit incoquere.'

1) *Curtillus* p. n. epicu*ri* γ. rell. om. s. monstraui *in* coquere γ. 3) *Ut melius.* Deest sapiant γ. supp. sapiant C. rell. om. 4) *muria* q. t. Deest. *cum* γ. conf. C: *muria.* cum muria rell. om. *marina.* Peregrin. γ,C. rell. om. 5) Cort. — habent γ. Cortin*a* γ. corti*na*, cortin*ae*, non cortin*um*, cort*ini*. conf. Plin. XVI, 11. XXXV, 6, 25. 11, 42. IX, 38, 62. XXXVI, 26, 65. (Plaut. Poen. V, 5, 12. k) leta γ. conf. C: 'cortinae, uela. Apud u. t. aul. exerce*bantur* conuiuia (om. laeta). unde — habeant.' rell. om. 7) schol. om. γ,C. 8) Quia — accepit γ. rell. om. conf. C: *Campanis.* in (om. *Quia*) pl. lo. plus est pulueris *quam montosis. Campania autem* in ca. sita est, unde — accepit.' 10) C: id est, ruinam *domus* timentes. 11) Sensim (sic) stare domum γ,C (Postquam sensimus stare domum C). rell. om. 12) C: Ap. h. conu. *in lectis discubuisse.* — conu. *timore sese* γ. rell. conu. se. 13) I*d*emque et Nas. γ. rell. om. — in terram γ. rell. om. 14) filii om. γ. percu*l*sus γ. recte. per*cul*sus fortius quam percu*ss*us, quocum saepe in codd. confunditur. conf. Cic. ad Brut. Ep. 3. Attic. VII, 23. Caes. B. G. II, 17. Liu. XXXVII, 3. Nep. Eum. 5. conf. C: *flere.* flebat uel flere coepit, quasi per*cul*sus orbitate filii, describit luctum Rufi rell. per cussus. 16) Luctus Rufi γ. rell. om. 18) Quamdiu ille fleret γ. rell. om. 19) Id est γ. rell. om. 20) Consolatione de terra, uel de fletu γ. rell. om. 21) *Te Deus.* Fortuna Deus γ,C. rell. om. 22) Qualiter — loquitur om. γ. 23) uitandi om. mva. pone*bat* rell. pone*bant*. 24) Id est — mittebat γ. rell. om. C: ne audiretur ridere: mappa namque os occludebat.

64. *suspendens omn. naso.* Quia solebat omnia inridere [solebat], uel: inridens omnia.

65. *Haec est condicio uiu. ai.* Ut etiam prosperis aduersa non desint. *eoque.* Ideoque. Et ideo, quoniam adiuncta sunt bonis mala. Nulla fama potest tibi satisfacere, o Nasidiene.

66. *Responsura tuo nu. e. p. f. labori.* [Superat factum tuas laudes] Superant facta tua laudes, hoc est; condigne laudari non potes. Illi autem dicit Balatro, qui praebet conuiuium i. e. Nasidieno.

par fama labori. Quem capis propter exhibenda prandia.

[67. *Tene.* Supple *decet.*]

accipiar l. Pascar, εὐφρανθῶ, (A. III, 353): *Illos porticibus rex accipiebat in amplis*].

68. *panis.* Adponatur.

72. *si patinam pede la. fr. agaso.* *Agaso* proprie dicitur [seruus], qui iumenta curat. Hic autem satirice escarum ministrum *agasonem* adpellauit, quem uulgo dicunt *infertorem.*

73. *Sed conuiuatoris; uti ducis.* Quemadmodum, inquit, dux exercitus in aduersis rebus probatur, utrum sciat bene opitulari suo exercitui et tutari illum, nam [et] felicitas etiam [et] militiae imperium celat, ita et *conuiuatoris* prudentia in aduersis rebus probatur, quemadmodum sciat consolari suos conuiuas.

73. 74. *ducis ing. res Aduersae nudare solent, cel. sec.* Domini conuiuii, inquit, animum et res aduersae nudant, et prosperae abscondunt, sicut ducis. *nudare.* Demonstrare, probare.

75. *ad haec.* Scilicet ait.

1) Quia so. omn. *in*rid. γ. rell. Quia o. *de*sidere solebat. γ addidit: *in*ridens omnia. C: omnia irridens. rell. om. 3) Ut — desint γ et C (— *in* prosperis —). 4) Ideoque γ,C. rell. om. Et ideo — Nasidiene γ. rell. om. 6) Super*ant* fac*ta tua* laudes γ. recte. rell. Super*at* fac*tum* tu*as* laudes. 7) bala*th*ro γ. rell. Balatro. 9) Quem — prandia γ. rell. om. conf. C: *fama.* gloria. *labori.* in exhibenda cocna. 11) Pascar om. C. eΥΦΡαΝΘω γ. conf. C. 'ὡς εὐφράνθηο, supp. oportet. Ita apud *Terent.* (Phorm. III, 1, 25. 26. Reinh.): 'Tene asymbolum uenire unctum atque lautum e balneis, otiosum ab animo, cum ille et cura et sumtu absumitur. *accipiar,* ut *illos* — amplis.' Locum Verg. om. γ. conf. Barth. Adv. XXXVII, 5. Seru. A. VIII, 177. Donat. ad Ter. V, 9, 52. 14) seruus om. γ,C. 16) inferi*o*rem mvafh. infer*t*orem γG(Q) et C. Post hunc Suringar. III, 26: 'lege *infertorem,* qua uoce utitur Schol. Iuuenal. V, 83. IX, 110. XI, 142, ut *inferre* Apic. II, 1. 2.' C: '*agazo.* is proprie est, qui iumenta *tractat.* hic autem significat escarum ministrum, quem uulgo nominant *infertorem.*' 17) inquit γ,C. rell. om. 18) utrum *nouerit* opitulari tutarique su*um* exerci*tum.* nam fel. in militia celat imperandi scientiam, ita conuiuatoris pr. in aduersis *cernitur,* quemadmodum possit zelari et tractare suos conuiuas. C. 19) et om. γ. — et om. γ,a. nam et fel. etiam imp. mil. caelat a. — et γ,mva. rell. om. 20) probatur om. fh. 22) Domini — ducis γ. rell. om. 24) Demonstrare. probare γ,C. rell. om. 25) S. ait γ. rell. om.

77. *Et soleas poscit.* Ut redeat ad lectum, denuo caenaturus, quia territus sine soleis aufugerat.

78. *Stridere.* Id est: postquam se Nasidienus leuauit a lecto, coeperunt conuiuae susurrare quaerentis, quidnam illis Nasidienus adlaturus esset, ut comederent; nam ideo surrexit, ut escam adferret. Aliter. Ob hoc scilicet, quod ille discesserat. Et notandum, quod ipso uersu imitatus est sonum susurri, ut (*Verg.* VII, 634): — *lento ducunt argento,* et (A. V, 866: — *sale saxa sonabant. di. cure susurros.* Subtractos sermones.

79. *Nullos his mallem lu. spect.* Hoc Horatius; Id est: magis uellem hos caenantes spectasse, quam quosuis ludos.

[80. *Vibidius.* Fundanius.]

83. *fictis.* Id est, iocis, quia, qui uult mouere risum, fingit se aut maestum, aut iratum, aut aliquid tale, quod solent et mimi facere. *secundo.* A tristi facto hilari. || ὑποκριτᾲ subsequente, id est, et ipso poscente pocula.

[84. *mutatae frontis.* Iam laetior.]

86. *mazonomo.* Genus lancis [est], in quo portantur escae, ueluti grande, saliare.†) *discerpta.* Diuisa.

88. *iecur.* A parte totum.

89. *ut multo suauius.* Nam suauius est, solos armos leporis comedere, quam cum lumbis, quia in clunibus aliquid habent [habetur] tetri odoris et saporis minus iucundum.

89. 90. *armos, Quam si cum lumbis. Lumbi* plus habent carnis, *armis* uero indigestiores sunt. Oblati sunt igitur nobis *armi cum lumbis,* quos commodius solos esse, quam simul cum lumbis.

1) Ut — aufugerat γ. rell. om. conf. C: *soleas.* calopodes, nempe ad reparandum conuiuium. 3) *Stridere* — sonabant γ. rell. om. conf. C: *stridere.* postquam Na. discessisset, coep. conu. su. in aurem, sciscitantes, quasnam putarent escas allaturum Nasidienum, et — uersu *sit imitatus sonitum* susurri, ut — sonabunt. 8) Sub*tact*//////////ermones (litt. euanuerunt) γ. rell. om. Posui *subtractos sermones.* 9) Id est, *mallem* fh. rell. Id est. *magis uellem.* 11) Fundanius om. γ. Verba Fundanii C. 12) *fictis.* Id est — facere γ. rell. om. conf. C: '*ridetur fictis.* iocis, quia — risum, se fingit aut maestum, aut iratum, *aut hilarem,* etc. *instar mimorum*; aut ridetur propter figmenta Nasidieni et eius sordeis.' 14) *secundo. a* tristi fac*tis* hilar*is* γ. *ex* tristi fac*to* *hy*lari v (*hi*lari ma. hilaris fh). — ΥΠΟΡΠΙΤα (sic) — pocula γ. rell. om. conf. C: '*Balatrone secundo.* hypocritam agente, subsequente, subseruiente, pocula etiam poscente, *secundabat* omnia iocis suis.' 16) Iam laetior om. γ. 17) est om. γ. qu*o* γ,C. rell. qu*a*. conf. C: *Mazonomus* genus est lancis capacioris, in quo *deferunturescae, magna scutella.*' — uelu*ti* omn. libri. Q tacite inculc. uel*ut.* 18) Diuisa γ,C. rell. om. 19) aperte totum γ. 20) γ: '*in clune.* Quia in clunibus aliquid hnt (= habent,) t. o. et sap. m. *io*cundū.' Alterum scholion *Nam* — *lumbis* separatim legitur in γ. rell. om. 21) aliquid hab*etur* mvafh. Q iterum tacite transposuit *habetur aliquid.* conf. C: '*quam si cum l.* lumbi plus h. c. armi u. *duriores* s. o. ig. nobis sunt armi *sine* lumbis quos commodius est s. e. q. s. cum lumbis, *quia lumbi habent* aliquid tetri od. et sap. minus iucun*di.*' *iucundi* mvafhQ. 23) Lumbi — lumbis γ. rell. om. arm*i* uero γ. 24) digestiores C. Herm. 25) esse*mus* C. Herm. †) Lect. uulg. sa*l*sare ingeniose em. C. Herm. cf. Acr. C. I, 37, 2. Cic. et Apul.

quis edit. Pro *edat. adusto.* Asso.

91. *merulas. Has* meru*las* dicimus, ut h*as* tur*das.*

92. *si non causas narraret.* Id est: Ista pulmenta, quae adtulit nobis Nasidienus, suauiter comederemus, nisi nobis narrasset causam, quare partes eorum [non] adtulisset et non integro. Intellegimus autem, Nasidienum dixisse, se uermes inuenisse in cunctis partibus, quas non adtulit.

FINIT DECIMVS LIBER HORATII FELICITER (Ambr.).

†) In γ lemma ad calcem Libri II. Satirarum non legitur, uide tamen inscriptionem Epistulis praemissam. Inscriptiones in quibusdam codicibus diuersae sunt propter diuersam non solum Sermonum atque Epistularum sed etiam Carm. saec. atque Artis po. sedem. Multo frequentior in codd. Hor. est ea, quae in libris Porph. legitur.

Quinti Horatii flacci satyrarum libri secundi finis v.

PORPHYRION.

Ut Nasidieni. Hanc ad Fundanium scribit [eclogam].

6. *leni fuit Austro.* Hoc ideo, quia adfirmant, lassam carnem apri, id est, requietam, meliorem esse.

8. *Rapula.* Neutro genere [et diminutiue] dicit pro *rapa.*

13. *ut Attica uirgo.* Illas dicit, quas *Tullius* in Verrinis (II, 4, 3. Or.): *canephoras* ait.

14. *fuscus Hydaspes. Fuscus* colore.

15. *Alcon Chium maris expers.* Quia in Chium uinum marina non additur; inde institutum tradit *Varro,* ut delphini circa Liberum pingerentur.

19. *nosse laboro. Nosse* pro *scire.*

22. *Vibidius, quos Maec. add. Quos* etiam referri potest ad superiora, potest et ad Seruilium et Vibidium.

1) Pro edat γ. rell. om. conf. C: subiunctiui modi. edim, edis, edit: nunc edam, edas, edat. 2) Has turd*is* (sic) γ. posui turd*as*, non tur*dos* (Varro R. R. III, 5, 6. L. L. VIII, 38). conf. Pers. VI, 24, ubi nunc scribo: Nec tenu*is* (= tenues) sollers turd*a*rum nosse saliu*as*. uide Beitr. p. 450. In ed. mea aliquando plura de h. l. inuenies. turd*a*rum iam receperam ex Ox. Corp. Par. 3. B² aliisque, qui pure sic exhibent, in aliis 1 m. mut. a in o, ut M⁷, in quo perperam scriptum est: ‚abusiue pro turd*a*rum,' rectius in P⁵: 'abusiue pro turd*o*rum.' 3) Id est γ. rell. om. Asto γ,C. rell. om.

PORPH. Sermo ultimus. 2.

17) *a*d funda*num* Bφ,v. rell. fundan*ium.* — eclogam fh. rell. om. 18) adfirm. M. 19) *ir*requietam afh. rell. requietam. 20) *et dim.* om. MRBφG(Q),va. Bφ scholio praemittunt u. *radice.* Ad u. 9. Bφ habent: f*ae*cula. fecula est uua pinguis decocta usque ad crassitudinem mellis ac refrigerata utilis est stomacho. rell. om. 25) delfini M. 28) quos Maec. M. singuli om. Bφ. Qu*as* etiam M. rell. *quos* bis.

24. *absorbere placentas.* Pro *absorbendas.*

26. *Indice monst. digito.* Hoc ideo, quia certis nominibus singuli digiti adpellantur, et sunt haec nomina: pollex, index, famosus, medicus, minimus.

39. *Inu. alifanis.* Genus poculi.

47. *citra mare nato.* Italicum uinum dicit.

54. *Interea suspensa grauis.* Quia consuetudo apud Antiquos fuit, ut aulaea sub cameras tenderent, ut, si quid pulueris caderet, ab ipsis exciperetur.†)

Nos maius ueriti. Veram ruinam timentes.

61. *Tolleret.* Περὶ (= πέρα) τούτου tolleret.

72. *si patin. pc. laps. fr. agaso.* Serui nomen. Caeterum proprie *agasones* dicuntur, qui equos agunt.

86. *Mazonomo.* Genus lancis est nunc (magnum? aenum?).

HORATI FLACCI SERMONVM LIBER II. EXPLICIT INCIPIT EPISTVLARVM LIB. I. (M).

FINIT PORPHYRION IN SECVNDVM SERMONVM HORATII FLACCI LIBRVM (R).

1) *a*bsorbere M,vafhQ, ut γHIJOPR. St. Germ. Ambr. Barc. Bernn. CDF etc. absorben*dam* M. 3) appellantur MBφ2. appella*ban*tur R. rell. *nomin*antur. 5) al*ii* fanis M, ut B (1 m., allif. 2 m. corr.) φ (2 m. corr. alifa*nnis*). E κ Genou. etc. 6) Ital. uin. dicit om. Bφ. 7) grau*is* M. 8) aula ea M. *al*ea 2. — camer*os* fh. sub camera tender*entur* Bφ. — ab *illis* R. rell. ipsis. †) Quae seq. scholia quattuor extrema om. afh. 10) ueram ru. timentes MBφ. 11) *tolleret* peritu tolleret MG. spat. uac. uerbis reliq. R. *tolleret* perire tollor et v. *tolleret.* consolatione fletum mitigaret C. Post uaria temptamina posui περὶ τούτου. Modestus et cautus lacunarum amantissimus editor Pragensis more suo posuit . . . . dicens: ‘Vnde quid eliciendum nescius LACVNAM signaui.’ 14) est nunc om. Bφ, qui omnia scholia Porphyrionis ad h. sat. a 1 m. exarata exhibent. *grande* Acron. C. Hermann. uoluit: *maius.*

COMMENTARII IN EPISTVLAS.

DE VETERIBVS LIBRIS,
QVI ACRONIS COMMENTARIOS IN EPISTVLAS EXHIBENT.

Codex Parisinus γ, cuius ope SERMONVM scholia ACRONIANA et emendatiora et multo auctiora prodierunt, etiam in EPISTVLIS Lydii lapidis instar expediit. Dolendum autem est, hunc uetustum librum tantis uirtutibus conspicuum pariter atque ipsius Horatii codicem eadem litera signatum mutilum esse in scholiis, quae inde a E. II, 1, 247 desiderantur, sicuti superius post C. I, 18, 14 (*amor sui*) folium sublatum erat, quod usque ad odae uicesimae tertiae uersum quintum tendebat.

Codex Barcellonensis (b), qui ad Sermones omnibus fere scholiis caret (etenim inde a I, 10 usque ad finem libri secundi duodecim tantum glossulas singulis uerbis adspersas numeraui), dum E. I, 8—13 et 16 iis plane destitutae sunt, ad E. I, 1—7, 17—20 et ad II, 1 et 2 usque ad u. 182 et longiores et breuiores offert expositiones, quae potissimum cum cod. γ faciunt atque ex eodem uetere fonte deductae uidentur. Ideo passim auctoritatem huius alteriusue lectionis hoc testimonio auxi, perpetuam tamen adnotationem neque necessariam neque uel utilem ducens.

Potuissem ex pluribus codicibus, qui recentes ab illorum aetate censendi sunt, largam lectionis uarietatem adscribere, sed, quamuis animo meo propemodum esset aegrius, saepissime abstinui, ne angustias libri praescriptas, praestantiora et grauiora minoribus leuioribusue postponens, temere excederem. Hinc etiam uetustorum illorum codicum Parisiensium Bφ scholia et in Acrone et in Porphyrione constituendo rarius, quam supra factum est, ex penu meo depromere placuit, praesertim cum cuncta ea, ne uno quidem uerbo omisso, quando per bibliopolae alicuius consilium et uoluntatem licebit, tamquam singularem librum emittere decreuerim.

'*Commentatorem*' uero, qui nomen fert CRVQVII, uiri de Horatio eiusque interpretatione uetustisque interpretibus meritissimi, cuius auctoritas

et fides atque ipsa fama nuper propter paucos locos a Quibusdam non deminuta solum ac detrita, sed detracta, ne dicam, uiolata est, constanter et perpetuo conferre pergam, cum iam ex superioribus satis superque patuerit (conferas etiam scholia ex cod. Barcellonensi ad E. II, 2, u. 107 seqq. exscripta), magnam scholiorum partem, quam uir ille honestus sedulo eruit et liberaliter proposuit, ex ueteribus codicibus manuscriptis esse petitam atque paulo liberiore studio conpositam. Qua de re infra in Prolegomenis spero uberius dicendi locum fore.

Restat denique, ut de EDITIONE PRINCIPE pauca uerba faciam, VENETAM dico Venetiis anno MCCCCLXXXI inpressam, una cum praemissis literis *Patauii* scriptis atque ad patricium Venetum quendam datis, quae, ut in ed. Lipsiensi p. 26 recte dixi; '*prima earum est, quae* PORPHYRIONIS *Commentarios in* SERMONES (adde: et EPISTVLAS) *atque* ACRONIS *expositiones* EPISTVLARVM *praebuerunt.*'

Non possum tamen, quin, hac occasione data, corrigam, quae in huius nostrae editionis Vol. II p. 1 de edd. Veneta et Mediolanensi scripsi, quippe negligens, quae ipse in editione Lipsiensi l. l. dixeram: '*Editio princeps Mediolanensis* inpressa per *Antonium Zarothum* Parmensem MCCCCLXXIIII, continens, '*commentaria*' ACRONIS *in Carmina, Epodos, Carmen saeculare, Artem poeticam ac Sermones.* Princeps recte eo dicitur, quod *prima earum est, quae* ACRONIS *commentarios in* SERMONES *obtulerunt. — Dicendum etiam postremo est, hanc* ACRONIS *editionem ex Zarothi prelo profectam anno MCCCCLXXIIII non confundendam esse cum editione Zarothiana ipsius* HORATII *eodem anno inpressa*' etc.

In editione Berolinensi l. l. scribendum est: '*Haec autem editio Mediolanensis princeps uocanda est earum, quae* ACRONIS *commentarios in Horatii* SERMONES *obtulerunt.*' Nam commentarius in EPISTVLAS hac editione ACRONIS non continetur, ut ex superioribus patet.

Atqui in editione operum Horatii Zarothiana, eodem anno quae Mediolani prodiit, EPISTVLAE insunt.

INSCRIPTIONES.

CARMEN SECVLARE EXPLIC̄. INCIP̄. EPISTOLARVM LIBER PRIMVS. (γ).

EXPLICIT CARMEN SECVLARE INCIPIT EPISTOLARV̄ LIBER PRIMVS. (Ambr.)

Q. HORATII FLACCI. CARMEN SCLARE EXPLIC̄. INCIP. EPISTOLARV̄ LIBER PRIMs EIVSDEM. (Barc.)

Q. HORATII FL. CARMEN SECVLARE EXPLIC. INCIPIT EPISTOLARVM. (Harl.)

CARMEN SECVLARE FINITVR. O (sic). HOR. FLACCI CARMEN (sic) EPISTOLARVM INCIPIT LIB. I. (E)

CARMEN SECVLARE FINIT. Q. HOR. FLACCI CARM̄. EPISTOLAR INCIPIT LIB̄. I. (B)

Q. HORATII FLACCI CARMEN SECVLARE. EXPLICIT. INCIPIT EPISTOLARV̄ LIBER PRIM////. (φ)

LIBER DE ARTE POETICA EXPLICIT. QVINTI HORATII FLACCI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS INCIPIT. (O)

ORATII FLACCI DE ARTE POETICA EXPLICIT. INCIPIT EPISTOLARVM LIBER PRIMVS. (P)

INCIPIT EPISTOLARVM. (A)

INCIPIT LIBER EPLARVM (Bern. D minio)

etc. etc. etc.

QVINTI HORATII FLACCI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS. (v)

'Epistolarum libri tantum nomine dissimiles libris Sermonum sunt. Nam et metrum et materia uerborum et communis adsumptio eadem est. Hoc solum distare uidentur, quod hic quasi ad absentes loquitur. Et hi (hii γ) ultimi sunt sui operis libri, licet Scriptorum uitio in multis codicibus locum Sermonum occupauerint.' γ, om. b,vafhQ. conf. Porph.

'Epistolarum libri tantum nomine dissimiles sunt *a* libris sermonum, *excepto* [om. Nam — uidentur] quod hic quasi ad absentes, *ibi quasi ad praesentes* loquitur. Et hi ultimi sunt sui operis libri, licet Scriptorum uitio [om. *in multis codicibus*] locum Sermonum occupauerint.' Bφ.

Unde liquet, *scribarum uitio* in quibusdam codicibus sedem Sermonum atque Epistularum fuisse mutatam. Omnino transpositiones in codicibus Horatii frequentissimae sunt. Codices Bφ, qui, ut alio loco dixi, tam in ipsius poetae uerbis quam in eorum expositionibus geminorum instar miram familiae eiusdem ostendunt similitudinem, in scholiorum introitu neque de uoce *Sermones* neque de Sermonum Epistularumque ordinem quidquam adferunt. Ex superioribus autem scholiis hoc etiam redundat iudicium, in uetustissimis illis libris, ex quibus codices γ et Bφ exscripti fuerint, Epistulas post Sermones fuisse conlocatas.

EPISTVLA I, 1.

ACRON.

1. *Prima.* Prima Camena Principio operis mei. *dicte.* Celebrate. *summa.* Finali. *su. dicende.* Id est, ultima etiam, [sed] in fine. *Vergilianum* illud (E. VIII, 11): *A te principium, tibi desinit* (*desinam*).

2. *Spectatum.* Probatum. *donatum.* Concessum missioni. *rude. Rude* est signum missionis artis gladiatoriae. Alii tamen dicunt *hoc rude,* Alii *hic rudis. Rude* pro rudi, id est, uirga. Metaphora a gladiatoribus.

3 *antiquo me includere ludo.* Officio scribendi. De libris Carminum loquitur. *Ludum* autem μεταφορικῶς nocauit, ut ostenderet, periculosum opus esse scribendi, quia post pugnam contulit se*) ad agriculturam. (aī culturam?). Aliter: Id est, antiqua consuetudine scribendi, et perseuerauit in metaphora.

4. *mens.* Consilium.

4. 5. *Veianius armis Herculis ad. po. fi.* Proprium nomen gladiatoris opinatissimi, et iucunde hoc exemplum adtulit, quoniam superius (u. 3) dixerat: *antiquo* [*me*] *includere ludo.*

5. *abditus agro.* [Comparat se Veianio gladiatori nobilissimo, qui post multas palmas consecrauit Herculi arma sua, contentus proprio agro. Cuius exemplo dicit aetatem suam et propositum suum impediri, et non posse se perseuerare in *carminibus,* sed potius uelle transire ad studium philosophiae, relictis iocis et *lyricis uersibus*]. *) ad *carmina,* lyricos uersus?

ACRON. *Ad iulium florum* (sic. uide inscriptionem Libri primi supra adlatam) γ. Dicendum autem est, in codicibus Horatii huic epistulae, quae, ut u. 3 luculenter ostendit, ad Maecenatem scripta est, non datam esse inscriptionem tam frequentem in Carminibus: AD MAECENATEM. Ad Iulium Florum scriptas esse E. I, 3 et II, 2, notum est. Cod. Bern. C, *in quo liber primus Epistularum secundo loco positus est,* fert inscriptionem: *Explicit primus. Item secundus.* Mirum utique est, hunc nostrum interpretem neque argumentum praemisisse neque de Epistularum indole uerba fecisse, ut Porph. Conf. C: '*Prima d. m. s. d. Cam.* Videtur Horatius hanc Epistolam Maecenatis hortatu scripsisse.'

4) Prima camena γ. conf. C: '*prima Cam.* scilicet in principio carminis lyrici. tale est illud Virgilianum — *desinit.*' Principium operis mei γ. rell. om. dic*tae.* celebra*tae* γ. dicte. celebra*te* C. rell. om. 5) *summa.* Finali γ. rell. om. conf. C: *summa.* ultima et finali. *su. dicende.* Id est, ultima *et*iam s; (= set) in fine γ. rell. om. desi*nit* γ,C. (desi*nam* Ribb.). 7) *Spectatum.* Probatum γ,C. rell. om. — *donatum.* Concessum missioni γ. rell. om. — Rud*e* est γ. rell. rud*is.* rude pro rudi, i. uirga. metaphora a gladiatoribus γ. rell. om. 9) Alii — rudis γ. rell. om. 11) Lemma *includere ludo* amplificaui. De libris carm. loq. γ. rell. om. — conf. C: '*ludo* offi*cium* scribendi siue antiquam consuetudinem ludum μεταφ. uoc. ut ost. taediosum ei iam esse scribere, propter senium, et continuas seditiones, ob quas se rus contulerat.' 13) Aliter — metaphora γ. rell. om. 15) mens. Consilium γ. rell. om. 16) Proprium nomen γ in schol., *nomen propr.* in glossa. rell. om. 17) *opin*atissimi γ. in schol. et gl. rell. *pugn*atissimi. conf. C: '*Veianius.* nomen proprium glad. *nobiliss*imi (om. et) iucunde h. e. adt., quia superius *meminit ludi.* Comparat autem se Veianio' etc. conf. Porph. 18) dix*erat* γ. recc. codd. et vafhQ(G?) di*xit.* — me om. h. l. γ et Flor. Laur. Pl. XCI. Sup. 23. includer*it* v. 19) Comparat — uersibus om. γ. Maior scholii pars apud Porph. legitur. — ueia*no* nobi*li* gladiatiori Bφ. 21) dicit *horatius* Bφ. — impedire Bφ.

6. *Ne populum extrema to. exoret harena.* Quia gladiatores, petituri rudem de media harena conferunt se ad crepidinem Circi. *extrema to. exo. harena.* Adeo proximus, ut possit populum tristi uultu uelocius exorare, id est, sub circulo Amphitheatri stans petat rudem; nam ibi consuetudinis est, stantem gladiatorem petere missionem. Aliter: Ideo *extrema*, quia extremae sortis homines pugnent, aut quod iuxta podium adorantes currant.

7. *Est mihi.* [Modo philosophus, *qui personet aurem* et faciat *purgatam.*] *purgatam.* Facilem uel idoneam ad audiendum, id est: habeo, qui me saepius moneat, id est: est mihi magister philosophus, qui personet aurem et faciat purgatam. Non: qui aurem meam purgatam personet, sed qui uerba personet et faciat aurem meam purgatam.

8. *Solue sen.* Aut a labore, aut a uenere.

mature sanus. Verba monentis Horatium. Si sanus es.

9. *Peccet.* Minus laborando. *ad extremum ridendus.* Valde ridendus; *peccat* enim equus, ilibus suis qui ad extremum laborat. *ilia ducat.* Frequentur anhelet.

10. *Nunc itaque.* Quoniam est, qui personet aurem meam. *ludicra.* Carmen lyricum.

11. *curo et rogo.* Volo discere philosophiam: inquiro et interrogo, id est, philosophor, qua doctrina, quibus opibus, qua secta, quibus praeceptis philosophiae.

12. *Condo.* Memoria. *conpono.* Opere.

depromere. In usum recte uiuendi proferre, hoc est tractata et digesta.

13. *me duce.* Philosophiae. *quo lare tuter.* Secta uel magistro utar.

1) *peti*turi γ,C. recte. rell. *porta*turi. 2) *de* med. γ. rell. *ex* media. con*ferunt* se γ. recte. rell. con*sueue*runt se. *tociens* γ Fran. Med. (Ambr. Q. 75. sup. saec. XI) Bernn. ABDEG etc. (*thociens* Bern. F). to*t*iens EBφA Bern. C Ambr. etc. exor*n*et Med. et Bφ hi cum var. lect. *uel exoret* et cum glossa: suo ludo *decoret.* 2) lemma *extrema harena* interposui. 3) *adeo proximus* et pos*sit* pop. — exorare γ. rell. — crep. Circi *demittere* proxi*mi ut* posse*nt* populum tr. — exorare. Id est — missionem. conf. C: '*extrema to. ex are.* Quia gl. *petituri* ru., *ex* me. ar. *consue*uerunt — circi, *ita conferre proximos*, ut possent — exorare. stabat autem populus ad podium, unde fere spectabat; ibique consuetudinis erat stantem gladiatorem petere missionem. 5) Aliter — curant γ. rell. om. 7) Modo — purgatam om. γ. 8) *purgatam* — moneat γ. rell. om. cf. C: *purgatam.* facilem ad audiendum, idoneam, *et attentam*, *hoc* est, habeo, qui me *semper* moneat. 9) id est. es — purgatam γ. rell. om. 12) Aut — uenere γ. conf. C: solue *a* labore, *solue a* uenere. ue. mo. Horatium. rell. om. 13) nouum lemma in γ. Verba — es γ. conf. C. rell. om. — Si sanus es om. C. 14) Min. lab. γ. rell. om. — *ad extr. rid.* Valde rid. p. e. e. *suisque* ad extr. labo*ret* γ. rell. om. conf. C: *ridendus.* Valde *de*ridendus. Scripsi: *ilibus* suis *qui* — labor*at.* 16) Freq. anh. γ,C. rell. om. 17) *Nunc itaque.* Quoniam meam γ. rell. om. 18) Carmen lyricum γ. rell. om. 19) Volo — philosophiae γ. rell. om. conf. C: *omnis in hoc.* s. philosophor. 22) Memoria γ. rell. om. conf. C: *in animo et* memoria. Opere γ,C. rell. om. 23) *depromere.* In — digesta γ. rell. om. conf. C: *quae.* supp. tractata et digesta. 24) *me duce.* γ. rell. om. conf. C: 'supp. Philosophiae, seu magistro sectae, qua doctrina, quibus Philosophiae praeceptis.' uide schol. praecedens.

14. *addictus iurare.* Hoc secundum Stoicos, qui non docent, nisi iuraueris, te secuturum. Aliter. Μεταφορικῶς locutus [est], a militia, quia iurabant milites in uerba ducis et sic ibant ad militiam.

Null. add. iur. in uerba magistri. Id est: nulli sum obnoxius: omnes audio scrutantes ad rem probandam.

15. *tempestas.* Aut fortuna, aut casus, aut animi inclinatio. *hospes.* Nulli consentiens a singulis alienis.

16. *agilis.* Id est, facilis, uel mobilis et diuersa adpetens, negotiosus, accinctus, paratus ad laborem.

ciuilibus undis. Hoc est morali philosophia, et mire in metaphora perdurauit, quia dixerat *tempestas.* Aliter: dedo me studiis regendae rei publicae.

17. *Virtutis uerae custos.* [Sectae, quia dicunt non esse peccantibus ignoscendum.] Sectae Stoicae, hoc est: Stoicorum sectator sum, qui non dant uirtutem nisi perfectae philosophiae(.) Peripatetici et alii et (, ut) non perfectis honorem derelinquant (derelinquunt?).

rigidusque. Fortis. *satelles.* Ut ostendat, philosophiam esse reginam.

18. *In Aristippi furtim praec. r. Aristippi,* qui dicit summum bonum uoluptatem. *Furtim* autem ideo, quia Stoici dicunt, fugiendam esse uoluptatem. || *Aristippus* Cyrenaicus fuit [et] Epicureus, qui dixit summum bonum uoluptatem. Ideo ergo ait *furtim,* quoniam interdum post uerae uirtutis custodiam uoluptate uincatur. Confessio est uitiorum. || *furtim praecepta relabor.* Quia quando diuersos adimus magistros, singulos celare uolumus. *relabor.* Retrahor.

1) add*u*ctus γ (bis) HE (corr.) S cum rasura et corr. 2 m. add*i*ctus. Ambr. cum glossa: deest *possum.* Harl. 2724 cum glossis: deest possum. uocatus i. nulli sum obnoxius Harl. antiquissimus 2688 habet addictus (1 m. supra i po. u. corr.). Laur. XXXIV, 1 cum rasura, corr. et glossis: deest sum coactus. nulli sum obnoxius, omnes audio scrutantes ad rem probandam? In aliis est gl. compulsus. 4) Lemma *iurare in uerba* amplificaui. *Sensus* est C. rell. Id est. 5) omnes scrut. *argumenta* ad rem proban*dum* audio C. 7) Nulli — alienis γ. rell. om. 8) *uel* mob. γ. facilis mob. diu. app. neg. acc. ad laborandum, om. paratus C. rell. *et* mobilis. γ: paratus ad labo*rem.* rell. *ap*paratus ad labo*randum.* 10) Hoc est morali philosophi*a* γ. Hoc est morali philosophi*ae* vafhQ(G?). conf. C: '*ciu. undis. rebus ciuium commotis,* et mire — tempestas. *uirtutis uerae c. moralis philosophiae,* idque secundum Stoicos, qui in uirtute summum bonum collocabant. Aliquando, duce C, pro u. *morali philosophia* uolebam scribere caulis s. rebus *ciuilibus* et in sch. seq. ponere: *Virtutis uerae c. Moralis philosophiae sectae Stoicae,* sed conlata Porphyrionis expositione adquiescendum in uulg. lect. putaui. Bφ: *mersor ciu. u.* i. fluctuo in causis ciuilibus i. in stoica. 11) dix*erat* γ. rell. dix*it.* 17) Fortis γ. rell. om. Ut — reginam γ. rell. om. C: quia omnes peccantes, uolebant Stoici aequaliter puniri. 18) *Aristippi* qui — uitiorum γ. Ordo in edd. hic est: 'Aristippus Cyr. fuit. *et* Epicureus, qui su. bo. *in* uoluptat*e* dicit; *furtim* — uoluptatem.' Haec sunt. Duo scholia dispescenda uidentur. 20) epicur*us* γ, ut ubique fere pro Epicure*us.* De re conf. Diog. La. II, 65. Cic. Acad. IV, 42. Fin. II, 6. Or. III, 17. uulgo dicit. posui di*x*it. 23) Quia — uolumus γ. rell. om. 24) Retrahor γ. rell. om.

19. *Et mihi res, non me r. subi. conor.* Nam Stoici dicunt, natum hominem, ut a re publica regatur, Epicurei uero, ut homo rem publicam regat. Aliter: auari quoniam pecuniis seruiunt, ideo Horatius quasi philosophus dicit: conor, ut mihi seruiant pecuniae, non ut ego illis seruiam. Nam illa nobis seruiunt, quae contempnimus. Aliter: hoc Epicurei Stoicis opponunt sequentibus gloriam uirtutis, quasi illi rebus seruiant, dum adpetunt gloriam.

20. *Ut nox longa.* Deest *est.*

21. *debentibus.* Mercenariis.

piger annus. Longus, tardus.

22. *matrum.* Pro *curatricum*, id est, nouercarum.

23. *sic.* Nondum constitui, quam sectam sequar.

mihi tarda flu. Id est: molesta sunt mihi illi tempora et grauia cum transeant, me de philosophia non legente.

24. *nauiter.* Recte. *id quod.* Philosophiae studium.

26. *pueris senibusque.* Per hoc ostenditur, omni aetati philosophiam in tantum prodesse, [in] quantum profecerit.

27. *regam solerque. regam* in rebus prosperis, *soler* in aduersis.

28. *Non possis.* Scilicet *et si. contendere.* Videre, aut *poterat* subauditur. *Lyncus.* Id est Lynx.

30. *inu. memb. Glyconis.* Glycon quidam athleta fortissimus fuit. ALII *Milonis* legunt, illius Crotoniatae, qui apud Olympia in agone interfectum taurum suis umeris dicitur sustulisse.

31. *Nodosa corp. no. proh. chiragra.* Deest *a.* Id est: exercitando,

3) regat. Al. auari q. p. seruiant fh. seruiunt γ(QG),va. regat. *Subiungere*] Quoniam vafhQ(G?). 4) dicit γ. rell. ait. — non ut ego illis seruiam. rell. non ego illis. 6) il*lis* rebus tacite inc. Q. 8) Deest est γ. rell. om. 9) Merce*nn*ariis γ,C. rell. om. 10) Longus, tardus γ,C. rell. om. 17) in tantum γ. rell. om. — deleui *in*, quod omn. libri tuentur. 18) *Regam* in — aduersis γ. rell. om. 19) S. et si γ. rell. om. Videre aut po. sub auditur γ. rell. om. 20) linceus i. linx. γ. rell. om. 21) Glycon q. *ad*leta γ. rell. Gl. athl. q. 22) *Alii* — sustulisse γ. rell. om. conf. C: 'Gl. ath. q. f. fort. *nec quia desp.* Alia comparatio: quasi dicat, si non possis iam robustus esse, quam fuerit Glycon, non debes idcirco corporis exercitium neglegere, quia exercitatio corporis uitia purgat. *Alii Milonis legunt*, illius *scilicet* Crotonia*tis*, qui *Olympiis* in ag. dicitur suis humeris *uiuum* taurum sust. *manuque mactasse, et comedisse.*' — Crotonia*ti* γ. Crotonia*tis* C. posui Crotonia*tae* (Κροτωνιάτης, άτου, ut Σωκράτου, Μιλτιάδου, inde Crotonia*ti* et Crotonia*tis*). conf. Liu. XXIV, 3. Cic. N. D. I, 11. II, 2. Inu. II, 1. — apud olim*pias.* posui Olym*pia* sc. certamina (Iustin. VII, 2) s. sollemnia (Cic. Harusp. 10: sollemnia ludorum). sic *ad* Olymp*ia.* Cic. Diuin. II, 70. ludicrum Olymp*iorum* Liu. XXVIII, 7. poterat etiam scribi apud Olymp*iam*, ut uictorem Olymp*iae* Nep. praef. conf. Cic. Tusc. I, 46. ludi Olymp*iae* Cic. N. D. II, 2. Olymp*iam* uincere Cic. Orat. III, 32. Enn. ap. Cic. Sen. 5. 24) *Nodosa* — quia exercitationem co. uit. purgat. posui: q. exercitatio*ne* co. uit. purga*tur.* cf. Plin. XXXIV, 8: purgatis diligentius uitiis (aeris). Lucan. VIII, 518: crimen gladio. Claudian. in Eutrop. 1, 383: sordes. Plin. VIII, 27: fastidium folio lauri.

quia exercitatione corporis uitium purgatur. *chiragra.* Chiragricus dolor est, qui nodositates quasdam generat in iuncturis manuum. Quia χεῖρ, χειρὸς, dicitur manus, unde *chiragrici* uocantur [medici], qui manibus laborant. Dicit ergo: si non potest aliquis tantae fortitudinis esse, quantae fuit Glyco, non ideo debet corpus neglegere.

32. *Est quodam prodire tenus.* Deest *aliquid. quodam tenus*, ut *hactenus.* Noue. Quasi aliquis dicat: quid studes philosophiae rebus, cum non possis ad summam philosophiam peruenire?

si non datur ultra. Scilicet doctrina tenus, usque [ad] aliquantulum doctrinae peruenire, ut (*Verg.* A. III, 427): *Pube tenus.* Ordo est: et si non datur ultra prodire, est *quodam prodire tenus,* id est, usque quendam modum. $\overline{\text{NM}}$ (sic*) contra eos (Notat autem eos?), qui dicunt, ideo philosophandum non esse, quia philosophia conprehendi non possit. Hic dicit, posse etiam (sufficere?) secundae gloriae locum.

33. *Feruet.* Scilicet *si. miseroque cupidine.* Misero amore.

34. *Sunt uerba et uoces.* Philosophiae praecepta. *uoces.* Κατὰ τὸ αὐτό. [id est, id ipsum, quia uerba et uoces idem sunt. Quasi non sunt habendi morbi auaritiae, quia penitus uitia eruere nemo poterit.]

35. *magnam morbi deponere partem.* Quia penitus uitia eruere nemo potest.

36. *Laudis amore tumes.* Ambitione.

piacula. Remedia. Mire philosophiam expiationem ait esse uitiorum.

37. *Ter pure lecto.* Ita ait: *ter pure,* ut tergunt, qui se expiant, ut *Persius* (II, 15. 16): *Tiberino in gurgite mergis Mane caput bis terque et noctem flumine purgas.*

1) ch*i*ragra γ, ut IR Sorb. Bernn. ABE etc. *chy*ragra EBφFHP, Harl. 2688. Barc. alii *ci*ragra uel cyragra. *che*ragra Par. A. conf. S. II, 7, 15. chi*rai*cus (sic) — neglegere γ. rell. om. posui *chiragricus* (χειραγρικὸς) Cels. IV, 24. Sidon. E. III, 13. 3) medici γ et Bφ, qui habent: unde *chirurgici* uoc. medici. 6) Deest aliquid q. t. ut *hactenus* noue. γ. rell. om. conf. C: '*est quadam pro.* quasi dicat aliquis, noli desistere a Philosophiae studio, etiam si non possis ad summam peruenire.' 9) ad om. γ. conf. Cic. Verr. IV, 49. Cels. VII, 7. Iustin. I, 1. VII, 1. Stat. XI, 89. Liu. XXXX, 5. conf. infra: usque quendam modum. 12) $\overline{\text{NM}}$ contra eos γ. Ad sensum scribere licet: *notat autem eos.* Nam *notare contra* aliquem, quantum scio, non dicebatur. Contra *notare aut aliquem* aut *rem* Cic. Phil. XIV, 8. Cic. Mil. 6 et 11. Ouid. M. IX, 261. Cic. Orat. II, 85: inprobum notari ac uituperari. 14) posse etiam sec. γ. Cum *posse* pro *ualere* aut eo sensu quo *multum potest* Caes. B. G. VI, 30 et *plus potest* (polletque Liu. VIII, 33) Plaut. Cas. II, 4, 4 scriptum legitur, recte dici nequeat, infin. *sufficere,* aut tale quid addatur necesse est. Ordo — locum γ. rell. om. 15) S. si γ. C: supp. si. incipit dare praecepta. uoces κατα τογ αυτογ γ. uulgo: 'uoces τὸ αὐτὸ. id est — poterit.' id est — auaritiae om. γ. conf. C: *uoces.* κατὰ τὸ αὐτὸ, hoc est, secundum idem; quia uerba et uoces idem sunt.' 19) *magnam* — potest γ. 21) Ambitione γ. rell. om. conf. C. *laudis amore.* inanis gloriae ambitione. 22) *Piacula* — uitiorum γ. conf. C: *certa piacula.* remedia. Mi. ph. dicit esse uit. exp., *quasi* sacrosanctum sit aliquid in praeceptis Philosophiae. 23) ut persius. *merge* mane caput bis terque et n. fl. purgas γ. *) *Notatum* contra eos?

|| *Ter pure lecto.* Quasi de sacro. Bene *lecto,* atque (*pure?*) recte, sine cogitatione libidinis.¹||

recreare libello. Quasi sacrosanctum sit aliquid in praeceptis philosophiae.

38. *uinosus.* Ebrius, uinolentus.

39. *ferus est.* Feritatem (dicit?) inscitiam rationis.

40. *culturae patientem commodet aurem.* Omnis hic locus consonat Tusculanis disputationibus (II, 5, 13: cultura animi philosophia est).

41. *Virtus est uitium fugere.* Iste ordo uiuendi, ut inprimis uitia fugiamus, deinde per sapientiam stultitia careamus.

42. *caruisse.* Pro *carere.* Ut consequaris honorem et diuitias, omnia perfers et non uis ea discere, quibus possis contempnere, quae sunt periculo conparanda.

uides quae. Interrogatiue.

43. *exiguum censum.* Paupertatem. *turpemque repulsam.* Reiectionem honorum, quam tu existimas turpem, non quia ex sententia sua hoc dicit.

44. *Quanto deuites.* Et hic (hoc) interrogatiue sumendum.

capitisque labore (*dolore*). Hoc dicit: uis etiam mori propter honorem.

45. *Inpiger.* Ut sis diues. *extremos.* Longe remotos.

46. *Per mare.* Omni modo fugiens paupertatem.

47. *Ne cures ea.* Diuitias et honores, id est: noli curare.

quae stulte miraris. Ut contempnas ea, quae stulte miraris, non uis discere? [*Miraris et optas.* Scilicet consequi, id est, stulte optas].

discere et audire. Ὕστερον πρότερον; nam prius audimus, postea discimus.

1) Lemma *lecto* amplificaui. Quasi de sacro γ. rell. om. Post *atque* interpone *pure. cogi*tatione γ. recte. *ex cogi*tatione C. rell. *agi*tatione. 3) *qua* sacr. γ. posui cum C qu*asi* sa. rell. om. 5) Ebr. uinol. γ. rell. om. conf. C: *uinosus.* Vinolentus. 6) feritatem insc. rat. γ. interpone *dicit.* conf. C: 'feritatem *uocat* inscitiam et *animi duritiem.*' 7) Lemmati praeposui u. *culturae.* 8) disputationibus γ,C. rell. quaestionibus, ac si titulus esset. datur autem simul explicatio '*Quaestionum*' illarum. 8) *culturae.* philosophiae C. 9) Iste ordo — careamus γ. rell. om. 11) Pro carere γ. C: *caruisse.* carere. Ut — comparando γ. rell. om. 14) Interrogatiue γ. rell. om. 15) Paupertatem γ,C. rell. om. — Reiectionem honorum γ. rell. om. conf. C: 'reiect. *ab* honoribus.' quam — dicit γ. rell. om. 17) *Quanto* — sumendum γ. rell. om. conf. C: *quanto.* admiratione. 18) dolore γ 1 m. (*uel labore* m. 2 suprapo.). cum gl. periculo. /////lore Genou. *dolore* etiam habuisse a 1 m. uidetur antiquissimus Harl., in rasura a 2 m. ostendens *labore*, lect. multo plurimorum codicum. Ut *dolore* in hos codd. sic *periclo* gl. intrauit in Bern. B, qui habet: *periclo* cum lect. uar. 2 m. uel cf. u. 34: *dolorem.* conf. C: '*labore.* periculo, adeo ut etiam mori uelis, ad ea acquirenda, quae contraria sunt his, scilicet diuitias, et honores. Hoc — honorem γ. rell. om. 19) Ut sis diues γ. rell. om. Longe remotos γ,C. rell. om. 20) Omni m. f. paup. γ. rell. om. 21) Diuitias — discere γ. rell. om. conf. C: *ne cures.* id est, ut contemnas ea, quae stulte miraris. 23) *Miraris et opt.* — optas om. γ. 24) postea γ,C. rell. tum.

48. *meliori.* Doctori, praeceptori, philosopho.

credere non uis. Hoc interrogatiue.

49. *Quis circum pagos et c. compita.* Quis, cum sit fortis, nolit Olympiis coronari? *Compita* dicuntur, quae patent in multas uias. Id est: libenter [solitum ubi re] solet subire certamina, sed ignobilia. Ideo enim dicit *circum pagos.* Huic si detur spes sine labore ad Olympiacam coronam perueniendi, magna cupiditate debet adcurrere. Quod euenire de philosophia potest, quae praestat sapientiam, id est, sanitatis effectum.

49—51. *Quis c. p. — dulcis s. p. palmae?* Sensus est: Cur non maiora uitia metuatis, cum minora uitia recupiatis? Id est: omnibus optabile est, mereri coronam sine labore, ac per hoc ostendit, utilius esse, homines per praecepta philosophiae cum otio damna paupertatis releuare quam per pericula, quae subeunt terra marique.

49. *pugnax.* Fortis.

49. 50. *pugnax magna coronari c. Ol.* *Cum* subaudiamus. *cui.* Deest *forti.* Modo Horatius interrogatiue.

51. *Cui sit condicio.* Deest uiuendi (uincendi?). Palmae condicio. Sensus: qui possit, inquit, ad palmam sine certamine peruenire? Philosophiae autem adpetentia sine certamine ducit ad gloriam.

dulcis sine puluere. Sine labore (*dulcis*), quod*) fert ad praemium. Id est: ipse potest contempnere, cui est spes honestae uitae. Cui est dulcis uita sine palma, ipse contempnit, id est, philosophus potest coronam contempnere, sciens, inanem hanc esse gloriam.

palmae. Sine studio certaminis, quo certamine adquiritur palma.

52. *Vilius argentum e. auro, uirt. aur.* Otiosae uitae praeponenda est palma, palmae praeponenda est uirtus. *Vilius.* Contemptibilius. Deest *quemadmodum* et *ita.*

uirt. aurum. Ac si diceret: quod tu praeponis philosophiae.

53. *O ciues, ciues.* Quasi aliquis foenerator hoc dicat.

1) doct. pr. phil. γ,C. rell. om. 2) Hoc int. γ. rell. om. 4) Comp*i*ta in lem., compet*a* in schol. γ. — Id est. libenter *solitum ubi re* cert. *set* ign. — effectum γ. rell. om. Pro soli*tum ubi re* posui: *solet subire,* scripserim: soli*tus in*ire. Liu. VII, 26. Ouid. M. X, 177. 9) Sensus — recupiatis. γ. conf. C: '*quis circ. pa.* sensus est, omnibus *quidem* optabile e. m. c., sed quis non cupiat potius Coronari in Olympicis certaminibus sine magno labore et periculo, quam in pagis, et compitis, magno cum sudore et discrimine capitis? ita quis non malit in otio philosophico discere contemnendas esse diuitias quam cum maximo labore eas sectari per terras et maria?' 10) Id est — marique γ. rell. om. 14) *pugnax.* Fortis γ. rell. om. 15) *Circum* subaudiamus γ. rell. om. posui *cum* subaud. — Cui — interrogatiue γ. rell. om. 17) *Cui sit* — gloriam γ. rell. om. 19) appeten*da* γ. appeten*tia* b. 20) dulcis sine *labore* γ per negl. scribae. Sine labore — contempnit γ. rell. om. hones*tate* cui γ. 23) hanc esse γ. rell. esse hanc. 26) Contemptibilius ita γ. rell. om. conf. C: 'contemtibilius est aurum uirtute: est ergo uirtuti postponendum.' 28) Ac si — philosophiae γ. rell. om. 29) Quasi — dicat γ. rell. om.

*) Hirschfelder: *quae* sine lab. f. a. p. — *Quod* = quia.

quaerenda pecunia primum est. Alia subiectio: sed dicunt multi, primo quaerendas esse pecunias, et post uirtutem. Hos dicimus contempnendos, quia mercatores sunt et uolunt, uirtutem esse post lucrum.

54. *haec Ianus summus ab imo.* Duo *Iani* ante Basilicam Pauli steterunt, ubi erat locus foeneratorum. ALITER: *Ianus* dicebatur locus, in quo solebant conuenire foeneratores, id est: qui conueniunt ad Ianum, haec loquuntur. ALITER: *haec Ianus summus ab imo.* Maximus imusque. Homo Romanus hoc dicit.

55. *Prodocet.* Monet. *dictata.* Quae in scholis accipiunt, quasi praecepta a parentibus data. *Dictata* proprie dicuntur, quae pueris a librario dictantur. ALITER: Id est: has fabulas senes docent, et pueri, quibus par inperitia†) animus est, ac per hoc sunt contempnenda, quae dictitant.

iuuenes. Pro pueris.

56. *suspensi loculos tabulamque lacerto.* Consuetudo quondam fuit Romae, ut iuuenes philosophiae studentes et senatores Curiam (foeneratores in Ianum) intrantes in laeuo brachio ferrent tabulas ad aliquid exarandum et loculos ad aliquid sibi emendum (ad foenus accipiendum), || ut ostenderetur, quia, qui uolunt diuites esse, sapientiae se primo studio conferant. || [et est hypallage *suspensi lacerto* pro: *habentes tabulas* suspens*as* lacer*tis*.] *loculos.* In quibus [dixit] stylus, graphia chartaeque ponuntur.

57. *Est animus tibi.* Hoc dicunt illi auari.

sunt mores. Scilicet boni. Virtutes. Confirmatiue.

lingua. Facundia.

1) Quaerenda — lucrum γ. rell. om. 5) Al. γ. rell. om. Ianus d. l. — foeneratores. Id est, *omnes* qui conueniunt, *haec loquuntur* (loc*u*ntur v). id est, has fabulas senes docent, et pueri quibus *pari* (par v) imperitia animus est, *et* per haec *si*nt contemnenda quae dicant. *Suspersi'* etc. fhQ(G?). quae dic*tant* va. Al γ. rell. om. *summus* — dicit γ. rell. om. Lemmati antepo. *haec Ianus.* 9) Prod. Monet γ. rell. om. Quae — data γ. rell. om. conf. C: '*dictata.* praecepta a Parentibus et senibus data.' 10) Dictata — dictantur γ. rell. om. 11) Al γ. rell. om. — par γ,v et C, qui habet: '*iuuenes dict. sen.* hoc est, senes hoc docent, et iuuenes discunt, quibus pecuniae studio par est animus imperitia, et per hoc sunt c. q. d.' 12) ac γ. rell. et sunt γ,C. rell. s*i*nt. — dic*tit*ant γ,C. rell. dic*ant.* 13) Pro pueris γ. rell. om. 14) qam γ. rell. *quon*dam. — romae γ. rell. om. 15) studentes γ. rell. operam dantes. 16) ad aliquid γ. ad quo*d*dam v. rell. ad qu*id*dam. 18) se om. γ. conferre γ. rell. confer*ant.* Caeterum patet, hanc scholii partem huc non pertinere. Verba *ut* — *conferant* insana sunt atque interpolata. *Sapientiae se conferre studio* non Latina est locutio. conf. Verg. A. X, 734. 735: *seque uiro uir Contulit.* Neque *offerre* uerbum, neque *consecrare* locum efficaciter sanat, si scripseris: *Hoc dixit,* ut ostende*ret, eos,* q. u. d. e, sap. se p. s. *o*fferre *debere.* 19) et est hyp. — lacertis om. γ. hypa*l*age v. 20) In quibus *dixit grafia* charteque ponuntur γ. pro *dixit* posui stylus (στύλος). conf. Plaut. Bacch. IV, 4, 63: stylum, ceram et tabellas et linum effer. Plin. E. VII, 27, 7. Quintil. I, 1, 27. Cum pluralis graph*ia* (γράφεῖα s. γράφια — γραφείδια s. γραφίδια) positus sit, non graph*ium* i. e. stylus, sed — instrumenta scribendi intellegenda sunt. 22) s. boni γb. rell. om. uirtutes γ. rell. om. confirmatiue γb. rell. om. 23) Facundia b. rell. om.

†) imperi*tis* Hirschfelder.

58. *Sed quadringentis sex septem milia desunt.* Quia *Otho Roscius* iussit, non debere fieri equitem Romanum, nisi haberet quadringenta milia aeris. (Roscius melius docet, qui dicit, undecumque habendam esse pecuniam. An philosophus, qui monet, contempnendam esse superbam fortunam?) Hoc quasi ipsi dicunt. *quadringentis.* Id est, milibus. Hoc interrogatiue.

septem milia. Alia subiectio: sed plebeius eris, si a CCCC. milibus VI. aut VII. milia minus habueris.

59. *Plebs eris.* Hoc est: in quattuordecim ordinibus non sedebis, contempneris.

at pueri lud. rex eris aiunt. Hoc Horatius. *ludentes.* Id est: etiam pueri dicunt, summum bonum esse uirtutem. Aliter: Etiam pueri dicunt: *rex est.* Praecepta philosophiae pueri didicerunt, ex quo grauat legem Othonis.

60. *hic murus.* Magna fiducia.

aeneus. Id est: *quasi* murus aeneus est.

esto. Pro *est,* uel *sit.*

61. *conscire sibi.* Conscium esse.

62. *Roscia.* Lex theatralis, quae senatori certam summam patrimonii statuit.

63. *Nenia.* Laus mortuorum, sed hic [quoque] cantilena, ut alibi (C. III, 28, 16): *merita nox quoque nenia* [dicitur], ludicra cantilena.

†) Versus 58 (*Sed quadr.*) uersui 57 (*Est* — *Ast* Harl. — *animus*) recte antepositus est in γb, ut in multo plurimis et uett. et recc. codicibus Horatii.

1) *Set* — des*u*nt γ, *sed* — desunt EBφAFHI etc. Ambr. Fran. Barc. Harl. Graeu. Magd. Regin. (Babington: Sed M[1] a man. sec. Regin.) aliique. Altera lectio *Si*, quam nonnulli codd., ut PS Med. (Q. 75. saec. XI) etc. in rasuris ostendunt, et ex glossa et ex perperam lecto conpendio s; = set orta est, obuia etiam in uett. codd. ut Bernn. ABDE. Idem ualet de coniunct. de*sint*. Ambr. habet: des̄ *uel desint.* Lemma *Si quadr.* om. edd. va, quae tamen, ut fh, non des*in*t sed des*u*nt in Horatio habent. — Quia (vafhCQ) — fortunam om γ. — *Quia* γb. rell. *Quoniam. otho* roscius γ. *et ho*rosius b. rell. om. Otho. conf. schol. u. 62. debe*re* γ,vafhQ. de*beri posse C.* 2) nisi *eum qui* γb,C. rell. om. eum qui. ha*bet* b. milia *aeris* vafhQ. milia *sestertium* C. milia, om. aeris et sest. γb. Scholion *Roscius — Fortunam,* quod h. l. adiungunt vafhQ, pertinet ad u. 65. 7) Alia — habueris γb. rell. om. subiec*tos* b. si a CCCC. b. CCCC om. γ. 8) VI. aut VII. b. sex aut septem γ. b: *septem milia.* Id est: non habent summam equitis Romani, quoniam non fiebant equites, nisi qui certum modum pecuniae habuissent rell. om. 9) Hoc γb. rell. Id. 10) conte*mpn*eris γ. conte*mn*eris b,C. rell. om. 11) Hoc horatius γb (oracius). ait Horatius C. rell. om. — Id est — uirtutem γ. rell. om. — b: Eciam pueri dicunt qui recte facit rex est. Dic̄ (Dicit) praecepto — philosophiae pueri didicerunt ex quo grauat legem *et honoris* (sic). 12) Ał. etiam — othonis γ. rell. om. 15) Ma. fiducia γ. rell. om. 16) Id — est γ. rell. om. Scilicet quasi b. 17) Pro sit γb. rell. om. 18) Conscium esse γb. rell. om. conf. C: 'nullius sceleris sibi esse conscium.' conscire *ti*bi γb (bis). cum uar. lect. 1 m.: *uel sibi* γb. 19) Lex — statuit γb. rell. om. cf. Cobet. in Mnemosynae Vol. X. p. 341 seq. 21) quoque om. γb. 22) dicitur om. γb. ludicra γ. ludicra *cantilena. uel lenia* b.

64. *maribus.* Scilicet fortibus.

Curiis. *Curius* uir fortis[simus] fuit, qui Corinthios (Pyrrhum Epirotam?) uicit. Hoc dicebant et Curii et Camilli: *is habet regnum, qui potest recte facere.* Sic lusit Curius Dentatus, sic Furius Camillus, re tamen recte facere ludendo didicerunt.

decantata. Notata condicio, ualde nota, iam in ore habita.

65. *Isne tibi melius suadet —?* Id est: Roscius (ne?) melius docet, qui dicit undecumque habendam esse pecuniam? An philosophus [qui monet] docens, contempnendam esse superbam fortunam? *suadet. Suademus* etiam [ad] mala, *hortamur* ad bona.

rem facias. Patrimonium adquiris.

66. *Ut proprius spectes.* (Scilicet et qui suadet) ut in XIIII. ordinibus sedeas.

lacrimosa. Luctuosa.

poemata Pupi. Tragoedi uel tragoediographi. PVPIVS tragoediographus ita adfectus spectantium mouit, ut eos flere conpelleret, unde distichon fecit (Pup. trag. fragm. in Burm. Anthol. Lat. I, 406): *Flebunt amici et bene noti mortem meam; nam populus in me uiuo lacrimauit satis.*

68. *An qui.* Id est, philosophus. *responsare.* Occurrere, contumaciter respondere. Is *responsat*, qui aduersa aequo animo tolerat.

1) S. fortibus γ. fortibus b. rell. om. 2) fortis γb. rell fortiss*imus.* — corinthios γb. rell. Corin*thum.* 3) *uel* camilli qui *possit* recte facere, is regn. habet. *et* tamen b. — Sic —didicerunt γb. rell. om. 4) dentatus γ. de*cant*atus b. Curius Dentatus Cic. in Caton. XVI, 3. Cic. Mur. 14. conf. C. I, 12, 41 (una cum Camillo). Iuuen. II, 3, 153. VIII, 4. XI, 79. Camillus Liu. V, 44—49. VII, 1 etc. 6) *decantata* — habita γb (habi*tat*),va. ut *in ore esse* (omnium Cic. Verr. II, 23. uulgi Cic. Verr. I, 46. omni populo Ter. Ad. I, 2, 13. erat in ore sc. hominum Liu. IX, 10. ne nomen non sit in ore Ouid. Her. XVII, 34), sic *in ore habere* dicebatur. Cic. ad Diu. VI, 18, condicio b. condi*ti*o γ,va. fhQ: *decantata.* Nota. Est (*Et* inculc. Q) *cantatio* ualde nota, *et* in ore habita. 7) *His*ne γ. hoc schol. uulgo uersui 58 datur. Id est γ et b, qui schol. ad u. 62 posuit: '*Roscia.* Ros*ia* i. ros*ius* — an philosophus *docet.* et sic contempnendam (om. esse) sup. fortunam.' rell. om. doc*ens* γ. rell. qui monet. — melius *ne* C. 10) *ad* γb. rell. om. Suadere *ad*, ortum ex *hortamur ad*, non Latina locutio est, quantum scio. Sic neque *per*suadere *ad rem* dicebatur, neque *dis*suadere *a re. sed* hort. C. 11) Patr. *ad*quiras γb. rell. om. 12) Scilicet et qui suadet b. om. γ. Ut — sedeas γ,b. rell. om. 14) luctuosa γb. rell. om. 15) *Pupi* b, ut (Ambr. pro *pupii.* pup*ii* recc. codd. ut cod. Butleri, qui dono hospiti mihi dedit Salopiae) plurimi codd. Hor. PVPI Bφ in marg.). *puppi* γ Bernn. CDFG aliique pauciores. Tragoedi uel tragoediographi γ. rell. om. 16) adf. γb. rell. aff. — flere om. γb. unde disti*con* fecit γ. unde disti*chi con*fecit b. unde *istum uersum* fecit afhQ. unde *istum* fecit v. *in*de *distichon* fecit C. *Distichon* h. l., ut *hordeum* ap. Colum. II, 9 et *aedificium* s. sepulcrum in Inscr. ap Fabrettium c. 9. n. 234 p. 627 distichum dicitur, nihil est nisi *carmen duobus uersibus constans.* conf. Martial. III, 11, 2. 18) n̄ = *non* γ. rell. *nam.* — lacrima*uit* γb,C. recte. nam lacrima*re* sollemnis infinitiuus est apud Cic. Nep. Terent. aliosque scriptores. lac*hrymatus* vafh. lac*rimatúst* Ritter. et Q. uidesis alia temptamina superflua Burmanni, Sanadonis etc. ap. Estrée p. 70. 19) i. philosophus γ. philosophus b. rell. om. in lem. *respondere* Q. occurrere γb. *His* respon*de.*

69. *Liberum et erectum.* Id est: ut liber et securus spectes utrumque scilicet prospera et aduersa.

praesens. Potens ad persuadendum.

aptat. Docet, format. Quod facit philosophia.

70. *Quod si me populus.* Si, inquit, interrogat me populus Romanus, quare non aequaliter sentio cum illis amando, quae ipsi amant, id est, diuitias, et fugiendo, quae ipsi fugiunt, id est, paupertatem, cum non solum in una urbe sed etiam in una porticu cum illis sedeam, respondebo, quod uulpes respondit. Quodam enim tempore leone aegrotante, cum omnes ferae ad eum uisitandum uenirent easque deuoraret intrantes ad se in caueam, tandem uenit et uulpes ad ostium caueae. Quam coepit leo hortari, ut ad se intraret. Respondit illa: terrent me, inquit, uestigia ingredientium, sed non reuertentium. Quo dicit poeta: ideo non consentio uobis diligendo diuitias, quas amatis, quia neminem uestrum diuitiis prosperari uideo.

roget. Interroget. *cur.* Quare.

71. *Non.* Non suam uelut ciuis, (uel alicuius?) sententiam sequor.

porticibus. Moenibus. *fruar.* Utar.

iudiciis fruar isdem. Voluntatibus, uel consiliis, uel opinionibus, quibus uulgus fruitur.

72. *Nec sequar.* Quia periculose tecum consensere alteri (alii?), ut Gracchi de lege agraria [eisdem iudiciis, uoluntatibus uel opinionibus]. *ipse.* Scilicet populus Romanus.

74. *referam.* Hoc illi respondebo: quia uides, multos perisse, qui tibi consenserunt.

— toler*ant.* vafhQ(G?). *is* γ. responsat autem fortunaeis C. respon*dit* γb. toler*at* γb,C. b: '*responsare.* occurrere, contumaciter responsare *quis* re[illegible]ond*it* contumaciter qui aduersa cae[illegible]a animo tolerat.' conf. S. II, 7, 85. 103.

1) Id est — aduersa b. rell. om. 3) Potens ad pers. γb. rell. om. C: ualens persuasione. 4) Docet — philosophia γb. rell. om. *aptat.* format C. 5) schol. ex γb. rell. om. 7) i. in paupertata b. 8) uño po. γ. — illis γ. *e*is b. 9) *e*gr. b. 12) inquit γ. om. b. 13) Quo*d* *d*icit γb. scrip*si* *Quo.* 16) γ: cur. quare non suam uel ut cuius sentiã sequor. rell. om. conf. C: *iudiciis.* hoc est, quare non suam, *uelut ciuis*, sententiam Sequ*ar.* 18) Moenibus γC. rell. om. — Utar γ. rell. om. 19) uol*upt*atibus — fruitur b. rell. om. conf. schol. subsequens. Volu*n*tates et uol*upt*ates ubique fere in codd. confunduntur. conf. Acr. ad C. I, 1, 3 etc. 21) Posui lemma *Nec sequar* pro: *Non ut porticibus.* al*t*eri ut γ. rell. om. *consensere* γ,va. tecum *sensere* fh. Apud Ciceronem legitur consentire *sibi* Off. I, 2. *inter* se Off. I, 28 et sec*um* Uniu. 3. *cum* Hispanis. ad Diu. VI, 18. *cum oratione* Caes. B. G. I, 19. 22) iisdem i*u*d. uol. u. op. v (*his*dem) afhQ (*e*isdem) G? om. γb,C. — s. pop. ro. b. pop. Rom. C. rell. om. 24) *referam.* ill*is* romanis b. rell. om. — uid*es* γ. recte. rell. ui*det.* conf. C: '*referam.* respondebo; quia uid*eo* multos periisse, qui tibi consenser*unt*, ueluti Graccos (sic) de lege agraria etc.' conf. schol. praeced. — pe*r*isse γ. rell. per*i*isse, ut supra aliquoties. hoc schol. om. b. Minus placet: Hoc *illis* resp. q. ui*deo* etc. illi i. e. populo Romano. †) prosperar*e* libri. aut diuiti*as* prosperar*e*, aut ut supra.

uestigia terrent. Sensus [est]: quoniam tu, popule, contraria tibi suscipis et amplecteris, neque a te quidquam prouidentiae proficiscitur.

75. *Omnia te aduersum spectantia.* Id est, intrantium.

nulla retrorsum. Exeuntium. Quia si quis populi sequitur uoluntatem, nullum iam habet circa sapientiam respectum, quia non unam sententiam sequitur populus; quia tardus in proposito perseuerat.

76. *Belua mult. es cap. Multorum es capitum.* Diuersarum opinionum, non alicuius certi consilii. Definitio populi, id est: quia Hydrae similis est populus, ideo non est ei consentiendum.

77. *Pars hominum gestit.* Sunt qui dicunt, bonum esse agros publicos conducere.

sunt qui. Arguit diuersitatem uotorum. Haec sunt paradoxa Stoicorum.

78. *auaras.* Parcas, ac per hoc diuites.

78. *Frustis et po. uiduas uenentur.* [Viduas] insidiis capiant.

79. *Excipiantque senes.* Decipiant eos, ut uindicent [sibi] patrimonium eorum.

79. *quos in uiuaria mittant.* Id est, decipiant eos, ut possint callide

1) est om. γ, ut persaepe. quoniam tu popu*le* (pp̄te). contrar*ia* γ. recte. plane inepta exhibent va: quoniam popu*los* contrar*ios* tibi, et fhQ(G?): quoniam populos tibi contrarios. 2) *pro*uidentiae γ. recte. conf. Cic. Inu. II, 53: prouidentia est, per quam futurum aliquid uidetur, antequam factum est. Seneca E. 6: prouidentia anticipat. Cic. N. D. II, 28: — 'uel *prudentia* uel *prouidentia* (πρόνοια) adpellari recte possit, haec potissimum prouidet.' rell. *pru*dentiae. 3) Id est intrantium γb. (om. i.). 4) *retrorsum.* exeuntium γb. rell. om. schol. om. b. Quia si quis *populi* seq. uol., nullum γ. rell. om. *populi* uol. *tuam* vafhQ. quia — perseuerat γ. 8) *Diff*initio γ. *def*inicio b. definitio C. Definitio — consentiendum γb,C. rell. om. Definicio hominum *quia id re* similis est non e. c. cons. b. Definitio est populi, *qui* h. s. est, *et ideo* ei non cons. C. 10) Lemma *gestit* amplificaui. dic*u*nt γ,afhC. rell. dic*a*nt. 12) Arguit diu. uo. *hoc* s. p. stoicorum γb. rell. om. conf. C: *auaras.* parcas, *et* per hoc diuites. haec dici uidentur in Stoicos simulatos. Viduas om. γb. 15) *F*rustis lectio omnium fere codd. Horatii et (in Hor.) vafh., pro qua pauci recc. mei aut frus*tr*is (ed. C ad.) aut fruc*t*is habent. *Cru*stis glossa est in quibusdam codd., ut Harl. 3 (2724. saec. XII.), qui habet: *frustis* i. *crustis. Crustis* ergo glossema est, profectum etiam ex Verg. A. VII, 111 (*pomis*) et 115 (*crusti*) et ex S. I, 1, 25: *dant crustula blandi. Frustis.* Particulis ciborum Bφ etc. — capi*ant* libri. *alii* uid. ins. ca*pere*, ut sibi earum bona uindicent C. — conducere, uiduas ins. cap*ere et* decip*ere* eas ut sibi uend. *res ea*rum Q., conducere, uid. ins. capi*ant*, decipi*ant eas*, ut sib. uend. *res ea*rum vafh. Scholion dispescui in tres partes iisque noua dedi lemmata, quia persuasum mihi et, triplicem inesse expositionem. Viduas om. γb. *ueneutur.* Insidiis capi*ant* γb. 16) *Excipiantque.* Decipiant *eas*, ut uind*i*cent *patrimonium* e*a*rum γ, om. *sibi*, quod (Plin. XIII, 19), ut *ad se* (Liu. IX, 43. Iustin. III, 2), addi et omitti potest. conf. Cic. Off. I, 7: ortus nostri partem uindicat patria. Posui eos et eorum. b: *Excipiant.* decipiant, ut possint *hereditatem* illorum callide auferre. *auaras.* Parcas ac per hoc diuites γb,C. rell. om. b addit: i. decipiant e*a*s, ut u*i*ndicent sibi *patrimonium* e*a*rum. conf. C: *decipiantque.* ut callide possent eorum her. auferre. 18) schol. om. γ. conf. b ad schol. praecedens.

eorum haereditatem auferre. *in uiuaria.* Id est, conuiuia uel retia(, ad nassas marinas?).

80. *occulto crescit res foenore.* Quia interdum nesciunt foeneratores, quot mensium accepturi sint usuras. *occulto.* Inlicito. *res.* Patrimonium, census. *uerum.* Sed. Sensus [est]: scio, inquit, quod non sit omnium una sententia, illud non tolerabile [est], quod proposita sua mutant in horas.

81. *Esto.* Hoc est: concedam, ut diuersa sentiant homines, sed non inuenies, qui in proposito perseueret (perseuerent).

82. *Idem eadem possunt.* Homines.

probantes. Hoc interrogatiue.

83. *praelucet.* Splendidior est, melior est, plus lucet.

84. *lacus et mare.* Id est: iam mare et lacus [id est, etiam lacus et mare] diuitum consentit sententiis, quia supra mare et lacus exstruunt aedificia.

sentit amorem. Erga se sentit etiam amorem.

85. *Festinantis.* Ire illo.

eri. Domini, uel diuitis.

86. *auspicium.* Omen transeundi.

cras. Scilicet dicit.

ferramenta. Nauium. Id est: positus apud Baias, si delectatus fuerit alio loco, continuo (mox) iubet ferramenta transferri ad conponendum praetorium.

1) Id est conu. uel retia b. rell. om. γ: ad retia. ad *nasas hnas* (sic). nassas *marinas?* conf. Plin. XXI, 18: usus iunci ad nassas marinas. XXXII, 2: scarus inclusus nassis. Plaut. Mil. II, 6, 98: ex hac nassa cibum petam. Cic. Att. XV, 20: ex hac nassa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris. C: in *suas* nassas. 4) accepturi s*u*nt γ. rell. s*i*nt acc. schol om. b, qui habet: 'quia paulatim crescit fenus non sencientibus debitoribus uel feneratoribus.' *illi*cito γ,C. rell. om. 5) Sed γb. rell. om. inquid γ. 6) *in*tolerabile b. est om. γb. 7) *Hoc* est conce*dam* γ, qui habet insuper post *usuras*: l. i. conce*do* — perseue*rent. esto.* conce*dam* b. rell. *Id* est conce*do.* 9) Homines γ. uel num homines b. rell. om. 10) Hoc interrog. γb. rell. om. 11) Splendidior — lucet γ. rell. om. Splendidior est i. *magis* lucet b. splendidior est C. 12) mare et lacus γb. rell. lacus et mare. — id est, etiam la. et mare vafh negligenter iterant. 13) qu*ia* γb. rell. q*ui. super ea* extr. b. — *ex*struunt γb. (extr.). recte. rell. *con*struunt. conf. Acr. ad C. II, 15, 2: in altitudinem *struerentur* porrigendo fastigia. Porphyrion ibidem: *porrigere* aedificia. Adi etiam argum. Acr. et Porph. ad C. III, 24. Scholio adiunxit b haec: 'i. primo delectatus in mari edificare mox mutata uoluntate et in mediterraneo, conf. C: 'sensus est: primum gaudet maritimis locis, continuo post, mediterraneis.' 15) Erga — amorem γb. rell. om. 16) Ire illo γb. rell. om. 17) *eri* b, ut Ambr. Med. etc., K in C. II, 18, 32, AγH in S. II, 2, 129 et EBφB in S. II, 8, 43. in codd. nonnullis, ut Suecouat., rasurae, in aliis, ut Bern. C in E. I, 16, 2 cum signo spir. asp. (ʽerum). conf. Wagner. p. 433. Ritschl. Plaut. prol. Trin. XCVIII. Idem ualet de *erilis* C. III, 27, 63. S. II, 7, 60. E. II, 2, 6. Domini uel diuitis b. diuitis γ. rell. om. 18) Omen transeundi γ. transeundi s. bonum b. rell. om. glossae in b: *uiciosa.* amor pecuniae. *libido.* uel cupido. 19) s. dicit γb. rell. om. 20) Nauium γb. rell. om. — Id est γ. 21) mox b. rell. continuo.

Teanum. Pro Tea*norum* (aduerbium loci). *Teanum* (Tea*na*) ciuitas est Campaniae (Cretae — certe) abundans optimis fabris et sartoribus (ferro).

87. *lectus genialis.* *Lectum genialem* uxorem dicit. *genialis.* Voluptuosus.

in aula. Metaphoricos. Quasi ubique fabri sunt et ////// (diuites?).

89. *Si non est.* Lectus, scilicet genialis, id est, uxor.

90. *Quo teneam uult. mut. Protea nodo?* Interrogatiue. Mire respondet, quoniam supra (u. 76) dixerat: *Belua multorum es* (est) capitum. *uultus.* Sententias. *Protea.* τὸν Πρωτέα. Ex fabula *Vergilii* (G. IV, 388) fac(tum) prouerbium, qui narrat, Proteum uatem Neptuni in mille formas mutari; et est sensus: nescio, quomodo possim uti tali homine, qui saepe mutat propositum. *quo – nodo.* Id est: Quibus iurgiis (?), quibus praeceptis, qua doctrina possim huiusmodi hominum inconstantes obiurgare sententias.

91. *Quid pauper? Ride.* Faciat. Maecenatem ad risum hortatur quasi praesentem.

1) Scriptura *Th*eanum, quam pauci codices, ut Bernn. DEF, tuentur, transgressa et in edd. uett. Epp. ut Cadom. Denidel. et in edd. Acronis vfhQ et in C, falsa est, quippe orta ex opinione, hanc urbem dictam esse a Θεανώ, aut sorore Hecubae Hom. Il. VI, 298, aut Danai filia Apollod. II, 1, 4, aut Pythagorae uxore Diog. L. VIII, 42. *Teanum* enim, lectio omnium fere codd. Horatii, obuia etiam in libris Acronis γb atque ab Ascensio recepta, ut *Theate* Sil. VIII, 521. XVII, 458, Teates (*Th*eates Gronou.) Liu. IX, 20 (Drakenb.), sine h scribitur a Strabone V, 237. 248. 249. ed. Casaub. Τέανον, ap. Crusium s. u. etiam Τεανόν, *geminum* (Paulin. Nol. III. nat. Fel. 75) i. e. Ἄπουλον (Strabo VI, 285 ed. Casaub.), Teanum *Apulum* Cic. Cluent. 69, aut T. *Apulorum* Plin. III, 11, aut simpliciter *Teanum* Liu. XXIII, 24. Mela II, 4. Cic. Phil. XII, 11, et Σιδικινὸν, *T. Sidicinum*, nunc *Tiano*, in Campania: Liu. XXII, 57, quod aut *Teanum Sidicinum cognomine* Plin. III, 5 aut simpl. *Teanum* nominatur, ut nostro loco et apud Ptolemaeum et Cic. Att. VII, 13. conf. Τεανίτης ap. Polybium. Notandum autem est, nonnullos uett. codd., ut Par. B et Bern. C, supra u. Tea*num* habere uar. lect. *uel* tean*am*. Inde non miramur, cod. γb in scholio habere: *Teanum.* Tea*na* ciu. etc. *teanum* pro tean*orum* γ. *teanum.* pro tean*arum.* aduerbium loci b, qui scholion habet: 'Tea*num* dicit, quod in mediteaneo (sic pro medi*ter*raneo) positum est. Tea*na* ciuitas est *crete* habundans opt. fab. et *ferro.*' γ: 'Tea*na* ciu. est *cretae* a. o. f. et *ferro.*' Quomodo hoc schol. intellegendum sit, non habeo. Non legerim *certe*, ut habent v: '*Th*eanum. *theana* ciu. est certe hab. opt. fabris: et ferro.' et a: '*Teanum.* Teana ciu. est *certe* ab. o. f. et *sartoribus.*' *Theanum.* Theanum ciu. est *Campaniae* ab o. f. et *sartoribus* fhQ. conf. C: '*Theanum. Theanum Sidicinum* ciu. est *Campaniae.* sensus est — mediterraneis.' uide supra. 4) Lectum — dicit γ. conf. C: lect. g. ux. nominat. b: uxorem uult intellegi. rell. om. Voluptuosus γ. rell. om. 6) Metaph. — fabri sunt et ////// erasa uox, cuius uestigia ducunt ad '*diues*' uel 'diuites'. Lectus — uxor γ. conf. b: lectus genialis uxor. C: scil. gen. lect. *et* uxor. rell. om. 8) pro*th*ea uett. et recc. codd. ut EO Fran. Barc. Bernn. ABCDEFG Med. Q 75 (saec. XI) Laur. XXXIV Butler. etc., ac si scribae nomen magis Graecum facere uoluissent. conf. I, 2, 7. S. II, 3, 71. — Interrogatiue γ. rell. om. Mire — capitum γb, C et edd. dix*it* b,C. mult. *est* cap. γ. h. l. mult. cap. b. rell. *es* ut in Hor. supra. 10) sententias γ. rell. om. — Τον Πρωτεα γ. acc. = accusatiu. b. rell. om. Ex fabula — propositum γ. rell. om. b habet tantum: Ex fabula uirg. 13) Id est — sententias γb (om. Id est). rell. om. (iudiciis?) 15) Faciat — praesentem γ. rell. om. *ride.* o mecenas b.

93. *Nauseat.* Pro *nauigat. Nauseare* proprie dicuntur, quibus [eadem] undae*) fastidium adferunt, et hic proprie *nauseat,* quia nauis fecerat mentionem. *ac locuples.* Id est: similis inconstantiae est. *) q. aestus marini?

quem ducit priua trir. Id est: similiter pauper alienum nauigium fastidit et cupit mutare, quemadmodum suum, ac per hoc ostendit, in nulla re homines habere constantiam, sed esse mutabiles. *priua.* Propria. Alii *priuam* [ita] intellegunt, quae una uni adsignatur, quae hic et *priuata* possit intellegi.

94. *curatus.* Tonsus. *inaequali tonsore.* Inperito, qui inaequaliter tondet, et est hypallage.

95. *subucula.* Proprie dicitur pannus additicius, a subiciendo uel [a] subsuendo.

pexae. Pexa tunica est, quae demissa est usque ad talos, sicuti (*Iuuen.* XI, 149. 150): *pexi — capilli,* demissi, uel *pexae,* minutissimae rugae (minutissimis rugis?).

96. *toga dissidet inpar.* Non aequalis sedet [in] umeris. Vitium est. Bassaris.

98. *Quod petiit.* Hic est sensus: cur aliena in me uitia rides, cum mea sine risu praetereas?

1) Pro *nauigat* γ. rell. om. undae em. C. Hermann. 2) fec. mentionem γb. rell. ment. fec. 3) i. — est γ. rell. om. b: *similiter ut* diues. uide schol. seq. C: id est, *quam* locuples. 4) simi*l*iter γb. rell. sim*plici*ter. *tam* pauper C. 5) *quam diues* suum C. *diues* rec. Q. — *ac* γb. rell. et. 6) Propria γ. recte. om. b. et edd. conf. C. ita om. γ. *sic* C. schol om. b. 7) hic et γ. rell. et hic. C: *sed* hic *priuata* po*test* intelligi et *propria.* 9) cur*t*atus C. Tonsus γb,C. rell. om. b adscripsit: pro hn̄s (= habens). Imperito b,v. imperit*e* γ. rell. om. conf. C: hypallage, *inaequali,* qu*ia* inaeq. tondet. rell. qu*i*. tond*it* b. et est ypallage γb (ipall. b.). rell. om. vafhQ: Qui inaeq. tondet. 11) *Subucula* u. *in schol.* iterauit Q. *Subucula* autem est tunica adherens proxim*us* cuti Bφ. ad*ditius* v. — uel subs., om. a, γb. 13) lemma *pexae* om. va. *Pexa*] Tunica est fh. *demissa* γ,vaQ. *di*missa b,fh. Iuuenalis: *tonsi rectique capilli, Atque hodie tantum propter conuiuia pexi.* Ouid. Her. XIII, 31: pectendos capillos. conf. ibidem u. 39 et Hor. C. I, 15, 14. 14) *de*missi γb,vafh. *di*missa Q. uel pexae minutissi*mae* rug*ae* b. rell. om. uel pexe. *tissi mirucis* (literae fere euanuerunt). proposui ducibus. Bφ: *minutissimis rugis.* conf. Cic. Verr. V, 11: reticulum *minutis* masculis. Plin. XXXV, 8: pictor — in ueste et *rugas* et sinus inuenit. Orellius: 'recens et spissa, uillis planis et politis texturam tegentibus.' et: 'tunica interior linea uel byssina.' conf. Apul. M. XI p. 258 Elm.: 'uestis bysso tenui pertexta.' Hinc aliquis incidet in: *byssinis rugis.* uestis pexa Plin. VIII, 48. toga Martial. II, 44, 1. pex*atus* Mart. II, 58, 1. Sen. de V. B. 25. C: '*pexae. pexa tunica,* id est, purgata, propter lanam longiorem, in qua sordes facilius haerent quam in subucula trita.' *trita.* conpurgata Bφ. *subucula pexae.* Sacerdotalis linea (sic) b glossa. 16) in om. γ. recte. conf. Quintil. XI, 3, 161: toga umero sedens. Plin. Paneg. 10: bene umeris tuis sederet imperium. Vitium est *ba*ssaris γ. uicium est *bi*ssaris b. rell. om. Quid sibi uelit h. l. βασσαρὶς (Pers. I, 100), patet ex Acrone ad C. I, 18, 11: 'uestis enim est usque ad pedes demissa.' Scholion praecedens adsumas. b insuper habet: *Trita subest*: Sensus est: reprehendis corporis uicia et uestis et ab (sic. l. *o*b) animi inconstantiam dissimulas. 18) Hic γ. rell. om. *aliena* γ,v. *leuia* afhQ. 19) *mea* γ. *magna* afhQ. v habet compend. m. schol. om.

101. *Insanire putas sollemnia.* Pro *sollemniter.* Iudicas, me morbo omnium hominum laborare, et idcirco [pro] consuetudine cunctorum et moribus (medicis?) non esse credendum.*) Id est: cum haec omnia fecero, putas, me communem errorem pati, et ideo non magis curam adhibes ut insano.

102. *curatoris.* Qui solet dari insanis, ac per hoc *monitoris.* Sensus [est]: tu castigator et monitor in leuissimis reprehendis, maiora non corrigis.

102. *egere.* Scilicet *credis.*

103. *A praetore.* Mos erat Romanorum, ut paruulis remanentibus orphanis a Praetore daretur patronus et procurator illorum substantiae quilibet ex propinquis. Si propinquus abesset, dabatur (illis) bonae famae homo.

103. *rerum tutela mearum.* [O Maecenas] Id est: cum sis adiutor fortunarum mearum et uideas, me istis [moribus] modis insanire, non curas, dandum esse mihi curatorem a Praetore.

104. *praue.* Inaequaliter.

sect. stomach. ob unguem. Ob rem dubiam, [irascaris, id est, ob minimum peccatum et nullius momenti].

105. *De te pendentis.* Id est: cliens tuus (clientis tui).

106. *Ad summam.* Plene iam ridet Stoicos, hoc est: post multa illi sensui redit (u. 68): *An qui Fortunae te responsare superbae.*

108. *Praecipue sanus.* Pro: solus sanus. Tangit hic Stoicos, qui dicunt sapientes bene sanos, etiam si aegrotent. Ego autem dico, sanum esse sapientem, si sine morbo est, id est: etiam sanus est sapiens, si non indigestione laboret. Et hic satirice dicit, id est: sanus est, si non male

b. conf. C: 'cur reprehendis uitia corporis, et non ea quae sunt animi, et cur *aliena et leuia* in m. u. r. et *mea maioraque* sine risu prae*teris.*' b habet glossas: *secum.* i. cum se ipsa. *disconuenit.* dissentit. Bφ: discordat.

1) sollemnia γb. solle*mpn*iter b. s*ole*mniter γ. — i*n*dicas b. mor*bo* b,vafh. mo*re* CQ. me*mor* γ. omn. hom. lab. γ,bC. lab. omn. hom. afhQ. omn. lab. hom. v. 2) et γb,C. rell. om. *id*circo γb,C. rell. *ic*circo (i*t*c. v). — pro vafhCQ. om. γb. consuetudinē b. *cunc*torum γb,CQ. *gut*torum vafh. uox nihili. *et* γb. rell. om. mor*bis* afh. rell. mor*ibus* (moribs v). Ad u. 100: *mutat quadrata.* triclinia ut faciat rotunda i. uariat edificia b. rell. om. 3) b: me communia in reprehensibilia solita. γb: i. cum — insano. γ in extremo margine habet pauca a bibliopego laesa uerba: 'communia in reprehension ia solita.' conf. C: '*hoc* est cum — non magis *me curas*, *quam si insanirem.*' rell. om. 5) ac γ. ac per — corrigis om. b. rell. et. est om. γ. 9) Mos — *homo* γ. b: Mos — propinquis abesset. dab*i*tur *illis uir* bonae famae. rell. om. 13) O Maecenas om. γb. 14) modis γb. moribus vafhCQ. 16) Inaequaliter γb,C. rell. om. 17) lemma in vafhQ est *stomacheris.* — Ob rem dub. γb. rell. om. irascaris — momenti om. γ. 19) i. cliens tuus γb (om. i.) rell. om. conf. C: tui clientis. 20) plene — *superbae* γb. rell. om. 22) Pro solus sanus γb. rell. om. 23) bene sanos γb,vaC. rell. om. h. l. — *et* etiamsi a. *et* si v. *sic* egr. b. aegrotent bene esse sanos fhQ, aegrotent esse sanos va. — dico om. γ. 24) sanum *et* sap. vafhQ. 25) idē b. id est — habet (hab*ens* b) γb. rell. om. *) repr(eh)endendum C. Hermann. Hirschfelder: et morbis *his* non esse credendum.

habet. [Sententia Stoicorum: In hoc sapiens minor est Ioue, quia moritur. Aliter: Minor Ioue est, quod in caelo non est.]

pituita. Proprie est morbus capitis, uel uitium gallinarum atque pullorum.

PORPHYRION.

Prima dicte mihi, summa di. Ca. Flacci Epistularum libri titulo tantum dissimiles a (libris) Sermonum sunt, nam et [metrum et materia uerborum et] metri et uerborum communis adsumptio eadem est. Quos operis sui ultimos esse ipse testatur Maecenati, cum dicit, finire se operam uelle et philosophiae malle inseruire.

4. *Veianius armis.* Veianius, nobilis gladiator, post multas palmas, consecratis Herculi Fundano armis suis, [tandem] in agellum se contulit. Cuius exemplo dicit aetatem suam et propositum inpedire, ne in scribendis [iis] carminibus perseueret.

10. *et caetera lud. pono.* Ait, se, depositis leuibus fomentis animi, id est, iocis ac uersibus, transisse ad studium philosophiae et praecepta sapientium animo (sapientiae) condere, quae postea in usum rectae uitae proferre possit.

1) Sententia — est om. γb,C. 3) *pituita* est lemma in γb,fhQ habent *nisi cum pituita molesta est.* va carentes lemmate pergunt: Pituita autem est. Proprie γb. rell. Pituita. C: pituita proprie. *uel* γbF. ad v. conf. C: '*metaphoricos transfertur a uitio* gallinarum et pullorum.' Ascensius cum Curione interposuit *Metaphora* (*capitis metaphora ad uitium*), id quod repugnat sermoni Acronis. Dillenburger. (Program. Gymn. a. 1841 p. 9) hoc additamentum superfluum ex ed. Bas. 1527 (ap. Valentinum Curionem) inducere uoluit. Hinc Q: — capitis. Metaphora ad uitium gall. *et* pullorum. *atque.* γb. *uel* vafh. Glossa in Bφ: flegma capitis. Longius schol. ex cod. Thevenot., qui, teste Geelio, tempora inuentae artis typogr. non superat, ap. Suringar. III, p. 180: — —'poeta notat inanem gloriam,' nullius pretii est.

PORPH. †) In emendando et constituendo Porphyrionis Commentario Epistularum usus sum codicibus MRA2, adsumptis aliquoties Bφ, Par. 7987, sign. g, aliisque, quorum descriptio data est in ed. Lips. p. 13—19, atque EDITIONE PRINCIPE Venetiis anno MCCCCLXXXI inpressa (v), de qua uide supra p. 392 et ed. Lips. p. 26—30.

INSCRIPTIONES: INCIP̄. EPIST VLARVM LIB. I. (M). uide supra p. 349. Eiusdem Porphirionis in epistolas Horatii Flacci expositio foeliciter incipit (R). Pomponii Porphyrionis in epistolas Horatii cōmentaria (v). Caeterum hic mihi dicendum est, memetipsum ad Epistulas contulisse uet. cod. M. Epistula prima in codd. et ed. princ. inscriptionibus caret.

7) dic*tae* — dicend*ae* v. Flacci om. Bφ. — tantum *nomine* Bφ. a sermonū M (Halm. perperam: a sermon*ibus*) RAγG(Q). a *libris* sermonum Bφ. a sermonum libris 2. a sermon*ibus* vafh. 8) et metrum et materia uerborum et MRA2. et metrum et uerborum comm. v. et me*tri*, et uerborum comm. afh. hanc lect. recepi, nam *materia* ex *metrum* ortum uidetur. 10) su*is* Rv. assumptio sui v, om. h. l. eadem est. Quos operis. 12) Veia*nus* in schol. et lemm. M2G. *ueianius.* Comparat se ueia*no* etc. Bφ. 13) tandem afh. armis eadem est: quos operis *suis* in ag. se contulit v (extra ord. conf. schol. praeced.). — suis om. afh. 14) *in*pedire M. *im*pedire R (corr. ex in*uenire*) Aget G. iis afh. 16) fom. leu. vafh. 18) transposui: pr. sapientium animo condere. MR: pr. animo sapient*ium* condere. sapien*tum* A. sapienti*ae* 2G. sapienti*ssime* vafh. — rec*te* fh. 19) proferre possit MR. rell. proferr*i* poss*int*.

13. *quo me duce, quo lare tuter.* Nulli se sectae addictum ait, sed ex omnibus quicquid optimum sit, electurum esse promittit.

16. *et mersor ciuil. undis.* Inter Stoicum et Epicureum iactari se ait, et ideo undis ciuilibus mergi dixit, quia Stoici administrationem rei publicae probant, Epicurei uoluptatem. Unde furtim relabi se ad eam ait.

17. *rigidusque satelles.* Bene *rigidus,* secundum Stoicen.

18. *Nunc in Aristippi furtim praec. relabor.* Quia Aristippus Epicureae sectae princeps [fuit].

20. *longa quibus ment. am.* Sicut longa nox est his, qui amicae aduentum falsi exspectant, uel [illis] qui per diem operantur, ut illis dies longus est.

28. *Non possis oculo qu. cont. Lync.* His respondet, qui a studio sapientiae deterrentes, negant perfectam sapientiam quemquam adsecutum, dicens, contentos nos esse debere quantulocumque adfectu, quo carentes utique deteriores erimus.

36. *Laudis amore tumes.* Inanis gloriae cupiditatem, ut pernitiosum uitium expiationibus quibusdam sanari posse ait; itaque decenter subicit: (u. 37): *Ter pure lecto libello,* uelut ad sacrificandum caste ac lotis manibus accedendum putat.

45. *Inpiger extr. cu. merc. ad Indos.* Hoc loco *Theognidis* uersus imitatus est, qui ait (u. 175. 176.):

Χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον
Φεύγειν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

49. *et circum compita pu.* Similitudine admonet, ut a paruis ad maiora bona cupiditates conferamus.

53. 54. *O ciues, ciues, qu. pec. pr. est. Virtus post nu. haec Ianus su. ab imo.* Ad Ianos eos, qui sunt in regione basilicae Pauli, foeneratores

1) se om. h. l. et infra ante *ait* po. vafh. ad*dit*um R. dicit 2. 2) *dic*turum vafh. 5) *u*nde MRA2G(Q). *in*de vafh. — relabi ad eam se *dixit* R. *se* relabi ad eam *dicit* 2. 6) *Regibusque* fh. stoic*en* MR,vQ. Stoic*um* afh. Hoc schol. Acroni adsignauit Q. 7) epicur*ae*ae M. sectae om. MR. 8) fuit om. MR. 9) his MR. rell. iis. 10) falsi MRAG(Q). fal*sae* 2. fals*o* vafh. e*x*sp. A. illis afh. ut illis MR,vQ. om. afh. long. di. est vafh. 12) phiae = philosophiae 2. 13) *con*secutum 2. 14) qu. adfectu, quo carentes utique MR (quantu*lum*cunque) A2 (aff. R2) G(Q). quantulocunque *pro*fec*ta* carentes utique v. qu. *praecepto. Eo enim* utique det. *non* erimus afh. 16) *Ait* inanis MR. 17) ex*pia*tionibus A(Q). ex*spect*ationibus M *expec*t. R2G. *praecepti*onibus vafh. 18) super electo lib. MR. super lecto lib. 2. — cast*o* tacite inc. Q. 22) Versus absunt ab A. spat. uac. iis rel. in R2. Χρη πενιην M,v. ἣν δὴ χρὴ afh Bergk. φεύγοντα vafh. φευγοντας M. βαθυκητεα M. μεγασκητεα v. μεγακήτεα afh. μεγακιτεα G. 23) φευγειν M. Ῥιπτεῖν a. ῥίπτειν fh Bergk. ριπυβν v. πετρωΝ M (sic recte Halm. perperam Q: πειρῶν) vafh. ΚΥΡΗΝΙe M. Κύρνε afh. Κρνε κατεΗλιβατ. (sic) v (perperam Q). κιρνε κατιληβατων G. 24) a*mm*onet 2. 26) Lemmatis priorem partem *O ciu. — est* hab. MR,va, om. alteram, contra fh om. priorem, lemma hoc tantum ponentes: *Haec Ianus su. ab. imo.* Q post *O pr. est* septem puncta posuit dicens: 'lemma addidimus signata *lacuna* ex rell.' Sed mei libri nullam ostendunt lacunam.

consistunt, a quibus uult tamquam a magistris doceri populum, ne quid pluris quam pecuniam habeant; unus enim illic Ianus in summo, alius in imo est, quos haec inducit monere.

55. *recinunt.* Adsentiuntur et quasi respondent.

62. *Roscia.* Lex Roscia est, qua cauetur, ut proximis ab orchestra XIIII. gradibus spectent, quibus census est SS $\overline{\text{CCCC}}$. In hoc ergo ait unumquemque laborare, ut amplius patrimonium habeat, ut in quattuordecim ordinibus sedens propius spectet Puppi poemata. Contra pueri lusu cantare solent: Rex erit, qui recte faciet; qui non faciet, non erit. Quam neniam meliorem ait, quia non diuitiis sed uirtutibus honor habeatur. Haec lex Roscia equitibus data est, ut in primis XIIII. gradibus sederent eorum ii, qui SS $\overline{\text{CCCC}}$ haberent.

64. *Et maribus Curiis. Mares* nunc pro fortissimis posuit.

74. *Respondit, referam: quia me uest. terr.* Ad paradoxa Stoicorum descensum sibi facit, et ostendit, quae sibi populus contraria faciat. *Luciliana* sunt haec. A fabella ergo Aesopia arguit inter se repugnantiam hominum, dicens, beluam multorum capitum esse.

82. *Idem eadem poss. hor. dur.* Utraque haec a Stoicis dicuntur in insaniam uulgi: primum quod inter se dissideant, deinde quod a semetipsis mutant subinde proposita.

94. *Si curatus inaeq. tons. cap.* Hoc ait: rides, cum in me uides culpam aut tonsoris aut uestiarii. Cum ego mihi ipse contraria facio, non rides.

101. *Insanire putas sollemnia me neque rides.* Insaniam illam, quam sustineo, credens (credis?) mihi sollemnem [facio] facto et necessariam esse, et ideo non rides.

2) pecu*niam* MRA2 (*quam* pecuniam) G. rell. pecun*ia*. 3) *quos* (qu*od* v) h*ic* R2,vafh. rell. h*aec*. 6) tredecim fh. rell. XIIII. quadringentorum sestertiorum vafh. 8) pu*pi* 2. rell. Puppi. 10) *m*eniam M (Halm.: sententiam. Q: *neniam* codd.) neniam R2G. sententiam vafh. — habe*atur* MR2(G?Q). habe*ntur* v. ha*betur* afh. 12) quadringenta sestertia vafh. *eorum ii* MR (om. *qui* et lacunam relinquens compendiis SS $\overline{\text{CCCC}}$). rell. om. *eorum h*ii 2. sestertia om. 2. 13) for[li]tissim*is* MR2(G?Q). rell. fortissim*os*. 14) parado*s*a v. 15) fa*cit* afh. 16) Luc*iana* M. Luciana R (1 m. corr.). De his Lucilianis tacet Gerlach. fab*u*l. afh. Aesop*ia* MRA2G(Q). Aesop*i* vafh. 16) repugnanti*am* MRG,vafh. repugnanti*a* 2. De fabula conf. Knoche Babrii fabb. et fabb. fragm. p. 140. fragm. V. et cap. II p. 28: ‘ex communi tamen fabularum fonte utrumque, Hor. et Babr., hausisse, similitudo, quae inter utriusque fabulas intercedit, credi iubet.’ 18) a Sto. dicuntur MR. rell. dicuntur a Sto. *in* om. vfh. 19) *de*ssidiant vQ. 20) m*it*tant 2. (u. 100 m*ut*tat E). 21) Sic curatus MG. 22) mihi ip*si* R. 24) so*llem*nia M, ut uett. codd. lapides et papyri Herculan. P. II. col. VIII. Fea p. XXIII. et ad IV, 11, 17. Wagner. p. 473. uide infra E. I, 18, 49. II, 1. 103. so*l*emnia va. sole*nn*ia fh. me in lem. om. MG. Notabile est schol. Bφ: *sollempnia* (sic). illam insaniam so*ll*ēnē (sic) sibi facit i. frequentem. SOLEMNIS (sic) a *soleo. soles.* secundum Isidorum. SO*LL*EMNIS (sic) ab eo quod est *sollum.* id est *totum* in lingua oschorum (oscorum l. uolscorum F). 24) illam om. afh. ill*a* v. facio om. afh. crede*res* mihi solem*ne* facio R. posui fac*to*.

103. *rerum tutela mearum.* Maecenati hoc ait.

108. *Praecipue sanus nisi cum pituita mol. est.* In nouissimo seueritatem Stoicorum hic eludit, quasi furtim ad Chrysippum relabens.

nisi c. p. mol. est. Nisi cum (eum?) κενοδοξία inpedit.

EPISTVLA I, 2.

ACRON.

Troiani belli scriptorem, max. Lolli. In hac epistula uult ostendere, apertius et melius se discere praecepta philosophiae ab Homero, quam a

2) Bφ: '*pituita.* pituita est flegma capitis per quam uult intellegi *cenodoxiam* i. uanam gloriam. Dicit sapientem tunc sanae (sic) sapere cum non uana gloria extollitur quae solet sensum mentis perturbare sicut *nausea pituitae* (sic) caput et pectus.' 3) aristippum MRA2. rell. *Chrysi*ppum. rediens vafh. rell. relabens. 4) KAINOΛOZIα M (sic, non KAINOΔOΞIA, ut legerunt H et Q). καινοδοζια 2. καινοδοξία G. κενοδοξία A. recte. spat. uac. in R. cum om. vafh. καλαρροος v. κάταῤῥος a. κατάῤῥους fh. κατάρροος Q, qui ref. perperam: 'καττάροος Edd.' Posui olim κόρυζα, quae Graeca uox sollemnis est pro *pituita.* Neque propter codicum ductus literarum opus est scribere ῥινοκόρυζα, ut F. F. Franke uoluit.

†) Ceterum hic non moror, quae H. *Stephanus* in Emendd. p. 159. 160 protulit: 'Leguntur denique in illo ueteri libro ultra illa quae habent typographicae editiones, nonnulla etiam, quae ita scripta sunt, *ut alius libri opem desiderare nos cogant.* Eiusmodi sunt quae scribuntur in hunc locum ex epistola priore libri prioris: *Sed tamen est operae pretium* cognoscere, quales dedit etc. In hunc enim locum habemus quidem ista (quae non ibidem in typogr. libris extant) *Bene et subtiliter tetigit Caesarem, quasi negligentem poetarum*; sed alia his adiiciuntur, mendosius scripta, quam ut commodus ex iis elici sensus possit.'

ACRON. †) Magna scholiorum confusio est in cafh, a quibus, quae Porphyrionis sunt, Acroni maximam partem data sunt, et uice uersa. Huius rei testes sunt et uett. codices, inter quos etiam habentur Laur. XXXIV. saec. XI et Vat. 3257 eiusdem aetatis, qui Acroniana scholia perpetua exhibet, et recentiores, ut Par. 7987 (g), Norfolcianus (N) et ex Romanis Vat. 3315 (s) et 1518 (t). Urbin. 348 (n). 359 (e). Ottobon. 1379 (3). quorum descriptio in ed. Lips. inuenitur.

Inscriptione caret γ. AD LOLLIVM b Ambr. Bφ Bern. C. Harl. 2724 saec. XII. AD LOLLIVM II. Fran. (Broukh.) etc. Epistola ad Lollium Par. Q. Ad Lollium consularem F. Ad Lollium scriptorem Burn. 178 saec. XII. Ad Lollium amicum suum Par. I. Landsdown. 836. AD LOLLIVM MAXIMVM. Parr. JO. Harl. 2621 saec. XIII. AD Lo*l*ium Maximum Harl. 5413 saec. XV, ut ed. Cad. AD MAXIMVM LOLLIVM Par. 8218 saec. XIII. Burn. 182 saec. XIV, ac si nomen proprium esset, ut P. LOLLIVS MAXIMVS apud Gruterum 638, 2.

10) Ordo horum scholiorum in γ: 1. Horatius *hic* cata theorian — tantum. 2. *Aliter.* In hac epistola — philosopho. 3. In hac epistola illud ostendit ipsum — ac sapientiae. 4. hanc autem — consularem. in b: 1. Hanc epłam. scribit ad Lollium consularem *et cathaterian* (sic) hom. leg. — tantum. 2. Ał. In hac ep. uult. — philosopho. 3. Ostendit*que* — ac sapientiae. *Laur.* XXXIV: 'In hac epistola illud ostendit in duplici opere homerum duo. u. e. m. u. *ac* sapientiae. *al.* In hac epistola uult ost. — philosopho.' *Vat.* 3257 tamquam schol. ad u. 4 habet: 1. 'In hac epistula uult *apertius ostendere* et melius — philosopho. 2. In hac epła illud ostendit in duplici *o*pere hom. duo uite e. m. u. *ac* sapientiae hanc autem epłam scr. ad lol. consularem. Horatius cathegoriā homerū legerat i. disceret c. d. tantum.' etc. 10) melius et apert. vafhQ.

philosopho || (In hac epistula illud ostendit) ostenditque, ipsum Homerum in duplici opere duo uitae exempla monstrasse: uirtutis ac sapientiae. || Hanc [autem] epistulam scribit ad Lollium consularem. || Horatius [hic] κατὰ θεωρίαν Homerum legerat, id est, ut disceret carminis dispositionem tantum.

1. *Troiani belli scriptorem.* Homerum dicit.

2. *Dum tu declamas.* Quia orator erat. [Dum rhetoricam Romae legisti, ego legi Homerum.]

Praeneste. Pro Praenes*ti*.

4. *Planius ac mel. Chrysippo et Crantore.* Chrysippus Apollonii (filius Sol-)ensis antistes [philosophus] fuit sectae Stoicae, *Crantor* eiusdem ciuitatis pulchritudine corporis conspicuus non tantum a Xenocrate, praeceptore suo, sed etiam a Palaemone, qui Xenocratis scholam excepit, in eo (?) amatus est, qui (quod?) placebat. Consecutus est in Academia maximam dignitatem.

5. *Cur ita crediderim.* Quia melius dicit Chrysippo. *destinet.* Occupet, intentum teneat. *Destineo.* destin*es*. Occupo et separo.

6—8. *Fabula, qua Paridis — continet aestus.* Docet, [quomodo] per singulas fabulas monstrat et uirtutes et uitia Homerus. *Fabula.* Ilias.

3. *Cassî Parmensis.* Hic Epicureus fuit, et poeta. *Parmensis.* Parma (Parmensis) ciuitas est Italiae [, aut Hispaniarum]. *opuscula.* Quia satiras scripsit. || *Cassius Parmensis* aliquot generibus stilum exercuit. Inter quae opera 'Elegia et Epigrammata' eius laudantur. || ALITER: Hic est Cassius, qui in partibus (Cassii et) Bruti cum Horatio tribunus militum militauit, uicto Bruto (quibus uictis) Athenas se contulit. *Quintus Varus* [*Varius*] ab Augusto missus, ut eum interficeret, studentem repperit et, perempto eo, scrinium cum libris tulit. || Unde multi crediderunt, Thyesten Cassii Parmensis fuisse. || Scripserat enim multas [alias] tragoedias Cassius. ||

Pedo, quod non longe fuit ab urbe, '*sed* modo non est.' In Porph. legitur: *nunc* non est. γb: *quo* modo non est. posui *quae.* rell. om. *Pedum,* Latii urbs, pluries apud Liuium II, 39 et VIII, 12. 13 occurrit, *Pedani,* a Plinio III, 5 et ab eodem Liuio VIII, 14 memorantur. Duos in illa regione offendi uicos, quorum alter Zagarola, alter Gallicano hodie nuncupatur. conf. Westphal. Röm. Camp. p. 101. 102. Gruppe Röm. Eleg. p. 257.

4) Hic epicur*us* fuit et poeta γ et Fran. teste Burm. ad Anth. Lat. Vol. I p. 98. conf. Weichert. not. ad Cass. Parm. p. 227. b: 'hic epicur*us* fuit qu*ia* satir*a* *s*cripsit. poeta parma ciuitas italie aut hispaniarum.' rell. om. 5) Parmensis ciu. — hispaniarum γb (Parma). rell. om. qu*i* satir*am* scripsit γ. posui satir*as* *s*cripsit. Satiras accipio Epigrammata in sequentibus. S. Obbarius qui p. 232 uaria iudicia Aliorum accurate et copiosius recenset: '*Opuscula* sine dubio intelliguntur elegiae eaeque amatoriae.' conf. Weichert. p. 239—243. De confusione Cassii *Parmensis* cum Cassio *Etrusco* uide supra p. 177. Acr. ad S. I, 10, 61. 62 et Welcker. Die griech. Trag. p. 1403—1405. 6) Cassius (casius b) Parmensis γb. rell. om. *Hic* aliq. — st*y*lum afhC. 7) elegia γ. elogia b. *ae*leg*iaca* et epigra*m*ata v. ele*giaca* afhQ. conf. C: — inter quae opera, ele*gi*, et epigr. (om. eius) laudantur.' — At. γ. rell. om. Scholion '*Hic est Cassius* (γ) — *tragoedias cassius*' etiam Porphyrionis est, ergo aut inde translatum, aut ex eodem fonte petitum. *Iste* est cas*i*us qui in parte Bruti (om. Cassii et) contra aug. cum oracio militant (sic) set *iuncto* (sic) bruto asenasen (sic pro *Athenas con-) fugit* b. 8) cum horatio γ. conf. b. 9) *quibus uictis* omn. libri et Acronis (praeter b) et Porphyrionis. — uar*us* γb (uar^{s}), v. Quintus *autem* Var*us* C. Var*rus* a. Var*us* Q in Acrone, Var*ius* in Porph. Var*ius* fh. VARVM cum VAR*IO* esse confusum (scil. a Fabricio), ut ab Acr. et Porph. Cassium Etruscum cum Parmensi, iam supra ad S. I, 10, 61—63 p. 177 monitum est. conf. praeter Ruhnken. ad Vell. Pat. II, 88, qui Var*um* restituit, Welcker. Gr. Trag. p. 1405 et 1408, qui etiam in Donat. uita Vergilii c. 20 Var*o* primus legit pro Var*io* et in nostro scholio uerba *quibus uictis* (ego posui duce cod. Barc. *uicto Bruto*) uitiosa arguit, atque inprimis doctam explanationem Weicherti in Comment. de Cassio Parm. p. 227 et de L. Vario § 13 p. 77 et Drumann. Gesch. Roms. III, § 71 p. 711 et § 72 p. 132. 11) scrinium *eius* b. — 'tulit. ubi multae tragediae inuentae sunt inter quas *horestis et thiestis* unde multi credider̄ *tragediam ab eo factam* quae *o*restis (sic h. l.) inscribitur.' b. Hae nouae res codicis Barcellonensis certe suspicionem nobis mouere possunt, uulg. scholion *Unde — Cassius* aut totum aut maximam partem incertae fidei esse atque auctoritatis. Notitiam de Thyesta Cassii Parmensis uanam atque inanem dixit Weichert. l. l. p. 225, adsentiente Welckero. Quocirca u. *alias* uncis inclusi. — th*iesten* γ. Thieste v. rell. Th*y*estem (tē a). 12) Cassius γ. conf. Porph. rell. om. Scripserat — Cassius om. b.

4. *tac. siluas.* Philosophorum libros adpellauit. *reptare.* Versari. *salubres.* Amoenas. Aut quia salubrioris sunt aeris siluae, ideo dixit.

5. *dignum sapiente bonoque est?* Sapiens enim solus scit cum moderatione suis uti bonis, quod aut luxurioso per incontinentiam, aut auaro per nimiam abstinentiam inscitia denegauit.

6. *Non tu corpus eras.* Qualia sunt animalia. *eras.* Pro *es.* *sine pectore.* Sine loco prudentiae.

di tibi formam. Id est, sine sapientia, id est: cares bono ingenio.

7. *dederunt.* Metri ratione breuem fecit syllabam.

artemque fruendi. Quod est sapientis. Sapientiam.

8. *uoueat.* Optet.

dulci nutr. ma. al. Sensus est: alumno nutrix maiora, quam in te sunt, bona optare non potest. Quid supra haec optari cuiquam ab amante possit, si haec quis habeat.

9. *Quin sapere et fari possit.* Nisi ut sapere possit.

sentiat. Scilicet alumnus.

et cui. Κατὰ κοινόν: nisi ut ei.

10. *ualetudo.* Sanitas, robur.

11. *mundus uictus.* Moderata uita.

non defic. Per continentiam.

1) Phil. lib. appellauit γb. rell. libros ph. appel*lat.* Versari γb,C, qui habet lemma *interreptare.* 2) *Id est* am. fhQ. salubrior*is* sunt *aeris* s. ideo d. γb (aeris sunt). salubriore*s* sunt siluae (s*y*luae vafh) vafhQ. 3) bon*um*que est? γ. manus recentior adspersit: uel bono i. homine. Ambr. a 1 m.: bon*o*que. al. bon*um.* — *Sapiens enim* solus γb,v. *Qui* solus cafhQ(G?). s*i*t b,v. moderat*e* vcafhCQ. *cum* modera*tione* γb. 4) luxuriose b. abst. *inscitia* (insc*icia*̄ b) *denegauit* γb. abst. *negauit* vcafh. abst. nega*tum est* CQ. 6) Qualia s. anim. γb. rell. om. — Pro *es* γb. rell. om. sine lo. prud. γb. rell. om. conf. C: *sine pectore.* sapientia. ex seq. sch. ortum. 8) i. sine sap. γb. i. cares (car*e* b) bo. ing. γb. rell. om. 9) dederunt γ (cum glossa: deder*ant*), ut AO (man. 2 suprapo. *a* corr.). Bφ: deder̄. deder*u*nt hab. etiam Ambr. et Bern. A (mut. ex *ant*), afhQ. deder*a*nt b, vc permultique alii libri. Lectio deder*unt* confirmatur Acronis scholio, quod solida codicum auctoritate tutum est. Metri ratione breuem fecit sillabam γ. media syllaba breui C, non: Media breui syllaba *dederunt,* ut ref. Q. *Dederunt* (Dederant c). Mediam breuem syllabam, *dederunt* (l. fecit) cafh. *Dederant.* metri cā (= causa) breuē syluā (sic) dederant v. 10) Quod est γ. om. b. sapientis. sapientiam γb. rell. om. totum scholion. 11) Optet γ. rell. om. conf. C: '*quid uoueat. optet* maius, et melius suo alumno, *nisi ut* sapere, et fari possit.' 12) Sensus — habeat γ. rell. om. 15) *Quin,* cum gl. nisi ut, γ Ambr. Bern. C, P et Harl. qui//// rasura, AII Sorb. etc. qui^{n} (1 m. corr.) E. etc. *quam uel quin* b cum glossa *nisi ut.* lem. et schol. om. vcafhQ. 16) Scil. alumnus γb. rell. om. 17) *κατκ* γ. rell. om. nisi ut ei γb. rell. om. 18) ual*i*tudo γb aliique, inter quos omnes Bernenses praeter C, scriptura defensa a Beier. ad Cic. Off. I p. 213. Recepi ualetudo, ut S. II, 2, 88, ubi γD habent *e* mut. in i, ut nostro loco A St. Germ. etc. Conf lib. de cod. Barc. p. 22. Sanitas robur γb. conf. C: sanitas *et* robur *corporis.* rell. om. 19) Mod. uita γC. Lemma *non defic.* interposui. per cont. γ. *a* mod. u. p. cont. b. rell. om.

crumina. Marsupio [Patrimonio], id est, sacculo numario, siue *)pasceolo [prandiario], ἀπὸ τοῦ κρεμαστοῦ (φασκώλου?).

12. *Inter spem.* Scilicet futurorum. Deest *si.*

curamque. Scilicet praesentium laborum. Id est: agens (agitatus?) inter spem et curam cottidie puta, te moriturum. Monet ergo, nihil esse curandum de futuro.

13. *Omnem crede diem. t. d. s.* Ita tene omnem diem, quasi in ipso moriturus sis.

15. *Me pinguem et nit. b. c. c. uises.* Id est: Me quando uis uidere, uidebis bene pastum porcum, et satirice uituperat eam sectam, quam sequitur.

16. *Cum ridere uoles.* Laetus uideri (uidere).

Epicuri de grege po. De numero uoluptuosorum. Quoniam Epicurei summum bonum in uoluptate ponunt, || deinde quod omne animal colunt nullumque edunt.? || *porcum.* Id est, corpori seruientem, ut (E. I, 2, 27): *fruges consumere nati. Hara* locus dicitur, ubi stant sues et suinae. Animal nimium pronum ac [uentri] deditum uentri.

PORPHYRION.

1. *Albi.* Ad Albium [Tibullum] scribit.

2. *in regione Pedana. Pedum* oppidum haud longe ab urbe fuit. Nunc non est, uerum adhuc *regio* ipsa *Pedana* dicitur.

1) crum*i*na γ, ut Bφ (uterque CRVMINA in margine) A Ambr. (*al.* me. 1 m.) Harl. (cum glossa: sacculo *numorum*). In Vat. 1675, ut in B, 2 m. mut. i in e. Vet. Rom. Chr. *grumi*na. conf. lib. de cod. Barc. p. 22. crumena vafhCQ. *id est* sacc*u*lo γ. id est om. b. *uel* sacco vafhQ. *prandiario* non Lat. C: *crumena.* sacculonumario, id est, patrimonio ἀπὸ τοῦ κρεμάζω (κρεμάζειν?). απο TOY KPeMαCOS (sic) γ. rell. om. 3) s. fut. deest si γ. deest si futurorum praesentium b. *iras.* s. praesentium laborum γ. conf. C: '*inter spem. spes* est futurorum bonorum, *cura* praesentium, *timor* futurorum malorum, *ira* seu dolor praesentium.' 4) agen*tis* γ. rell. age*ns*. cu*ram* γ. rell. cu*ras*. *co*tidie γb. rell. *quo*tidie. 5) ni*hil* esse cu. γb,vca. rell. nihil (*nil* Q) cu. esse. 7) ipso γb. rell. *eo.* mor. sis γb. rell. sis mor. C: 'hoc est, quotidie puta te moriturum, et sic non curabis futura.' 9) Lemma *uises* amplificaui. — *Me* qu. uis γb. rell. quandocunque (quandocumque CQ) uis, om. me. conf. C: 'quandocumque uenies, ut me uideas, inuenies bene pastum.' 10) sat*i*r. γb(Q). rell. sa*ty*r. 12) Letus uider*i* (uider*e*?) γb. rell. om. 13) De*nuo* uol. γ. đ *nuō* b. rell. om. 14) uoluptat*e* b. rell. uoluptat*ibus*. 15) nullum*que* γb. rell. nullum. Id est corpori — deditum γb. rell. om. — corpor*is* *s*eruient*um* b. 16) H*o*ra γb. Posui H*a*ra, stabulum et anserum (Colum. VIII, 13. Varr. R. R. III, 3) et suum. conf. Colum. VII, 9. Varr. II, 4. Cic. Pis. 16. Ouid. H. I, 104. hara suis Plaut. Most. I, 1, 39. — sues *et* suinae b. sues :: suinae γ. 17) uentri deditum γb. transposui haec uerba, quoniam et *pronum* ad datiuum *uentri* pertinet. conf. Tacit. A. IV, 29: offensioni. Senec. Octau. 868: animus malo pronus.

PORPH. 20) Ad Albium MRG(Q). Ad Albium *scribit* 2. recepi ideo, quod nudam inscriptionem argumenti loco ponere contra Porphyrionis morem est. Ad Albium *Tibullum scribit* vafh. 21) Ped*i*um MR. rell. Ped*um*. — hau*t* M2. Nunc non est uerum adh. M. *) *Marsupio* et *pasceolo* em. C. Hermann. conf. *Isidor*. XX, 9, 5. p. 627 Otto. *Nonius* p. 141 et 151. Merc. *Lucil.* lib. XXX p. 37. Gerlach.

3. *Scribere quod Cassi Parmensis opusc. uincat.* Hic est Cassius, qui in partibus Cassii et Bruti cum Horatio tribunus militum militauit, quibus uictis Athenas se contulit. Quintus VARVS (Var*i*us) ab Augusto missus, ut eum interficeret, studentem repperit, et, perempto eo, scrinium cum libris tulit. || Unde Multi crediderunt, Thyesten Cassii Parmensis fuisse. || Scripserat enim multas [alias] tragoedias Cassius.

4. *siluas interreptare salubres. Siluas* libros φιλοσοφουμένους significat.

EPISTVLA I, 5.

ACRON.

Si potes. Torquatum aduocatum, amicum suum, inuitat ad caenam Horatius. ALITER: Ad Mallium Torquatum hanc scribit, ad quem etiam illam oden (IV, 7): *Diffugere niues* etc.

1. *Archiacis conu. rec. lectis.* Breuibus. *Archiaci lecti* dicebantur humiles ab *Archia* [eo] fabro, qui non magnae staturae dicitur fuisse. *Archias* faber [lectuarius] fuit uilium lectorum.

2. *olus omne.* Pro qualicumque posuit, ut, cum dico, omne me bibere uinum. Idem in Sermonum primo (I, 1, 29, 30): *per omne Audaces mare qui currunt. Omne,* hoc est, (uel) hibernum uel autumnale.

2) cum Horatio. MRA. negl. et om. Q. conf. Acr. rell. (2,vafh) om. 3) Var*i*us omn. libri. posui VARVS. conf. Acr. 4) *in*ficerit f. 5) Thyest*em* G,a (ē) fh. cass*i* M et Q. 6) alias MRA2,vQ. om. afh. conf. Acr. 7) *s*iluas int*err*eptare M,v. salubr*is* MG(Q). Lemma in afh est: *Syluas.* Alterum *siluas* om. afh. *s*yluas lib. v. philosophume*no*s MR,v. philosophum*oenos* a.

ACRON. AD TORQVATVM γb, ut EBφFHJIOPQS Ambr. Harl. Fran. et omnes fere codd. et edd. Horatii. conf. arg. in C: Ad *Mallium* Torquatum, quem inuitat ad coenam, scribit hanc Epist., ad quem etiam illam oden: *Diffugere niues* — etc. Codd. Acr. ad IV, 7 habent praenomen Ad *Manlium* Torq., cod. R Porph. Ad Torquatum.

13) suum γb. rell. om. Horatius γb. rell. om. 14) Al. ad ma*ll*ium — *niues* etc. γb. rell. om. 16) arch*iac*is γb, ut omn. fere codd. Horatii. arch*ai*cis vcafhC et Q, qui in Porph. habet arch*i*acis. Ex cod. Tonsano 7, qui *archanis* habet, Cruquius (ad u. 31 et E. I. 1, 18) fecit *arcanis,* in 'COMMENTATORE' tamen scholion proponens: '*archaicis. Archaici* lecti erant breues, et humiles, ab *Archaico* sic dicti, qui non magnae staturae fuisse dicitur *uilium lectorum faber.*' Arch*ai*cis lectio ex nonnullis codd. in multas uett. edd. Horatii atque post Scholiastarum transiit, nacta patrocinium etiam quorundam uirorum doct. ut Brod. Misc. 2, 19, Luisin. Parerg. 3, 1 et ipsius Nannii (Misc. IV, 18. in Grut. Lamp. I. p. 1285). — Archiaci lecti γ. Arch*iachi* lecti b. ab archia*co* γ. archi*nacho* b. rell. Arc*haico* (*archaico*) vcafhC. scripsi A*rchia*, quam lectionem ueram esse et sequens Acr. scholion testatur et Porphyrion. 17) fuisse γb. rell. *esse.* Arch*ia* faber γ. Arch*ia* fab*is* (sic) b. Arch*ia,* nominatiuus falsus, ortus est ex praecedenti ablatiuo *ab Archia,* quem scribae illic mutarunt atque huc transtulisse uidentur. Archias — lectorum om. vcafhQ. conf. C. fab. *lignarius* uoluit C. Hermann. 19) Pro — currunt γb. conf. C: qualecunque, ut dicere solemus nos etc. rell. om. omne me b. me omne γ. Id*em* γ. i. b. sic et C. 21) hoc — autumnale γb. rell. om. *uel* hib. γ. uel. om. b. conf. C: i. qualecunque, aesti uum, autumnale hibernum. om. b.

3. *Supremo te sole.* (Aliter) Hoc est: cum est altissimus medio die, ut (C. I, 21, 3: *Ioui.* 32, 13: *Iouis.*): *supreme Iuppiter.* et alibi (S. II, 8, 2. 3.): *Nam mihi quaerenti conuiuam dictus ere illic De medio potare die.*

4. *Vina bibes iterum Tauro diffusa.* Vina calcata bibes secundo consulatu TAVRI illius, qui dicitur Amphitheatrum condidisse.

4. 5. *palustres Inter Menturnas.* Quia palus est grandis iuxta Menturnas, ubi etiam Marius latuit.

6. *uel imperium fer.* Quare hoc? Antea *pascentes reges* adpellabantur. Inde qui senatui caenam post triumphum dabant, in Capitolio consulem uel dictatorem rogabant, ne ad caenam uenirent, — se illis, quod ederent [domum] missuros, ne illos, non reges, domum deduci a senatu, illis praesentibus, necesse esset.

7. *et tibi munda supellex.* In honorem tuum, ut (G. II, 5. 6): *tibi pampineo grauidus autumno Floret ager.*

8. *Mitte leuis spes.* Rerum humanarum, hoc est, cogitationes fallaces. *certamina diuitiarum.* Noli curare de diuitiis, quibus certamus anteire ditiores.

9. *Et Moschi causam.* MOSCHVS hic accusabatur ueneficii. Exstat oratio admirabilis. ALITER: *Moschus* quidam fuit, cuius causa diu dicebatur. M*oschus* hic Pergamenus fuit, rhetor notissimus, [qui] reus uene-

1) Ał. γ. Hoc — die γb. rell. om. conf. C: *sup. t. sole.* occidente ad uesperam. aliâs supremo. id est, altissimo et medio, ut. 2) ut *supreme* iupiter γ. ut *pro summe* iu*pp*iter b. ut pro supreme Iupiter C. 3) her*i* γb. 4) Vina — condidisse γb. rell. om. *calcata.* conf. Cato. R. R. 112. Ouid. M. II, 29. musta Plin. XVIII, 32. *diffusa.* expressa C. 6) menturnas γ. in lem., m*i*nturnas in scholio. ment. Ambr. et A ad Acr. C. III, 17, 8. supra p. 331. *Quia* palus est gr*andis.* iuxta mint. γb. rell. om. *Quia et grandis.* conf. C: 'Minturnae dicuntur palustres, *ab ingenti palude* iuxta — latuit. 8) Hoc schol. in vcfh tam uitiatum atque corruptum ('Vel imperium fer *dicitur*, hoc an*te* poscentes r. app. Inde q. s. cen. p. *prandium* — *domum* miss., ne illos, *ut* reges d. d. illis (om. a senatu) *de* praes. n. esset') iam Ascensius olim corrigere conatus est, qui p*a*scentes reges pro *poscentes reges* ponebat et illis *dep̄can*tibus inducebat pro *illis de praesen*tibus, et nuper Dillenburger et Ritter, quem scimus codicem Barc. ante oculos habuisse, ope uet. Commentatoris C, cuius expositionem ad. h. l. ex uetusto fonte manasse apparet, perdifficile scholion emendare et constituere temptauerunt. — Quare hoc γb,C. rell. *dicitur* hoc. *quia* antea C. quia om. γb. p*a*scentes γ,C. *sup*pascentes b. *u*nde C. rell. *i*nde. 9) *triumphum* γb,C(Q). rell. *prandium.* — capitoliũ b. 10) ueni*ret* C. — quo*d d*ede*r*ant γb. rell. quod ede*r*ent. domum om. γb. ne illos *non* (nō b) reges γb. recte: *quasi* non reges. conf. C: non *ut* reges. Ritterus: *Vnde et* non reges. 11) a senatu γb,C. rell. om. 12) illis praesentibus γb,C(Q). 13) In — g. a. r. a. (sic). conf. Probi Inst. I, 15, 3. γb. conf. C: *et tibi.* in hon. tuum. rell. om. 15) Rerum — fallaces γb,C. rell. om. — leuis γ. leues b. 16) Noli — ditiores γb. de om. b. anteire *pro* diciores b. conf. C, qui om. Noli c. d. d. rell. om. 18) Moschi c. Mos*cus* γ. Moschi c. Moschus b. et uice uersa infra moschus γ. mos*cus* b. — uene*ni* γ. ueni b. posui uen*eficii.* conf. Tacit. A. XII, 66: ueneficii *damnari.* uide infra *ueneficii reus.* conf. Plin. E. VII, 6. Moschus admirabilis γb. rell. om. 19) ał. γb. Mosc. — dicebatur γb. rell. om. 20) pergamen*as* γb. forma neque Latina neque Graeca. Nam Pergamen*us* scriptoribus pedestribus usitatius adiectiuum est: Liu. XXXVII, 21. Nep. Hann. 11. Cic. Flacc.

ficii [fuit], cuius causam tunc oratores egerunt Torquatus hic, de quo nunc dicit, cuius exstat oratio, et Asinius Pollio. *causam.* Susceptam; nam patronus fuit causarum Torquatus. || Hic Torquatus causam uult agi Moschi rhetoris Graeci. Egit: exstat oratio. || — causam *ueneficii* M. rh. G. egit — C. Hermann.

cras. Inter *cras* et *crastino* hoc interest: *cras* nihil significat nisi diem proximum; *crastinus dies* et superiore et praeterito anno fuit et erit sequentibus.

Caesare festus. Natalis Diui Augusti. VIIII. Kal. Octobris (uel Kal. Iulii).

10. *ueniam.* Requiem.

11. *Aestiuam.* Quasi aestiuam, id est, breuem.

benigno. Familiari.

tendere noctem. Quae ante diem uentura est.

12. *Quo mihi fortunam, si n. conc. uti?* Id est: Ad quid mihi dederunt dii fortunam, si non permittitur uti illa?

13. *Parcus.* Scilicet homo. *haeredis.* Id est, filii.

30, Pergameus poetis: Verg. III, 110 etc. Propert. IV, I, 51. Martial. IX, 17, 2, ut Graecis Περγαμενὸς (Strab.) et Περγάμιος (Hom.), substantiuum uero Lat. Perga*mum* (nominatiuus Plin. V, 30), Πέργαμος (Xenoph. Lucian. Herodian. Polyb.) et Τὸ Πέργαμον, siue sit arx Troiana, ut Sophoc. Eurip. et Herodot. (ἡ Πέργαμος Hom.), etiam τὰ Πέργαμα Eur. Iph. Aul. 552 et ap. Platonem, ut Pergam*a* apud. Lat. poetas, siue urbs. fuit om. b. — qui fhQ. om. γb. *uel* reus vca *fuit* iteratum omn. libri.

1) eger*unt* γ. (Porph.) *aegerrime* v. rell. eger*e*. Q ex Porph. addidit. *Torq. et As. Pollio.* Post h. u. pergunt vcafh: Nam Torquatus patronus fuit causarum. Torquatus — Torquatus γb. conf. Porph. 2) suscep*ti* (conf. C) γ. suscep*ta* c. posui suscep*tam*. nam patr. f. c. Torq. γb. C: '*Moschi caus.* Moschus nomen est rhetoris Graeci, qui accusatus fuit *suscepti* ueneficii, cuius causam Torquatus agebat. fuit enim Torquatus causarum patronus.' 3) Hic — oratio γb. rell. om. rethoris greci γb. *e*statat. b. exstat γ. 6) Inter cras — sequentibus γb. rell. om. 9) Natalis — octobris (octbr. ł kł iulii b). γb. rell. om. conf. C: 'natalis *dies* Augusti *fuit* 9. kal. Octob. 11) Requiem γ. rell. om. 12) quasi — breuem γb. breuem C. rell. om. 13) Familiari γb,C. 14) Quae — uentur*um* est γb. rell. om. 15) Qu*o* mihi fortun*am*, pure EBφ (non, ut Pottier refert, P, qui habet fortu*na* cum glossa: da*tur*) Ambr., fortun////a//// cum rasura Graeu. Regin. et Par. A. recte, ut Ouid. A. II, 19, 7: *Quo mihi fortunam, quae numquam fallere curet?* Pluralis fortun*as*, quem perperam notauit Valart. ex Sorb., qui pure habet fortun*a*, ortus ex glossa nonnullorum codd. (Bern. D) *diuitiae* et ex lit. initiali particulae sequentis, post Muretum (Opp. II. p. 962.), quem tot uiri docti secuti sunt (conf. S. Obbar. p. 243.) non tutus est, quamquam Ciceroni (ad Diu. IV, 7. ad Brut. 18. Verr. I, 44. Dom. 10. Rosc. Am. 3 etc.) et Liuio (IV, 48. XXVIII, 22.) usitatior hoc sensu, quam singularis. Frequentior tamen est lectio Qu*o* — fortun*a*, quia facilior intellectu erat scribis ellipticam dicendi rationem certe non adgnoscentibus, simulque tamen metrum neglegentibus. Hinc atque ex glossa (Jk Genou.) fortuna *est* = fortun*a* ē profecta est lectio fortun*ae* in codd. rarissima. Caeterum γ, ut pauci recc. codd., habet Qu*od* — fortun*a*, alii, ut Bern. C, Qu*id* — fortu*na*, ut alios hic mittam atque eos, quos S. Obbarius. ex literis meis ad eum datis iam tradidit. i. *ut* qu*od* γ. i. ut qd = qu*i*d bBφ. Posui *ad quid.* 16) perm*i*tt*a*tur *illa uti* b. Id — uti. rell. om. conf. C: '*quo.* ad quid prodest.' Fran. habet: Quid prodest mihi fortuna. si non utar illa. 17) s. homo γb. rell. om. *heredis* i. filii γb (om. i.).

14. *potare et sp. fl.* Causa laetitiae.

15. *inconsultus.* Stultus. (Subicit, cur uelit inconsultus haberi.)

16. *dissignat.* Aperit, uel confundit. *operta.* Secreta.

recludit. Aperit.

17. *ratas.* Firmas.

18. *onus.* Curarum.

19. *Fecundi calices q. n. f. disertum?* Docet, fastose [fatue] loqui ebrium [et], uino exhilaratum. *disertum.* Eloquentem.

20. *Contracta.* Angusta. *quem.* Hominem. *solutum.* Scilicet fecerunt.

21. *Haec ego.* Scilicet quae ad conuiuium pertinent.

imperor. Pro *impero.* Finxit ex Graeco κελεύομαι, ut in Arte poetica (u. 56): *inuideor,* φθονοῦμαι: per inuidiam me insectatur.

21. 22. *non Inuitus.* (Sed) uoluntarius. *toral.* Mappae maiores.

23. *Conruget nares.* Id est, foetore contrahat, moueat fastidium. Nam quoties horret (olet?) aliquid, nares contractae rugam faciunt.

cantharus. Significat, se habere uasa argentea et discum argenteum, ubi imaginem suam quasi in speculo cernere possit.

1) Causa letitiae γb (l*ae*ticiae). 2) Stultus γ et b, qui addidit: subic̄ — haberi. 3) *Dis*signat γb, ut ABφ (1 m. mut. *e* in *i*) EHJP St. Germ. Bernn. AC Fran. Regin. (1 m.) Harl., qui, ut Bφ, in marg. habet: DISSIGNAT. Aperit uel conf. γb. aperit Bφ. *designat* facit C. describit uirtutem uini φ in marg. rell. om. Secreta γbBφ,C. rell. om. 4) Aperit γb et C, qui addit: palam facit. 5) Firmas γb. conf. C: certas et *firmas,* quia etc. rell. om. 6) Curarum γb,C. rell. om. 7) F*ae*cundi γ, non f*a*cundi, ut Pottier refert. conf. Harl. 2724 (saec. XII) foecundi. F*an*cundi Par. A. — Falsum lemma *addocet* (*ac* docet cafh) *artes* posuerunt vcafhCQ. — *fatu*ose γb Dillenburger Q. fatuo se v. fatue se cafh. fastuose C. Mirum hercle, uiros doctos h. l. potuisse et proponere et recipere uocabula neque sanum sensum praebentia neque etiam Latina. Hoc non magis de *fastuose* in C quam de *fatuose* apud Q ualet. Scribendum est *fastose,* et quidem simili acceptione, qua Plin. IX, 35 Cleopatram *superbo et procaci fastu* adparatum Antonii obtrectantem dicit. *Fastosus* adiectiuum de uiro adhibet Petronius 113. *Quid est, fastose,* de moecha Martial. X, 13, 7. F. F. Franke uoluit *facunde,* Fr. Vogelleimius *fabulose,* et E. Schnabelius *fastidiose.* et om. γb,vca. 8) Eloquentem γb. rell. om. 9) Angusta γb,C. rell. om. Hominem γb. rell. om. S. fecerunt γb. rell. om. 10) S. quae — pertinent γb. rell. om. 11) Pro impero γ. rell. om. finxit et (ex b,C) γ. Finxit — insectatur (sectatur b) γb. conf. C: 'finx. ex Gr. Κυριεύομαι, *sicut* in A. po. inuideor.' ΘΟΝΟΥΜαι γb. φθονοῦμαι C. rell. om. 13) s. uoluntarius γ. s; = set uol. b. C: uoluntarius. Mappae maiores γ. scilicet ma. ma. b. rell. om. 14) i. fetore contr. γ. faetore contr. b. rell. om. 15) aliqu*id* γ,vca. ali*os* b. aliqu*is* fhQ. conf. C: '*corruget nareis.* moueat fastidium; nam quoties ali*quid nos offendit in odore,* nares contractae rugam faciunt.' Recte quidem dicitur aut: *horreo aliquid,* ut Cic. T. V, 30. Dom. 55. Caes. B. G. I, 32. Ouid. P. I, 3, 16, *aut horret me aliquid,* ut Colum. I, 4. Ouid. R. 664. F. I, 495; sed non de horrore sermo est, sed de foetore i. e. odore (Sueton. Cal. 27. Sall. Iug. 44. Cat. 55. Catull. LXXI, 6). Quam ob rem legendum est *olet* pro *horret* s. *orret.* conf. Hor. E. I, 10, 19. C. I, 17, 7. S. I, 2, 30. infra u. 29. Ouid. M. V, 405. Plaut. Most. I, 3, 121. Cic. Orat. II, 61. Varr. R. R. III, 16, 6. — rucam γ. 16) *Cantharus.* Signif. — possit γ. ex b non notaui. conf. C: '*cantharus.* sign. — uasa *nitida, in quibus* suam im. *quis* quasi in sp. po. cernere. *lanx.* discus.' Hoc schol. habent vcafh: 'Sign. — argentea, *in quibus* su. imag. quasi in sp. po. cernere.' Totum schol. negl. om. Q.

24. *Ostendat tibi te.* Nitore suo, uel ut speculum.

25. *eliminet.* Id est, extra limen eiciat, foras limen efferat.

ut coeat par. Hoc procurabo, ut ueniens inuenias *parem*, id est, puerum aut puellam tibi conuenientem.

26. *Butram tibi Septitiumque.* (Scilicet) nomina conuiuarum Torquati, uel [ut Quidam Brutam et Septimium puerum] nomina puellae et pueri.

28. *pluribus umbris.* Aut a loco de Umbria, aut certe, quia umbrae, ut puto, dicuntur, quos secum ducunt, qui rogantur ad prandium.

29. *Sed nimis arta premunt.* Ait, arte discumbentium molestum esse odorem alarum eorum, qui hirci dicuntur. [Ait, arte quadam molestum sibi ordinem discumbentium propter libidinem, aut ut solus cum paucis ueniret.]

30. *Tu quotus esse uelis.* Id est: cum quot comitibus ad caenam meam uenias.

31. *falle clientem.* Monet illum, ut silentio ueniat (?) fallens (clientem?) ostiarium, (et?) ut, dum ille sperauerit, eum transiturum per portam, exeat per posticum.

1) Nitore — speculum γb. rell. om. 2) Id est — efferat γ (efferat γ) v (a*t* foras) cafhQ. cf. C: '*foras eliminet.* foras et extra limen domus efferat'. Verba *foras* li. eff. om. b. 3) Lemma om. vcafhQ, qui pergunt: *quia* hoc (h*uc* fh) — inuenias (inueni*at* Q) aut puellam aut puerum tibi conu. — parem γ. par*tem* b. — id est — conuenientem γb. rell. om. 5) *Butram* tibi Septi*ti*umque γ. BVTRA nomen puellae confirmatur inscriptione ap. Gruter. 1071. 4. 1521. 4. et uetustiss. et recc. codicibus Ambr. Fran. Barc. Regin. M[1]. et Harll. βγϑι (B utra M[2]) Bernn. BCG et Parr. E. A. Bφ (uterque cum glossa: pro non — nomine? — puellae) Sorb. etc. conf. Fea, S. Obbar. et Orell. *Brutam* vcQ, ut nonnulli recc. codd., inter quos Bern. D cum glossa: assume seruum. Brut*um* a bis, fh in lem., Brut*um* in scholio. *Brutum* in perpaucis codd., in permultis uett. edd. — SEPTITIVM γ Regin. et pauci recc. codd., ut Harl. k (2734 saec. XV) recepi ideo, quod huius nominis eques Romanus ap. Cic. Verr. Accus. III, 14, 36 et Plin. E. II, 9. Plurimi uett. codd. et vcQ habent Septicium recentiores Septi*m*ium (etiam M 1 et 2, Bern. B. Parr. ϑx R et O cum corr. Sulpic.) et Septi*n*ium. Septi*m*ium cafh. s. = scil. b. om. γ. cf. C: '*Butram* (supra in altero lem. bis *Bru*tam) *Sulpic.* conuiuarum *sunt* nomina'. 6) nomina — pueri γb, om. ut — puerum. vcafhQ: nomina conu. Torq. uel ut (ue*lut* va) q. *Brut*am (Bru*tum* a) Septi*m*ium (Septic. vQ) puerum. conf. C: '*Brutam.* puellam, uel ut alii, *Butr*am Sulpic. etc. ut supra. 7) Aut — prandium γb. rell. om. certe b. cert*ae* γ. Notabile schol. in Bφ: i. locus umbrosus. conf. C: umbrae dicuntur asseclae etc. 9) *Ait* arte γ. *arte* b. 10) irci b. *arta.* stricta Bφ. Inepta confusione aduerbii *arte* — cum nomine *ars* — *arte quadam* (quidem Hirschf.) — scholion uncis inclusum *Ait — ueniret* ex vcafh inconsiderate a Pragensi Editore propagatum est. arcta cafh. om. v in lemm. discomb. v. cf. C: '*sed n. arta.* manet aut ut solus, aut ut cum paucis ueniat.' 13) cum quo*tis* (comi*tt*ibus v) vca. 15) Monet — posticum (po*r*ticum b) γb. rell. om. uerba *silentio* — *ut.* Iterata particula *ut* editorem Venetum fefellit, et cafhQ inopia bonorum librorum secuti sunt. Ad u. *postico* B, non item φ, in margine a 1 m. habet: 'POSTIC*VM* et POSTI*CA* et POSTIC*IV*M.' Posti*cum* Vitruu. II, 1. III, 1. Suet. Claud. 18. Plaut. Most. III, 3, 27. posti*ca* Apul. M. IX, p. 217. Elmenh. Posti*cium* ignotum; scribere debebat POSTI*CVLVM.* conf. Plaut. Trin. I, 2, 157. VI, 3, 78. (posticlum?). *clientem.* i. puerum ostiarium (*h*ost. B) Bφ.

PORPHYRION.

Torquatum inuitat ad conuiuium.

1. *Si potes Archiacis conu. rec. lectis.* ARCHIAS breues lectos fecit, unde *Archiaci* dicti, sicut a *Boeto* (Boeo*tis?*) *Boetoos* (Boeot*icos?*) dicimus.

2. *Nec modica caenare times olus.* Dum dicit *modica* et *times*, breuitatem caenae ostendit.

3. *Supremo te sole domi. Supremo.* Summo, id est, hora sexta. Verum quod ait: 4. *Tauro iterum diffusa*, ostendit, Tauro iterum consule lecta.

5. *Sinuessanumque Petrinum. Petrinus* uicus olim et locus in agro Falerno. Ex quo intellegitur, ad Falernum uinum Torquatum inuitari.

9. *Et Moschi causam c. n.* MOSCHVS hic, Pergamenus [fuit], rhetor notissimus, reus ueneficii fuit, cuius causam ex primis tunc oratores ege-

†) In supplementum addo nonnulla subterlapsa scholia ex γ et b. u. 1. *recumbere.* Cumbere b. om. γ. u. 2. *holus.* Prandium γb. u. 3. *Supremo de sole.* Occidente ad nesper*um* (uesper*am* b,c) γb,C. In Cic. est *ad uesperum* Fin. III, 2, *ad uesperam* Catil. II, 4. *manebo. expe*ctabo γb,C. u. 4. *Tauro.* s. consule γb. *diffusa.* Nata, expressa γb. expressa C. u. 5. *Sinuessanumque.* Mons Sinuessae (sinuesse b) *i*mminens uel ager uicinus Sinuessanae ciuitati γb. conf. C: '*Sinuess. Petrinum. Petrinus* mons est, Sinuessanae ciuitati imminens, uel ager Sinuessae uicinus. u. 6. *arcesse.* Inuita me γb. conf. C: supp. ad me. *imperium fer.* Aut (*uel* b) patere me esse regem conuiuii, si nihil attuleris, uel: ad me ueni, sine tibi hoc a me imperari γ (bis si*ne*) b. conf. C: 'uel alias, patere — conuiuii, hoc est, uel accerse ad te me, uel sine me regem tibi imperare. u. 26. *Sabinum.* Etiam hunc b. om. γ. u. 28. *adsumam.* S. ad caenam γ. s. adducam b. u. 30. *rebus omissis.* Causis agendis. Qui (quia?) *reth*or erat et causas agebat, monet, ut si aliter a causis agendis exire non praeualeret *omissis rebus* non palam per portam set clam per post*ica* exiret et ita adueniret b. om. γ. u. 31. *seruantem.* Custodientem γb.

PORPH. MA2 inscriptione carent. RBφ: AD TORQVATVM. *arch*i*a*cis MR2,a. *A*rchiacis v. fh habent: *Si potes*, in scholio autem Arch*y*as et *unde* Archi*acos.* Archiac*us* a. conf. Acr. Graeu. habet: '*Archiaci lecti* i. breues, ab artifice Archia, qui breues lectos studuit facere, et per hoc breuem domum intellege.'

5) *u*nde M2,vafh. *I*nde R,Q. 6) dicti MR(Q). rell. om. -- uerba *sicut* — *dicimus* in omnibus libris leguntur, uerum in singulis ita conparata sunt, ut neque intellegi neque probari possint: a boeto ob boeotos (sic) MG. dicti *sunt* ab oeto oboetos R. a b*e*to betos 2. a Boet*oo.* Boet*oos* v. a Boeto Boet*ios* a. a Boëto Boïtoos fh. 'a Boe*tho* Boeth*icos* (?).' Q. Ego proposui: a Boeo*tis* (Mela II, 3, pro Boeot*ia* Mela II, 7. Plin. IV, 7. Liu. XXVII, 30.) Boeo*ticos* (Plin. XVIII 7. XIX, 5. conf. ap. Xen. Βοιωτὶς et Βοιωτικός. Proprior quidem interpreti erat conparatio cum Serm. II, 7, 95: Paus*iaca* — Paus*ias.* 7) cenare in lem., caenae (a expu.) M. *h*olus M, ut omn. fere uett. codd. magis minusue constanter S. I, 1, 74. 6, 112. II, 2, 117. 7, 30. E. I, 17, 19. II, 2, 168. 9) Supr*ae*mo quod *a*d*i*t (sic) v. Summo — diffusa om. fh, qui habent lemma: *Tauro diffusa.* 11) Sinuesan. v. — uicus MRA2G(Q),va. conf. Suringar. p. 22. *unicus* fh error operarum temere propagatus a Braunh., qui induxit inuitar*i*, quod habet Auct. p. 692, pro uulg. lect. inuitare (i*m*itare v). *Ph*alernum vafh Braunh. — uinum om. vafh. 12) Ex om. vafh. 13) Hic Pergamenus, om. Moschus, afh. Pergamen*o*s M (Περγαμηνός). pergamen*as* G. conf. Acr., cuius schol. fere idem est. fuit om. M,fh. 14) uenefic*i* v. rell. uenefic*ii*. *ex*prim*i* MR. rell. ex pri*mis*. -- cuius caussam exprim*it*. H*anc oratores* egerunt Auct. l. l. fuit om. Auct. l. l. eger*unt* omn. libr*i*. conf. Acr.

runt Torquatus hic, de quo nunc dicit, cuius exstat oratio, et Asinius Pollio.

9. 10. 11. *cras nato Caesare festus Dat u. s. d. inp. lic. Aestiuam — noctem.* Diui Caesaris natalem significat. Id esse, (Idem?) ipse probat dicens (u. 11) *aestiuam noctem,* quia illi Idibus Iuliis celebrabatur.

16. *Quid non ebrietas designat?* [dissignat?] aperit.

21. *idoneus imperor. Imperor,* sicut *iudicor* dixit.

22. 23. *ne sordida mappa Conruget nares nec non et cant. Conruget.* Contrahat, per quod non tantum sordidam sed et olentem mappam significat; deinde luxuriose splendidum argentum significat, quasi speculo ostendere (ostenderet) se ipsum conuiuae, id est, imaginem suam.

29. *Sed nimis arta premunt.* Ait, arte discumbentium molestum esse odorem alarum eorum, qui hirci dicuntur.

30. *postico falle clientem.* Monet, ut silentio ueniat (exeat?).

1) de quo — oratio om. fh. de quo nunc *poeta* dicit H. Meyer. in oratorum Rom. fragmm. ed. Dübner. Paris 1837. p. 331. cuius exstat oratio om. va. ex*s*tat MRA2 Auct. nunc om. 2. et om 2. 2) po*l*io M. conf. Lachmann. ad Lucr. p. 33. conf. C. II, 1. S. I, 10, 85. 3) Amplificaui lemma *Dat — licebit* in MRva (Dat. ue.). fh habent: *Nato Caesare festus.* 4) *Id esse* libri. 5) ill*i* MR. rell. ill*e*. Seruauerim datiuum auctoritate codicum et explicatione *in gratiam, in honorem.* conf. Acr. ad u. 7. — iu*lii* R. cele*brabatur* M (teste etiam Halmio. negl. Q), va. rell. cele*bra*tur. conf. Acr. 6) *de*signat omnes libri Porphyrionis. conf. Acr. R post lemma iterauit *designat,* ita ut glossam sapiat. Contra M: *Quid non ebr. designat.* Dissignat, aperit. Verum quidem est, *designare* uerbum esse ab optimis scriptoribus sollemniter usitatum, tamen uero non dixerim cum S. Obbario p. 244: '*dissignare* ne latinum quidem est', cum de pluribus locis, et quidem non solum Symmachi E. X, 2 et Arnobii I p. 48 (39) ed. Herald., adhuc sub iudice lis sit. Suspectum duci potest, atque ortum ex de*ss*ignare (φ) cuiquam uidebitur, sed circumspectius et cautius in eiusmodi scripturis agendum esse, iam supra (S. II, 1, 79) suasit *diffindere* (*diffingere.* conf. C. I, 35, 39), ut de aliis id genus, ut *di*mouere et *demouere* C. I, 1, 13 S. I, 1, 39, hic taceam. *dissignat* om. vafh. conf. inscr. et codd. ad E. I, 7, 6: *Dissignatorem.* 7) alt. *Imperor* MRA(Q). om. vafh. — di*x*it omn. libri. dicit inculc. Q. 8) co*rr*ug. nar*is* M (corruet. 1 m. add. g) R,vafhQ. 9) et M(Q). rell. om. 10) deinde — significat om. R propter iteratum uerbum *significat.* — ostende*ret* fh. 12) arcta vafh, ut ad Acr. 13) odore malarum M. 14) *ueniat* omn. libri. exspectamus *exeat.* conf. Acron.

EPISTVLA I, 6.

ACRON.

Nil admirari. In hac epistula docet, uicturum feliciter eum, qui infra admirationem omnia habiturus sit. Ut enim omnem sollicitudinem ex cupiditatibus nasci non dubium est, ita beatam uitam in contemptu deliciarum (diuitiarum) constitutam esse ait.

1. *prope res est una.* Unica et praecipua, ut (*Verg.* A. V, 704, 705): *unum Tritonia Pallas Quem docuit.*

6. *Quid maris.* Munera.

7. *Ludicra.* Inania.

dona Quiritis. [Id est,] Populi dona. Qui scilicet non iudicio fauent sed studio. *Quiritis* autem, quia, ut *Maro* (G. II, 508—510): *hunc plausus hiantem Per cuneos geminatus enim plebisque patrumque Corripuit* etc.

8. [*Quo spectanda modo.* Quo scilicet iudicio utrobique in spe consequendi, ex quibus aut gratia, aut odium contingit]. *quo sensu credis et ore?* Sensus: in quantum ista contempnenda sunt, si inueniri possunt, qui caelum ipsum non mirentur?

14. *torpet.* Hoc est, stupore (torpore) haeret et deficit.

ACRON. AD NVMI*C*IVM γ,vafh in Hor., ut Ambr. AD NVMI*T*IV̄ Barc. Bern. B. Parr. FOQJ (rubr. NVMIVM, sed atra 1 m. suprascr. CI) Sorb. et Fran. qui add. num. VI. NVMIC*VM* EBφ. Graeu. Bern. C. Neque MINVTIVM uel MINVCIVM neque MVNATIVM aut NVMACIVM in codicibus offendi, neque additamenta *de cupiditate* aut *de admiratione.* Nil admirari γ,vcafhQ. b addit: 'al. nil admirar*is.* decet prope.' Alii codd., ut M Porph., plene scribunt *Nihil,* alii, ut Par. A *Nich*il, alii, ut uet. Laur. Harl. (St. Iac. saec. XII) Bernn. AC. etc., *amm*irari, unus etiam Par. I admira*re.*

6) uict*o*rem γb. rell. uict*urum.* in*t*ra admir*a*tionem γb. scripsi uel potius scribere conatus sum *infra* adm. pro *sine admiratione,* simplice satisque bona lect. uulg. destituta tamen auctoritate codicum. *omnia sine adm.* Q contra fidem librorum transposuit. 8) beatam uitam γb,C. rell. beatitudinem. 9) deliciarum γb. rell. diuitiarum. eadem confusio uerborum iam supra. cf. C. IV, 8, 9. *deliciarum* h. l. recte. lege enim u. 29—31. cf. Cic. Rabir. 10. 10) Unica q. d. γ. Ambr., C. rell. om. 12) Munera γ. rell. om. conf. C: munera ἀπὸ κοινοῦ etc. 13) Inania γ. rell. om. cf. C: ludos inaneis. — Id est om. γ. Dona populi Romani, sceptra, dignitates C. 14) Qui — studio γ. rell. om. 15) Qui*ris autem* — *cuneos* γ. rell. om. 17) Quo — contingit v (Qu*ae* scilicet va) afh. Ex C cum Dillenburgero Q: Quo sc. iudicio. u. 10. *utrobique. Et in timore amittendi* et in spe — contingit. conf. C: '*Quo sp. modo.* Quo iudicio, quo studio, qua spe. — *pauor ut rob. mol.* et in timore amittendi e. in spe conseq. ex q. aut *dolor aut gaudium* contingit.' Totum schol. om. γ. 19) Sensus — mirentur γ. rell. om. 21) *Hoc* est γb,va. rell. *Id* est. torpore b. rell. stupore. heret et de*ficit* b. haeret et de*fuit* γ. i. hebet. hoc est stupore *heb*et et deficit va. id est, stu. *hebet* et deficit fh. i. e. hebet h. e. stu. *haeret* et def. CQ.

16. *Ultra quam satis est.* Ut (*Terent.* And. I, 1, 34): *ne quid nimis.*

si petat ipsam. Mire *ipsam,* cum alioquin petenda sit.

17. *aeraque et artes.* Quoniam ueteres artes meliores (, id est,?) artifices (Quoniam ueteres mel. artif. Hirschfelder.).

18. *Suspice.* Cum admiratione adspice.

20. *Nauus.* Industris (industrius), cui contrarium *ignauus. tectum.* Hospitium.

21. *Ne plus frumenti.* Hoc est: ne ditiorem inueniat inperitus uxorem·

22. *indignum.* Inperitum, et quod sit indignus non solum Mutus, uerum etiam ignobilis.

23. *Hic tibi sit potius.* Per ironiam hoc dicit, cum sit contrarium. Confirmatiue.

mirabilis. Hoc est: tu stupe diuitias eius, qui tuam uirtutem mirari deberes (l. deberet).

24. *in apricum.* In apertum, in lumen, in solem.

proferat aetas. [Si ita, inquit, contempnimus uirtutem.] Sensus [est]: Ut inueniuntur diuitiae, ita et pereunt. Virtus sola perpetua est.

25. *Defodiet.* Pro infodiet.

nitentia. Quomodo appareat. *notum.* Nobilem.

26. *Porticus Agrippae.* In Agrippae enim porticu et Appia uia maxime conspicui uidebantur. In his ergo conspicuo ait ad mortem eundum esse, quo peruenerunt etiam Romani reges. *Porticus Agrippae.* Mire, quoniam in his locis frequens nobilium deambulatio est.

29. *uis recte uiuere?* Interrogatiue.

quis non? Confirmatiue.

[31. *Hoc age deliciis.* Si, inquit, contempnis uirtutem, ut non summum

1) Ut neq. nim. γ. rell. om. conf. C: *hinc illud* est neq. nimis. 3) Quoniam uet. art. mel. art. γ. rell. om. conf. C: '*marmor uetus.* uet. era meliora sunt nouis.' 5) Cum adm. ads. γφB,C (*a*spice BφC). 6) *Na*uus uetustissimi codd. ut E. I, 18, 90: *na*uumque et E. I, 1, 24: *na*uiter. Nostro loco *Nauus* γ (man. rec. adscr. lit. g) E (Nauus rubr. g atr.). pure ABφ (glossa: sciens) Barc. Ambr. Fran. *na*uumque habet etiam uet. Harl. *na*uiter Laur. etc. (*g*nauiter h. l. Barc.).. Indust*ris* γ Ambr. Quaeritur, num hic positiuus probetur conparatiuo indust*rior* Plaut. Most. I, 2, 71. conf. Cato ap. Prisc. 3. Industris — ignauus γ. rell. om. conf. C: indust*rius*, c. c. est ignauus. 9) Inperi*tus* γ. conf. C: '*Indignum.* absolute positum est. alias indig*nus.* Et sic habent omnino pauci uett. codd. (conf. S. Obbar. p. 275), inter quos Par. A: indignū̊. 1 m. po. s. 11) Per yroniam hec d. c. s. contrarium γ. rell. om. conf. C: — per ironiam hoc dicit, quia contrarium sit uerum. glossa in γ: per yroniam confirmatiue. 13) Hoc est — deberes γ. rell. om. 15) In ap. — solem γ. conf. C: in apertum. rell. om. 16) Si — uirtutem om. γ,C. — est om. γ. 18) Pro inf. γ,C. rell. om. 19) Qu. appar. γ. rell. om. — Nobilem γ,C. rell. om. 20) In Agr. — reges γ. rell. om. — Mire — est γ. rell. om. conf. C: 'ubi causae agebantur. 21) eundem γ. 24) Interrog. γ. rell. om. 25) Confirmatiue γ. rell. om. conf. C: ἐρώτημα. 26) Si — transmarina om. γ. leguntur et in vcafhCQ atque etiam in Bφ.

bonum eam sed uerba existimes, et si religionem spernis, ut lucos sacros nihil aliud quam ligna putes, relinque haec, et uide, ne quis negotiator suo nauigio ante occupet agrum, (port*um* C. port*us* Hor.) et uide, ne perdas negotia, quae exercere potes in Bithynia et Cibyratica, quae sunt apta negotiatoribus loca; sunt enim transmarina.]

uirtutem u. p. Sensus [est]: Si uis carere uitiis, fuge inlecebras, sequere uirtutem. *uerba putas.* Sed (Si?) tu contempneris (l. contempnens) uirtutem ais, inania uerba esse philosophiam, ut sacrilegi dicunt, lucum ligna esse; sed uidetur de his dicere, qui laudant philosophiam nec sequuntur.

32. *occupet alter.* Scilicet negotiator. Per ironiam ad pecuniam hortatur, ut magis facientes incuset.

33. *Bithyna.* in Ponto est.

34. *Mille talenta rotund.* Notandum *rotundentur,* id est, conpleantur. Omne enim, quod rotundum est, ab omni parte perfectum est.

35. *quadret aceruum.* Quadruplum facit.

36. *Scilicet uxorem.* Per ironiam, quoniam hoc putant, qui nolunt philosophari.

37. *regina pecunia.* Unde et diuitiis reges.

38. *decorat.* Decorem reddit.

Suadela Ven. Dea suasionis uel suadendi. Ordo: et Suadela Venus.

39. *Mancipiis locuples eget aeris Cappad. rex. Cappadoces* abundant mancipiis, (sed) dicuntur *egere* pecunia. Ostendit, multis opus esse, ut quis diues uideatur. Sensus est: Nolo ergo sis talis, qualis Cappadocum rex, qui una re abundat, eget caeteris; sed philosophiam sequere, cui nihil deesse potest.

40. *Chlamydes Lucullus.* Trahitur exemplum de Lucullo diuite Romanorum. Quem cum quidam praefectus callide rogaret, ut, si posset, cen-

1) et religion*is* v. et religionem caC, quem conf. et *si* relig. Q. conf. Porph., qui repetit *si* et idem habet lemma, quod est in vca: *morbo acuto,* in fh: *mo. tent. acuto.* Spectat autem schol. ad u. 30—32: Si uirtus — lucum ligna. 6) est om. γ. — i*ll*eceb. libri. sequere uirtutem γ. rell. om. 7) Sed — esse sed γ. rell. om. conf. C. *hoc age:* sequere uirt. et fuge illecebras. 9) uerbo *sequuntur* vcafhQ adiungunt: ut sacrilegi dicunt lucum [tantum fhQ] ligna. conf. C. 10) Scilicet — incuset γ. rell. om. 12) In Ponto est γ. rell. om. conf. C: 'Bithynia est in Ponto.' 15) Quadr. facit γ et C, qui addit *aceruum.* rell. om. 16) *quoniam* hoc *putant* γ,C. rell. hoc *di*cunt. *y*roniam γ. *hi*roniam v. — *u*olunt vcafhC. *n*olunt γQ. 18) Unde — reges γ. rell. om. conf. C: unde diuites *R*eges. 19) Decorem reddit γ. rell. om. 20) Dea — Venus (sic) γ. rell. om. conf. C: *Suadela.* dea suadendi. 21) Lemma *Manc. locupl.* amplificaui. Man*cip*. γ. Manc*up*. B. Ca*pa*d. γ, ut Bernn. BDEFG et nonnulli recc. — Cap. — uideatur γ. rell. om. conf. C: 'Capp. enim dicuntur abun*dare* mancipiis, *sed* egere pecunia.' — dicuntur egere pecunia ost. γ. 23) sis talis γ. rell. talis sis. 24) eget caet. γ. rell. caet. eget. 26) Trahitur — deest γ. rell. om.

tum chlamydes sequenti die ostenderet, in scena uolens experiri, si tot haberet, respondit: quomodo possum tot praebere? Post paululum scripsit ei, habere (se?) domi quinque milia chlamydum, ex quibus, si uellet, poterat (posset?) tollere partem, uel omnes. Luculli exemplo ostendit, pecunias adpetendas non esse, quoniam multa habent superuacua, ut ille chlamydes, ac per hoc philosophiam sequendam, cui nihil deest.

45. *Exilis domus est.* Inridendi (inridentis) animo hoc dicit, dum reprehendit superuacua auaritiae.

45. 46. *et multa supersunt Et dominum fallunt et prosunt furibus.* Isto, inquit, tempore pauper dicitur, ubi non superabundat aliquid, et ubi non fallunt dominum ipsae diuitiae sua quantitate, scilicet si ipse ignorat, quantum habeat, et si satis fures inde eripere [non*] possunt.

47. *res.* Diuitiae.

47. 48. *Si r. sola potest fa. et seru. beatum, Hoc pr. repetas opus.* Sic pronuntia, ut inridendo horteris magis.

50. *Mercemur seruum.* Dicit enim, quod emptitius cum domino ambulans in multitudine hunc et hunc in latus fodiendo dicit: Date locum domino meo!

51. *trans pondera.* [*Pondera*] lapides, qui in opera ducuntur per uias, *uel:* qui per latera expositi altiores sunt. Et est sensus: qui manum porrigat transituro.

55. *Ut cuique est aetas.* [Hortatur unumquemque honestatem amantem, ut omnem hominem, prout aetas eius exposcit, illum alloquatur.]

58. *Gargilius.* Luxuriosus ac perditus fuit, qui se uenari simulabat, dum emeret apros.

7) i*r*ridentis (d̄is 1 m.). γ. rell. irriden*di*. 8) *de*prehendit γ. rell. *re*pr. 9) Isto — possunt γ. rell. om. 13) Diuitiae γ. rell. om. 14) *Si res. Si* pro*uin*cia vcafh. *Sic pronuntia* γ,C (pronuncia) Dillenb. p. 11 et Q. irrid. horteris magis γ. rell. irr. mag. horteris. Lemma *Si res* amplificaui. 16) Dicit — meo om. γ. 19) Scholion h. loci, quem Burmannus ad Nemes. Ecl. I, 51 se intellegere negat, uitiatum adhuc ac per hoc perdifficile erat. vcafhQ: qui *porriguntur per uias.* C: 'qui per uias *dantur in opera, aut latera uiarum positi altiores eriguntur*). γ: *trans pond.* Lapides (om. iteratum *Pondera*) in opera *di*cuntur per uias. *uel per* latera expositi altiores sunt. b, qui hoc schol. habet: 'lapides *quin* opera *di*cuntur p. u. *uel* (om. *qui* et *per*. sed uide *per* infra) latera *ex*p. sunt. Et est sensus, qui *per* manum porri*gat* transituro.' porri*gat* γb,Ca. rell. porri*gant*. Posui *du*cuntur. *Lapides* autem Acroni sunt lapides ponderosi (Plin. XXXVI, 19) *ab operis* ducti per uias, non *mensae marmoreae*, ut Hor. S. I, 6, 116: *lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet.* Cruquius p. 537, conparans Hor. E. II, 2, 71: *Purae sunt plateae, nihil ut meditantibus obstet,* accipit incedentium obstacula, saxa ponderosa, trabes et eiusmodi, — pontis loco proiectos lapides ingentes. Hanc explicationem plurimi editores Hor. E. amplexi sunt. cf. S. Obbar. p. 327—329. Notabile est schol. in Bφ: *transponderē* (1 m. in utroque corr.). *pro* tran*spo*ndera i. *ultra mensuram* diuitias congregare. 22) Hortatur — alloquatur om. γ. conf. C: hortatur *ut* unumque*m*que *honeste* prout — alloquatur. ad u. 62 pag. seq. cęrite γ in lemmate, ut omn. fere codd. Horatii. cerite b,vcafhQ. *cae*ra va, ut multae edd. saec. XV.

*) *non* del. C. Hermann., inprobante Hirschfeldero, qui supra proposuit: *uellet*, toller*et*.

62. *Caerite cera.* Caeritibus ciuitas Romana sic data, ut non liceret eis suffragium ferre, quia post datam ausi sunt rebellare, ideoque census eorum in tabulas relati a caeterorum censibus remoti erant. Sic factum est, ut, qui aliquid flagitiosum admiserat, in tabulas Caeritum referretur. ALITER: *Caere* oppidum in Italia, quo, capta a Gallis urbe, sacra translata sunt. Pro quo beneficio postea ciuitatem Romanam meruit, ita tamen, (ut* ne?) ne suffragium ferret. Hic autem *Caerite cera* dicit pro nota et infamia, qui propter ignominiam suffragium ferre non possent.

62. 63. *Caer. cera Digni.* Nota infamiae. Digni ignominia.

[*Cerite cera.* Cerites populi sunt, quos cum uicissent Romani, statuerunt, ut numquam leges ederent nec leges haberent, quod multum ignominiosum fuit. Et per hoc dicit: secundum sectam uoluptuosorum postponamus omnem honestatem, et simus in numero Ceritum i. e. sine lege.]

63. *Ithac. Ulixi.* Ulixes delatus ad insulas, in quibus boues Solis erant, responsum accepit, ut, si uellet ad patriam, uel socii, remeare, non contingerent boues, illi magis praesentem uoluptatem quam patriam elegerunt.

1) C*e*ritibus — referretur γ. rell. om. conf. C. infra. 5) Al. γ. Cere — possent. rell. om. conf. C. in Italia *fuit* C. — capto γ. — 'sacra *Romana cum uirginibus* translata sunt, *quae cum seruassent integra*, pro eo beneficio *Cerites ciuitate donati sunt, municipesque facti: at postea quam sunt ausi Romanis rebellare, eis deuictis, iterumque ciuitate donatis, ius suffragorium ademtum est, censusque eorum in tabulas relati, a ceterorum censibus remoti sunt. Hinc factum est, ut qui aliquid flagitii admitteret, in Ceritum tabulas relatus diceretur* C. 9) Nota — ignominia γ. rell. om. conf. C: '*cerite cera. hoc est*, nota infamiae, *et omni* ignominia digni sumus. 10) *Cerite* — lege. (vcafhQ) om. γ,C. 14) ulixi γ, ut S. Sorb. Ambr. Harl. 2724 saec. XII. recte. i lit. contracta ex *ei.* ulix*ei* Barc. (i*ta*c.) Bernn. BG, in nonnullis, ut Par. F et Bern. A 2 m. suprapo. e, ut i esset *ei.* alii, ut I St. Germ. Bernn. DE, ulix*is*, quod rec. Q. U*lyxi*s. Ulyxes v. Ul*yssis*. Ulysses cafh. Lege quae dixerunt S. Obbar. ad E. I, 2, 18 et ad. h. l. Klotz. ad Cic. T. III, 10. Maduig. ad Cic. F. V, 5. et Wagner. ad Verg. A. I, 30. — boues γ. *per oues* vcafh. 15) uel*let* ad patriam uel socii remeare γ. uel*lent* remeare, om. ad pat. uel soc., cafh. uell*et et* socii rem v. — conting*eret* illi om., boues, fh. conting*erent* illi vca. conf. C: 'Ulysses a (om. Q) Tiresia uate apud inferos responsum accepit, si uellet cum sociis in patriam remeare incolumis, ut non contingeret (conting*erent* Q) boues solis: at is delatus ad eas insulas, ubi boues solis erant, cum dormiret et (*et* om. Q) socii eius magis pr. uol. q. p. elegerunt.'

*) conf. Cic. Rosc. Am. 20.

thar*go.* 'Ut apud Graecos ληθαργὸς et ληθαργία et ληθαργικός, sic apud Latinos letharg*us* Hor. S. II, 3, 145. Sulpic. ap. Quintil. IV, 2. Plin. XXX, 10, 9. lethar*gicus* Hor. S. II, 3, 30. Plin. XXIII, 1.

1) ut pro *quomodo* MRA2G(Q). ut pro *modo* quomodo v. post haec ut ualeat *properent* (sic) a. *Posthaec ut ualeat* quid agat, interrogat fh (sine lemmatis signo). 2) *Ad*sessoribus MG(Q). ad sessoribus v. *as*sessoribus RA2,a. *assectat*oribus fh. 4) *futurum* libri. del. puto, quippe ortum ex *futuros* atque non recte dictum, nam *ut* — (ita) – conparationem h. l. exprimit. 5) *animo* non opus est pro *tamquam,* quod omn. libri tuentur; *insolenti* datiuus est.

ACRON. AD. CLAVDIVM NERONEM inscriptio omn. fere codicum. Fran. addit num. IX. v: Quintus Horatius Flacc*i*us Clau*do* (sic) Neronis (pro Neroni. S.).

11) Septi*mus* v in lem. et in scholio. Hic est septi*mus* γb,v. rell. om. *Septimius.* 12) g*au*des b, ut R ad Porph. conf. codd. ad C. II, 6, 1. — Hac autem epist. sept. γb(Q). H*ae*c au. septim*um* epistola v. rell. Hac au. Sept. epist. Vac. est γ. uocatiuus casus b. rell. om. 14) Quam ca. hab. γb. rell. om. 15) Ipsum — eligit γb. Elig. γ. rell. om. Eleg. b. 17) Et cum (Ordo est: cum?) — munere γ. cum me *ū* (sic) censet — munere b. rell. om. 18) ualde ualdius facit ut ab eo quod est ualide ualidius fhQ et vca, quae om. *ut.* Ab — facit γb. totum schol. om. Bφ,C. 19) Melius — ipse γb et Bφ, qui habent: *ualdius. i.* melius — ipse. conf. C: 'melius cogn. gratiam — ipse. a ualde fit ualdius, sicut a ualide, ualidius.' 20) Ne — poteram γ et b, qui habet: *minora.* quam sunt (quā s̄) ne dicere *me non* po. q. po. C: *me non* po. rell. om. 22) Qui (quod b) — meas γb, om. Hoc est. conf. C(Q): Hoc est. q. n. o., qu*i*d possim, uel *ut* (ut om. Q) celem op*um* apud te me*am.* Hoc schol. om. vcafh, qui schol. ad u. 11 (*Frontis*) ante alterum huius uersus (*Commodus*) posuerunt.

commodus uni. Hoc est: ut integram mihi beneficii gratiam reseruarem.

10. *culpae.* Inuidiae et adrogantiae.

11. *Frontis ad urb.* [*Urbanae frontis* ideo dixit, quia, qui in urbibus morantur, non ita sunt uerecundi, ut qui ruri sunt. Et dicit, se rusticum penitus ob petitionem amici pudorem postponere.] Scilicet ut per inpudentiam inpetrarem. Qui sine sua laesione amicitias cuiusque ex commendatione conquirit, *frons urbana* dicitur.

12. *Depositum.* Postpositum.

ob amici iussa. Hic *uoluntatem,* ut *Maro* (A. I, 77: — *iussa capessere* —).

13. *Scribe tui gregis.* Hoc est: adgrega eum, et adscribe eum amicis tuis.

PORPHYRION.

AD NERONEM.

1. *Septimius, Claudi, nimirum.* Septimium amicum suum Neroni commendat, de quo et in Carminum libris (II, 6, 1): *Septimi Gadis aditure mecum* ait.

EPISTVLA I, 10.

ACRON.

Ad ARISTIVM FVSCVM Grammaticum scribit. Huius enim amicitiis plurimum utebatur.

1) Hoc est *ut* — reseru*arem* γb (reseruar*e*) et C, qui om. *Hoc est.* vcafhQ: hoc est integram mihi gratiam reseruare beneficii. 3) Inu. et arrog. γ. Ambr. c. rell. om. 4) Urbanae — postponere om. γb. Scil. ut inpetr. γ. i*n*pu*den*tiam γ. per i*m*pudi*cicia* b. conf. C: *descendi praemia.* hoc est, ut per impudentiam inpetr. lesione γ. rell. om. hoc schol. 9) Postpositum bBφ. rell. om. 10) *pudorem.* uoluptatem b. hic uolu*n*tatem ut maro γ. conf. C: *iussa.* uoluntatem, ut Maro, mihi iussa capessere fas est. 11) Hoc est aggrec*a* γ. stagca (sic) b. rell. h. e. aggr*ega.* — *ad*scribe b. rell. *as*scribe (γ,cfh) et *as*cribe va. conf. C: 'hoc est, tuo gregi Septimium, et amicis *ad*scribe.'

PORPH. AD NERONEM MR2(Q). rell. om. conf. Bφ: 'AD CLAVDIVM NERONEM Septimium — libris *ait.* septimi *grades* (sic) aditure mecum. Qui considerans horatium magnum locum apud neronem *drusum* obtinere per ipsum uolebat se illi commendare eiusque amicitia frui. unde dicit Neroni claudio.'

16) claudini. mirum M. Septim*us* claudini mirum v.

†) Praeter argumentum nulla ipsi epistolae data sunt scholia.

ACRON. AD ARISTIVM FVSCVM JO. Fran. addit num. X. AD ARISTIVM FVSCVM GRAMMATICVM γF Notre Dame. Bern. B Ambr. Barc. Landsdown. etc. IN VRBE COMMORANTEM addunt EBφHI Sorb. Bern. C. Harl. 2724. St. Germ. habet num. XI. Ad Fusc. Arist. ed. Ald. etc.

23) Ad — utebatur γ. rell. om.

1. *Vrbis amatorem.* [Hac epistula alloquitur Aristium scriptorem tragoediarum, dicens, se aetate et studio illi conuenire, nisi quod Aristius in urbe morari desiderat, ipse rure.] Dicit ergo, se aetate et studio Aristio conuenire, nisi quod Aristius in ciuitate morari desideret, ipse in rure.

6. *Tu nidum seru.* Mire *nidum:* adlusit ad nomen, quod dixerat, *columbi:* aut [Seruas tu] urbem, quae quasi nutriat (γ. nutri*ens* b. rell. nu*trit*) pauperes, aut caenaculum in altiore loco constitutum γb,vcafhQ.

9. *Quae uos.* Ciuitatis bona.

10. *utque sacerd. fugitiuus.* Quia sacerdotum serui comedunt multa liba. [comedunt de sacris. Sensus est: Sic me fastidium [assiduae] urbis tenet et sic amo rura, ut fugitiuus sacerdotis seruus, qui liba edere consuetus longo fastidio libaminum panem desiderat et descendit ad rusticum]. Allegoricos. Ex satietate urbem fastidio [significat, ut seruo liba fastidium generant, ut panem desideret] et rure delector, ut, cui liba in fastidium uenerat (l. uenerant), panem desiderat.

liba. De sacris placentas (placentis).

recuso. Cum in seruis suspicio furti habetur, ducuntur ad sacerdotem, qui crustum panis carmine*) infectum dat singulis: Quod cum haeserit, manifestum furti reum adserit. *) carmine, non *carne.* Plin. XXVIII, 2.

11. *Pane egeo.* Id est: iam desidero ueritatem; panem solum necessarium puto.

12. 13. *Viuere naturae si conuen. op. Ponendaeque domo qu. est area pr.* Sensus [est]: ita nobis instruenda uita est, ut primum auspicemus optimam

1) Hac -- rure (vcafhQ) om. γb. desider*at* vcafh. deside*ret* Q. *in* urbe CQ. rell. om. conf. C: 'Ad *Fuscum Aristium Grammaticum* scribit, *cuius* amici*tia* pl. uteb.; *dicens* se aet. et stu. *ceterisque ei* conuenire, *praeterquam* q. Ar. *quidem in urbe manere* desider*aret,* ipse uero ruri.' 3) desider*at* b. 8) Ciu. bona γ,C. rell. om. 9) Quia γ. rell. om. — co*mme*dunt mu. liba γ. comedunt — rusticum om. γ. — *con*dunt fh. de saccis v. 11) liba *sacerdotis* ed*i*re v. 12) libaminum libri. recte. Verg. A. VI, 246. Val. Flacc. V, 193. liborum tempt. Ritter. 13) Allegoricus — desideret vcafhQ. Allegoricos — fastidio γb,v. Alleg. — urb*is* fastid*ium* sign. etc. cafhQ. conf. C: '*fugitiuus.* seruus. *liba.* placentas. sensus est, sic — (om. assiduae) — tenet, et rure delector, quemadmodum seruus sacerdotis, qui liba edere consueuit, longo fastidio libaminum panem desiderat.' 14) et — desiderat γb. et delecte*tur* ut *cuilibet* fast. uenerat et pa. des. v. rell. om. conf. C. 15) uenerat γb. — *ut* pan. γ. conf. Bφ: '*sacerdotis fug.* Comparat se fugitius seruo sacerdotis qui solitus edere liba i. delicatiora sacrificia fastidit illam sicque transit ad rusticorum uitam. egens iam pane rusticorum qui potior ei uidetur quam mellitae placentae, et sensus. Sic inquit *fastidium me assiduae urbis tenet et amo rura* quemadmodum fugitiuus sacerdotis. qui liba edere consuetus longo (long*uo* φ) fastidio libaminum panem deside*rans* (l. desiderat) rusticum.' 16) De sac. plac. γ. rell. om. conf. C. 17) forti v. dn̄r = *di*cun*tur* γb. *di*cunt v. rell. du*cunt.* posui *ducuntur.* conf. Cruq. infra. 18) *he*serit γb. hese*rat* v. (perperam ref. Q). ederit cafh. *ad*haeserit *ori* Q ex commentario ipsius Cruquii, qui p. 548 tradidit haec: 'Libet hic nugari, ut lectores coniiciant, quales fuerint *interpolatores Acroniani.* in *scriptis antiquis* haec leguntur: Cum in seru*os* su. fu. ha. *ducuntur* — quod cum *adhaeserit* ori, *manifes*tum f. r. asserit.' 19) manifest*um* γb,vca. manifes*te* fhQ. 20) i. iam -- puto γ. rell. om. 23) est om. γ. — ins*tru*enda γ,C. (negl. Q) rell. in*stit*uenda. utrumque recte dicitur. uita

sedem, quomodo area [ponendae domi] domui quaeritur. *ponendae.* Locandae. *domo.* Pro dom*ui.*

14. *Nouistine.* Interrogatiue.

15. *Est ubi.* Scilicet locus. *tepeant.* Temperatae sint.

16. *rabiem Canis.* Dicit, ruris homines non laedi uel Leonis uel Caniculae signo: Caniculares dies. *momenta.* Tempora. *Leonis.* Cum sol ad Leonem uenerit.

17. *acutum.* Acrem, uehementem.

18. *minus inuida cura.* Scilicet quam in rure. *Maronianum* illud (G. III, 530): *nec somnos abrumpit cura salubris.*

19. *Deterius Libycis — lapillis.* Numidico marmore. Sensus: numquid minus nitet herba quam marmor Numidicum? immo etiam herbae redolent, quod in marmoribus non est.

20. *Purior.* Scilicet numquid. *uicis.* Ciuitatibus. *plumbum.* Id est, fistulas, plumbeas.

22. *Nempe.* Adeo rus gratum est.

22. 23. *silua col. Laud. domus.* Viridiarium dicit, ut (*Verg.* A. VII, 172): *Horrendum siluis,* et *Cicero:* (Verr. II, 1. c. XIX § 51). *in silua disposita* [*subsidio* γ] *sub diuo uidimus.*

24. *Naturam expelles.* Naturam expellit a se furca, qui habitat in ciuitate, et siluas habere desiderat.

est γ. rell. est uita. — *au*spiciamus γ. *au*spice*mur* C(Q), qui pergit: quomodo faciunt qui domum aedificare uol*unt*, primum quaeritur optimum area'. posui auspice*mus*. conf. Gell. III, 2: id, quo super *auspicauerunt*, agendum. Cic. Rabir. perd. 4: auspicato in *loco*.

1) area do*mi* vca. area *ponendae domi* fhQ. area do*mui* γ. conf. schol. infra. 2) Locande γ. locandae Bφ rell. om. Pro domui γ,Bφ. rell. om. Scholia ad u. 14—22. 23 ex γ conf. C. rell. om. 3) Interrog. γ. rell. om. conf. C: 'quasi dicat non.' 4) sup. locus C. temperat*iores* C. 7) Dies caniculareis C. — C. *momenta leonis. nocu*menta (sic) cum — ue*nit* C. 9) Acr. ueh. γ,C. 10) conf. C: *depellat som. unde* Macronianum — *salubreis. minus*, quam ruri. 12) *deterius.* sup. nunquid sensus est, nunquid minus — (imo) — redolerent, non marmora. om. quod — est, C. 13) supp. numquid C. 15) Ciuitatibus γ,C. *plumbum.* fistu*lam* plumb*eam* C. *quam quae.* supp. aqua. *murmure.* sono leni. 17) *Nempe inter uarias.* hoc est, adeo rus gratum est, ut etiam in urbe a potentibus inter uarias columnas, nutriatur silua ad delectationem, ut Horrendum disp. *sub diuo* (recte) uidimus C. 21) expell*es* γb. corrige inde, quod S. Obbar. p. 46 refert: 'expell*as* Acr. in lemmate.' vca neque expell*as* habent in lemm. neque expel*les*, quod vc in Hor. tuentur. expel*las* Fabricius (fh) induxit, quem Q secutus est. C habet expell*es*, ut omn. fere uet*t*. codd. Horatii EBφγFHJIO Ambr. Fran. Bernn. ACD. Regin. M² et, teste Babingtone, recc. Harll. ξικ et haud paucae edd. saec. XV. expell*is* notauimus (Babingt.) ex Harl. 3. (2724. saec. XII.) uide S. Obbar. l. l. Fea ad h. l. codices non inspexit. Uterque expell*es* amplexus est ut Orellius, qui expel*les* putauit ortum ex seqq. futuris. Non ego; nam 'enuntiatum hypotheticum', quod aptius dicit, conferens IV, 4, 66, etiam expell*es* futuro conuenit. Sic expell*es* lectio est uetustior et paulo difficilior, expel*las* recentior et, ut ita dicam, commodior. Notandum et mirum est, correctiones ad h. u. in codd. esse rarissimas: in Par. 8218 (18. Pottier.) tantum offendi expelles corr. a 1. m. — a se γb. rell. om.

recurret. Sensus [est]: Si quae natura bona sunt, abicere ex animo uelis: *recurret* Nam qui agros fugiunt, tamen intra urbem et domos rus includunt [in hoc quia] atque arbores [qui in agro habitant, in urbe] diligunt.

26. *contendere. Contendere* autem conparare dixit.

27. *Aquinatem.* Aquinates purpurae similes sunt Tyriis; multum ergo inperiti falluntur. Hoc ergo ait: Patitur quidem dampnum, qui nescit dinoscere [discernere] purpuras, sed maiore dampno ille adficitur, qui tantae inperitiae est, ut ueritatem a falso nequeat discernere.

30. *secundae.* Prosperae.

31. *mutatae.* In aduersitatem. *quatient.* Pertur*bant* (sic.) *pones.* Depones.

32. *licet.* Verbum est.

33. *uita.* Septimus est.

praecurrere. Vincere, praeuenire.

regum uita praec. amicos. Regum amicos, non *uita.*

37. *uiolens.* Facit aduerbium *uiolenter.*

39. *ueritus.* Deest *fuerit;* non enim participium est *ueritus.*

40. *inprobus.* Mire *inprobus* pro eo, quod est auarus et cupidus, ut (*Verg.* A. X, 727, 728): *lauit inproba taeter Ora cruor,* et alibi (G. III, 430. 431): *piscibus atram Inprobus ingluuiem,* et (A. II, 356. 357): *quos inproba uentris Exegit caecos rabies.*

42. *olim.* Aliquando.

47. *Inperat aut seruit conl. pec. cu. Inperat* pecuniae, qui ea utitur, *seruit,* qui parcus in amplianda ea laborat.

48. *digna.* Scilicet pecunia. *Tortum digna sequi.* Hoc est: quae magis uinci debet quam uincere, trahi, non trahere.

1) Si quae (qu*a* v) naturae sunt bona vafh. Si quae natura (ex C) sunt bo͞na Q. Si quae natura bona sunt γb,C. quasi naturam b — abicere ex an. uelis γb. rell. abic. uelis ex animo. 2) recu*rr*erent γ. — ta*men* γb. rell. ta*ntum.* frequentissima confusio. int*ra* γb. rell. inte*r.* 3) in hoc quia om. γb. qui in agro habitant, in urbe om. γb. 5) Cont. — dixit γb. rell. om. C: *contendere.* comparare, discernere. 6) puerpe*re* γ. 7) ergo γ. rell. om. dam*pn.* γ. — noscit *dino*scere γ. 8) dampno γ. h. l. conf. C: '*aquinatem.* locus in italia, ubi falsae purpurae unguntur.' 10) Prosperae γ. rell. om. 11) Scholia a u. 31. 32. 33. ex γ. rell. om. conf. tamen C. *mutatae.* aduersae. — Depones γ,C. 12) *licet.* licitum est tibi C. 14) Vinc. praeu. γ,C. 17) facit adu. *uiolenter,* omn. libri. C: *uiolens.* uiolen*tus.* 17) *ueritus.* fuerit C. Deest — ueritus γ. rell. om. 21) inproba*ter* γ. *teter* C. conf. C. III, 12, 2. Priscian. 861. Eutychius II, et Nonius 327, 8. 466, 24. 503, 25 ap. Ribbeck. — conf. Nonius 327, 9 et 242, 22 ap. Ribb. — conf. Nonius 291, 12 ap. Ribb. schol. ex γ,C. rell. om. 22) Aliquando γ. rell. om. 23) Imp. pec. qui *eam* seruit̄ utitur qui parc. laborat γ. — Qu*i* ea utitur. v. *Imp.* — *cuique.* Quia ea utitur, seruit: qui parc. fh, om. Imperat pecuniae. 25) S. pecunia γ. rell. om. — qu*i* vca fh. debet. *Quoniam* uinc*i* est trahi *non* tr. cafh. quoniam uinc*ere* (om. est) trahi *non* tr. v. debet q̄ va (sic 1 m.) uinc*ere* tr. *non* tr. γ. 26) trahi *quam* CQ.

49. *post funum putre Vacunae.* *Vacunam* apud Sabinos plurimum cultam Quidam Mineruam, Alii Dianam putauerunt, nonnulli etiam Venerem esse dixerunt, sed *Varro* in primo *Rerum diuinarum* Victoriam ait, quod ea maxime hi gaudent, qui sapientiae uacent.†) *) uacant Preller. Myth.

†) Cod. γ a 1 m. offert in margine scriptum alterum scholion, quod etiam cod. Barc. tuetur, in quo tamen multae literae euanuerunt: 'Certum nomen loci significat aedem (edem γb) antiquam. Alii *Vacunam* Cererem Alii deam uacationis dicunt, Alii Victoriam, qua faciente (facient γ. in b lit. euanuit) curis uacamus' (sic).

Nonnulla scholia subterlapsa ex codd. γb.

4. 5. *quicquid negat alter — uetuli notique columbi.* Expressit uinculum (uinclum b) amicitiae (amic*ic*. b). *noti* autem, quod amicitia (— *c*ia b) eorum nota sit, ut (*Verg.* A. IX, 182): *His amor unus erat.* Item sall. (Sallust. Cat. XX, 4) Nam idem uelle atque (= C. om. b) idem nolle ea demum firma amicitia (— *c*ia b) est γb. cf. C, qui post *amicitiae* habet haec: 'hoc est, in quibus discordes sunt alii homines, nos *consenuimus* (con*uenimus?*) pariter amici in amicitia nobiscum nata, ut, His amor — est.'

6. *Tu nidum seruas.* Id est, ciuitatem, ubi (in qu*a* b,C), natus es γb et C, qui addit *et educatus.*

7. *musco.* Genus herbae, quae in aqua nascitur γ. conf. C: *muscus* genus herbae ad fonteis saxis adhaerens.

8. *simul.* Postquam γ,C.

9. *Quae uos.* Ciuitatis bona γ,C: bo. ciuitatis.

PORPHYRION.

AD ARISTIVM FVSCVM SCRIPTORFM COMOEDIARVM.

5. *uetuli no. columbi.* Quia plurimus amor columbarum.

6. *Tu nidum seruas.* Domi manes, ut auis in nido.

1) Vacun*am* — *cultam* γ. rell. Vacun*a* — *colitur.* 2) *etiam uen*erem γ. rell. *et* Cererem. 3) Varo v. 4) *quod* γb. rell. *et.* — ua*cent* b. u*a*ent (sic) γ. rell. sapientia (sapienti*ā* fh) *uincunt.* conf. C: '*fanum.* topographia. post aedem Vacunae antiquam. Vacun*a* — *colitur;* quidam *Dianam,* nonnulli et *Cererem* esse dixerunt, alii *venerem,* alii *Victoriam,* deam uacationis quod faciat uacare a curis, sed Varro primo rerum diuinarum *Mineruam* dic*it*, quod — qui sapientia uac*a*nt. 18) b: In q. disc. s. al. ho. *senes sumus* pariter *conuenimus* sicut uetuli et sibi noti columbi.

PORPH. *Vrbis amatorem fuscum.* Ad aristium fuscum scriptorem comoediarum M,v. R, qui om. Ad Ar. Fuscum, habet. Vrb. am. *fuscum.* script. com. Bφ post inscr. 'Ad Ar. Fu. Gram. in urbe comm.' habet schol. Acr. 'Hac ep. all. ar. scr. *comediarum* — conuenire illi n. q. ar. *urbi* m. d. *et* ipse ruri.'

28) columb*a*rum MR2Bφ (— nos qui senes sumus *conuenimus* — consenuimus C — sicut uetuli et sibi noti columbi. quia *primus* est amor columb*a*rum), b,v. recte. columb*o*rum afhQ. C om. schol. conf. C: — 'quorum amor plurimus est *et* diuturnus.' Qua plur. a.

10. *Utque sacerd. fugitiuus liba recuso.* Sic, inquit, fastidia me adsiduae urbis tenent, et ego rus amo, quemadmodum fugitiuus sacerdotis, qui liba sit edere consuetus. Cum fugit fastidio longo libaminum, panem tantum desiderat et laudat; ita et ego rus ciuitatem neglegens. Totum allegorice.

16. *Leniat et rab. Canis.* Dicit, ruri homines non laedi uel Caniculae uel Leonis signo.

29. *Quam qui non poterit.* Hoc ait: Simili genere et non minori dampno adficietur quam negotiator, qui ueram Tyriam et fuco Aquinate tinctam discernere non potuerit: non tantum dampni patietur quam (quantum) is, qui uera bona (a) falsis discernere non ualebit.

40. *dominum uehet inprobus atque.* [Hoc] dicit, non debere quemquam amore pecuniae [ita] conflagrare, ut in potestatem eius ueniat. Illa enim homini subiecta esse debet, non homo illi. Et supra hunc sensum (E. I, 1, 19): *Ac mihi res, non me rebus subiungere conor.*

49. *fanum putre Vacunae. Vacuna* in Sabinis dea, quae sub incerta specie est formata. Hanc Quidam Bellonam, Alii Mineruam, Alii Dianam dicunt.†)

1) fugiti*b*us M. 2) posui *et ego rus,* ut infra in eodem scholio scriptum est; nam in MR sine dubio uitiosa est scriptio. — *Si* inquit 2. fastidi*a* R. fastidiu*m me* M. rell. fastidi*um.* tene*nt* MR. rell. ten*et.* cf. Acr. et rus *egeo et* amo, quae Q temere recepit. namque *egeo rus* non recte dicitur. Non satis certus est locus Plauti Men. I, 12, 12, neque Sallustii Iug. 98 (103), ubi Cortius pro *egebat* posuit *quaerebat.* Idem sensisse uidentur vafh habentes *et rus amo,* om. *egeo.* Ex u. 11 subsequenti (*Pane egeo*) hoc uerbum inrepsisse patet. 3) panem tantum M (negl. Q) R. rell. tant. panem desederat v. 4) negligens *canis.* Totum v. negligens. *Canis.* totum. a. *Canis* ad seq. lem. pertinet. — ita*que* et rus 2. — Totum alleg. (MRA2,vaQ) om. fh. 6) *ruri hom.* non laedi M2,v (ledi) afh. ruri non *l*edi hom. R. 8) Hoc (MRA2G(Q) om. vafh. aut v (m. s.) 9) da*mno* MR etc. — *ad*fic. M — tyriam et fuco aqui*nat* (aquinate R) *et* tinctam MR. ex *aquinat* ortum est *in*quinat in vafh. tyriam suco (*suceo* a) inquinat *et* tinc. va. Aquinate om. A. Tyriam fuco *Aquinate* inquinat et tinct. fh. 10) disc. non po*tu*erit. MRG(Q). rell. disc. non po*ter*it. — *non* tant. MRA. rell. *nam.* — *quam* libri. quantum Q. 11) bon*a a* fal. 2. 12) ueh*et* MR, ut omnes fere cod. mei. uehit fh. Hoc fh. — non deb*ere us*quam MR2. non debe*am* usquam v. non *debet quis*quam afhQ. posui: debere que*m*quam. Dic*i* a. 13) ita fhQ. rell. om. 14) *Et* MR2,vafh. Unus Q tacite inculc. *at.* 17) est specie vafh. 18) dicunt om. MR.

EPISTVLA I, 11.

ACRON.

Adloquitur BVLLATIVM, qui omnia loca uillarum et regionum et ciuitatum sordida deputabat ad conparationem Tiberis et Campi, id est, Romae, eo quod semper ibi conmanens ad alia non transierat. Cui conmemorat Horatius multa loca iocundiora [et maiora, quibus nihil ad uotum deest; non interesse in maiore aut (an) in minore ciuitate uiuat, cum utrobique bene possit uiuere].

1. *Quid tibi uisa Chios, Bullati, notaque Lesbos. Chios.* Insula. *Bullati.* Vocatiuus est. *notaq.* Nobilis. *Lesbos.* Insula in Aegeo mari b. *Chios* et *Lesbos* insulae (sunt C) in Aegeo mari γ,C.

2. *Croesi regia Sardis.* Ciuitas Croesi regis apud Sardios.*) *Sardis* oppidum in Asia, quod Croesus, Alyattis filius, tenuit.

3. *Smyrna quid et Colophon.* Insulae sunt uel ciuitates Graecorum. *Colophon.* Apollinis oraculo tantum nota.

maiora minorane fama. Per famam. Haec; quid istis? Interrogatiue.

ACRON. AD BVLLATIVM inscriptio omnium fere uett. codd. Horatii, ut γEBφFHJIO Sorb. Ambr. Barc. Fran. addidit num. XI, Par. k (Pottier. 22.) num. XII. etc.

6) bulla*tum* v, ut arist*um* in ep. praeced. — *loca* b,BφQ. rell. om. — et γ. rell. (Bφ). *ac. de*put*a*bat γbBφ. recte. conf. Cic. Diu. I, 22. T. III, 27. Terent. Hec. V, 3, 1. Heaut. I, 1, 83. Phorm. II, 1, 16. rell. *putat.* 7) comper. t*y*b. v, om. *et Campi i. Romae.* γb: tiberis *et* quod. rell. Tyb. (vc. Tib. Bφ,fhQ): *eo* quod. 8) ib. semp. Bφ. 9) loc*o* ioc. (om. et) maiora *cui* — inter*est* — *Quon* (sic. quom m.) utrob. v. — et mai. — uiuere om. γ. pro *et maiora* R rasura, relictis literis incertis. Bφ: — 'horatius *diuersa* loca *potiori amoenitate* iocundiora,' reliqua om. 10) inte*rest* vcfh. (inter*esse* Q) *io*cund. γbBφ,v. rell. *iuc.* 12) Insula b. Vocatiuus est γ. voč. b. Nobilis b, ut Tacitus A. VI, 3: insula nobilis et amoena. conf. C, qui addit: Alcaeo et Sappho (εὔυμνος). celebris. conf. Petron. 133. p. 564: incluta. 15) *ch*roesi b. *a*roesi γ. Sardis *opi*dum b. recte. cf. Strabo. 13, 635: αἱ Σάρδεις. Sard*i* opp. γ. quod *cruetis aluatis* γ (quod cr.... *salutis* filius . . . litt. euanuerunt. b.). conf. C: *Sardis* Oppidum *Lydiae*, quod Croesus *Halyattis* filius tenuit. rell. om. conf. C. III, 16, 41. Herodot. I, 16. 26. (Ἀλυάττης). 17) *Smy*rna scriptio frequentior in codd. Hor., rarior Smirna (Fran.); sed quidam uett. codd. exhibent Zm*ir*na cum Z, pure γφ Ambr. et corr. ex S (rubr.) BE, scribendi ratio inprobata a Prisc. I, 33, accepta a Burmanno ad Prop. II, 13, 33. A. Maio ad Cic. de Rep. I, 8. Weicherto Po. Lat. Rell. p. 169. Kopp. ad Mart. Cap. C. 3. 257. p. 277 (conf. S. Obbar. p. 88. 89), et recepta a Bachio, Doederl. aliisque. — Insula — Graecorum γ. rell. om. conf. C: 'ciuitas Ioniae in minori Asia. *Colophon.* urbs in Ionia Apollinis oraculo nobilis.' Smyr. et q. *Ch*ol. ciuitates grecorum Bφ. 18) Haec — nota γ. rell. om. Sed ut Smyrna ab Antipatro (Iacobs. Delect. Epigr. IV, 7, 2) ἡ καλά, a Luciano Imagg. 2. ἡ καλλίστη atque in numis ἡ πρώτη τῆς Ασίας, sic Colophon dicitur τρυφερῆς ἄστρον Ιονίης. conf. Iacobs. l. l. IV, 6, 2. Strabo. 14, 1. p. 178. 19) Per famam γ. rell. om. Haec quid ist*i* interrogatiue. rell. om.

*) Sar*dos* uulgo. Sar*dios* em. C. Hermann. conf. Plin. XIX, 6.

4. *prae Campo.* Hic locus Romae celeberrimus habebatur eratque amoenus urbis locus.

5. *Attalicis ex urb.* Asiaticis, nam Attalus rex Asiae fuit.

6. *Lebedum.* *Lebedus* oppidum desertum in litore Asiae iuxta Colophonem. Sensus [est]: an terra marique uexatus paratus es apud Lebedum residere, ne ulterius nauiges.

7. *Scis, Lebedus quid sit.* Quasi respondit Bullatius.

7. 8. *Gabiis desertior atque Fidenis.* Ciuitates sunt Sabinorum desertae. Notandum Fidenam primam syllabam productam. Maro (*Verg.*) breuem posuit (A. VI, 773): *Gabios urbemque Fidenam.*

9. *obliuiscendus.* Hoc est: uel (neque) reuerti ad meos uoluissem, dum in quiete essem, neque redeundo iterum maria perferam.

9. 10. *Oblitusque meorum obl. et il. Neptunum.* Hyperbaton: uellem Neptunum spectare oblitus meorum. *et illis.* (obliuiscendus Hirschf.) Ab. *spectare furentem.* *Lucretii* sensus; ille enim ita ait (II, 1. 2. ed. Lachm.): *suaue mari magno motantibus aequora uentis, e terra magnum alterius spectare laborem.*

11. *Sed neque.* Horatius.

qui Capua Romam petit. Illi, qui de Capua Romam pergunt, prae longitudine uiae luto et imbre adsperguntur. Sensus [est]: non debere nos propter interueniens incommodum totam uitam conmutare.

12. *caupona.* Taberna.

uiuere. Scilicet *semper.*

13. *furnos.* *Furni* a nigro colore dicti propter fuliginem, quasi fur (fur*ui*?).

balnea laudat. Scilicet ut Lebedum.

1) *prae ca. Martio, qui* Ro. celeb. et ad Tiberim amoenissimus habebatur. 2) amoe*nus* γ. rell. amoen*issimus.* 3) Asiacis — fuit γ,C. 4) Alt. Lebedum γb. rell. om. Lebe*dos* C. recte. Λέβεδος conf. Pausan. I, 9, 7. Strabo 14. p. 643. Mela I, 17. Plin. V, 29. desertum γb. rell. desert*issim*um. in litore iuxta Colophonem γb. rell. iuxta mare. 5) est om. γb. terra γb,Q. terra*que* vcfh. 7) Quasi resp. Bull. γ. rell om. 8) Ciuitates — productam γb,C. rell. om. 9) Maro γ,C. uirgł. b. rell. om. posuit (inquiens.) urbemque fid. γb,C (inquiens). conf. Grammaticos Charis. 249. Diomed. 437. Isidor. I, 34. 4. Probum I, 17, 1 (Ribb.). 11) Hoc est: *neque* reu. C(Q). — *uoluissem* γ. *uellem* C(Q). rell. reu. ad meos *inq*uiete *esse* neque. ess*em* γ,vmC(Q). 12) perf*eram* γ. rell. perfer*re.* 13) Yperbaton — meorum γ. rell. om. 14) Ab γ. rell. om. 15) Lucretii — *labor est* γ. rell. om. 16) motantibus, ut Verg. E. V, 5. VI, 28. 18) Horatius γ. rell. om. 19) *de* γBφ,vaQ. om. C (negl. Q) fh. 20) longitud*inae* imbr*ae* φ. Sensus — commutare om. Bφ, qui insuper habent: 'Dicit quia studia hominum non possunt in contrarium uerti mutatione locorum ut qui cupidus est cupiditate careat.' — asperg. libri. est om. γ. Sensus est om. C. *non tamen uelint* propter C. 21) inco*n*ueniens fh. rell. in*ter*ueniens, ut Porph. — *totum uitae propositum im*mutare C. 22) Taberna γ. rell. om. conf. C: in taberna meritoria. 23) s. semper γ. supp. semp. C. rell. om. 24) Furni — fur (sic) γBφ (fur*ui*). conf. C. II, 13, 21. Ouid. M. V, 541. Senec. Controu. I, 1. Festus s. u. et Gellius I, 18:

15. *Nec si te ual. iact. Au. in a.* Hoc est: nemo necessitatis locum (loco?) iudicium adsignat.

17. *Incolomi Rhodos.* Sanae mentis homini, constanti, quieto.

18. *Paenula.* Antea (eae?) graues erant. *solstitio.* Hiemali.*) *campestre.* Absolute. *Campestre* dicitur pannum, quo in campestri exercitatione iuuenes inguina tegebant. *niu. auris.* Conflant (Cum fl.) niuales aurae.

[*Penula.* Nihil frigiditatis in aestate affert, quia spissa et crassa est. *campestre.* Nihil caliditatis in hieme, quia tenue est, et totius corporis nihil praeter inguina tegit. Sicut nec caminus in Augusto mense nec Tiberis in bruma, ita nec sapienti loca aliquid conferunt].

25. *nam si ratio.* Nihil inpedit homines, ne bonis sint moribus, si uolunt, ubicumque locorum sint.

27. *maris arbiter.* Locus *maris arbiter,* qui mare late diffusum non timeat, id est, dominus maris et in tuto positus; qualis locus est apud amoenas ciuitates [Athenas ciuitatem] excelsus supra mare et ideo *arbiter.*

29. *hic est.* Scilicet ubi habitas.

30. *est Ulubris.* Etiam. Locus desertus in Campania tam inops quam Lebedos in Asia.

PORPHYRION.

[BVLLATIVM alloquitur, qui omnes regiones sordidas putabat ad comparationem urbis Romae eo quod ibi semper commanens ad alia non transierat.]

7. *Gabiis desertior atque.* *Gabii* uicus in Sabinis iuxta Lucretilem montem, unde et *aqua Gabia* (Gabina?).

'Varro dicit, *furem* ex eo dictum, quod ueteres Romani *furuum* atrum adpellauerint, et fures per noctem, quae atra sit, furentur.'

1) Hoc *ass*ignat γ. rell. om. conf. C: 'hoc -- lo*cum facit iudicem*, quia non sunt ea bona dicenda. quae propter necessitatem diligimus.' 3) Sanae — quieto γ,C (*et* quieto) rell. om. 4) Antea gr. erant γ. rell. om. — Hiemali γ. rell. om. 5) Absolute — tegebant γ. rell. om. 7) *Penula.* Nihil — conferunt om. γ. 9) in august*i* mens*ae* nec *thyb*eris v. 11) *nisi* bo. *sint* moribus v. *si* bo. *sint* mo. a. — si uolunt om. fb. 14) toto v. 15) apud *amenas ciuitates* γ. rell. apud *Athenas.* conf. C: '*arbiter.* qualis locus est apud *maritimas et amoenas ciuitates*, excelsus supra mare; ideo arbiter quasi dominus, et mare reiicit, et de eo iudicat.' 16) s. ubi habitas γ. C: ubi habitas. 17) Etiam — Asia γ. conf. C: *est Vlubr. ui*cus des. — Asia rell. om.

PORPH. Ad Bullatium 2. Argumentum, quocum conf. Acronis, offerunt vafh Q et Auct. p. 693, ubi inscriptio EPIST. IX. perperam posita est pro: EPIST. XI. om. MR2G. 24) Lucr. om. R. 25) Ga*bia* omn. libri, sed haec forma non Latina est. Rariores sunt Gabi*nia* ap. Gruter. 1069. 1. (conf. Verg. A. VII, 682: Iuno Gabi*na*.) et Gabi*ensis* Plin. II, 94 (ager), frequentior Ga*binus*. ager Liu. III, 8. urbs Ouid. F. II, 309. uia Liu. II, 4. conf. *aqua Albana* Cic. Diu. I, 44. Bφ: g*l*abiis (sic uterque sine corr.) uicus — montem, om. unde et aq. Gab.

*) C. Hermann: em. sagacissime: *Paenula solstitio.* Aestate gr. erant. *niualibus auris.* Solstitio hiemali. Hirschf. uoluit: Paenula solstitio *aestiuo*, campestre graues (?) er*ant*.

12. *Adspersus uolet in caup. uiu.* Quo colligit, non debere nos totam odisse uitam propter interueniens incommodum. [*Aspersus uolet* et uouet. feliciter] — —

† † †

Inter scholia ad u. 12 et 13 (*furnos et balnea*) post uocem *incommodum* in codd. MR2G parergon DE SATVRA positum est, quod non Porphyrionis esse facile tibi persuadebis ideoque ne Sermonibus hoc nomine praemittendum iudices, caue. Nimirum mos scribarum erat, ubi aliqua membranorum pars uacua erat relicta, praesertim quidem inter singula poematum genera, talia parerga *aut ex ueteribus Grammaticis* petita adscribere, *aut ea, quae ad ipsum Horatium, ad eius uitam et metra, pertinebant.* Inter haec breuius est illud, quod incipit: *In principio carminis Epicurum se fatetur,* longius autem id, quod omnia metra Horatii percenset, cum hoc initio: '*Decem et nouem modos metrorum in carmine suo conposuit.*' In numero eorum, quae ex Grammaticis petita sunt, habetur etiam sequens disputatio *de satura,* quae apud *Diomedem* Art. Gram. p. 483. 484. P. et p. 485. 486. K., auctior tamen, legitur atque ex uetustiore Porphyrionis libro, unde codices nostri profecti sunt, a scriba insipiente ac Latinis literis mediocriter docto in librum Monacensem translata est. Sunt autem haec:

DE SATVRA.

Satura dicitur carmen apud Romanos nunc quidem maledicum et ad carpenda hominum uitia archacae comoediae charactere conpositum, quale scripserunt *Lucilius* et *Horatius* et *Persius.* At *olim* carmen quod ex uariis poematibus constabat, *satura* uocabatur, qualem scripserunt *Pacuuius* et *Ennius.* *Saturam* autem dictam siue a *Satyris,* quod similiter in hoc carmine ridiculae res pudendaeque dicuntur, quae uelut a Satyris proferuntur, siue a *satura lance,* quae referta uariis multisque primitiis in sacro diis apud Priscos inferebatur et a copia ac saturitate rei *satura* uocabatur.

1) diligit, non debere *nos* to. od*ii*sse 2. nos om. fh. 2) *Aspersus uolet* et uouet. feliciter M. Asper*iis* (sic) uolet et uouet f*oe*licitur R, qui, spatio uacuo trium uersuum relicto cum magna lit. init. rubra, omissa inscriptione, incipit: SATYRA DICITVR CARMEN apud etc. feliciter om. A2G. inscriptio abest a 2G. 25) SAT*V*RA. M (uidetur a m. 2 V in Y mut.). SAT*Y*RA. R. 26) Sat*u*ra M. rell. Sat*y*ra. 2: Satyra apud Rom. carm. dicitur nunc *quod* maledicum carpend*um* 2. 27) archeae R. arche*rae* 2. 28) lu*cius* et *ora*tius R. lucilius. horatius. persius 2. 29) satyra 2. — qual*em* R. rell. qua*le.* 30) satyram R2. pacuuius. ennius 2. pacuuius et *primus* R. — a sat*u*ris R. 31) saturis R.

Alii autem putant dictam a *Lege Satura*, quae uno rogatu multa simul conprobat, quod scilicet et in eiusmodi carmine multa simul poemata conprehendantur.

---

13. *furnos et balnea laud.* *Furnos*, hoc est, nigros, a nigro colore dicimus propter fuliginem uel obscuritatem, quam intus habent.

15. *Nec si te uel. iact. Auster.* Sensus hic est: Non, inquit, ea bona ducenda sunt, quae necessitate diligimus, uel conparatione peiora.

17. *Incol. mi.* Id est: nihil de statu suo requirenti, et cui nihil desit ad uotum.

18. *Paenula solstitio.* Apparet, *et paenulam solstitio* et caetera alia, quae per ordinem dicit, diuerso tempore superuacua pro illis tunc moribus fuisse.

19. *Per brumam Tiberis.* Quis enim tunc nataret?

sextili mense. Augusto.

26. *Non locus effusi late maris arbiter.* *Arbitrium* pro [Noto] motu posuit, ut *arbitros remoueri* (l. re moueri) dicimus [hoc est: alienus a negotio]. *Maris* [est.] *arbiter* est locus, [qui] trans mare longe positus atque discretus [est]. Potest *arbiter et medius* intellegi.

3) conpr*ae*hend*a*ntur M (perperam conpreh. Q). 6) nigros om. M. hoc est nigros om. afh. 7) ful*g*inem v. 8) inquit om. afh. Non ea inq. v. 9) d*i*cenda vafh. peior (peio*ri* Q) MR. 10) *con*que*r*enti Auct. Id — requirenti om. vafh. Id *mihi* (corr. A: Id est nihil) de statu suo requiren*tis.* (= M.) Alter uet. cod. id est *mihi* (de statu suo requirenti = R2) et cui A. 12) P*ae*nula M. rell. pen. — et p. solst. et c. aliaom. 2. 13) ponit dicit (sic) 2. — pro *tuis* R. 15) Qui*d* enim 2. 16) mense om. afh. 17) arbitr*i*um M (negl. Q.) R,va recte. nam de arbi*tro* inferius dixit. Et motus terrae Cic. Diu. I, 35. Curt. IV, 3 et *motus maris* dicitur. cf. Prop. III, 13 (15), 31: magnos cum ponunt aequora motus. Sic *animi* motus (plur.) Cic. Off. I, 38. II, 25. ad Diu. I, 9. Orat. I, 5. Totus autem locus prorsus mendosus est. Ego *rem*oueri, ex quo uerba *alienus a negotio* orta uidentur, mutaui in *re moueri*, conf. iudicem mouere Quintil. XI, 1, 6 et VI, 2, 1: animos iudicum. Arbiter enim ad aequitatem, iudex ad legem iudicium reddit. cf. Cic. Rosc. Com. 4: 'ab arbitro ad iudicem uenire.' Hi arbitri ergo *re* i. e. re in controuersia Varr. L. L. VI, 5 *mouentur.* Apparet autem, in hoc scholio diuersa esse nomina atque diuersas acceptiones uerborum sibi adnexas, ut motus maris et arbiter, qui re mala (Sall. Cat. 20) moueri dicitur. Constat utique inter alias dictiones haec: *remotis arbitris* Liu. II, 4. Cic. Off. III, 31, sed de his non sermo hic est, et peruersa uidetur eorum editorum ratio, qui omnes fere huius scholii partes in unam sententiam redigere et quasi cogere conati sunt, ac si de '*loco ab arbitris remoto*' (Cic. Verr. V, 31) ageretur. Etenim neque nostro loco, neque in Carminibus, e. g. I, 3, 14. 15, ex quo lectio *pro Noto* originem ducere potuit, *arbiter* est remotus uel a negotio alienus i. e. otiosus, sed ut Porphyrion ibi exponit: 'rector extollens Adriae fluctus et placans', aut, ut S.Obbarius p. 115 nostrum locum explicat: '*arbiter* i. e. qui mari quasi dominatur, uel a prospectu uel a securitate.' conf. Acron: 'dominus maris et in tuto positus.' promoto M. pro *moto* 2. pro*motor* R, uoc. non Lat., *motor* autem rarissimum. Martial. XI, 40, 1. pro *re*moto Q. pro *no*to vafh et Auct. p. 693. posui pro *motu.* 18) al*iis* a neg. MRA2G. ali*enus* afh. om. v, quae habet: dicimus a negotio maris est arbiter abiciens, *hoc est alienus.* — a negotio maris est ar-

28. *Strenua nos exercet inertia.* Κακόζηλον; sic cum tacent. (tale dicit? haec ait?) *Verg.* (A. XI, 695): *sequiturque sequentem.*

30. *Est Ulubris a.* *Ulubrae* locus in Italia, in quo nutritus est Caesar Augustus; propter quam causam ab Horatio nominatur, cum sit desertissimus uicus.

EPISTVLA I, 12.

ACRON.

Fructibus Agrippae. Ad Iccium procuratorem Agrippae in Sicilia constitutum, de quo ait (C. I, 29, 1): *Icci beatis nunc Arabum inuides gazis.* Sed ut illic cupiditatem eius perstrinxit, ita hic parsimoniam laudat, tamen cum mordacitate. Alii dicunt, quod agros illi in Sicilia donauerit Agrippa.

2. *Si recte frueris.* Id est, contentus fueris reditibus tuis.

4. *cui rerum supp. usus.* Id est, cui nihil deest ad uitam.

7. *abstemius.* *Abstemius* sobrius, quod a temeto abstineat, id est, uino, sed et hic abstinens.

7. 8. *herbis Viuis et urtica.* *Urtica.* Genus herbae. Iccius iste adcumbens in praesentia Agrippae, ut fidelior ei uideretur, parcissime epulabatur, in tantum, ut, intermissis carnibus, herbis uesceretur, at in secreto (uiuens?) gulae indulgebat. Unde dicit poeta: in medio sociorum

biter *est* locus *qui* — *discretus* MR. maris. arbiter a. maris. Arbiter fh. maris *est.* Arbiter Q. *diser*tus v. inde *deser*tus afh.

1) κακόζηλον A. spat. uac. in R. cacozelon M2G. ὀξύμωρον vafh. sic cum tacent MR2G. rell. om. Q: 'quae quid sibi uelint nescii lacunam signauimus.' 3) a caesare augusto MRG et v (perperam Q). rell. Caesar Augustus.

ACRON. AD HICCIVM γ (b car. inscr.) Ambr. AD HIC*T*IVM Bern. D. AD HICCH*E*VM. XII. Fran. AD *ICC*IVM QVEM CV̄ QVADAM ADMONITIONE (— *C*IONE E) LAVDAT BφE. AD ICTIVM Q. C. Q. AMM. LAVDAT Bern. C. Par. I. AD ICTIVM *LOQVITVR* Q. C. Q. AMM. LAVDAT HP. Harl. 2724.

12) cons*titum* γ, ut supra. 13) Set *et* illic Parsimoniam (om. cup. eius perst. ita hic) fh Braunh. conf. Düntzer. I. p. 155. rell. *ut* illic. — cup. eius perstr. γ,C(Q). 15) donaue*rit* γ. rell. donaue*rat.* 16) Id est — tuis γ (red*d.*), C (Si r. fr. *Si* cont.). 17) i. cui — uitam γ. rell. om. conf. C: cui nihil deest. 18) *Abstemius* — abstinens γ. Ab eo quod abstineat temeto, id est, uino; sed hic pro sobrio positum afh. in medio abste*nuis* (sic). *Compositum est* ab eo quod abstineat Temeto i. uino. Sed hic pro sobrio et abstinenti positum v. Q: — uino, sed *et hic abstinens.* conf. C: '*abstemius. abstinens dictum* ab eo quod abstineat temeto, id est, uino; sed hic pro sob. po. est.' conf. v. 20) *urtica.* Genus herbae. gl. ex γ. conf. C. — *re*cumb. γ. rell. *ac*cumbens. 22) car*mi*nibus γ. — at in secre*tum ueniens* gulae indulge*bat* fh. at *si* secre*tim* ueniens gu. indulge*ret* a. *ac si* secretū ueniens gu. indulge*bat* v. *et* si m, teste Q. at in secre*to* (om. u.) gu. uindulge*ret* γ. C nihil habet nisi: *urtica.* genus est herbaé. 23) Unde — significat γ. rell. om.

abstinens protinus sic uiuis, ut te statim *inauret riuus fortunae*, id est, tantis frueris diuitiis, quantis Mida rex, qui petens ab Apolline, ut omnia, quae tangeret, aurum efficerentur, postea doluit, quia cibum non potuit tangere, quin statim in aurum uerteretur, conuersusque ad preces Apolline responsum dante mersit caput in Pactolum fluuium sicque ipse priuatus est paena, et Pactolus harenam auream traxit.

Ał. Sensus: Si uero ne his quidem fructibus, quos tibi agelli dant, eges, et contentus es uel herba uel urtica, hoc est: si per hanc abstinentiam Stoicen sequeris, magnas, inquit, diuitias ex hac uita consequeris. *Abstemius* autem compositum est ex eo, quod abstineat temeto i. uino. Nam hi *abstemii* dicuntur; sed hic *abstemium* sobrium, abstinentem, et in omnibus contentum significat.

8. 9. *sic uiu. protinus, ut te Confestim. Confestim* et *protinus* iunxit indulgens ἔνφασι celeritatis.

[10. *naturam mut. pec. nescit.* Erit utique mutata, quia quandocumque diuitiis aliquis affluens supra modum manducat et bibit, seu uestibus aliisque rerum utilitatibus utitur, illico natura mutatur.] Aliter (sic): Vituperat illum ex obliquo ostendens, illum ex parentibus auaris natum. Qui enim auarus natus est, nihilominus auarus persistit. Vel quoniam natura non potest addere naturalibus.

11. *uirtute.* Philosophia. Id est: si per hanc abstinentiam Stoicum sequeris, magnas diuitias ex hac consequaris (consequereris C. Herm.).

12. *si Democriti pecus edit agellos.* Democritus philosophus, hortorum amator, qui dum philosophia intentus est, hortos eius pecus ipso praesente consumit. || Democritus Abderites fuit inuentor atomorum. Quod saepius postea auditor eius Epicurus adseruit: huius arbores frugiferas et alia in agro utilia pecora absumebant, dum ille omnia contempnens totum mundum animo percurrit. Si ille, inquit, modicae rei contemptor fuit, tu ingentes diuitias despicis, ac per hoc tu plus facis quam ille.

13. *animus sine corp. uelox.* Adsiduae meditationi intentus uelox est.

14. *Cum tu.* Ostendit, Iccium et pecuniae seruire et sapientiae uelle studere.

15. *sublimia.* Physicam philosophiam.

15) Erit — mutatur om. γ. 17) Aliter — persistit γ. rell. om. 19) Vel — naturalibus γ. rell. om. 21) Philosophia γ. rell. om. conf. C: '*una uirtute.* sola philosophia: Ironicos, quasi dicat, non putas.' 23) Democritus — consumit γ. rell. om. Dem. phil. *atomorum inuentor* qui phil. intentus *esset*, hortos — *comedit.* vafh (dum om. fh) Q, qui pro *dum*, ut supra saepius, inculc. *cum.* 24) Democritus Abderites — ille γ. rell. om. 25) qu*a* sepius — epicurus asse*rens* γ. 30) Ass. intentus omn. libri. conf. C: 'ass. int. *mentis addictus* uelox est ad subtilia quaeque inuestiganda.' 31) et pecuniae seruire et sap. γBφ,C. rell. et *lucro* et sap. 33) Phisicum phil. γC (phys.).

18. *obscurum lunae.* Aut eclipsin significat[, quae concors est diuersis partibus connexis. Ex quadam autem parte discors est sicut ignis et aqua: ex quadam concors cum mutuo colligentur concordiam mundi significat], aut quoniam per mensem luna crescit et decrescit.

19. *concordia discors.* Verum est; nam humor igne, humore ignis pascitur.

20. *Empedoclem.* Empedocles philosophus Agrigentinus, quae ad Pythagoricam sectam pertinent, metro et uersibus tradidit.

Stertinium delir. acumen. Stertinius philosophus, qui CCXX libros Stoicorum Latine descripsit. Hos notat, quod uersibus suis obscuriorem philosophiam fecerint.

21. *seu pisces seu porr.* Siue laute siue parce uiuis.

22. *Pomp. Grospho.* *Grosphus* iste amicus erat Horatii conmorans cum Iccio, ac per hoc de eo illum precabatur.

ultro. Al. ultr*a*.

[24. *Vilis amicorum est annona.* Id est: facile possunt haberi amici, quibus multa desunt.] *annona.* Quasi materies. *ubi quid.* Aliquid.

27. *Phraates.* Rex Persarum, quem pulsum a ciuibus regno reddidit Caesar; hic autem (victus) Tiberio se de[di]dit et signa Romana, quae capta cum Crasso fuerant [reddidit].

1) eclips*im* vafh. — quae concors — significat vafh. rell. om. 2) connex*us* v. 4) quoniam γ. rell. modo. *et* decr. γ. *aut* decr. vafhQ. 5) Verum — pascitur γ. rell. om. conf. Cic. 6) *Ee*n*pedocl. agr*a*gentib*us* (sic) γ in lemm., *e*npedocl. in Hor., ut BφJIO etc. alii ut E Ambr. Barc. Bern. C etc. e*m*ped. 9) CCXX γ. ducentos *et* uig. inculc. Q. rell. duc. (ducentum v) uig. 10) *de*scripsit γ. rell. scripsit. — qu*od* γ. rell. qu*i* 12) Siue — uiuis γ. rell. om. conf. C: '*seu pisceis.* hoc est. siue laute. *seu porrum.* siue parce uiuis.' 13) Grosphus — *precabatur* γBφ. rell. Grosphus iste am. *fuit* Hor. ac p. *haec* com*me*morans (B) de eo illum *praedicabat*, scholion confusum et uitiatum. h*oc* ac per haec c*u*mm. v. 15) al. ultr*a* γ. u. 23. De*ff*er. Ab (al.?) offer. 16) Id — desunt om. γ. 17) Quasi materies γC, qui addit: 'hoc est, facile possunt haberi amici, quibus multa desunt.' rell. om. Aliquid γBφ.C. rell. om. 18) *prah*ates γ (= C. II, 2, 17) ut S. H. Genou. Sorb. Ambr. Fran. Bern. A. *prahates.* al. *fra*hates Barc. frahates Bern. F. ph*raa*tes Bern. B. *phra*hates JIO 18. pˆraˆates E. praates BφP. ph*ar*ates Bern. D. Butl. etc. conf. C. II, 2, 17. 19) Caesar om. fh. autem *victus* Tib. se dedidit C. de*dit* γ. rell. de*di*dit. 20) reddidit om. γ. — cum Crasso fue*re*, *restituit* C.

PORPHYRION.

Fructibus. AD ICCIVM, quem etiam lyrico carmine inconstantiae reprehendit, quoniam per auaritiam philosophiae studium militia mutauit. Hic autem [nunc] Iccius procurator Agrippae est constitutus, cui*) agrum suum (eum) commendauit.

5. *Si uentri bene.* Si praesto [est] cibus et potio. *lateri.* Si non desunt stramina dormienti.

pedibusque tuis. Si habet equum, quo uehatur. Et est explanatio superioris sententiae, qua dixit: *Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus,* hoc est: cui nihil ad uitam deest.

7. *abstemius.* Qui abstinet. An, ut Quidam putant: *abs temeto,* id est, siccus ac sine uino et sobrius?

8. *sic uiues protinus ut te.* [ut Claudius]. Sic uiues, ut fruaris diuitiis, quantum Mida.

10. *Vel quia naturam mutare pecunia nescit.* Hoc est: quia nihilominus auarus est diues, quam pauper fuit is, qui auarus natus est.

11. *uel quia cuncta putas.* Epitherapeusis, qua dicit, illum philosophandi studio sordide uiuere.

12. *Miramur, si Democriti pecus edit agellos.* Hoc sensu dicit, non esse mirum, sterilem Democriti agellum pecore esse factum, dum ille philosophiae studeret, quando Iccius et pecuniae simul seruiat et sapientiae. Qua ironia ostendit, non posse utrumque fieri. Constat autem, Democritum apud Abderites ciues suos causam dixisse amissi patrimonii sui et absolutum prolatis libris, quos de physica scripsit. — *Democriti pecus edit agellos.* Hoc est: pascuus et desertus ager Democriti factus est.

PORPH. Absunt inscriptiones propter argumentum. Fruct*u*bus R.

3) Ad *ia*ium M (infra *icc*ius), ut Bφ ad u. 22 *iaio* habent. — quam M (negl. Q) R. posui *quoniam.* qu*i* 2. rell. qu*od.* 4) milit*ia* fh. rell. militi*ae. nunc* M. 6) *e*um MR. rell. suum. cf. Bφ. 'Ad Iccium loquitur qui postposita philosophia ad militiam se contulit cui agrippa, cuius sororem augustus habebat agrum *suum* quod (sic. l. qui) erat in sicilia commendauit multis opibus habundantem ut esset ei uice dominus et procurator. hic autem est iccius quem in lirico carmine constanter redarguit.' 7) est om. MR, *et* cib. *est* potio Q. rell. *est* cib. et potio. conf. C: Si pr. *sunt* cib*i* et potus. Inter*a* MR. dormien*tis* si hab. MR (dor*e*ntis) G. 8) *stragula* C. conf. Seneca E. 87. Plin. VIII, 58: *cubicularia stragula.* rell. stramina. 12) abste*n*ius. Qui*a* *a*bst. R. qui*a* v(G?Q). rell. Q*ui. abs*te te meto M. abstemeto R abs temeto A2G(Q). *a* temeto? a. *ab* temeto? fh. ab temeto v. — id est om. vafh. siccus *ac* sine uino (*humo* R) et so. MR2G. et A (om. *ac*). siccus *et* s. u. et so. va. an sine uino *siccus* et so. fh. 14) ut claudius si*cut* uiu. MR. rell. om. *ut Claudius.* 17) *qui* pauper fuit *quam* is afh. qu*a* MRA2G. 18) qu*ia* vafh et Q (typ. err.?). 20) Hoc *ce*nsu dicit mirum *sublimiorem* peiorem esse factam MR (om. mirum) 2G (fact*um* 2G). 21) dum ill*i* p. stu*dent* MR2G. 26) H*aec* est pa. *ante si* Democriti ager desertus fa. est. fh. *) Hirschfelder. em. *qui* ag. su. *ei* comm. conf. Acr.

16. *quae mare conpescant causae.* Hae quaestiones sunt pertinentes ad physicam philosophiae partem.

19. *rerum concordia discors.* Κακόζηλον dicitur. Tangit autem partem (mundi) conpage rerum ex elementis [quattuor] diuersis aptam atque connexam.

20. *Stertinium deliret acumen.* Periphrasis tropus h. e. Stertinius. Hunc et alibi tangit ut Stoicum, qui de paradoxis loquitur.

21. *trucidas.* Exprimis, elidis et proteris; conuenit autem hoc uerbum huiusmodi pulmentis.

22. *si quid petet. Petet* nunc ualet idem, quod [ibi] *Verg.* (A. IX, 94): *aut quid petis istis? — ultro defer.* Quomodo *ultro? Vltro* an *ultra?* Hoc est: plus quam uolet, aut aequum dicat?

24. *Vilis amicorum est annona, bonis.* Inquit, tam uile pro amicitia dari potest, quam quod deest uiro bono obsecuturo, scilicet si in tempore acceperit. Nihil autem sapiens desiderabit, quam quod magni pretii sit.

27. *ius imperiumque Phraates.* Docet et in Lyricis (C. II, 2, 17): *Redditum Cyri solio Prahaten.*

Caesaris accepit genibus minor. Subtiliter dixit ad genua (Caesaris) deuolutum.

1) Haec Q cum G. rell. recte. *Hae.* 3) cacozelon MG. spat. uac. reliq. R,v. cacocelon 2. Κακόζηλος afh. — par*tem* MR2G. recte partem *mundi* Bφ. rell. pa*rem*. conpa*ge* 2. rell. co*n*pa*gem* (M) et co*m*page*m*. *ex* elem. MRA2G(Q). rell. om. 4) quattuor om. R, ut Bφ. III. M. 5) *co*nexam M(Q). conf. Bφ: 'compagem *mundi* significat quae concors est ex diuersis *ae*lementis connexa. Ex quadam enim *parte* discors et sicut aqua et ignis, ex quadam concors dum mutuo conligantur.' Scholion sic constitutum esse et planum uidetur. *Par* et *pater* saepe in codd. confunduntur. 6) peri*f*rasis M. 8) et proteris MR2G(Q). rell. om. 9) huius *non di plum*entis MRG. 10) *S*cholion deprauatum. Q: 'Haec sanare non potuimus; quare Fabriciana inuiti reliquimus intacta'. Cum *aut quid petis istis* uersus recognoscendi essent, ope codicis M, qui habet *Verg.*, haec pars facile sanari poterat. Mirum autem exstat additamentum: uergil. (Vergilius R) *uere concubinis* MR, om. *aut q. p. istis?* De cuius origine quid iudicem, nondum habeo. Pe*tere* n. u. idem, quod *ibi*, Aut fh. petere nunc ualet . . . . (lacuna) nam quomodo ultro *aut* ultra va. 11) quomodo ultro. ultro MR. rell. om. alt. *ultro*. ult*ra* aut ultr*a*] aut ultra *id* est plus 2. 12) aut *ae*qu*um* A. *e*qu*um* R. aequ*am* M. equam 2. aut *ea quae* dicat F. E. Franke, dicat M (negl. Q) R. rell. di*cit*. 13) Quid enim inquit tale ui*le* 2. 15) quam om. vafh. quod om. MR2G. prae*d*ii M. predii R. 16) Phraates — Phraatem vafh. prahaten M. Docet et MR2G(Q), va. *De hoc* et fh. Post *Prahatem* scholio adiunguntur in codd. MR haec: agens in disciplinam in bea (in b*aea* R. iubeas 2. in beos G) sexus. p. (compend.) in lemmate. prahantem R. pro*cha*tem 2. 19) de*uotem* vfh. deuo*lu*tum MRA2G(Q) et a C. *Pro*uolutus ad genua Caesaris Bφ. Caesaris A2Bφ rell. om.

EPISTVLA I, 13.

ACRON.

Hac epistula adloquitur VINNIVM, qui alio nomine *Asellus* uocabatur a patre, qui Asina dictus est abusiue. Per quem Vinnium Asellum solitus erat Horatius carminum suorum libellos Augusto dirigere. Hortatur ergo eum, ut, sicut saepe eum monuit, signata sua uolumina opportune Augusto tribuat (tradat).

[C.] VINNIVS FRONTO, ad quem haec epistula scripta est, patrem habuit cognomine *Asinam*. Adludit ergo nomini eius, et quasi conuenire hanc adpellationem nominis eius ingenio uult uideri.

5. *Sedulus*. Hoc est: uelut sedulo agens, quasi sine dolo.

6. *sarcina chartae*. Sarcina figuram Vinnium paterni cognominis facit Asinae.

8. *Clitellas*. Sarcinulas.*) *inpingas*. Inportune feras.

10. *lamas*. *Lama* est aqua in uia stans ex pluuia. Dicit *lamas* lacunas maiores continentes aquam caelestem. *Ennius* (Vahlen. 1854. inc. sedis fragm. XCIII. u. 557. p. 81. E. S....pangenberg. 1826. Lib. XI. u. 22. p. 146.): *siluarum saltus latebras lamasque lutosas*.

11. *simulac*. Postquam.

12. *sub ala*. [Ascella] Axilla tua.

14. *glomus*. Notandum *glomus*.

ACRON. AD VINNIVM γb Ambr. Bern. B. Fran. qui addit num. XIII. AD VINNIVM ASELLVM Harl. 2724. AD VINNIVM ASINAM Bern. D (argum.). AD VINNIVM ASELLVM MONENS (MONET IP) VT CARMINA CAESARI TRADAT EBφIP Sorb. etc. AD VINNIVM ASELL*I*VM MONENS QVO CAVTE LIBELLOS FERAT AVGVSTO. F.

5) Hac — tribuat γBφ. rell. om. Hac epistola alloq. γ. Hac *ode* alloq. Bφ. ui*n*ium γ. 8) ea augusto B (2 m. corr. ang.). 10) *Caninius* praenomen in vcafh unde petitum sit, ignoramus. Duntzerus p. I. p. 87: 'Caninius bei Acron scheint ein Irrthum zu sein.' Inde ortum uidetur apud C(Q): C. (Caius?) Vin. Fronto, non magis probatum quam alterum. Atque Orellius certe scholiastarum auctoritate abuti uidetur dicens: — 'seruus certe tabellarius non fuit, *cum tria nomina Latina habuerit, ut dicunt Scholiastae.*' — epistola om. γ. 14) Sarcina. figurat (l. figura*ta*) — asinae γ. rell. om. conf. C: figur*am* facit *eum* pat. co. Asinae. 16) Sarcinulas γ,C. rell. om. Sarci*n*olas Bφ. — Inportune feras γ. rell. om. 17) Lama — coelestem omn. libri. *Ennius* — lutosas γ. conf. C: 'lacunas maiores co. aq. pluuiam *seu* caelestem, ἀπο τοῦ λοιμοῦ, id est, quae ingluuies est et uorago uiarum, seu fossae fluuiorum, hinc quoque dictae sunt Lamiae puerorum uoratrices. *Ennius*, silu. — lutosas.' Suringar. p. 67 adnotauit: 'Hic uersus, quem in Fragmentis ab Hesselio editis frustra quaesiuimus, non fugit diligentiam nouissimi Ennianorum Annalium editoris E. S. (Lips. 1825), qui haec uerba retulit ad L. XI. p. 146.' 21) Postquam γ. rell. om. conf. C: mox ut. 22) Asc. tua. γBφ. conf. C: axella. 23) Notand. glomus γ. rell. om. conf. C: glomus est rotundus globus filorum. Bφ: rotunditates filiorum (fi*l*orum). *) Sellulas em. C. Hermann. conf. Acr. E. I, 14, 43. Veget. Paul. Diac. p. 45. Lindem.

14. *Pyrrhia lanae.* Apud Titinnium (Ribbeck. fragm. Comm. XXI. p. 136) in quadam fabula inducitur ancilla, quae lanae glomos furatur et deprehenditur aspere. Ex conparatione stultitiae ait. *Pyrrhia* autem nomen ancillae in fabula.

15. *conuiua trib.* Sensus [est]: neue sic suffarcinatus eas, quemadmodum unus de tribu, qui ad caenam uadens ipse sibi soleas fert, cum pileolo. *tribulis.* Eiusdem tribus. Plebeius quilibet uocatus ad conuiuium. *ut cum pileolo.* Haec apud Antiquos consuetudo ueteranorum erat (, pileum portare).

19. *mandataque frangas.* Hic uersus non stat nisi auctoritate.

PORPHYRION.

Ut proficiscentem docui t. s. d. Haec scribit ad VINNIVM ASELLAM quibus docet Horatius, quemadmodum Augusto uelit exhiberi libellos suos.

6. *sarcina.* *Sarcinae* non opportune redduntur, quae sibi quisque mandauerit, sed ita inportune se offerunt, ut abicere uelle uideantur.

8. 9. *Asinaeque paternum Cognomen.* Ostendit, non aliquo uitio hoc cognomen Vinnio contigisse, sed gentile.

10. *lamas.* *Lama* est uorago ἀπὸ τοῦ λαιμοῦ; nam λαιμὸς est ingluuies; unde *lamiae* quoque dicuntur deuoratrices puerorum.

14. *Pyrrhia lanae.* Fictum amiculae nomen ancillae [ad] contemptum, ut ait *Pers.* (IV, 21): *Pannucia Baucis.*

15. *tribulis.* Unus ex eadem tribu; homo plebeius ad conuiuium pergens soleas secum defert.

17. *morari.* Delectare.

19. *mandataque frangas.* *Mandata* nunc participium est, non nomen; *frangas* autem bene, quasi asina, ut supra (uers. 8): *Clitellas ferus inpingas.*

1) Apud — ait fabula. γ. rell. om. conf. C: '*Pyrrhia.* nomen est ancillae in quadam fabula Titi*n*ii, quae furata lanae glomos, ita gestauit, ut deprehensa sit.' *pir*ria γ (bis). 2) glom*us* γ. pyrria φ. pirria B: nomen ancillae. 5) quemadmodum γ. rell. sicut. 7) pilleo γ. rell. pi*leolo.* — Eiusd. tribu. γ,C. rell. om. pleb. — conuiuium γ. rell. om. conf. C: ex eadem tribu pl. quil. *inuitat*us ad conu. 8) Haec — erat γ et C, qui addit: pileum portare cum calceis. Bφ: tiara calceorum. 10) Hic — auctoritate γ. rell. om.

PORPH. Nullae inscriptiones.

13) H*aec* MR (H*ac* G), Q. H*anc* vafh. ad Vinn. As. om. MRG. qu*a* docet vafh. 15) *sarcina* lemma om. MRG. *Sarcinae* om. vafh. 16) sed ita MRG(Q),v. se *ita* 2. *si* i*ta* a. si imp. fh. i*n*p. MG. 18) gentile *esse* fh. 19) ΛΕΝΟΥ (N saepe pro M) M. λεμου G. spat. uac. in R. ἀπο τοῦ λαμου λαμος. A. ἀπο τοῦ λεμα 2. om. vafh. nam *lemos* M2(G?). nam le*nio* R. *Lama* est uorago. λάμος (enim est ingl. vafh. 20) unde om. vafh. 21) Purril. (sic) fictum M. purri l. (lanae) fictum R. *Pyrria bene* (pro *lane* s. *lanae*) fictum v. Pyrrhia. bene dictum afh. 23) ad om. MR2G. — homo Auct. p. 693. *hoc* MR2. *homo* per compendium persaepe confunditur cum *hoc*. rell. *hic*. 24) sol. s. defert om. M2G. 26) *nam percipiunt* (sic) MR. 27) asine R. q. asin*ae* M2G. rell. asin*a*. — i*n*p. M.

EPISTVLA I, 14.

ACRON.

Vilice siluarum. Castigat uilicum suum, quod illi ager sordeat, quem quinque aliquando possederint senatores.

reddentis agelli. Quoniam, cum secesserat rus, sibi uacabat.

2. *quinque focis.* Hoc est, quinque dominis aut domibus.

3. *Variam dimitt. patres.* Oppidum in Sabinis olim, nunc uicus inminens Anieni ad octauum lapidem ultra Tibur, uia Valeria. Valerienses ergo senatores agellum suum possedisse significat.

4. *Certemus.* Sensus: uideamus, utrum tu agrum, an ego animum melius colam.

5. *an res.* Scilicet Horatii i. e. substantia.

6. *Me quamuis.* Festinare se ait rus, et uelociter difficilia omnia itineris uelle transire.

7. *fratrem.* Suum.

8. *Insolabiliter.* Ut nullum solatium admittat.

[11. *Cui placet alterius.* Id est: mihi, qui uolo habitare rure, odio est habitare in urbe: et tibi, qui uis habitare in urbe, odio est rus.

12. *uterque.* Nostrum. *locum.* Culpandus est animus, qui uitiosus est, non locus.

14. *mediastinus.* Hoc est in ciuitate et in media urbe uiuens; astu enim dicitur ciuitas. Unde et *Terent.* Eun. V, 5, 17 (987). *An in astu uenit?* Ergo sic intellegendum, non ut Quidam quasi ministrum obsequii et officii, intellegitur balnearum.

16. *Me constare.* Semper in meo proposito manere.

ACRON. AD VILICVM γ Ambr. Ad VILICVM SVVM DE VARIETATE STVDII EBφH Bern. C. Sorb. om. *studii* et ut alii recentiores libri habet AD VILLICVM. Alii inconstantes sibi sunt, ut Vat. 3257 saec. XI, qui habet AD VILLICVM et ui*l*ice, quod plurimi uett. codd. tuentur. Vide quae infra scripsi ad Porph.

6) posseder*i*nt γ. conf. C: quem quinque *tamen* senatores aliquando posseder*a*nt. rell. posse*derun*t. et cod. Theuenot. ap. Suringar. p. 169, liber parui pretii et recentioris aetatis. 7) Quoniam — uacabat γ. rell. om. 8) Hoc — domibus γ. rell. om. 9) Oppidum — significat γ,C. rell. om. 12) Sensus — colam γ,C. rell. om. fortius anim. C (Hor.), om. melius. 14) s. Hor. i. subst. (ager C) γ,C. rell. om. 15) Festinare se *ait* (rell. *dicit*) — transire γ,vcafhQ. om. C. 17) suum γ,C. rell. om. 18) ut — adm. γ,C. rell. om. 19) *Cui placet* — rus om. γ,C. 21) Nostrum γ,C. rell. om. — Culpandus — locus γ. rell. om. 23) Hoc est — uenit γ,CvcafhQ. Ergo — balnearum γ et C, qui om. *Ergo* et habet: non ut quidam *intelligunt mediastinum* quasi min. obs. et officii balnearum.' 24) ast*y* γ. in loco Ter. ast*u* ut rell. uocabulum Latinum factum. Acc. ap. Nonium 4. n. 330. Cic. Leg. II, 2. Nep. Alcib. 6. Them. 4. Vitruu. VIII, 3. *An* om. C. 27) Semper — manere γ. conf. C: stabilem manere. rell. om.

discedere tristem. Qui semper in rure habitare cupio.

17. *inuisa.* Odiosa.

18. *Non eadem miramur.* Id est: non iisdem delectamur.

19. *tesqua.* Loca deserta et difficilia lingua Sabinorum sic dicuntur, id est, deserta et conpleta sentibus sic nominarunt.

20. *Credis.* Bene *credis:* neque talia sunt.

21. *fornix.* Lupanar.

22. *uideo.* Intellego.

23. *ocius una.* Septimus casus est.

24. *uinum praebere.* Id est, quae uinum praebeat.

26. *Ad strepitum salias terrae grauis.* Satis iocunde de inepto et pingui. Iocunde *ad strepitum,* non cantum, ut auidum (sic. animum?) meretricis exprimeret.

26. *salias.* Saltes. *urges.* Fodis.

28. *Disiunctum curas.* Post laborem ex superioribus *non curas. strictis.* Carptim tractis. *exples.* Satias, et hic *non* subaudis.

29. *pigro.* Scilicet tibi.

decidit imber. Si riuus neglegenter fuerit ante munitus, ideo pigro tantum addit opus.

30. *Multa mole.* Magno pondere. *docendus.* A te.

aprico parcere prato. Deducendus per alios tramites, ut parcat agro et prato tuo nimia inundatio.

31. *quid nostrum concentum diuidat.* Quare non consonemus et in idem consentiamus.

33. *inmunem.* Sine dampno, sine*) do[lore, sine munere] nis et hoc praestitit pulchritudo.

rapaci. Quae ultro me rapiebat.

34. *bibulum.* Potatorem. *media de luce.* De medio die.

1) Qui — cupio γ. cf. C: *discedere.* rure. rell. om. 2) Odiosa γ. rell. om. 3) i. non *his*dem del. γ. cf. C: non del. eisdem. rell. om. 4) sic dicuntur om. edd. des. et *r*epleta vcafhQ. conf. C: 'loca *aditu* diff. *et inculta* lingua Sab. *sic nominantur*, *unde* quaeuis loca deserta, inuia et compl. sent. *eo nomine uocantur.*' 6) Bene — sunt γ. rell. om. 7) Lupanar γ,C. rell. om. 8) Intellego γ. rell. om. 9) Sept. ca. est γ. rell. om. 10) i. *qui* — praebeat γ. cf. C: 'quae uin. praebeat, et ideo rus detestaris.' rell. om. 11) Satis ioc. de — Iocunde γ. rell. om. 14) Saltes γ,C. rell. om. Fodis γ. rell. om. conf. C: 'fodis, hoc est, licet abomineris agrum eum, tamen assiduo labore premis.' 15) Post — *curas* γ. rell. om. conf. C: *disiunctim.* post lab. *curas.* ironicos ex superioribus. 16) Carp. tractis γ. rell. om. Satias γ,C. et — subaudis γ. rell. om. 17) s. tibi γ,C (tibi). 18) Si — opus γ,C (munitus, *ubi* pigro). 20) Magno pondere γ. conf. C: ingenti labore. — A te γ. C: imber. Ironicos omnia, 21) Deducendus — inundatio γ. rell. om. 23) Quae — consentiamus γ. conf. C: '*concentum.* sententiam. quae — *in* idem (*non* idem γ) sentiamus (*cons.* γ.). 25) Sine damno sine do*nis.* rell. Sine da. sine dolore sine *munere.* pulc*ri*tudo γ. gratia C. 27) Quae — rapiebat γ. rell. om. 28) potatorem γ,C. rell. om. — De me. die γ,C. rell. om. *) Hirschfelder. uoluit: sine *dato* munere, sine donis.

36. *pudet.* Non. *non incidere.* Non finire.

37. *istic.* In agro.

38. *Limat.* Terit, unde et *limat.*

uenenat. Noue *uenenat.*

39. *Rident.* Non inuident.

40. *Cum seruis.* Deest *tu uero.* *diaria.* Aliter *cibaria.* *Diaria* sunt certa stipendia cottidiana, quae et *salaria.* Victus scilicet cottidianus, qui mensuratim seruis adtribuitur, et est sensus: Mauis, inquit, rodere in urbe stipendia diaria, cum seruis, quam in rure liber uiuere.

urbana. Id est, (non?) rustica, cum seruis. Incerta distinctio.

41. *inuidet usum.* Quo dicit, te et lignis et holeribus abundare.

42. *calo.* Seruus, unde et *calones.*

[43. *ephippia.* (Sellam) Alii *sagmata,* Nonnulli ea, quae praeter iugum (equis) curulibus imponuntur.]

44. *exerceat artem.* [Ut tu ruri sis colens artem tuam, quam coepisti, et ille calo tibi inuidens in urbe remaneat.] Ordo est: Inuidet tibi argutus calo usum lignorum et usum pecoris et usum horti, et est sensus: calo, inquit, conportans ligna, procurans pecus et hortum in urbe non siue (l. sinet) te aliquid horum tangere, si in urbe cum eo manseris, in rure autem manens potes libere his uti. *Calo* autem dicitur quilibet minister uel a frequenti uacatione, uel quod saepe eat lignatum. Nam *calo* (καλῶ) sonat uoco, *calin* (κᾶλον) sonat lignum.

PORPHYRION.

Vilice siluarum. Ad uilicum suum scribit, inquiens [in qua ostendit omnem hominem uitiosum. Proinde uoluntatem suam et se simul cum

1) Non γ. rell. om. — Non finire γ,C. rell. om. 2) In agro γ,C. 3) Terit, unde *et* limat γ (unde li*ma* C), C. 4) Noue uenenat γ. conf. C: noue, *id est, fascinat.* 5) Non *inu.* C. *ui*dent γ 6) Aliter — uiuere γ. rell. om. conf. C: '*diaria.* cibaria. 10) Id est — distinctio γ. conf. C: 'sup. *tamen, non* (om. γ) rustica.' 11) Quo *h*oleribus *h*abund*ans* γ. conf. C: 'cum *uidet* te lignis et oleribus abund*are, et lacte.* 12) Seruus — calones γ, conf. C, qui addit: a ferendis lignis. 13) Alii — impon. om. γ. Sellam C. 14) equis C. schol. legitur in vcafhQ. 15) Ut — remaneat om. γ, qui habet Ordo — lignum. rell. om.

PORPH. V*il*ice — uilicum. recte v*il*icus, sed u*ill*a. uide quae dixi in libello de cod. Barc. p. 21. conf. Wagner. p. 455. Corssen. I, 83. Ang. Mai ad Cic. pro Tullio c. 8. p. 45. not. 5. Garaton. ad Planc. c. XXV. atque c. IX, ubi etiam u*il*am scr. antiquam dicit, id quod uett. codicibus Horatii non confirmatur (E. I, 14. 1. 15 et II, 2, 160, excepto loco I, 15, 45, in quo u. 36 adiect. *uilis* praecedit). Inclusa uerba *in qua* — *sit* habent afh. *inqua* spectat ad praecedentia: Ad uil. su. *hanc epistolam* scribit, ubi codd. MR2G uerba *hanc epistolam* omittunt. v: 'Ad ui*ll*icum suum *H*anc epistola*m* scribit in qua *ostendit,* omnem hominem uiciosum pōit (= ponitur) uoluntatis suae et se cum a*lii* (sic) simul compa*rare* sic et illum satyrice interrog*et* quae res utr*um* peior sit.' Ad uilicum suum scribit *in qua* omnem hominem uitiosum

aliis comparat. Sic et illum Satyrice interrogat, quae res utra peior sit]: omnem hominem uitiosum uoluntatis suae paenitet.

2. *habitatum quinque focis.* Quinque uillis*) possessum.

3. *Quinque bonos solitum Variam.* Qui olem quinque senatorum fuit. *Varia* autem est locus in Sabinis celeberrimus aliquando.

4. 5. *Certemus, spinas — et melior sit Horatius an res.* Simul (*Certemus.* Simul. Conparat —?) comparat se, et illum satirice quaerens, uter peior sit.

5. *et melior sit Horatius an res.* Deest *Horatii.*

9. *et amat spatiis.* Id est: conatur erumpere, uelut quibusdam carceribus inpendentis (inpedientibus) officii sui cursum ad uillam confecturus inuadat.†)

Spatiis obstantia claustra. Claustra [autem] sunt carceres, et est translatio ab equis Circensibus facta.

14. *mediastinus.* Incola mediae ciuitatis; an in officio balneatoris mediastinus?

16. *me constare mihi scis.* Hoc est: eundem esse me nosti, me numquam de opere ruris mutare sententiam.

19. *tesqua.* Loca aspera atque siluestria.

p*ae*nitet (pen. R2) uoluntatis suae || simul co*mparare* (compara*tae* 2.) ||. sic et illum sa*ty*riee querens ut*er* peior sit MR2G. Schol. in Bφ plane differt ab Acronis et Porph. argumentis. 'Ad uil. su. hanc epistulam scribit; in qua *ait:* omn. hom. uit. uo. suae poenitet. Simul comparat se et illum satirice quaerens uter peior sit'. Q, dicens: 'Nos ad codd. correximus. Fortasse aliis continget, ut melius constituant.' Ego pro *in qua* posui *inquiens* et inter duas scholii partes lemma *Certemus — an res,* ad quod sine dubio spectat expositio, utpote quae ab argumento aliena est. Quem offendit iunctura uerborum *Simul conparat se,* is ea disiungens scribat: *Certemus.* Simul. Conparat se etc. Bφ habent glossam: *certemus.* ego et tu. conf. *conloqui simul* Plaut. Amph. I, 1, 69. Hoc scholion, quod magis ex ingenio quam ex libris constituere temptaui, omnino ex numero difficiliorum Porphyrionis est.

3) possessum om. afh. Bφ habent glossas: '*habitatum.* possessum. *focis.* mansionibus. et scholion: *quinque.* quia olim quinque senatorum fuit locus in sabinis. Ad Variam ciuitatem soliti erant transire ad agendas causas.' 4) *b*ariam — *b*aria v. 5) cel. *aliquan*do MR. ex compendio ortum ex cel. *agro* (Agro G) in vafh. conf. Auct. p. 693: cel. *olim.* 9) Et melior *est* horat. an *syes* (sic) MR. — G. deest Hora*ti* M(Q). deest hora*tii* R2. *Et* deest Hor. i. Hora. an pecunia *res est* v. i. Horatius an pecunia afh. 10) carc. in*pen*dentes MG. 2 (imp.). *im*pendent*is* R. rell. im*pedientibus,* quod facilius est et uerba *spatiis obstantia* explicare uidetur; sed *inpendentis officii* defendi potest Cic. Verr. V, 60. Plaut. Ep. V, 77. Terent. Phorm. I, 4, 2. 11) officii *sue* v. officii *ut* cursum MRA2G. 13) Lemma *Spat. obst. claustra* om. fh. *Claustra* recte iterauit v. autem fh. rell. om. inuadat spatiis *dis*tantia. (obstantia. M) Claustra sunt RM. conf. Bφ: '*claustra.* tractum est ob equis. Claustra sunt carceres equorum. Dicit enim horatius. sicut equi uolunt erumpere claustra, ut possint exire. ita horatius de claustris romae et ad agrum transire.' 16) medias*ti*nus omn. libri, ut in lemmate, ubi Q recepit mediastenus ex M, qui tamen, teste etiam Halmio, ut in ipso scholio habet mediast*i*nus. Medi*e*stinus — medi*as*tinus v. mediast*y*nus (bis) fh. 19) *et* s*y*lu. fh. rell. *atque* silu. (sylu. M,a). siluest*ra* R,v. in vafh hoc scholion sequenti postponitur. *) C. Hermann. em. ui*r*is. †) in*ped*ientis C. Hermann.

20. *amoena uocat mecum qui sentit.* Hoc est: quod tibi displicet, hoc alteri mecum placet.

21. 22. *uncta.* Opulenta; sic ipse alibi (E, I, 17, 12): *Accedes siccus ad unctum.* — *et quod Angulus iste feret.* Per hoc ostendit, angulum quendam sui agri non esse aptum uitibus, quando dixit, peculiarius [potius] illic piper et tus quam uuam posse progigni. Sicut *Verg.* (A. IX, 115): *Maria ante exurere Turno Quam sacras dabitur pinus.* Et est *uua* septimus casus.

26. *terrae grauis.* Ἄχθος ἀρούρης. (Hom. Il. XVIII, 104. Od. XX. 379.). — *urges.* Quasi terrae grauis.

27. 28. *bouemque Disiunctum curas.* [Id est] Otiosum pascis.

30. *Multa mole docendus.* Docet praefossis tramitibus; sic alibi ipse de fluuio (A. P. 68): *doctus iter melius.*

32. *Quem tenues decuere togae.* Deest *neque*, ut sit ordo: (quem) neque tenues decuere togae, caena breuis iuuat.

36. *Nec lusisse.* Videtur amphibolon *lusisse*, utrum olim, an (iam?) nunc tamen [tantum] modum ludo ponendum esse credamus.

38. *Limat.* Adtenuat, imminuit, adterit et inuido oculo, ore tacente, fascinat.

39. 40. *mouentem, Cum seruis urbana diaria rodere mauis.* Non *cum seruis mouentem*, sed *cum seruis rodere mauis*, et ex ambiguo haec est eligenda distinctio.

1) *mecum* (Q)Bφ: '*amoena.* i. quod tibi displ. alteri mecum placet i. rus. hoc om. etiam afh. hoc alteri (alī R) *ne tum* (*net*um Q) plac. MR. alteri *nedum* pl. A2G. alteri *nedum mihi* pl. vafh. 5) agri *mones sic* MR (mōnes) 2G. non esse *sic* apt. vafh. — *pecu*lius illic MR2 (peculi*um*) G. peculi*ar*ius? Plin. XXXVI, 20. conf. Bφ: 'Ostendit in agro suo *facilius* per et tuo crescere quam uuam.' 6) uu*a* 2,v. 9) ΑΧΘΟϹ ΑΡΟΥΡΗϹ M. ἄχθος αρουρης A, qui addit: alter uet. cod. ἄχθος ἀρουρῃ. 2G: ἄχθος ἀρουρα. R habet spat. uac. et vafh om. Conf. H. Steph. Emendd. in Porph. p. 160: 'Neque tamen uideo. quo modo illa uerba Graeca cum hoc loco conueniant cum potius de illis, qui sunt *telluris* in*utile pondus*, dicantur illa, et quidem plerunque praefixa etiam uoce ἐτώσιον.' 7) septim*i* fh. 10) urg*u*es MR,v(Q), ut pauciores codd. Hor., pure Par. A et cum rasura Par. G. om. afh, qui ad totum uersum 26. nihil habent nisi: *Quasi terrae grauis.* Mihi duo haec scholia in unum uidentur contrahenda esse: 26. *terrae grauis, et tamen urgues.* Ἄχθος ἀρούρης, *quasi* terrae grauis. 11) Id est fh. 12) prof. R2. 14) quem (Hor.) om. omn. codd. praeter 2. interpo. Q. lemma tantum habent va. totum schol. om. fh. 15) MR habent: — togae *uenabrae* (pro*cena breuis*) iuuat nec *iuss*erit uidetur amphi*bori* (amfib. M) *iuss*isse utrum olim *etiam* nunc *tamen* (tn̄ R) mod*um* ludo etc. 17) *tamen* mod*um* 2. utrum olim etiam nunc *tantum* mod*um* ludo v. — an nunc tantum *modo* afh. 18) A*dt.* *i*nm. *ad*terit M. minuit 2. MR2G adiungunt scholio haecce: 'et inuido oculo *ori taceat os*cinat (obscinat). vafh: et inuido oculo *fas*cinat (falscinat v). Scripsi: *ore tacente*, ut fascinationes fiebant, quas quomodo repercuterent siue amputarent (Plin. XXVIII, 8), supra dictum est ad Epod. VIII, 18 (Acr.) Vol. I. p. 481. — Q: '*Nos lacunam signauimus* (Fort. sic scr. inuido oculo. — *uenenat*] Ore lacerat, fascinat). 20) Lemma *Cum seruis urb. di.* amplificandum erat. 21) Non cum seruis *nouem* (*mouentem* Hor.) MRA2G. Non c. s. nomen vafh. *si* (pro s;

40. *Cum seruis urb. diar.* Deest *tu uero;* sic enim erit contexta sententia.

42. *calo.* Vel ab eo, quod frequenter aduocetur, dicitur *calo,* uel quia κᾶλα Graece ligna dicuntur, et ille uadit saepe lignatum [cum seruis].

EPISTVLA I, 15.

ACRON.

Consulit VALAM, quid sentiat de salubritate regionis, quoniam ipse Horatius nolebat Baias ire.

[1. *Quae sit hiems Veliae.* Hyperbaton abhinc usque ad ultimum uersum: *Scribere te nobis tibi nos accredere par est.*]

Salerni. Velia ac *Salernum* oppida [sunt] Lucaniae. *Salernum* a salis copia est dictum.

2. *nam mihi Baias.* Mire, quasi hanc iniuriam sentiant, si illis frigida etiam frigoribus mediis praeferantur. Hic ponendus ultimus uersus (25): *Scribere te nobis, tibi nos adcredere par est.*

3. *Musa superu. Antonius.* Musa Antonius Augusti medicus Horatium iusserat, ut psychrolusia (lauacro frigido) uteretur propter oculorum dolorem. || Musa Antonius aegritudine Augusti artem suam inlustrauit. Nam cum, dolore [arteriae] arthritico laborans, ad summam [materiem] maciem

= sed) cum R. — et am*bitio* hec est M. et *ambitio est* R. rell. et *ex ambiguo. et* om. 2. mai9 (= maius pro mauis) et ex *ambiguo ambitio* haec est el. distinct*o* v.

1) Lemma *Cum seruis subsidia* MRA2G pro Cum seruis *urb. diar.* Hoc schol. in MRG non penultimum sed ultimum est. om. vafh. 3) ab eo quo M. — *au*ocetur M. aduoc*et* 2. 4) κᾶλα om. MR2G. καλα vafh. — *cum seruis* vafh initium lemmatis pertinens ad schol. praecedens.

ACRON. Inscriptio omnium fere codd. Horatii (Ambr. γAEBφFHIJOP Harl. 2724. Bern. B etc.) est: AD NVMONIVM VALAM. AD N*O*MONIVM VALAM. XV. Fran. AD NVMO*D*IV̄ VALĀ. Barc. AD NVMONIVM V*ELI*V*M* Sorb. Unus, Notre Dame, saec. XII addit: AMICVM SVVM, nullus uero confirmat praenomen *Caius* s. C., quod Fea tacite nomini adposuit. C. NVMONIVS VALA utique occurrit in numis ap. Eckhel. D. N. s. p. 263. Arneth. II, 20. Akerman I. p. 68. A Velleio II, 119 VALA NVMONIVS, legatus Vari, quem nostri filium fuisse putant, et qui a. u. c. 762 desertor occidit, conmemoratur. — Argumento primum locum dedi, quod in cod. non factum est. C habet hoc: Consulit Horatius V*aa*lam (sic) de locorum quorundam salubritate ad lippitudinis suae curationem, quoniam Musa Baias adire dissuadebat.

9) ua*l*am γ. Va*ll*am vcafhQ. 11) Hyperbaton — est om. γ. 13) sunt om. γ. 14) est dictum. γ. rell. di. est. 15) quasi γ. rell. quod. 16) praeferatur. Hic — *par est* γ. rell. om. 18) *Musa — dolorem* libri. — Horatio γ,C. recte etiam. Tac. A. XIII, 40: quibus iusserat, ut resisterent. Cic. in Verr. II, 67. rell. Horati*um.* 19) ut *lauacro frigido* uteretur C. ut *ipse lutro* v. ut *ipse lauacro* cafh. ut *psucrolucia* γ. posui *psychrolusia* (Ψυχρολουσία). conf. Coel. Aur. Acut. I, 14. 112. psychrolutes (Ψυχρολούτης) Seneca E. 53. 83. 20) Musa — accepit γ,C. rell. om. — i*ll*ust. γ,C. 21) arteriae γ. arthritico C. materiem γ. maciem C. — labor*aret* ad γ. laboraret *et* ad C.

perductus esset, curante Amelio medico, qui eum adeo calidis curabat, ut tectum cubiculi eius uelleribus muniret, hic postea, in contrarium uersis omnibus, non solum perfusionibus frigidis sed etiam gargarizatione Ciceronianae aquae, Atellae, in domo Caesaris, et potionibus utebatur, (ita) ut intra breue tempus eum curasset. Ob quam rem ab Augusto usque ad sestertium quadringenties et senatus consulto accepit.

sane. Valde, ut *Sallustius* (Hist. II, 71 Dietsch.): *belli sane sciens.**)

4. *cum perluor.* Ał. cum per*uehor*.

[5. *murteta.* Proprie sunt aquae sulphureae atque salubres ad quasdam infirmitates depellendas: quales erant apud Baias, ad quas frequenter ex diuersis partibus adfluebant. Sed postquam ob longitudinem itineris coepissent derelinqui et ad Clusinos fontes et ad Gabios, ubi erant frigidae aquae, coepissent concurrere, intermissis Bais, dicit, quod ipse uicus coepit ingemiscere contemptus in aquis suis. Dicit autem *murteta* || quasi mortueta, quod omnes animae mortuorum inde inferos petere credantur.] ||

murteta. Murteta non longe ab Auerno lacu sunt calidis aquis abundantia, sed non ideo myrteta, quod arbores myrti habeant, sed quasi *moruteta,* quod omnes animas mortuorum inde inferos petere credantur.

6. *Dictaque.* De quibus dictum est, [*te*] *scil. sulpura.*

cessantem neruis elid. mo. Pigrum et neruis [inertem] haerentem.

7. *uicus gemit.* Baiarum.

7. 8. *inuidus aegris, Qui cap. et stomachum.* Mire: inuident, quoniam raro salutem suam curant.

2) hic *postea* C. h. *contra* γ (ortum ex seq. *contrariam*). 3) *per*fusionibus C. *praef.* γ. — gargariʒatione (sic) γ. cf. Cels. V, 2. VI, 10 Plin. XXII, 25. XXIII, 8 (aquam calidam gargarizare). gangaris*mis* C. 4) *cic*enine γ, non *caeci*nianae, a fluuio illo. Cic. ad Diu. VI, 5. Plin. III, 5, sed *Cicerioni*anae, quae oculis erant salubres. Plin. XXXI, 2. Ciceri*nae* C. Atella illa Oscorum urbs fa*tuer*etur γ. *usus est* C. posui ute*batur.* nota Cic. Agr. II, 31. Liu. XXVI, 16. Sil. XI, 14. — *ita* ut i. b. t. *eum* cura*ret* C. 5) eum om. γ. — ob quam *causam* C. causam uel rem om. γ. Idem numerus HS CCCC Cic. Verr. II, 10. 6) *et* sen. γ. 8) Ał. cum peruehor γ. per*ri*uor al. per*uehor* Ambr. Vetusta uar. lectio *peruehor* etiam in codd. inuenitur: Par. F: peruehor (gl. *perluor*). Ambros. Q. 126. saec. XI: pernehor *uel luor.* alii Ambross. ut E. 52 saec. X: *perluor*, gl. abluor. D. 12. inf. saec. XI: *perluor*, gl. balneor etc. 9) Totum schol. *Proprie — credantur* tuentur vcafhQ. γ om. priorem partem a *Proprie* usque ad *quasi,* offerens haec: *murteta. murteta* non longe ab Auerno lacu sunt calidis aquis *ha*bundantia. sed non ideo m*ir*teta, quod arbores m*ir*ti habeant, sed quasi — credantur.' conf. C: 'Non longe — abundantia, quae creduntur ab inferis refundi. hinc m*u*rteta *quasi mortueta* quibusdam dicuntur, *quod illinc animae* quoque mortuorum *inferos petant.* || Sed murteta proprie a myrtis frequentibus dicta sunt aquae sulfureae — *homines con*fluebant — fontes *Gabiosque,* ubi erant aq. fr., intermiss*i* Baiis concurrere, dicit quod ipse uicus Baianus contemtis suis aquis coepit ingemiscere.' ingemescere fhQ, falso quidem, nam inge*mere* (pros. et poet.) tantum dicebatur et ingem*i*scere (pros.), non ingem*escere.* 16) m*u*rteta γ. m*urtheta* — *murthea* v. m*y*rteta cafhQ. 19) De — sulpura γ. rell. om. 20) Pigrum et n. inert. (in*haeren*tem C) γ,C. rell. om. 21) Baiarum γ. rell. om. 22) Mire — curant γ. rell. om. *) *fa*ciens γ. *sc*iens Dietsch. l. l. Kritz. 91. Gerl. 35. 36.

fontibus. Frigidis, ut curentur.

9. *Gabiosque.* Fontes. *rura.* Id est, aquas.

9. *Clusinos.* Clusinae et Gabinae aquae sunt frigidae; Clusinae in Etruria, Gabinae in Sabinis.

11. *Praeter agendus equus.* Praeter Baias equus agendus est.

non mihi Cumas. Ad equum suum eques loquitur.

12. *laeua stomachosus habena.* Quia in laeuam detorqueatur; nam Baiae (Capuam) euntibus in dextra sunt. An magis ideo *laeua* dixit, quia equus in*) manu regitur?

13. *Dicet eques.* Scilicet equo suo.

sed equi frenato. Al. *equis.*

14. *utrum populum.* Quem e duobus populis, uel quem populorum?

copia pascat. Hunc uersum Quidam principiis iungendum putant.

15. *Conlectos ne bibant imb. pu.* Cisternas uel lacunas. *imbres.* Scilicet ipsi populi. Utrum Vala, an Salernum?

16. *Iugis aq.* Al *dulcis.* Semper manantis.

nihil moror. Ut placeant, quia non placent. *Nihil moror*, hoc est, dubitare, quia bona sint.

17. *Rure meo.* Aut *in rure*, aut *ruri* aduerbialiter.

18. *Ad mare.* Prope mare. *generosum.* Vinum.

19. *curas.* Sollicitudines. *abigat.* Auferat i. e. quod spem fortem ministrat. *diuite.* Sicut ebrietatis. *manet.* Transeat.

20. *uerba ministrent.* Ut supra (E. I, 5, 19): *fecundi calices quem non fecere disertum?*

21. *commendet amicae.* Calidiorem faciat ad amplexus.

23. *aequora celent.* In his enim locis habitauerunt.

24. *Pinguis — Phaeaxque reuerti.* Phaeaces [enim], quorum rex Alcinous fuit, luxuriose uiuebant. [ut ait] Ita *Homerus* (Od. VIII, 248).

25. *Scribere te nobis.* Hic uersus principia epistulae concludit.

1) Frig. ut cu. γ. rell. om. 2) Fontes — Id est aqu*as* γ. rell. om. 5) Praeter — sequitur γ. rell. om. 7) Quia regitur γ. rell. om. conf. C: *laeua.* Quia Baiae *Capuam* euntibus a dextra sunt. 10) s. equo suo γ. rell. om. 11) al. equis γ. rell. om. 12) Quem — populorum γ. rell. om. 13) hunc — putant γ. rell. om. Scholia ad u. 15—20 sunt ex γ. rell. om. 25) Calid. fa. ad ampl. γ. rell. om. 26) In — habitauerunt γ. rell. om. 27) enim om. γ. 28) Ita γ. rell. *ut ait.* C: ut *scribit.* 29) principi*um* Q. omn. libri principi*a*. schol. om. C. — conclu*s*it γ,vca. conclu*d*it fhQ. Hoc schol. *Hic — conclusit* tantae fuit efficacitatis, ut in haud paucis codd. aut maior lit. initialis poneretur aut etiam noua epistula signaretur inscriptione AD MENIVM. Quod factum est, ut non solum in codd. Bφ Notre Dame. Bernn. ABCE. Barc. AD MOENIVM SCVRRAM (hinc in Bern. B rubra lit. S pro *M*oenius), sed etiam in edd. Acronis transiret.v, in qua singulae epp. inscriptionibus carent, a: Argumentum Epistolae XVI, c: IN EPISTOLAM XVI. Cod. γ consueto ordine pergit, item fhQ. In nonnullis codd., ut Ambr. Par. E, 2 m. inscriptionem illam adscripsit. *) *ea* manu em. C. Hermann.

26. *Maenius ut reb. mat. atque pat.* [*Maenius* iste nobilis fuit, sed consumptis suis patrimoniis et pecuniis causa ingluuiei scurra effectus est et uorator, ita ut, quidquid inueniret in macello et in aliis locis, consumeret, etiam ui, et fautores suos, quos suis lenociniis decipiebat, eorum bona deuorando spoliabat.] || Quae de se ut luxurioso locutus fuerat, subicit de *Maenio* fabulam. *Maenius* hic Pantolabus dictus est ab eo, quod, quidquid offerebatur, acciperet; erat autem et urbanus et mordax. Itaque dabant illi, et qui urbanitate delectabantur, et qui mordacitatem timebant [illius].

28. *praesepe.* Pro *certam sedem uel mensam.*

29. *nec qui ciuem dignosceret hoste.* Hoc est: qui, cum esuriret, cuilibet malediceret, ut alteri placere posset, a quo se pasci uellet.

31. *pernicies.* Dampnum. *tempestas.* Scilicet erat. *baratrumque.* Vorago.

33. *nequitiae fautoribus.* Qui ea delectabantur.

33. 34. *timidis nil Aut paulum.* [Aut] qui eum metuebant. Nil de parcis, parum (paulum C) de luxuriosis.

34. *omasi.* Bubulae pinguioris. Alii intestina uolunt.

34. *abstulerat.* Per uim abstulerat.

36. *nepotum.* Luxoriosorum. Cum non haberet, insectabatur luxuriosos, ut ab iisdem pasceretur.

37. *Bestius.* Nomen parcissimi cuiusdam.

38. *Quicquid erat nactus.* Quicquid maius adquirebat.

ubi omne. Quicquid erat nactus.

39. *Verterat in fum.* Id est: cum omnia consumpsisset.

Hercule. Iuramentum.

40. *Si qui.* Aliqui. *bona.* Scilicet sua, sicut ego feci. *obeso.* Crasso.

42. *hic ego.* Talis.

43. *inter uilia.* In paupertate.

1) Schol. Maenius iste — decipiebat om. γ,C. Menius vca. rell. 5) ut γ. recte. rell. om. — fuerat γ. rell. erat. de Maenio fab. γ. rell. fab. de M. 7) `off. γ. rell. *a*ff. 9) illius om. γ. 10) Pro — mensam γ. rell. om. 11) qui om. fh. *et* cuil. fh. rell. om. *et.* qui *quom* esur*iet* v. 12) alti̅ γ. al*ii* C(Q). alti*us* vcafh. 13) Damnum γ,C. rell. om. — Vorago γ,C. rell. om. 15) Qui ea del. γ,C. rell. om. 16) Aut qui eum metuebant γ. rell. om. — Nil — lux. γ,C. De parcis, de parum luxuriosis. fhQ. alt. de om. vca. 18) Bubulae (bubul*i* C.) — uolunt γ,C. rell. om. *Omasus* proprie caro bubulina (bubul*a*) vcafhQ. 19) Per uim. abst. γ. rell. om. 20) Luxuriosorum γ. rell. om. conf. C: nebulonum. Cum — pasceretur γ. rell. om. Id est, cum non haberet luxuriosos, alios insectabatur, ut — pasceretur. fhQ. *alios* om. vca. 21) *his*dem γ. *e*isdem Q. rell. *ii*sdem. 23) Qu*i*cquid — adq. γ. rell. om. 24) Quicquid e. n. γ. rell. om. 25) i. cum omn. consu. γ. rell. om. 26) Iuram. γ. rell. om. 27) Aliqui γ. rell. om. Scilicet — feci γ. rell. om. *Crasso* γ,C. rell. om. 28) Talis γ. rell. om. 29) In paup. γ,C. rell. om.

45. *quorum.* Al. qui lauti estis.
46. *fundata.* Conlocata.

PORPHYRION.

Quae sit hiemps Veliae, quod caelum. Scribit saturice de Baia luxuriosa [Baiarum luxuria] [et]. Tangit eos, qui in penuria philosophantur, iidem uoluptatibus seruituri, si fruendi habeant potestatem. Et est in hac epistula hyperbaton longum, quod hoc ordine soluitur: *Quae sit hiemps Veliae, quod caelum Valu Salerni, Quorum hominum regio et qualis uia — Tractus uter plures lepores, uter educet apros — Utra magis pisces et echinos aequora celent — Scribere te nobis tibi nos adcredere par est.*

2. 3. *nam mihi Baias Musa superuacuas.* Ne mihi quidem (Myrtariis?) Bais aquis opus sit ad curam corporis, facit Antonius Musa medicus imperatoris, facit consuetudo lauationis meae, quod mediis frigoribus perluor.

5. *myrteta. Myrteta,* aquas, quas uulgo *Myrtarias* dicunt. *Sane myr-*

1) *quorum.* al. q. l. estis γ. conf. C: *uos.* qui l. estis. rell. om. 2) Collocata γ. rell. om. PORPH. Inscriptt. nullae.

5) hie*mps* M, ut omn. fere uett. codd. Horatii. conf. C. I, 4, 1. Epod. II, 52. (et S. I, 1, 39. E. I, 10, 15). h*y*ems vafh. *hiems* Q. — sat*u*ric*ae* M. sat*u*rice RG. sat*i*r. Q. rell. sat*y*r. bai*a* luxurio*si* MRG. rell. de Baia*rum* luxu*ria*. Bai*a*. rectissime; nam *urbs* dicitur *Baia.* Cic. ad Diu. IX, 2. 12. Ad hanc urbem pertinebant *Baiae* Hor. C. II, 18, 20. III, 4, 24. E. I, 15, 2. 12. Cic. Coel. 15. 16. Tib. III, 5, 3, i. e. *Baiae aquae* Prop. I, 11, 30. Posui *Baia* luxurio*sa*. cf. Memmius ap. Seru. ad Verg. A. I, 165: oppida Asiae luxuriosissima. F. F. Franke uoluit: de Bai*arum* luxurio*sis*, et Fr. Vogelleim: de *Baia,* luxurio*sis scilicet.* Audiendus etiam est H. Steph. Emendd. p. 157: '*hiems Veliae.* In haec uerba leguntur ista sub Porphyrionis nomine: Scribit satyrice de Baiarum luxuria tangitque *eas quam in penuria habeant potestatem,* siue ut in Badii (a) editione: tangitque eos, qui eam in penuria habebant potestatem. Sed qui hic Porphyrioni tam aenigmatice loquenti (siue hanc siue illam scripturam sequamur) non succenseat? Imo uide quam nihil aenigmaticum, sed contra perspicuum quiddam et Porphyrione dignum *uetus illud exemplar* afferat: *hyems*] Scr. sat. d. B. l. '(sic) *et tangit eos, qui in penuria philosophantur, uoluptatibus seruituri, si fruendi habeant potestatem.*' 6) *et* om. MR2G(Q). tangit*que* vcafh. qui *penuriam* philosophantur MR (p̄hantur) qui *in* pen. phil. G. philosophari penuri*am* dici nequit. — philosophantur. Idem M. philos. *i*dem R. ph. *ii*dem A2G. ex *id ē* = id *est*, ut F. F. Franke uoluit. 7) si fru. ha. potestatem MRG. recte. non ortum tangitque eos *qui* (eas q*uam* fh) in penuria ha. po. vfh. *qui eam* in poenuria (habe*bant* po. a. 9) Veliae om. Q. hyems uel*ie* v. 11) *ad*credere M. rell. *ac*cr. — conf. Bφ: — 'at nos est par tibi *credere.* Ut inde possim reuerti ad domum pinguis et pheax. nam mihi *est musa superuacua* (sic). conf. lemma sequens. 12) nam mihi *est* (om. *Baias*) mu. su. MRG. conf. glossam in Bφ: baias s. *est* (?). — Ne mihi quidem *urbanis* op. MA. ne m. quidem urba*nus* R. n. m. q̄ī urba*num* 2. ne mihi *qui* urbanum op. vafh. posui *Bais aquis.* Cum Dillenburgero p. 15 Q scripsit *Baianum,* addens: 'fort. etiam *urbe baiana* s. Baiarum s. Baiis', siue — siue. Bφ om. hoc schol. habent: '*antonius.* poeta maledicus baiarum qui horatio detrahebat.' 13) medicus um (sic) facit*is* Cons. l. m. q. m. frigoribus *expolusam* (sic) M. medicus *I*m. facit *is* cons. — frigoribus *explusam* (sic) R. musa *im* facit 2, om. medicus. 14) med. frigoribus *frigidis* uoluit Dillenburger, sed *lauatio mea* praecedit. 15) m*yr*teta (bis) M. m*i*rteta (bis) — m*yr*tarias — m*y*rta (sic) relinq*uunt* R. myrt. vafh. Neque recte neque

teta relinqui. Sanc, inquit, aquas frigidas petunt, propter quam rem gemit et irascitur uicus [deseri a sua musa]: desereris uanus.*)

6. *cessantem n. c. morb.* Aut generaliter quemlibet morbum aut podagram intellege et arthritidem.

7. *sulphura.* Sulphureas aquas et Baianos uapores.

8. *audent.* Bene *audent*, utpote aegri ad aquas frigidas pergentes.

10—16. *Mutandus locus est.* Deest *ergo.* Praesertim homini, qui non tam medicum quam delitias petit.

diuersoria nota. Σύλληψις, id est, mutanda.

quo tendis? non mihi Cumas. Nunc hoc tamquam ad equum loquitur [secundum] consuetudinem (consuetudine se?) uertentem (uertens C. Herm.).

13. *Sed equi frenato est auris in ore.* In equi ore frenato est quaedam, inquit, auricula, qua captat famam locorum et, prout cognouerit, iter (ita) dirigit, aut diuertit. Et est suauis allegoria, qua significat, magis uoluptatem homines captare, quam curam corporis.

14. *utrum populum.* Utram ciuitatem, ut si diceret: utrum Cumas, an Baias? Sic *Verg.* (A. I, 148): *Ac ueluti magno in populo.*

16. *nihil moror illius orae.* Non patior.

18—21. *generosum et lene requiro, Quod curas abigat, quod — ministret, Quod me Luc. iuuenem commendet amicae.* Inter omnia, quae ex uino accidunt, etiam illud est maximum, quod uires praestat in uenerem. Hoc

plane Q scripsit: *Myrteta, quas* uulgo myrtarias dicunt.' Scribendum autem est cum MR *myrteta* enim s. murteta sudatoria Baiana erant. Celsus II, 17. III, 21. Bφ: *murteca* (sic ter). calidas aquas et salubres suas (sic).

1) relin*quunt* MR,vm (teste Q). rell. *relinqui*, ut sit lemma. relinquunt ortum ex praec. dicunt et seqq. audent — petunt. 2) deseri *a sua musa* ex G temere recepit Q. Aliquantulum sanae mentis inesset, si posuisset: deseri a *M*usa. Quidni saltem acquieuit in perbona emendatione Ascensii (afh): *suadente M*usa, petita et facta ex uitiata lectione in v: a musa *sua student* (pro *au*dent?)? Nihilominus codices alius suadere uidentur. M: uicus deseri *suamus. Audent* etc. R: uicus deseris *nanus.* audent. 2G: u. d. a. sua musa. Hinc legendum puto: dese*reris*, aut dein s. dehinc *eris uanus. Vanus* pro *uacuus* dictum est, ut Colum. II, 9, 13: uaua granum. Verg. G. I, 225: seges uanis clusit auenis, et Liu. I, 8: *uana urbis magnitudo.* — Caeterum Fabricius (fh) uerbis *Musa suadente* adiunxit: Myrteta uulgo myrtarias dicunt,' quae pars principio scholii conlocanda erat. Pronomen *quas* eum offendisse uidetur. In seq. scholio, cui tamen prior sedes in libris data est, vafh ex *et adt*riti MG s. *att*riti R fecerunt *et adiecit* sulph. etc. 4) *arthritidem* Q. conf. Acron. ad u. 3: *dolore arthritico.* 6) aud*et* a. audent bene 2. Bene audent om. afh. 7) Deest ergo M. rell. om. — qui om. MR. 9) deuersoria M(Q). d*iu*. vafh, quod posui ductus consensu omn. codd. Horatii. — CYNΛHMΨIC M. spat. uac. R. sylepsis v. rell. Συλλ. 11) secundum vafh. 12) quaedam MRA (qddam) 2G(Q). rell. om. 13) inqui*d* M. qu*ae* afh. fam*a* R. — cogno*uit* vafh. rell. (et A) cogno*uerit. ita* 2. 14) *de*uertit (teste etiam Halmio. negl. Q) MR. recte. rell. d*i*uertit. — uol. magis vafh. 16) Utr*am* om. vafh. 17) *g*aias MR. rell. *Ba*ias. *Utinam* Cumas *aut* Baias vfh. 20) *ex* uino MR. ex *u*no A. rell. uino. 21) il*lius* M (negl. Q) R. rell. il*lud* (*et* illud vafh). *) C. Hermann uoluit: ir. uicus *deseri uacuus.*

est ergo, quod dixit: *quod iuuenem commendet amicae* i. e. fortem et amabilem amicae reddat ut iuuenem.

24. *Phaeaxque.* Pinguis et uoluptarius, ut alibi ait, ut (E. I, 2, 29): *nebulones Alcinoique In cute curanda plus aequo operata iuuentus;* hanc enim opinionem de his *Homerus in Odyssea* [posuit].

26. *Maenius, ut rebus maternis atque paternis.* Hic Maenius et alibi ab Horatio conpellatur ut scurra, [et satirice] (S. I, 3, 21): *Maenius absentem Nouium cum carperet.*

28. 29. *praesepe.* Ταπείνωσις, et saturice pro *mensa;* ut *Plautus in Curculione* (II, 1, 13, 228 Fl.): — *Inpransus non.* Iratus scil. ob hoc ipsum.

34. *omasi.* Visceris bubuli.

36. *nepotum.* Nequam et luxuriosorum.

39. *Verterat in fumum et cinerem.* Comederat atque absumpserat.

46. *pecunia.* Res familiaris.

EPISTVLA I, 16.

ACRON.

Ne perconteris. QVINTIVM adloquitur de situ (statu) agri sui, || dicens illum amoenitate gratissimum, ita ut inter duos montes situs conuallia

1) quod *uires* dixit MR2G, ortum ex praeced. quod *uires* praestat. 2) *et iuuent*em 2. rell. *ut* iuu. 3) fex M. Pheax v. uoluptuariis fh. 4) *Sponsi Penelopes* Alc. v (penelo) afh. ut ebuletis MR. nebulones 2. — plus aequo (aeque ref. Q) *pes nebulones* (sic) hanc v. 5) posuit om. MR2G. — odyss*ia* MR, ut supra. Odys*sa* v. 6) Inde ab h. u. noua ep. incipit in va. — *abia* MR pro *alibi.* R: Hic Menius *et satyrice* et *ubia* ab hor. *ap*pellatur. ut si curam menius et *satyrice* abs. etc. 7) Ut *si curam* maenius et satyrice (infra sa*turicae*) abs. nouium cum *ca*peres (sic) MR. ut scurra et Satyrice absentem Maeniam carpit vafh. Locum Hor. posuit Q. — *et satyrice* libri. ex seqq. petita. 9) ταπινωσις MG. sa*turicae* M. sat*y*rice R. 10) *Impransus.* Ideo iratus ob h. i. vafh. *inpransus.* non iratus scil. ob. h. i. MR (i*m*pr.). 12) luxurios*orum* MR. luxurios*us* 2. luxurios*um* fh. *coe*merat R. *com*erat (si) M. rell. comederat et assumpserat.

ACRON. Inscriptiones aut breuiores sunt: AD QVINTIVM Bern. D. haud ita freq. Fran. addidit num. XVI (Broukh.). AD QVIN*TVM* Neap. IV. F. saec. XIV et Burneianus 178 saec. XII. AD QVINTI*N*VM Par. A, aut longiores: AD QVINTIVM (QVIN*C*IVM Ambr.) DE SITV AGRI SVI BφHIP (DE STATV 2 m. corr.) Sorb. Laurent. Ambr. Harll. 3, 19. SVI om. Bern. C. Par. 19 et E: AD QVIM TIVM (M m. s.) DE SI TVM (sic) AGRI. QVINTIVM *ALLOQVITVR* DE SITV AGRI SVI. Par. 8223 (ex argumento).

19) per*cont.* γ,cafhQ, ut plurimi uett. codd. Horatii. per*cunct.* b FINO Q SYZ Sorb. etc. Bernn. CD Fran. Neap. Romm. Vatt. 3258 et 5183 saec. XII. Suecovat. 1729 saec. XIII, vC, alii per*cunt.* (Vat. 3259. saec. XI. Bern. B etc.), alii perpauci recc. ut Par. 23 per*conc*teris. unus (Chis. H. IV. 130 saec. XIII.) per*cōpt*eris. — statu γ. conf. inscr. P. rell. (et Bφ) situ. dicens — occidenti γBφ,C. rell. om. amen. Bφ. 20) conual*lia* sc. loca (uide Stat. Sebos. ap. Plin. VI, 32) pro conual*les* (Varr. R. R. I. 12, 3. Plin. VI, 7. XXXVI. 15. Cic. Agr. II, 35. Caes. B. C. III, 20. Verg. G. II, 185.) nomen serioris latinitatis. Prudent. Peristeph. X, Innoc. de casis liter. p. 230. et p. 271. ten*t*at (sic) γ, non ten*d*at. teneat Bφ. ten*eret* C.

teneat, oppositus soli orienti simul et occidenti ||, et ex obliquo loquitur de aequanimitate ac temperantia (sua); quare paruo esse contentus debeat unusquisque arguens [et] quosdam dissimulatis uitiis magis bonos uideri uelle [quam esse et laudari], quam fieri.

2. *Aruo pascat.* Scilicet *utrum.* *Aruus* ager dicitur segetis ferax et praeparatus frumento. *erum.* Scilicet *me.* *opulentet.* Notandum *opulentet.*

3. *amicta.* Vestita, maritata.

4. *loquaciter.* Quod Graece λαλεστὶ [dicunt], non poetice sed quasi prosa oratione et communi sermone ac simplicibus uerbis.

5. *Continui montes.* Sunt illi.

5. 6. *Cont. montes, ni dissoc. opaca Valle.* Hic incipit describere (montes) situm agri sui, id est, totus ille ager [meus] unus mons esset, nisi dissociarentur ipsi montes ualle in medio iacente, per quod ostendit, agrum illum inter duos montes iacere.

6. *Valle.* Hanc uallem in Carminum libro I (17, 11) Usticam adpellat. *ueniens.* Oriens. *latus.* Scilicet agri. *adspiciat Sol.* Ut extremo ueniens Sol accipiat.

8. *Temperiem.* Agri mei. *laudes.* Laudari potes. *benigni.* Al' benigne.

9. *Corna.* Poma agrestia. *uepres.* Spineta, uirgulta, quae circa saepes sunt. Poma habent moris similia. Non est intellegendum, quod uepres in agro illius corna et pruna ferrent, neque quercus et ilices, poma domestica, sed tantam ibi dicit abundantiam esse fructuum, quanta abundantia ueprium, quercuum et ilicum.

11. *propius frondere Tarentum.* Ut ita amoenus ager meus dicatur, sicut est Tarentum. Notandum, Horatium nihil magis in Italia laudare quam Tibur et Tarentum.

2) sua om. γ. 3) argu*ens* qu. γBφ,C(Q). Argue*ras* v. rell. Arg*uit et.* — uid. uelle quam fieri γ. uideri uelle *et laudari* q. f. Bφ. q. u. *quam esse* et laudari quam fieri fh. quam esse om. etiam vmca. 5) s. utrum γ. rell. om. — conf. C: '*aruo.* frugibus. *aruum* autem ab *arando* dictum est, ager seq. fe. et pr. fr. *seminando*'. s. me γ. i. dominum me scilicet Bφ. — Not. opul. γ. rell. om. 7) Vest. marit. γ,C. rell. om. 8) *bal*iste v. βασιστι a. λαλιστὶ cfh. — dicunt vcafhQ. om. γ,C. aut Graec*i* — *dicunt* scrib. est, aut Graece. conf. C: '*loquaciter.* ample, et eloquenter. λαλιστὶ Graece, ita ut quasi ὁρατὴς sine errore omnia cognoscas.' Bφ: *loq.* eloquenter et ample. 11) montes *si* diss. al. *ni* γ 1 m. glossa in γ: Hoc incipit descr. *montes,* in scholio: Hic inc. des. *situm* a. s. 12) meus om. γ. 13) agrum illum γ. rell. ill. agr. — *atque ita* ostendit agrum *suum* — iacere medium C. 15) in Odis C. u*r*ticam γ. U*s*ticam C. app. γ,C. rell. om. scholion. 16) Oriens γ. rell. om. — s. agri γ. rell. om. — *a*spiciat — acci*piat* γ. conf. C: '*ut ueniens.* ut extremo u. Sol accip*iebat.*' 18) Agri mei γ,C. rell. om. 19) Po. agr. γ et C, qui addit: moris similia. rell. om. — spineta u. q. c. saepes (*s*epes C) sunt γ,C. rell. om. Poma — ilicum γ. rell. om. 24) schol. *Ut* — *est* Tar. in omn. libris est. cf. C: 'tam esse agrum meum amoenum, quam est Tarentum. notandum, Horatium in Italia nihil magis laudare, quamTibur et Tarentum.' Notandum (est Bφ) — tarentum γBφ. rell. om. conf. Porph.: *Et nota* etc.

12. *Fons etiam riuo.* Qui Digentia dicitur. *nomen.* Hic Blandusius.

13. *Frigidior.* Tam bonus est. *Thracam.* Id est, Thraciam.

14. *Infirmo.* Aegro. *cap. flu. utilis, util. aluo.* Et ad dolorem capitis pellendum et uentrem purgandum utilis est.

15. *Hae latebrae.* Sedes scilicet agri mei.

16. *septembribus horis.* Autumnali tempore, quo grauiores sunt morbi.

17. *tu recte uiuis.* Hoc est: si tam recte uiuis, quam fert opinio tua. Hic iam narrare incipit, non tam credendum esse famae uulgari quam propriae conscientiae. Unde *Persius* (I, 7): *ne te quaesiueris extra.*

20. *sapiente.* Scilicet excepto. *beatum.* Propter (l. praeter) sapientem et bonum.

22. *febrem.* Trahit exemplum de febricitantibus, qui cupiditate gulae prouocati simulant in conuiuio febri [se] non laborare, ut liberius possint cibis quibusque uesci, donec super ipsum cibum manus tremulae reddantur. Sed sicuti ille est stultus, qui plus credit conuiuantibus quam sibi, ita qui febri uitiorum mentem habet repletam, [ita] stultus conputabitur,*) si propter fauorem uulgi se beatum putat.

sub tempus. Legitur et *pectus.*

25. *Si quis bella tibi.* Haec enim Varius [*Varro*] de Augusto scripserat. Si quis, inquit, laudes Augusti proprie ad illum pertinentes tibi de-

1) Qui Dig. dicitur γ. rell. om. — Hic *Bl*andusius γ. cf. C: '*fons etiam.* suppl. est in agro meo, cui nomen est *Ban*dusius.' 2) Tam bo. est γ. conf. C: '*idoneus dan.* hoc est tam magnus est, ut det nomen riuo, qui Digentia dicitur.' — i. thra*iciam.* γ. cf. C: Thr*aciam.* rell. om. 3) Aegro γ. rell. om. — Et ad dol. — utilis est γ. rell. om. 5) Sedes s. ag. mei γ. conf. C: agri mei, haec mea sedes.' 6) grau. regnant morbi C. 7) *Hoc* est γ. conf. C: Hoc γ. rell. Id. *tam* r. ueui*s quam* fert o. tua γ. 8) Hic — conscientiae γ. rell. om. 9) *ne* te quaesi*ue*ris γ. rell. om. 'si *tam* recte *uiuis*, *quam fert* opinio *mea.*' vcafh inter se differunt: id est si *tam* recte uiu*es*, ut *fert* op. tua v.: Id est *tam* r. uiu*es*, *ut r*efert op. tua c (om. *id est* i). tu recte uiu*es*, *si ut* refert opinio *de te* a. Id est, si *iam* r. uiu*es*, ut ref. op. tua fh. 10) s. excepto γ. rell. om. Propter sap. et bo. γ. conf. C: '*beatum.* suppl. *esse. ne cui* (u. 19). ali cui. *alium sapiente bo.* praeter sapientem, et bonum, neminem esse beatum.' 12) hoc schol. omn. libri (et C) habent. 13) febr*i* non, om. se γ. rell. febre *se* non. febr*i* ablatiuus frequentior apud Cic. Cat. I, 13. II, 14. ad Diu. XVI, 15. 14) reddantur, *et* sic*ut is* est stultus, qui p. cr. *aliis* q. s. cum *habeat* febre ui. ment. repletam: *ita non est sapiens, qui propter applausum et uulgi rumorem* s. b. putat C. 16) *ita qui* febre uitiorum mentem ha*bet* repletam, stultus γ,vcafh. 17) *si* propter γ,Bφvcafh. *si quis pr.* ex suis dedit Q, non 'correxit ad C'; hic enim non *si quis* sed *qui* habet. Vulg. lectiones ad h. l. satis bonae sunt. 18) Legitur et *pectus* γ. rell. om. sub *pectus* Ambr. 19) Haec enim *uaro* de Aug. scr. γ. rell. habent ad u. 29: *Augusti laudes.* Haec enim *Varius* de Aug. scr. — Epicus ille, et tragoediographus Lucius Varius. C. I, 6, 11: *laudes egr. Caesaris.* S. I. 6, 55. 9, 23. 10, 44, non P. Ter. *Varro.* S. I, 10, 46, de quo Schneider Scr. R. R. II. 2. p. 126. Ruhnken. Ep. cr. II. p. 189. Conf. Porphyrion, qui *panegyricum Augusti* conmemorat, quem utrum Lucius Var*ius* ille an Lucius Va*rus* scripserit, quem Quintil. VI, 3, 78 et X, 3, 8 Caesaris Augusti amicum nominat cuique Horatius carmen I, 18 inscripsit, ambiguum est. *) *conprobabitur* — si puta*uerit* Bφ.

cantet, numquid animum adconmodabis illi? Addit ergo Augusti laudes, quas populus solitus erat eidem cantare. In ambiguo, inquit, est, an te uelit magis populus saluum esse, an tu populum, o Auguste? Sed quid? Seruet populum [et te et] Iuppiter, qui consulit [et] tibi et urbi. Aliter: Ordo in ambiguo, hoc Iuppiter seruet, qui et tibi et urbi consulit, hoc est: ut incertum semper sit, utrum tua salute (o Caesar,) magis populus an [aut] populi (tu?) indigeas, ac [et] per hoc ut cum populi salute pensandus*) sis.

26. *uacuas.* Inanes ab his laudibus.

permulc. auris. Exemplum, (ex) quo quis intellegat, an uere ei dicatur: tu sapiens es.

29. 30. *Augusti laudes a. p. Cum pat. sap. em. uocari.* Interrogatiue. Hoc (Hae?) enim non nisi Augusti possent esse.

30. *Cum.* Scilicet *an.*

31. *Respondes ne.* Congruis? *nomine?* Et hoc interrogatiue.

32. *Vir bonus.* Hoc est: nempe tu, qui me reprehendis, in eodem uitio reperieris.

ego ac tu. Ac si diceret: etiamsi non mereamur.

33. *Qui dedit hoc hodie.* Id est: populus si falso praedicauit, cito testimonium suum uertit, quoniam tu id non tueris.

34. *Detul. fasces indigno.* Ac si dixisset: sola uirtus potest habere perpetuam dignitatem. Sensus hic est, eas laudes amplectendas esse, quas adgnoscimus, ne nos quasi alienae deserant.

35. *Pone.* Vox populi '*depone*' dicentis '*honorem*';†) meus est, a me tibi datus.

36. *furem.* Me.

2) habere MR2G. rell. haber*i*. pat*i*tur MR2. rell. pat*ia*tur. 3) sustin*ere* MRG. rell. sustine*ri* (subst.?). 4) uirtu*tes* d. comp. *cum* fortu*na* afh. — conpensa*ri* Q. 6) ami*cum* MR. 7) *pio* mitigauit MAG(Q). promitti *neg*auit *puo* miti *neg*auit (sic) R. *pro* mitigauit va. diuitis mitigauit fh. 8) esse *quod* mater fil. MRA. esse *quam* fili*us* 2. esse quam mater fil. G. esse filium va, om. quam mater. — in*t*eriorem MRAG. rell. inf. 9) magisque MRG(Q). *et* magis sap. fh. a se magis *quam* sap. 2.va. 10) a*d*tamen M. 13) stultitias om. MR,v (negl. Q). conf. Acr. 14) est ill. 2. 15) obtentu*ris* 2. *Arcta d. s. t.* Toga, om. alt. Arta afh. Arta toga om. v. 19) Vt hic fh. rell. hic ut. 20) adeo call. fuit ut fh. adeo om. 2. - habitu et *cultu solere* stult. MRA2G(Q). habitu et stult. afh. solere om. v. 21) muta*ri* M(Q)R. rell. muta*re*. 23) *Beatus enim iam.* beatus M,v. recte. perperam ref. Q. rell. *Beatus enim.* Iam beatus. 24) ex pu. uest. om. fh. ex pu. *rebus* va. fh non. lemma: *Cum pu. tun. sumet no. consilia.* Id est ex pulchris *rebus* sum et noua consilia et nouas spes. Turb. 26) fietque MRA2G(Q). rell. fiet.

35. *numos alienos pascet.* Foenerabitur et faciet aes alienum usuris crescere.

ad imum. Ad postremum.

36. *Thrax erit.* Auctorabi[tur] se in ludum, ut gladiator sit.

aut holitoris aget. Saturice inuenit sordidissima futuro mercenario post beatum incessum cultumque laetantem; et uerum tale est, quod sit speculum populo.

37. *Arcanum neque tu scrutaberis.* Bene; mox enim dicet, eiusdem esse, prodere conmissa, cuius et arcana perquirere ac scire uelle.

38. *et uino tortus et ira.* Quia uinum et ira tormenta sunt, quibus multi inuiti secreta fuderunt.

39. *nec tua laudabis studia aut aliena reprehendes.* Vitium obtrectatoris est.

40. *Nec, cum uenari uolet ille, poemata panges.* Odiosum enim facit inportunitas uoluntatis et diuersitas studiorum.

41. 42. *Gratia sic fratrum gem. Amph. atque Ze. dissiluit.* Dum alter alterum sequitur studium. Quod si fratrum geminorum gratia sic *dissiluit,* quid futurum est adsectatorum?

42. *donec suspecta seuero.* Zethum dicit *seuerum,* in cuius gratiam Amphion lyrae studium proiecit.

44. 45. *tu cede potentis amici Lenibus imperiis.* Tanto magis te conuenit, potiori amico consentire, atque belle*) *Lenibus imperiis* [parere]. Quam (Quod) πειθανάγκην Graeci uocant, quia, cum potest imperare, blanditur.

1) numos M. 4) trax. M. sat*y*rice M. h. l. 5) merce*nn*ario post M. merce*narium* incessum cu*l*trumque R. 6) *et* uerum*que* MRA. rell. et uerum. tale est, *qui* sit propter speculum om. populo. fh. t. est qui sit speculum propter va. 8) dic*et* MRG(Q). rell. dic*it.* 9) cuius om. fh. eius va. cuius MRA2G(Q). — *et* scire Q. *ac* omn. libri. 12) obtrecta*ti*onis afh. 15) uolunta*ti* aduers*antis* stud. fh. uoluntatis *aduersitatis* va. uoluntatis *et diuersitas* MR2G(Q). 16) alter alterum fhQ. rell. alter*utrum* (et Bφ). alter om. 2. 17) fratrum *et* (ge*ni*orum M) gem. MAR (ger*ma*norum). dissi*luit* M (Hor.) disso*l*uit G. rell. disso*luitur.* Bφ: *dissiluit.* dissoluta est. 18) qu*od* te futurum es adsectator (sic) M. gratia sit (lacuna) *et* te futurum es asses*s*ator (sic) R. q*uid* futurum *esse* 2G. asse*n*tatorum 2. quid fut. est assectatorum v (ad sect.) afh. 19) *Beatum* dicit*o sororum* (sic) lyrae studium*que* proiecit MR (om. *lyrae* lacuna posita) 2G. Donec suspecta *o sorem* Zechum dicit *osorem* lyrae Studiumque proiecit v. 21) magis *etiam* conn. vafh. magis conu. *te* 2. rell. magis *te* conu. 22) potio*r* M. — *at* uelle fh. rell. *atque* uelle. posui: atque *belle,* quae uox Porphyrioni usitatissima est (C. I, 2, 37. 6, 12. 10, 11. 16, 15. II, 2, 15. 11, 19. 21. III, 20, 21 etc.) et in cod. M saepius (C. I, 37, 5. II, 18, 38. III, 16, 4. IV, 13, 3 etc.) scribitur *uelle.* Sic facili negotio emendatus et constitutus est locus, quem editores vafhQ corruptum et depranatum reliquerant scribentes: atque *u*elle lenibus imperiis *parere,* quam etc. *Lenibus imp.* uerba lemmatis sunt. — parere om. MR2G. q*uam* MR2G. q*uod* vafh. ΠΙΘΑΝΑCΚΗΝ M2G. πιθανάσκειν A. spat. uac. reliq. R,va. πειθαρχεῖν fh. πειθανάγκην scripseram, ut et Q posuit. 23) *quia* posui pro *qui,* quod omn. codd. et edd. tuentur. qu*ae* Q.

*) atque cedere C. Hermann.

45. *quotiensque.* Quoties, inquit, parauerit ire uenatum [*Aetolis plagis* Meleager] Calydonium aprum nobilis uenator excepit. Inde ergo epitheton fecit Horatius, ut Aetolis retibus ad apros factis intellegamus.

47. *Surge et inhumanae senium depone Camenae. Inhumanae* Camenae non est perpetuum epitheton, sed inhumane [ad] eum adspicit, qui eam laedit.

48. *pulmenta laboribus empta.* Suauiter significat, cibos ex praeda esse natos.

49. *Romanis sollemne.* Ab honesto uult persuadere, laborem uenaticum non detrectandum.

50. *uitaeque et membris.* Hoc ab utili sumptum est, *praesertim cum ualeas* a possibili.

52. *adde, uirilia quod speciosius.* Hic ostendit, turpe esse cessare firmiorem etiam infirmioribus laborantibus; et hoc a persona sumptum est.

53. *scis, quo clamore coronae.* Id est, suffragio coronae, id est, multitudinis spectatricis in campo Martio exerceri soleas. Quod argumentum a minori ad maius dicitur; nam si hoc facis ludi causa tantum, quanto magis facies propter amicitias et utilitatem tuam?

54. 55. *denique saeuam Militiam puer.* Occasio laudis iniciendа et ipsius, ad quem scribit, et Caesaris Augusti.

56. *Sub duce [qui templis Parthorum signa refixit].* Quia sub Caesare, inquit, Augusto olim in Cantabria militasti, qui nunc a Parthis signa Romana quondam capta cum Crasso recepit.

57. *adiudicat.* Adiungit.

58. *Ac, ne te retrahas et inexcusabilis absis.* Sensus hic est: Noli, inquit, te retrahere ac denegare ludenti amico. Non enim excusare te potes, quod ipse numquam luseris, praesertim cum in uilla tua cum tuis saepe nugeris ac ludas.

59. *Quamuis nil extra.* Quamuis, inquit, sapiens sis et omnem curam tuam ad numerum hominum moremque redigas h. e. ad rationem, ad sa-

1) Aetolis plagis Mel. om. h. l. MR2G. 3) f*a*cit 2. 5) inhuman*ae ad* eum vafh. *aspi*cit libri. inhumane *c*um asp. qui *iam* laedit MR2. inhumane eum asp. Q. 7) ci*u*os ex prae d*am* ex *senatu* (sic) M. 11) *praesertim* — possibili et schol. subseq. *Adde* — *est* (MRA2G) om. vafh. homoeoteleuto *sumptum est.* 15) *coronae* quo suffr. MR2G. *coronae. Id est, cum* suffr. vafh. *coronae.* Scis quo suffr. Q. — *coronae* id est MR. (idem) 2. rell. om. specta*turae* afh. specta*turis* v. spectat*ricis* MRA2G(Q). 21) qui — refixit fh. rell. om. 22) nunc parthis *scribit signat* r. c. crasso. recepit om. MR2G. quondam om. Q. 24) Id est adiungit 2. adiungit i. italicis armis Bφ. 26) *te* potes 2G(Q). rell. om. pote*st* M. rell po*tes*. excusare pote*st* M. exc. *te* pot*es*. 2G. exc. potes R,vafh. praesertim *qui* M (perperam ref. Q) RA rell. pr. *cum. nu*lla MRG (corr.). rell. 27) *in u*illa. nug*a*ris G. 28) l*au*das MR,v. 30) mor*um*que MG. more*m*que R. rell. mo*dum*que

pientiam, interdum te tamen iocis ludoque delectas. Sic alibi ait (C. IV, 12, 28): *Dulce est, desipere in loco.*

61. 62. *Partitur lintres exercitus: Actia pugna Te duce.* Ait: imaginem pugnae Actiacae, quae fuit inter Augustum et Antonium, tu, Caesar, facis.

62. *hostili more refertur.* Agitur. Translatio a fabula, quae, cum agitur, denuo referri dicitur. [*Terentius* (Hec. L. Ambiuius prologus 21 (30) Fl.): *Hecyram ad uos refero, quam mihi agere numquam licitum est.*]

63. *lacus Hadria.* Nomine Hadria: et tamdiu nomina simulata seruantur, donec alteruter uincat.

65. *Consentire suis studiis.* Ille non solum studium laudauit, sed etiam laudat.

66. *utroque tuum laudabit pollice ludum.* Vtraque manu. Tropus synecdoche a parte totum, an quia, qui uehementius laudat, manus iungens iungit pollicem cum proximo?

67. *Protinus ut moneam.* *Protinus* modo *subinde* significat, et est ἐπιδιόρθωσις.

68. *Quid de quoque uiro.* Tria dixit: quid dicas, de quo dicas, cui dicas.

69. *Percontatorem fugito.* Vera sententia est: Eadem enim libidine prodit et audit et, quae audire desiderat, perscrutatur.

70. *patulae conmissa fideliter aures.* Paratae ad audiendum.

71. *Et semel emissum.* Εν ὑπόκρισι terribiliter pronuntiandum est.

72. *Non ancilla tuum iecur.* Non ames, inquit, seruum aut ancillam diuitis.

74. *Ne dominus pueri.* Id est, diues.

75. *incommodus angat.* Ne, inquit, angat, si aut munere accepto laeteris, aut non accepto contristeris, cum omne munus sapienti res parua

1) in *ioco* MRG. Partit*or* *ly*ntres. 2) est om. vfh. 3) *ut* imag. MR2G. rell. *ait* imag. 4) *te* caesa*rem* MR (ces.). tu cesarem, em. expu., G. tu Caesa*ri* fh. rell. *tu* Caesa*r*. 6) dicitur om. M. referri consentire studi*o* su*o*.. MR. Terentius — est afh. rell. om. referri || consentire stu*dio* *suo* (sic. om. *dicitur* etc.) MR. studio suo G. 8) Nomi*na* Hadr. MR (adr.) 2G, 9) *nec* alter*utrum* uincat MR2(*ne* alt.). G. rell. *donec* alteruter uincat. 12) Trop*os* syn. M2Gva. rell. Trop*us* συνεκδοχή fh. an qu*ia* MR. *an qui* G,vafh. an *quia qui* Q. *aut* quia qui 2. conf. Auct. p. 639: 'Utraque manu compressa, ut faciunt Deum orantes. n*am qui* ueh. — proximo.' uehemen*ter* R. 15) Protinus *cum* moneam *protinus ut moneam* MRA2G(Q). protinus modo — ἐπιδ. vfh: modo substantiuum significat, et est (om. ἐπιδ.). a: *quoque* modo substantiuum *ponitur*, et est (sic). 17) Quid *deco* uiro M. Quid de quo uiro G. 19) Per*cunct.* afh. Vere h. 20) prodit *qua* audit quae 2. 22) ἐν ὑποκρίσει A2. eN YΠOKPICI M. spat. uac. R. om. vafh. — terribi*lem* MR. terribi*li* 2G (*lem.* 1 m.). 23) anc. *ac* diuitis R. 25) Ne *pueri domini* id est diuitis. M. *Ne pueri domini* (đnı). idem *sunt* diu*ites* R. ne *puri* domini G. *Ne dominus pueri.* Dominus i. diues vafh. scil. di*uitis* 2. i. diues amicus tuus Bφ. 26) angat si om. MRG,v. si aut om a. aut om. fh. laeteris aut non *accepto* om. M. 27) tristeris R.

sit. *Alii* putant, hoc dici: Ne sentiens insane adpetentem puerum puellamue dominus pueri puellaeue beare te uideatur, ergo obnoxium faciat paruo munere, hoc est, mancipio donato, aut incommodus i. e. difficilis sit erga te amatorem. Adludit ad Vergilium, cui Alexandrum puerum Pollio dominus dono dedit.

76. *Qualem commendes etiam.* Monet, ne quem incognitum potiori amico temere commendet huius [enim] periculo peccaturum [si peccet].

ne mox. Ne postea.

77. *Incutiant aliena tibi peccata pudorem.* Ne alio, inquit, peccante tu erubescas, qui eum commendaueris diuiti.

78. *Fallimur et quondam.* Non timet Horatius, ne sub hoc praecepto ipse maleuolus uideatur, qui dicat, non temere quemquam diuitibus conciliare oportere, et ideo addidit: fallimur tamen et interdum [tradi parum dignum] indignum pro digno tradimus. Quid igitur fiet, si peccauerit? minime defendendum; decepit enim ipsum commendatorem *quem, sua culpa premet,* qui uere peccauerit et in offensionem uenerit sua culpa.

80. *Ut penitus notum, si temptent crimina.* Ne tu, inquit, incassum effundas defensionem, protege, qui, ut saepe fit, maledicorum criminatione cum laeditur, tu quoque labefactaris laudator commendatorque eius.

82. *qui Dente Theonino cum.* Hoc est, qui cum mordetur ab inuidis et obtrectatoribus, succurrendum tibi est, ne tu quoque laedaris. *Theon* autem quidam illo tempore rabiosae dicacitatis fuit.

82. 83. *ecquid Ad te post paulo uent. p. s.* Ordo est: ecquid sentis?

84. *Nam tua res agitur.* Sententia per allegoriam demonstrat, uicinorum periculum nostrum esse.

86. *Dulcis inexpertis cultura potentis amici.* Dulcem esse dicit ami-

1) dici *menties ami po*tentem (sic) puerum (= G) || puellae *uel* beare te uid. M. dici menties a*nni* potentem puellam. *Vene* dominus pu. R. dici ne *mente ama* pueram potentem puellamue *ne* dom. 2. — app. vafhQ. 2) *pueri* puellamue ne codd. ref. Q. — fac*e*ret 2. 3) *id* est vafh. Ne sentiens — dedit vafhQ. — incommod*um*. Difficileque sit et te angat amatorem suum per allegoriam confes*so* (confess*io* 2G) alexandr*i* (alexandr*um* 2) puerum pollio (om. 2) dominus dono (dom. domino 2) dedit MR2. 7) temere om. R. enim om. MR2G,vaQ. — si peccet om. MR2G,vaQ. 8) Ne postea om fh. ne poste*rius* 2. 10) commenda*ue*ris MR. rell. commen*daris* 12) mal*i*uol. R. ipse om. 2. 13) addit h. — int. *tradi parum dignum* MR2G. rell. om. indignum p. d. tradimus vafhQ. 15) minime — *peccauerit* propter homoeotelenton om. vafh. 16) pr*ae*met M. 17) *notum sit* (= si t.) ne tu M. — *Ac* tu 2. 18) proteg*ere* MR2G. — criminatio*nem* MR. cum om. 2. 21) et om. vafh. — *detract*oribus 2. — tu om. R. 23) &quid M. *en*quid (bis) a. postpaulo MR. — Ordo est quid sent. MR2. 26) inexper*ti* MRG,va rell. inexpert*is*, ut omn. codd. Horatii. Bφ: *inexpertis.* i. ignorantibus hominibus. Porphyrionem legisse inexper*to*, ut Q ex interpretatione et ex lectione concludit (atque ex singulari *Expertus?*) non uerisimile est.

citiam diuitis ei, qui non sit expertus; caeterum re ipsa plenam esse timoris et molestiae.

87. *dum tua nauis in alto est.* Cum prosperum cursum amicitiae tenes; et est tropus allegoria.

88. *ne mutata.* Id est: Ne ob aliquam offensionem merearis excludi; *aura* uel tenuis ac leuis culpa.

89. *Oderunt hilarem tristes.* Hic ostendit, similem similibus delectari.

92. *Oderunt porrecta negantem.* Hic ostendit, quid sit leuis aura, hoc est, parua causa, cur quis non ametur. *Pocula negantem* non amant, etiamsi tu malam ualetudinem ostendas ad excusationem non bibendi.

negantem poc. quamuis. Etiam metum (uomitus) causantem.

94. *Deme supercilio nubem.* Ne te, inquit, tristem praebeas, aut nimis seuerum; nam propter hoc (hanc) multi odium contraxerunt.

plerumque modestus. Deest *etiam,* ut sit: *etiam modestus.*

95. *Occupat obscuri speciem.* A superiore pendet. An per se intellegendum est: non esse satis bonum? an sic accipimus: ita te conpares, ut, qualis es, talis existimeris?

96. *Inter cuncta leges et percont. doctos.* Inter cuncta hortatur Lollium, quaerere disciplinam et doctrinam esse necessariam ad commendationem amicitiarum [significat].

97. *Qua ratione queas.* Id est: quemadmodum possis suauiter uiuere.

98. *inops agitet uexetque cupido.* Auaritia.

99. *Num pauor et rerum mediocriter utilium spes.* Recte dixit; utrumque enim [est] stultitiae: uel pauere, ne amittat, uel sperare cum uoto ingenti res mediocriter utiles.

100. *Virtutem doctrina paret.* Hae omnes quaestiones de (hac) morali philosophia sumuntur.

2) et mol. R2. *et* om. M. rell. *ac* mol. 4) trop*os* 2G,va. ἀλληγορία fh. 5) *a*b 2R (1 m. corr. *ob*). — excludi. *oderunt hil. tr.* Hic — delectari *aura* uel — culpa MR. 7) simil*i* delect. afh. 9) Pocula *res autem* MR. pocula autem 2G. pocula *autem negantem* vafh. Pocula *recusantem* (uel *renue*ntem) Q. Poc. neg. sunt Horatii uerba. ualetu. M. rell. ual*i*tudinem 10) bibendi negantem etiam *mature* causantur MA2G. biber*im* negantem *et mature* causantur R. bibendi. Quamuis nocturno (no. a) negan*te* (negant*em* a) etiam *ma*turae (*na*turae a) causantur v. bibendi *Quamuis*] Negantem etiam *na*turae causantur fh. bibendi *i. e. non amant* negantem *etiam si naturam causatur* Q. Equidem retinui *negantem* in lemmate, ponens: etiam *metum* s. *uomitus* causan*tem.* Bφ: *tepores* i. uomitus. 12) *minus* R2. rell. *nimis.* 13) *hanc* (s. nubem) omn. libri. h*aec* Q. *nubem.* tristitiam. Ne te — propter *hoc* multi od*io incurrerunt* Bφ. *in odia* incurr. Cic. Off. I, 42. 14) pl. *modo* M. pleru*n*que] modo deest ut R. — modes*tum* MR. 15) an *per te* MRAG (t) an perse 2. *parce* v ((pce) afhQ. qui dicit: 'ut nos Fabr. *quam emendare non potuimus.*' 16) bonum. an sic accipimus vafhQ. bonum. *ac cinis* (sic) M. bo. *acinis* R. *accicinis* 2. 18) Inter cuncta hort. Loll. quaerere disciplinam Bφ. rell. om. 20) significat om. Bφ et M (negl. Q). RA2. 21) que*at* pos*sit* Bφ. qu*ae*as M. Id est R2,va. id M. Scilicet fh. 22) Auaritia om. fh. 24) est om. MRG. utr*um* enim stultitiae est 2. 26) de *hac* M2. mora*b*ili M.

101. *quid te tibi reddat amicum.* Id est: uirtus, quae facit sapientem, nihil stulte facere potest, ac per hoc se ipsum non laedere.

102. *Quid pure tranquillet.* Vere delectet.

103. *An secretum iter.* Videtur hoc probare, quod ultimum posuit; nam et alibi (E. I, 17, 10) dixit: *Nec uixit male, qui natus moriensque fefellit.*

104. *Me quotiens reficit.* Hoc est: quoties in rure meo sum.

Digentia riuus. Nomen riui fluentis per agrum Horatii.

105. *Quem Mandela bibit. rug. frig. pagus.* *Mandela* pagus est in Sabinis nimis contrahens atque algidus frigore et rugosa faciens hominum corpora. *Bibit pagus* tropus metonymia, hoc est: pagani bibunt. Et hic est, de quo ait (E. I, 16, 12): *Fons etiam riuo dare nomen idoneus.*

106. *Quid sent. putas.* Deest *nisi hoc.*

107. *etiam minus.* Paratus sum, inquit, *etiam minus* habere, quam habeo, dummodo uiuam, quemadmodum uolo.

109. *Sit bona librorum.* Studio prius librorum copiam quam frugis uictusque est precatus.

110. *Copia, neu fluitem dub. sp. pend. ho.* Id est: ne alieni conuiuii sub incerta inuitatione tempus exspectem.

111. *Sed satis est orare Iouem.* Haec a Ioue, inquit, petam, quae ipse mihi praestare non possum. Caeterum ut aequum animum geram, in mea magis est potestate quam Iouis.

2) *mihi* stulte R. — ac om. 2. non om. MR2. 4) ultim*um* MRA2G(Q),v. ulti*mo* afh. 5) nam et MRG(Q). *an* et alibi v. *an quod* alibi afh. quod alibi 2. *Hic* uixit R. *di*xit fh. uix v. 7) quoti*ens* in lem., quot*ies* in schol. M. quoti*ens* R bis. — meo ru. vafh. 8) *Dig. riu.* Flu*ens* vafh. sum *dicenti an omnes* riui flu. RG. 9) Lemma posui. — Lemma in fh: *Bibit rug. frig. pagus.* 11) *sic* est vafh. *hinc* est R. rell. *hic* est. ait etiam Fons (soniis v) vfh. 14) Lemma *etiam minus* in libris, ut subinde fit, non significatum est. conf. Dillenburger p. 18. 16) Studio MR2. *Spes* bona librorum copiam quam frugis *unc*tusque (prius a) est praecatus va. Librorum copiam prius, quam frugis *prouisionem* est precatus fh. Studio *deditus* prius Q. prius M2. pri*mum* R. — frug*is uictus*que MR2G(Q). 18) *ne* fl. MR2G (Q. *neu* in Acr.), v. *neu* afh, ut omn. fere codd. Horatii. — in*uitione* M. uitio ne R2G. ne al. conu. *spe* sub *incerto* (2G) *uersus ac* tempus exp. va. ne al. conu. *spe* in incer*ti* uerse*r*, ac temp. exp. fh. exspectem M, non *exp.*, ut ref. Q. et *spem* 2G. 20) poetā f. poeta h. rell. petam. 21) *ce*terum M.

EPISTVLA I, 19.

ACRON.

Prisco si credis. Hanc epistulam ad Maecenatem scribit, [in] qua demonstrat pragmatiam suam, id est, causam, quare carmina conposuerit; sed prius uituperat imitatores Cratini, qui docuit, non aliorum carmina esse stabilia, nisi, qui potulenti et ebrii essent, trahens occasionem ipse Cratinus ex Homero et Ennio, in quorum libris laus inuenitur uini; sed si laudauerunt, non tamen poetas uinolentos debere esse dixerunt ||. [Qui] Cratinus, archaearum comoediarum scriptor, tantae uinolentiae fuit, ut solitus fuerit supra pelles recumbere, quas conmeiere consue[ue]rat; hoc etiam epigramma in monumento eius testatur, eum fuisse uinosum. Idem etiam in suis fabulis negat, bonum esse poetam, qui uinosus non fuerit, et ideo poetas in Liberi Patris esse tutela. Hic per hanc uinolentiam tantae libidinis fuit, ut cubiculum suum speculis adornaret, quatenus et coitum suum spectare posset.

Cratino. Philosopho Epicureo.

2. *uiuere.* Durare.

3. *ut.* Id est, postquam.

4. *Adscripsit.* Addidit, inseruit, connumerauit. [*Liber Sat. Faun. po.*

ACRON. Inscriptio codicum est aut AD MAECENATEM FHJIO Ambr. Harll. 2. 3 etc., aut AD MEC. γbEABφ Bernn. BC. Fran. add. num. XIX.

6) Prior pars scholii *Hanc* — *dixerunt* om. γb, exstat in Bφ. — *in* om. Bφ. demonstrat Bφ,Cvafh. de*scribit* tacite inc. Q. 7) πραγμάτειαν C. pragmati*cam* Bφ,ca. rell. pragma*tiam*. — i. causam *qua re* bBφ. id est, *considerationem, et* causam *ob quam* Bφ. rell. *propter* quam. — carm. comp. rell. comp. carm. bBφ. 8) imita*tiones* Bφ. — *non ali*orum bBφ,C. *non il*lorum v. *nul*lorum cafhQ. 9) nisi *qui* bBφ. rell. om. *qui.* essent om. bC. — tr*a*ens b. 10) uini. *sed si laudauerunt.* non bBφ. rell. uini; non. conf. C: 'uini: sed *etsi hoc* laudaue*rint,* non' etc. non tamen — dixerunt bBφ,C. non t. p. esse dixerunt debere, uinosos afhQ. Non tamen po. esse *du*xerunt debere om. uinosos, v. Qui — posset om. Bφ. Qui om. γbC. Cratinus *autem Ar*chaearum *Co*moediarum scriptor tantae C. 12) arch. com. scriptor γb. rell. om. 13) sup*er* pelles γb. rell. sup*ra*. *in* quas vcfh. *super* quas a. co*mmei*ere γ,C(Q). co*m*ciere b,v. co*med*ere consueuerunt cafh. cons*uerat* γ. 14) testatur eum fuisse uinosum γb. rell. om. — Idem etiam in suis γ. Idem etiam negat in suis b. testatur idem quoque in suis C. testatur. In suis etiam fab. negat vcafhQ. 15) esse om. γb. — et ideo — tutela γ. tutela liberi, om. patris, esse b. conf. C: et ideo poetas esse in Liberi patris tutela. fuit autem per hanc u. t. l. ut — et co*ire se* sp. posset.' rell. om. 17) quat*i*nus b. 19) phil. Epic. b,C. poeta sectae epicureorum Bφ. rell. om. 20) Durare bBφ,C. rell. om. 21) i. postquam γ. postquam b,C. rell. om. 22) *Ads*cr. b Ambr. Parr. EB etc. Bernn. ACD. conf. Porph. *Ass*cr. γ. *As*cr. Fran. Addidit ins. commemorauit γ. conf. et b,C: 'add. ins. cō*numer*au̅ (connumerauit C), uerbum Ammiani XXV. 4, Arnobii II, p. 234 (p. 187) et Paul. in Pand. I, 5. 14. b pergit: *pater in numero satirorum et faunorum.* conf. Bφ: *satyris.* in numero *deorum* satyrorum et faunorum. rell. om.

Democritus (Dionysus Herm.) enim exclusit suo iudicio sanos poetas a numero Musarum, dicens, insanos in numerum Faunorum et Satyrorum deorum transire quasi ueriores. Unde per ironiam hic dicit, quod, postquam Liber Pater insanos poetas numero Satyrorum adscripsit, ipsae quoque Musae etiam mane sobriae non fuerunt, olentes adhuc uino nocte potato.]

6. *uinosus Homerus.* *Vinosus* dicitur, quia uinum laudauit, non, quod ebrius fuerit.

7. *Ennius ipse pater.* Qui primus apud Latinos heroica fecit carmina ad annales conscribendos.

8. *putealque Libonis.* Sedes Praetoris primum a Libone reperta.

9. *Mandabo siccis.* Ut litigent, contingat hoc sobriis.

10. *simul. edixit.* Al. edixi.

non cessauere. Id est, mox ut dixi.

12. *Quid, si quis uultu toruo ferus.* [Sensus est:] Quid, si aliquis uestem uultumque Catonis imitetur, numquid continuo etiam uirtutibus Cato est? Cato enim, consul Romanorum, ut terribilior appareret hostibus, intonsus barba et capillis manebat (prodibat) cum duro calciamento (pedum), et cum toga exigua, ut uelocior esset.

pede nudo. Hoc de quocumque philosopho, quoniam Cato nudis pedibus non fuit.

13. [*Exiguaeque togae simu. text.* Qualem fecerit textor.]

15. *Rupit Iarbitam.* *Iarbita* Maurus fuit [regione], qui, cum Tima-

1) Democritus — potato om. γb. Bφ: *male sanos.* Democr. *enim* — potato. rell. om. *enim.* 4) ipse *quoque* Bφ, rell. ipsae, om. quoque. ui*no* — pota*to* Bφ. rell. uin*um* — potat*um. uino* est ablatiuus, ut Ouid. M. V, 405 sulphure, Prop. IV, 7, 32 nardo. *Vinum* accusatiuus ortus est ex *uina* apud Horatium. conf. Varr. R. R. III, 16, 6. Ter. Ad. 1, 2, 37: unguenta. 6) quo ebr. γ. q̊*b*ebrı9 b. conf. C: quia uin. laud., om. non — fuerit. rell. om. 8) Qui — conscribendos γbφ. ad *libros* anna*lium* conscribend*os* bBφ. rell. om. Bφ addunt: et loquitur hironice. 11) Sedes pr. — reperta γBφ (repert*ae*). conf. b: sedes pr. abi bone (sic) primum repe*rta est.* rell. om. conf. C: — 'quod is primus tribunal in foro statuerit'. conf. b: *for putealque.* i. pauimentum. sic *Persius* (IV, 49): *sic puteal multa cautus.* 12) Ut — sobriis γ. rell. om. *siccis.* sobriis bBφ. conf. C: sobriis ut litigent. 13) edix*it* al. edi*xi* γb. rell. om. 14) Id — dixi γ. rell. om. *simul.* mox ut C. 15) Sensus est fhQ. rell. om. Quid si *aliquis* γb, ut Porph. — si quis, *inquit* C. Quid si quis uest. va. *Quid*] Si quis uest. c. *Sensus est:* si quis uest. fhQ. 16) continuo γbBφ (Porph.). || rell. om. *protinus* etiam C. Cato *est* γb. Cato *sit* Bφ. *erit* Cato vcafhCQ. 17) seuerior app. C. 18) inton*sis* γ. intons*us* bBφ. bar*bam* (bā) et capill*is* b. capil*los* B. man. 2 corr. inton*sa* vcafhCQ. — *prodibat* in publicum duro*que* calc. *et saepe nullo.* C. cum duro calc*i*amento *pedum* γb. calc*e*amento C(Q). utraque scribendi ratio occurrit in uerbis *calceo, calceamen*, calc*eator*, calc*eatus*, calc*earius.* de calc*i*amentum inspice codd. ad Plin. XXVIII, 4. Colum. XII, 3. Cic. T. V, 32. aīdiro coleramento v. cum d*i*ro *colora*mento cafh. uocabulum non Latinum. pedum γbBφ. om. vcafhCQ. 19) ut u. esset om. C. 20) quonia γ. rell. Cato *enim.* 22) Qu. fec. textor om. γ,C conf. b: fingat imitari. finge catonem tam exigua toga *qualem fecerit textor.* 23) *Iarbitam* Harl. 1286. Genou. Barc. (uel *t*arbitam 1 m.), C. *t*arbi*th*am

genem philosophum post conuiuium et inter pocula declamantem uellet imitari et non posset, inuidia quodammodo diruptus est.

15. *aemula lingua.* Al. gena (caena?).

16. *tend. disertus haberi.* Quia conuiuae pastori suo etiam diserti dant gloriam. *Persius* (I, 38): *Laudant conuiuae.*

16. *Decipit exemplar.* Decipiuntur, inquit, stulti, qui, cum proposuerunt sibi exemplar bonorum, eosdem tantum in uitiis imitantur, ut ille, qui Catonem imitari se putat, Maurus eloquentem Timagenem.

18. *biberent exsangue cuminum.* Ut pallorem nimium possent imitari, quoniam cuminum potatum pallidos reddit homines.

19. *O imitatores, seruum pecus.* Mire ait [pecus] *seruum*, quoniam negant Stoici, quemquam liberum esse praeter sapientem. Loquitur contra malos poetas, admirando dicens: *O imitatores* aliorum in uitiis et: o *seruum pecus*, id est, seruile. Sicut enim serui ad alienum praescriptum et imperium uiuunt, ita et uos aliorum exempla in malo semper imitamini. Quando enim uestram recordor uitam, plerumque iocor, plerumque irascor.

20. *tumultus.* Turbationes mentis incertae.

21. et 23. 24. *Libera per uac. po. uestig. princ.* — *Parios* etc. Id est: ego primus Latino sermone scripsi lyrica carmina. Hic de se loquitur, ostendens, quomodo et qualia (quae) carmina scripserit, et sic loquitur, quasi neminem fuerit secutus, sed libero consilio sua carmina inuenta conscripserit.

[22. *qui sibi fidit.* Solus audet.]

23. *Dux reget examen.* Id est: audet ire ante alios in praelio.

γ. ru*m*pit *t*arbitam D,v. *t*arbytham A (1 m. corr. *i*arb.) Ambr. *y*ar*bit*um FJ Bern. Fran. B. Yarb*yth*am EBφ. *yh*arbitham Bern. AC. Yharb*it*am HP. tyharbytham Sorb. etc. *Hya*rbi*t*am cafh Q. — regione om. γ,b. legitur in BφvcafhQ. conf. Porph. *nat*ione C. conf. Bode Scriptt. rer. myth. latt. Vol. I. p. 149 n. 223: 'Iarbita natione Maurus fuit. Qui c. T. ph. *docte* declamantem *incassum imitari conaretur*, inu. q. *diruptus* traditur.' Timag*i*nem γ. qui *da ierti* ma*g*inem (sic) filoso. b. thĩagenū v. *t*imagen*um* Bφ.

2) *diru*ptus Bφ b (Porph.), Q. *dis*ruptus ruptus C. *dirumpi* ira, dolore, plausu. descriptus (1 m. corr. di) γ,v. rell. dis*cerp*tus. 3) al. gena γb. rell. om. 4) d*iss*ertus γ. in lem., in schol. *dis*erti. conf. b: eloquens. conuiue — conuiue. rell. om. 6) Decipit. Nos b. s. nos C. Decipiuntur — Timagenem γbBφ. rell. om. — posuerunt γ. proposuerunt b. proposuer*i*nt Bφ. sibi Bφ. si γ. sine b. 7) imi*tat*ur γ. 8) se imit. γ. 9) poss*i*nt γ,vcafhC. possent Bφ,Q. lemmati *exs. cu.* addidi *biberent.* exsangue γbBφE Ambr. etc. *exa*ngue vcafhCQ, ut Fran. Bernn. ABDPG etc. fh propter homoeoteleuton *imitari* schol. praemisit conflatum ex priore huius parte atque ex sup. *et non posset — discerptus est.* 11) pecus om. γb. 12) Loquitur — irascor γb. rell. om. conf. C. 14) alienum — γ,C. (Porph.) aliorum b. 16) Quando γ,C (om. enim). Quin *et*enim b. recte C. *r*ecordor γb. — plerumque (bis) γb. modo — bis modo C. 17) Turb. ment. inc. γ,C. rell. om. turb. mentis b. 18) Hoc schol. in γ datum est u. 23. 24: *Parios ego primus ia. Ost. Latio.* Id est γ. rell. om. — latino γb. rell. romano. scr. lir. carm. γb. rell. lyr. carm. scr. 19) Hic — conscrip*sit* γ. Hic — carmina scripserit b (scripser*a*t γ). et sic — conscripserit om. b et edd. (conf. Porph.). 20) qualia γ. quae b (Porph.) 22) Solus aud. v (fid*et*, ut γ Ambr.) cafh. 23) *dux regit ex.* Solus aud. praecedere CQ. om. γb, qui habent:

Parios. A Paro insula.

25. *Archilochi.* Non res, inquit, transtuli de Archilocho, sed exemplar metri, et non eadem uerba maledica sum imitatus, quibus persecutus est ille socerum suum Lycamben in tantum, ut ille se interficeret. *Lycamben.* || Socerum Archilochi significat. || Socerum Lycambem dicit, quem Archilochus ita persecutus iambis, ut eum exagitaret, et filiam eius sibi negatam ad laqueum confugere cogeret.

26. *Ac ne me foliis ideo breu. or.* Id est: minori corona decores, o Maecenas.

27. *modos et carminis art.* Genera metri.

28. *temperat Arch. Mus.* Metrum, inquit, Archilochi, quod nos imitamur, temperamus uersibus Alcaei et Sapphus [quos imitor]; sed neque eodem ordine uersuum utimur, neque rebus, quibus socerum insequitur.

Musam pede. Hoc est, metrica ratione. *mascula.* Fortis.

[29. *ordine dispar.* Quia tantum pedes tulerunt, non materiam.]

32. *Hunc (Nunc b) ego, non alio.* Alcaeum significat. [Archilochus Graecus poeta primus fuit, et ego apud Latinos primus lyrica carmina scripsi.]

33. *fidicen.* Chordarum cantor.

inmemorata. Id est, ante a nullo dicta. *ferentem.* Dicentem.

35. *Scire uelis.* Excusat se, cur, cum probetur a plurimis, non tamen habeat laudatores, ostendens, quod propter inuidiam, quae est inimica uirtutis, per domos aliorum legeretur, et publice detraheretur, [et] quia non conducebat sibi cibo et muneribus uestium fauorem uulgi, quod solent facere amatores adulationis [agere].

Dux reget (reg*it* b) i. audet — praelio γb. rell om. — reg*et* habent etiam EABFJPRS Sorb. Ambr. Bernn. ABCE etc.

1) A Par*o* (par*i* γ. par*io* b) ins. γ,C. b addit: a loco. 2) inquit, *et sententias* C. non om. γ. 3) maledica γ. rell. om. — pers. est *ille* γ. rell. est persequutus afh. *ēē* perse*cu*tus v. 4) lic*a*ben γ. in lem. *licam*ben. ut ille se int. γ. rell. ut se laqueo suspenderet. conf. C: adeo ut se laq. susp., quod filiam desponsam non traderet. 5) Soc. Arch. sign. γb. C: socerum suum. rell. om. (glossae). — Socerum — cogeret γ. rell. om. Addita sunt haec in γ: Filiam eius petiuerat; post ea contemptus cum patre lacerauit ita ut ad laqueum eos conpelleret. 8) i. min. — mecenas γb,C. rell. om. 10) gen. metri γb,C. 12) sa*ffo* γ. -- quos imita*tor* γ. om. C. uncis incl. Q. rell. quos imi*tor*. 13) uti*mur* γ. uersuum utimur om. C. rell. ut*untur*. 14) Hoc — ratione γb. — Fortis γ et b, qui addit: uiril*ia*. conf. C: *mascula.* metrica ratione uir*ilis* et fortis. 15) Quia -- materiam om. γb. pedes *sumserunt* C. 16) alc*eum* sign. γb. rell. om. -- Arch. — scripsi vcafhQ. rell. om. uide u. 21. 19) *cor*d. canter *ē* (= est) γb. rell. om. 20) i. (om. b) ante a n. dicta γb,C (a nullo ante d.). — Dicentem γb. dicentem *me* C. rell. om. 22) osten*dens* γ. rell. *Osten*d*it.* — quae est inim. uirtu*tis* γ. rell. quae inim. est uirtuti (uirtu*tis est* Q). 23) et om. C(Q). cond. *sibi* cib*o* et mun. uestium γ. cond. *aut conuiuiis aut uestibus* fau. C. rell. cond. *muneribus cibi et uestium* fau. 25) *facere* γ. rell. adul. *agere.*

36. *premat.* Celet et caeteris inuideat.

extra limen. Scilicet domus suae.

37. *uenor.* Emo mihi.

37. 38. *Non e. uent. plebis suff. uenor Inp. caenarum et tritae munere uestis.* Non tribuo cibum et uestimenta uulgari populo, ut me laudet. *Persii* illud (I, 53. 54): *Calidum scis ponere sumen, scis comitem horridulum trita donare lucerna.*

39. *auditor.* *Iuuenalis* (I, 1, 1): *Semper ego auditor tantum.*

ultor. Id est, laudator uel defensor.

40. *Grammaticas.* Multitudinem grammaticorum.

pulpita. Ipsos magistros.

41. *Hinc illae lacrimae.* Dolores inuidorum, quoniam contempno.

42. *et nugis addere pondus.* Illi enim pondus laudum nugis suis adcumulare gaudent, qui carmina sua inhonesta laudari cupiunt.

43. *Si dixi.* Deest *haec, quae supra ait.* *Si dixi* Κατὰ κοινοῦ. Est autem pro *si dixero.*

Iouis auribus ista. Scilicet quae indigna theatro dicis, dicta tua. *Iouis.* Augusti.

45. 46. *ad haec ego naribus uti Formido.* Ad illius dicta uereor libere et urbane respondere, ne eum ad iram commoueam. *Naribus uti formido.* Timeo esse fastidiosus et contemptor, sed honestas excusationes quaero, ne recitem.

46. *luctantis.* Certantis aduersum me.

47. *Displicet iste locus.* In quo palam recitatur carmen.

clamo. Id est: reprehendentium timore coactus dicam, quod mihi displiceat locus, ubi recitem.

1) Celet (c*elat* γ) et cet. inu. γb,C. 2) s. domus suae γb. rell. om. 3) Emo mihi γbBφ,C. rell. om. 5) Non — lucerna γb. rell. om. conf. C: '*impensis coen.* coenis. sic Pers. Cal. — lucerna'. muner*ae* γ. 8) Iuuenalis γb et C, qui locum addit. rell. om 9) i. laud. uel def. γb. rell. om. cf. C. *ultor.* index. 10) Mult. gram. γb. et C, qui addit: ut ferant suffragia meo carmini. 11) ip. mag. γbBφ. rell. om. 12) Dolores — contempno γb. rell. om. 13) Illi *enim* po. lau*dum* nu. su. acc. γ. Illi *enim* po. lau*dis* b. Illi *in* nugis su. po. laud*am* (sic pro laud*um*) *acu*mul*ari* gaud. v. Illi *in* (in om. c.) nu. su. po. lau*de* accumula*re* gaud. cafh. Illi nu. su. po. laud*um* accumular*i* gaud. C. 14) qui*a* fh. rell. qui. inhonesta γb. in*epta* C. rell. inhoneste. 15) de (deest b) baec quae su. ait γb. rell. om. — Si d. cata chenu (ethenum b) γb. rell. om. 16) Est — dixero γ. rell. om. 17) Scilicet b (sic̄ γ) — dicta *tua* γ,C. dicta *mea* b. rell. om. 18) Augusti γ,C. rell. om. 19) Ad ill. di. γb. rell. *Illius* ad *uerba.* conf. Bφ: *ad haec.* s. uerba inuidorum. 20) respondere γb. rell. tendere. — iram commoueam γb. rell. ira*cundiam prouo*cem. 21) et contemptor γb. rell. om. excu. quaero γb. rell. qu. excu. 22) Ne*ronem* b. 23) Cert. adu. me γb: contendentis mecum C. rell. om. 24) In quo — carmen γb. rell. om. 25) Id est — recitem om. γb.

diludia posco. *Diludia* dicuntur tempora, quae gladiatoribus conceduntur inter dies munerum, quibus pugnant. Et subiungit (causam), cur postulet diludia, quoniam ex ludo ira, ex ira inimicitiae et bellum genera(n?)tur.

48. *Ludus.* Contentio. *trepidum.* Timendum.

PORPHYRION.

Prisco si credis, Maec. Haec epistula ad Maecenatem scripta. Pragmatiam suam uult in Carminibus demonstrare, sed prius uituperat imitatores omnes et inprimis poetas, qui uirtutes eorum, quos admirati sunt, non adsecuti, continuo se his ipsis similes fore existimant, si sola illorum uitia consectentur; ueluti faciunt, quod fama est, Homerum uinosum fuisse, (qui?) putant, se bonos poetas reddi posse, uinulenti. Ergo hoc totum (religiosum?) per inrisionem dicitur, non quod Horatius id ipsum uerum existimet, uel de Cratini opinione, uel de Homero temulento, aut Ennii opinione.

3. 4. *ut male sanos Adscripsit.* *Ut* temporis aduerbium est, quasi dicat: *exinde ut scripsit.* *Adscripsit* bene, tamquam in legionem suam; nam hoc uerbum militare [est]. Et est ordo: ut male sanos adscripsit Liber Satyris Faunisque poetas.

5. *Vina fere dulc. ol. ma. Camenae.* Et haec ironia est, ipsas quoque Musas etiam mane sobrias non fuisse.

2) inter dies munerum q. pugnant γb (— numerum q. *pung*ant). *ut* inter — pugnant 'antiq. exempl. Acr.' Canteri Nouae lectt. VI, 4. Gruter. Lamp. III, 644. conf. C: 'diludia autem d. t. q. gl. conc. (om. *ut*) inter — pu*gnatur*.' v: conc. in*ter* dies quinque pugnant. cafh: *ut* in*tra* dies quinque pugnent (pugnant fh). *ut* inter dies quinque pugnent Q. — Et — generatur γ. rell. om. conf. Bφ: 'Spatium emendandi carmina clamo, et intermissionem uel dilationem ludorum (Porph.) exposco, et subiungit *causam*, cur — generatur.' 5) Contentio γb. concio C. rell. om. — Timendum γBφ,C. tim*i*dum b. rell. om.

PORPH. Inscriptt. nullae.

9) H*ae*c MR2G,vafh. Hinc distinxi post *scripta*. H*a*c Q. epist*u*la M. rell. epist*o*la. 10) pragmatiam M (Q. conf. Acr.). rell. pragmatic*am*. — *prae*monstrare vafh. *de*m. MRA2G(Q). 11) eorum admirati (sunt v) non assecuti vafh. 12) existim*ans* MR. — *ipsi* MR2. rell. *si*. 13) ueluti fac. (fa*t*iunt M) quod. MR2,vafh. ueluti fa. *qui*, quod Q. 14) uin*u*len*ti* MG(Q). *si* uinolenti sint 2. uin*o*len*ti* v. uinolent*ia* afh. 14) totum religio*n*um MRA2G. rell. om. posui propter codicum consensum simile uerbum religio*sum*, id est, aut uere, accurate dictum. conf. Cic. Brut. 11: auctor rerum Rom. religiosissimus, aut dubium. Liu. II, 5: religiosum est. 15) irris*or*em G,v. *in*risorem M. 16) *aut enni* (*e*m*uii* R) op. MRG(Q). tem. *ait enim* opinio*nem* v. ait enim *et per* opinionem afh. ait enim *et opinione* 2. 18) a*d*scri*bit* MG. — dic*eret* fh. 18) exinde ut scr. bene MR. exinde. *Asscripsit*] Bene fh (infra *as*cripsit). exinde ut. *As*cripsit Bene a. Ego interposui *Adscripsit. tam* in leg. MR. rell. *tanquam* s. ta*m*q. est om. MR. 22) ιρωνια MG. ironia va. rell. εἰρωνεία.

6. *Laudibus arg. ui.* Facete addit Homerum, tamquam (quoniam — laudauit C. Herm.) uina et in Iliade et in Odyssea saepe laudauerit.

7. *Ennius ipse pater.* Hoc totum cum imitatione quadam dicitur stultae persuasionis, *Pater* autem Ennius ideo, quod ipse primus Latinorum ad heroici uersus imitationem adspirauerit.

ad arma. Ad libros Annalium, quos Ennius scripsit.

[8. *Prosiluit dicenda.* Ut (*Verg.* G. III, 6): *Cui non dictus Hylas.*]

forum. Per *forum* causidicos et iuris consultos significat.

putealque Libonis. Per *puteal* praetorem ac iudicem significat. *Puteal* autem *Libonis* sedes praetoris fuit prope arcum Fabianum, dictum, quod a Libone illic primum tribunal et subsellia conlocata sunt.

9. *Mandabo siccis.* Sobriis tradam.

adimam cantare seu. Ut ineptum est, inquit, iurisdictionem non a sobriis geri, sic absurdum est, cantare ieiunos.

10. *Hoc simul edixi, non cess. po.* Statim, ut hoc, inquit, omnibus dixi[sse uti stulti sunt heropam — sic! —].*)

11. *Nocturno cert. mero pu. diurno.* Hoc est, dies noctesque potare.

12. *Quid, si quis uultu toruo.* Quid, si aliquis, inquit, uestem uultumque Catonis imitetur, numquid continuo etiam uirtutibus Cato sit?

13. *Exiguaeque togae sim. text. Cat.* Metonymia: id, quod fit, pro eo, qui facit.

15. *Rupit Iarbitam.* Exemplum stulti imitatoris interposuit. Nam hic Iarbita, Maurus regione, fuit Cordus, qui, dum Timagenem imitatur post conuiuium et inter pocula declamantem, propter insolentiam faciendi, quod conabatur, ipse diruptus est, Timagenes enim multos conabatur adhibere socios et caenae et declamationis suae, dumque ab his multum laudatur

1) addi*to* Homero MR2G, ortum ex addi*t O*m. rell. ad*dit* Homer*um*. 2) uin*a* R. uin*i* M. rell. uin*um*. *et* in Il. MR2G(Q). rell. om. et. odyss*ia* M. odissia R, ut supra. 2) lauda*uit* MRG,v. rell. laudauerit. 3) dicitur cum 2. 5) aspira*uit* R. rell. (*a*dspirauerit M) *a*spiraue*rit*. 6) lib. an*im*alium v. 7) Prosiluit — Hylas fh. rell. om. 8) Per — significat om. vafh. 10) autem om. fh. 11) col*lata* 2. rell. collocata. s*u*nt M(Q) Auct. p. 694. rell. s*i*nt. 12) *Amat* dabo MR. 13) iuris om. MR2G. d*ic*tionem MG,v. *di*tionem R2. iuris dict. afhQ. 15) edix*i* M. rell. edi*xit*. Statim — heropam MRA2G. Statim ut hoc, inquit, *uisum est* omnibus dixisse vafh. *uisum est* inseruit rec. manus in 2. 'Statim ut hoc, inquit, omnibus dixi . . . .' (lacuna) Q. 18) aliq*ui* M. 19) *f*it Q. rell. *s*it (Bφ). *erit* Acr. 20) eo *quod* R2. 1 m. corr. 21) rupit*i arbuthant* (sic) M (ergo: *iarbutham*, in scholio tamen *bar*b*ulha* et *barb*u*than*). rupit $\overset{h}{y}$arbitham G. *hir*abitam — *hia*rbita — hyarbitam v. *Hyar*bita afh. 22) maurus *regione*. *me* fuit *cor*dus *quidam imaginem* MR. regione om. vafh. Iarbita Maurus [regione] fuit Cordus Düntzer I p. 521. conf. p. 103. not. XX. et p. 508. Schmid p. 429. (Codrus). S. Obbar. p. 505. cordus MR Chis. G,C. Codrus (Verg. E. VII, 26) Weichert. comm. Grimmae 1821. (Po. Latt. p. 391). utrumque om. 2Bφ,vafh. 24) paene (pene a) disrup. afh. pē d*i*rup. v. *ipse* dir. MR2G(Q). — dir. est *magni erunt* mult. MR. Timag. *uero* 2. rell. Timag. enim. — multos *conabatur* adhibere so*litum* (solitos G. socios 2) et *cae*nae MR2G. *conabatur*, quod omn. libri tuentur, om. Q, qui scripsit: adh. *solitus*. 25) declamatio*nis* 2. declamatione MR. *h*is omn. libri *illis* inc. Q. *) C. Hermann. em. ingeniose: — '*secuti* st. sunt *uerba mea*' (*merum potare?*).

(laudabatur?), ad imitationem sui prouocasse Iarbitam dicitur, qui se et (semet?) stomacho subrupit, dum Timagenem et dicendo et pascendo amicos conatur (conabatur?) aequare.

17. *Decipit exemplar uit. imit.* Decipiuntur, inquit, stulti, qui, cum proposuerint sibi bonorum exemplar, eosdem tantum uitiis imitantur, ut ille, qui Catonem imitari se putat, si semper tristis ac sordidatus incedat.

18. *quodsi Pallerem casu.* Quodsi me casus, inquit, pallidum fecisset, imitator meus medicaminibus uteretur et cuminum potaret, ut sic pallidus factus mei similis crederetur. Aiunt enim, cuminum dilutum et potum pallidum facere; *exsangue* ergo pallidum.

19. *O imitatores, seruum pecus.* Tam enim seruus ad alienum praescriptum uiuit, quam ille, qui est imitator alterius.

21. *Libera per uacuum.* Iam de se dicit, ostendens, et quae et quomodo carmina scripserit; sic enim incipit, quasi neminem fuerit secutus sed libero consilio sua inuenta conscripserit; *per uacuum,* quia nemo praecesserit.

22. 23. *qui sibi fidet Dux. reg. examen.* Praecedere, inquit, solus audet, qui recte sibi confidet, [habetque alios curae imitatus regem apium de sequentibus ducem] additque: (*Dux regit examen* i.) aliis praeit uti regem apium sequentibus.

23. *Parios.* Ideo *Parios,* quia Archilochus Parius est (fuit) iambici carminis scriptor.

25. *non res.* De Archilocho, inquit, transtuli nil praeter metrum (et

1) *ab* imitatione MR. *ad imit*ationem Q(G?). *ad admira*tionem 2. rell. *in admir.* — qui *se et* stomacho *suppeti sub*rupit MRG. qui se et stomach*o ab*rupit 2. qui se et stoma*cum subr.* v. qui se et stoma*chum ab*r. afh (*sub*r. Q). 2) dum tibi magen (sic) MR (mag*em*). — et pasc. et di. 2. 4) Dec. exemp*lum* MR, in scholio exempl*ar*, ut omn. codd. Hor. v: proposi*tum sibi* bo. *extra* Eosdem. 5) propos*uerint sibi* M(Q) RABφ. propo*nant* sibi 2. rell. proposi*tum sit.* 6) ill*i* fh. — ac sordidatus M. ac sor*dat*us R. *et* sordidatus 2. ac *si* sord. vafh. putat. maurus eloquentem timagenem Bφ. 7) Pallere*nt* MR,v (Qui*d* si p.). schol. incipit in MR2G: Nec si uitiosum inquit Pallidus egisset imitator.' afhQ: 'Quod si me casus inq. pal. fecisset.' v: 'quod si me oc (sic) inquit pall. egisse*nt.*' 8) ut *cum in*potaret MA (i*m*p.) alt. uet. cod. cymi*no et* putaret A2. ut cum V̄ potaret R. 9) mei om. vafh. 10) exsangu*em ergo* pallidum MR2G,v (exanguem). *ex*angue ergo pallidum a. *ex*angue *pro* palli*do* fh. 12) alt. im. 2. 14) sic enim *incipit* MR. — *quod* nem. R. 17) fid*it* fh, ut Bφ (φ 1 m. corr.), qui habent: 'Qui bene, inquit, sibi fidit, solus audet praecedere.' — solus *habet* vafh. rell. *audet*, ut Acron. 18) Altera pars scholii (habetque — *se* sequentibus *ducem* fh. — regem a*pp*ium īsequentibus v. regem Apium *in* sequentibus a) audacius emendanda erat; corruptissima sunt uerba in MR2G: habetque alios pro ea mihi regem a*ppi*um sequentibus'. Q: 'Nos neutris contenti Fabr. secuti sumus emendationem aliis relinquentes (sequen*tium* habet Ritterus).' Constat ex Plin. XI, 16. Verg. G. IV, 106 et 212 (rege incolumi mens omnibus una est), *regem* et *reges apum* dici. pari*os*. Ideo pari*os*, quia pari*us* est arch. v. *Parios.* ideo quia parius est Archilo. a. rell. *parius.* ideo etc. arch. parius *est* M. *ambilocus* (sic) pa. *est* R. arch. pa. *fuit* 2. parius est Arch. vafh. Arch. pa. *et* Q inc. tacite. 23) Loco lemmatis *Non res* afh posuerunt *Nam* de Arch. — *nil* om. MG. nil trans

animum?), res et argumenta neglexi, quibus ille Lycambam persequitur, a quo repudiatus est gener.

26. *Ac ne me foliis ideo.* Timendum, ne me parcius laudes, tamquam in metris nihil incohare ausum ac proferre pro meo, multa, inquit, ex diuersis auctoribus etiam ipse conposui, docetque, quemadmodum ipse conposuerit.

28. *Temperat Archilochi Musam.* Et Archilochi, inquit, Musa utimur et Sapphicis uersibus. *Mascula* autem Sappho, uel quia in poetico stilo [studio uersata est, in quo saepius mares] est aequalis mari, uel quia tribas diffamatur fuisse.

29. *Temperat Alcaeus.* Miscemus, inquit, et Alcaei metrum, sed (neque iisdem rebus) neque eodem ordine utimur uersuum.

30. *Nec socerum quaerit.* Socerum Lycambam poscit.

31. *Nec sponsae laqueum.* Νεοβούλην dicit.

30. 31. *Nec socerum — Nec sponsae* .— Hos enim ad laqueum dicitur Archilochus conpulisse infami carmine.

32. *Hunc ego.* Archilochum scilicet.

non alio dictum. Hoc est, quod dicit, dumtaxat in auctores?), nullius se imitatorem esse || dumtaxat in auctores. ||

33. *in memorata.* A nullo scriptore [ex Latinis] ante me dicta.

34. *ingenuis.* Hoc uel ad Archilochum refertur multa obscena dicentem, uel ad Lucilium, qui aeque multa [P]unice spurca conposuit.

---

tuli 2. rell. transt. nil. metrum *ceterum* res MR2G,v (*cae*t.). — metrum *sed* res afh. conf. Acr. *et animum* (numeros animosque Hor.) latere uidetur in *ceterum*, non *set* s. sed. neglex*it* MRG. rell. negle*xi*. recte transtu*li* — negle*xi*, non: inqu*it* — *caeterum res et arg.* negle*xit*.

1) lycamb*am* MRG,v(Q). lycamb*em* 2Bφ. Lycamb*en* afh. a om. MRG. 3) ac *mene* (sic) foliis. Ideo *timendum ac* ne me MRG. *Ac ne me fol. ideo breu. ornes.* Ne me fh. ac *me ne* foliis. ideo ac ne me v. Ac ne me foliis ideo. ne me a. Ac ne me f. *An* ne me Q. 4) in quare M (in qua re Halm. inquare Q). in qua re 2. inquare G. in*coh*are R. rell. in*nou*are. 5) etiam MG, vQ. rell. om. — conposu*it* M. rell. composui. — doce*at* (non doce*atque*, ut ref. Q) MR(G?). doceatque v. quemadm. ipse MR2,v. ipse om. G,afhQ. *quomodo* comp. afh. 7) Archilocis A. 8) safficis — saffo M. saphicis — sapho R. Sapphicis A2. et Sapph*us*, om. uersibus, afh (v: sa*phis*). — st*ilo* R. uersata om. MR2G. studio *tamquam* uer*b*ata ē v. scripsi: est *aequalis* s. *similis* mari. Auct. p. 694: Vel quia in *pöeticis mares aequauit.* vafh: in quo saepius *enituit.* 12) *neque iisdem rebus* ex Hor. aut *neque eadem materia* ex Acrone addendum est. — *rebus* — *ordine* — Hor. 13) *et* soc. qu. MG. — Lycamb*am.* uide supra. pos*cam* MG. pos*tam* R2 (lycam*bem*). Lycam*bae* afh. 14) *Hos*, socerum et sponsam, posui. *hanc* Q. *Eam* fh. 16) *Nec spo. laq.* om. MR. NEOBOY-AIN *u*icit. has M. νεοβούλιμ *u*icit. has G. τρεοβούλιμ uicit has A2. (spat. uac.) *u*icit has R. Nec spon*dae* *inicit* laqueum. n. (= enim) ad-laqueum dicitur Archilochus cōpulisse*t* inf. carm. v. Nec spon*te in* laq. *eum* enim ad laq. di. comp. inf. carm. a. Bφ: id est: Non narro ego laqueum quo nexuit archilocus sponsam suam. 17) Hunc *er*go MR. 18) non ali*unde est.* hoc est MR. Archilochum scilicet, *non alium* vafh. — dumtaxat (du*n*t. afh) in auctores (auth. fh) omn. libri. 20) a nullo *se timoris* ante me di. MR2G. a nullo *ex latinis* ante me di. vafhQ. Acron: ego *apud Latinos* primus. posui *scriptore.* luci*ll*ium M. 22) punices purc*ea* M. punice spurc*ea*. 2G.

35. *Scire uelis, mea.* Deest *si* et *audies*, ut sit: Si uelis scire, audies. Et hic se excusat, quod cum probetur a plurimis, non tamen habeat laudatores, uolens hanc causam esse, quod propter inuidiam, quae inimica uirtutis est, etiam ipse non ambibat Grammaticos cum suis auditoribus promerendo.

40. *Grammaticas ambire tribus. Grammaticas tribus* ipsam discipulorum multitudinem dicit, *pulpita* uero ipsos magistros.

41. *Hinc illae lacrimae.* Hinc illa causa est, inquit, propter quam [et alii laudantur] et alios laudari indignor.

41. 42. *spissis indigna theatris Scripta*]. Haec quasi uerba sunt Horatii excusantis, cur non, quod scripsit, in publicum proferat.

42. *nugis addere pondus.* Hoc est: pro re magna uastum pondus pronuntiationis adferre, (id est?) alioqui *nugas* potiores facere recitando.

43. *rides, ait.* Haec inuidi uerba sunt respondentis Horatio, ut si dicat: Inrides, cum ais, diffidentem te non recitare uulgo, cum, superbe fastidiens caeterorum aures, Caesari soli legas.

44. *fidis enim.* Adhuc aduersarii uerba sunt exprobrantis, quod Horatius multum sibi adroget de carminum suauitate.

45. *tibi pulcher.* Iudicio tuo contentus te ipsum (ipse?) laudas.

ad haec. Ordo: Ad haec ego.

p^{u}ımite spu^{u}ca = primiter spurca. conf. Pompon. ap. Non. 2. n. 661. punice spurca vafhQ. In prouerbium abiit Punica *perfidia* — fides atque ars — uersutia ex Liu. et Sall. nota, non spurcitia. hinc puto scribendum p. (poemata) *unice* spurca. conf. Hor. C. I, 26, 5. 6: unice Securus. *cynice spurca* uoluit Dillenburger. p. 18, quod Orellius probauit. *princeps spurca* Auct. p. 694 (non Comm. Cr. ut ref. Q), ex quo van Heusde stud. crit. in Lucil. p. 114 fecit *deinceps* spurca.

170. 171. *adspice Plautus Quo pacto.* Hortatur lectorem, ut studiose consideret, quo modo Plautus discurrat per comoediam (disputando) de pueris, ephebis, et de patribus, id est, de senibus [et quemadmodum tutetur partes uniuscuiusque].

172. *lenonis ut insid.* Id est: quemadmodum tutetur partes conciliatoris stupri, qui proprie *leno* dicitur.

175. *Gestit enim numum in loculos dem.* Magis enim lucrum quam laudem uult adipisci ex sua comoedia, ac per hoc non honeste, ut deceret [doceret]. Multi (qui?) carmina scribunt, non curant, quid eueniat (qui deueniant), postquam lucrum inde perceperint.

177. *Quem tulit ad scenam.* Transit ad gloriosum poetam, qui, si non laudetur, et animum et artem abicit; qui, laudari se uidens, fit temerarius ac tumescit, spectatorem uero lentum ad laudandum se uidens tristatur.

1) non om. γb. — satis aud. alt. γb. rell. sa. alt. aud. 2) longam om. γb. *lit*teram b. 3) bona γb. rell. om. — latinorum ad perf. u. n. possunt γb. rell. Latinorum non po. ad summa peruenire, quia scilicet stulte erubescunt, et timent emendare, et polire longa litura quod scripserunt. conf. Bφ: 'i. poete romani *semper* aud. alt. mat. compr. — lit. *longam* — ing. *bona* Lat. ad perf. u. n. poss*i*nt, quia uidelicet stu. erub. — scripserunt.' C nihil habet nisi: *tentauit.* populus Romanus. glossa in Bφ: *temptauit.* i. populus. 4) inasci*tiae* ał. insci*tae* aduerbialiter γ. insci*te* ał in*ssciae.* indocte aduerbialiter b. rell. om. 5) Yperbaton γb.: 'Creditur — sudoris, *quia res* arcessit ex medio. ὑπέρβατον fh. Hyperbaton. Cred. vca. Creditur — ex medio. Hyperb. *est* Q. 6) querio de quibus γb. 7) acc*er*sit γb. ac*ces*sit Bφ,vcafh. *ar*cessit Q. uide u. 228. 8) Quoniam (quia C) — sequar γ,C. rell. om. conf. Porph. et Bφ infra. 10) Vel γ. i. Bφ. rell. om. quanto — carpit γBbφ rell. om. conf. Bφ: — 'sed tanto plus *h*oneri est audientibus, quanto nulli parcit, dum publice uitia notat.' 12) Hortatur γBφ et C, qui habet post *patribus*: seruis, singulis personis suas parteis tribuendo. inde orta est lectio in vcafhQ: *Horatius* lect. *monet.* 13) disputando om. γ. effebis Bφ. et om. γBφ. i. de senibus Bφ. rell. om. totum schol. om. b. et — unius — cuiusque v (*imutent*ur p. *unu*sc.) cafhQ. rell. om. 16) i. — dicitur γ. rell. om. 18) lucr. q. laud. *uult* adip. γ. rell. (et Bφ) lucr. *quaerit* quam laud. adip. 19) deceret Bφ. rell. doceret. 20) scribunt γBφ. rell. scri*bentes.* cura*ntes* Bφ. — eueniat γ. eueni*ant* Bφ. rell. de iis fiat. *per*ceper*i*nt (*u*nt corr.) γBφ. rell. *acceper**unt.* 23) abic.

179. *Sic leue, sic paru. est.* [Id est: breuis (leuis) et parua est laus subtracta uel adhibita.]

185. *Si discordet eques.* Id est: Si iam oneri sunt carmina nobilibus, stolidiores audacia capti a ministris exposcunt ludos. *eques.* Honestior ex equestri ordine. [Id est: equestris dignitas cum inter se murmurando carmina sibi disciplicere dicit, statim ipsa et omnis ordinis minoris dignitas cum plebe illa remoueri proclamans, et alios ludos introduci.]

[187. *iam migrauit ab aure uoluptas.* Ab nobilium uirorum auribus recessit delectatio audiendorum carminum.]

188. *Omnis ad inc. ocul.* Ostendit, quia, dum poetae carmina recitarent in scena, ad tres uel quattuor horas populus intentus erat; post uero uulgaris populus, quia potius delecta[ba]tur ludis quam carminibus, exorabat magistros bestiarum, ut adducerent in theatrum aut ursum, aut leonem, aut elephantem album, aut pantheram. Insuper [omnes meliores Antiqui] etiam nobiliores aliqui ad eos[dem] ludos se conuertebant, sicque praecipiebatur recitatio carminum cessari quae res non parum turbabat poetas, dum illorum carmina contempnerentur.

[191. *regum fort.* Omnia, quae in praeliis actu non falso fecere, in ludis imitabantur. *Mox trahitur man. reg. fo. retortis.* Intermissa comoedia adducuntur captiui, qui sunt gloria regum, id est, *fortuna* quasi *regum.*]

192. *Esseda fest. pilenta.* *Esseda* Gallorum uehicula sunt, quibus uicti reges ab aliis regibus (uehuntur bBφ) captiui, *pilenta,* quibus uehuntur reginae captiuae. *petorrita.* Vehicula familiarum [famularum] captiuarum,

et qui Q. 24) actu *nescit* γ. spectatorem — tristatur γbφ. rell. om. conf. C: 'abiicit, *tristaturque contra* laudari se uid. — tumescit.

1) Id est — adhibitia om. γ. conf. Bδ: *leuis* et parua e. l. s. u. *praebita* (Porph.). 3) Si — ordine γBφ. rell. om. Id est Bφ. honori γ. oneri Bφ. 5) Id est — introduci om. γBφ et C, qui habet: 'hoc est, si equestris dignitas ob murmurando studium populi sibi displicere ostendat, statim ad arma conclamat populus, carminaque remouenda; et alios ludos producendos' (reducendos ref. Q). 7) procla*mant* vaQ. procla*mans* cfh. 8) Ab — carminum om. γbBφ, qui habent glossas *Verum equitis.* i. nobilium. ordo ab illorum (sic).: *migrauit.* recessit. *ab au. uo.* delectatio audiendi carmina. conf. C: '*a* no. uir. au. — carminum, *qui tamen uersus idex esse solebat.*' 10) quia om. cafh. — recit*arent* bBφ,c. rell. reci*tant* sc*h*ena γ. sc*a*ena aQ. rell. scena. 11) *horas* (C et Q: *horas* addidit) p*opulus* (dittogr.) delec*tatur* γ. rell. ad quattuor (om. horas) po. int. erat p. u. u. pop. q. po. delect*abatur* (delec*ta*tur bBφ). 13) leonem aut eleph. (elef. bBφ.) alb. aut pan*th*eram γb. (panteram Bφ). 14) Insuper γ. rell. leonem. Insuper. 15) *etiam nob. aliqui* γBφ. nob. aliqui c. rell. omnes *meliores anti*qui. eos γ. rell. eos*dem* (bBφ). 17) con*tempn*. Bφ. rell. cont*emn*. 18) Omnia — imitabantur — regum om. γ. [19) *Mox trahitur.* s. intermissa comedia, ad spectaculum i. adducuntur captiui, qui sunt *gloria et felicitas* regum Bφ conf. C: id est, reges captiui trahuntur' etc. 21) quibus uicti — captiuae γBφ. rell. quibus uehuntur reginae cap*tae*, om. quibus uicti — *pi*lenta. uehuntur Bφ. om. γ. h. l. 23) captiuae γbBφ. rell. (glossa Bφ: cap*tae* reg.) cap*tae*. ueh*unt* b. — fam*ilia*rum γb. fam*ula*rum Bφ et edd. γb insuper hanc habent glossam: '*pilenta.* reginarum genera uehiculorum fam*u*larum uel fami*li*arum.'

quae iam [omnia] ad spectaculum ducebantur, *naues* quoque deuictae per Tiberim, qui non longe aberat a theatro.

193. *Capt. port. ebur.* Ebur quoque captiuum et uasa Corinthia captiua. In Corintho multa simulacra erant, quorum metalla in unum sunt reducta, cum eam Romani incendio cremassent, ex quo postea multa uasa fabricata sunt, ut possent transire in pompam triumphi. *portatur.* In theatrum ad uidendum. *Corinthus.* Opes Corinthi, aes Corinthium significat, aut praetexta est: argumenta habent de euersione Corinthi.

194. *Si foret in terris, rid. Democr.* Ordo est uerborum: Si foret *Democritus* in terris, rideret seu conuerteret ora uulgi panthera confusa camelo diuersum genus; siue conuerteret ora uulgi albus elephans, et spectaret ipse Democritus populum adtentius ipsis ludis, id est, plus quam ipsos ludos, utpote praebentem sibi spectacula plurima mimo aliquo. Scriptores autem putaret narrare fabulam surdo asello, et est sensus: si adforet Democritus praesens, dum populus carmina contempnens ludis intendit, tunc rideret non tam laudibus scenicis delectans (delectatus) quam istius populi uanitate, in qua omni mimo et suauius et maius spectaculum repperiret. Panthera (camelopardalis?) autem dispari sexu procreatur ex panthera et camelo, sicut leopardus ex parda et leone, quod monstruosum, sicut et elephantem album uidere, cum naturaliter niger sit. Democritus philosophus omnia, quae homines facerent, quippe morituri, ridere consueuerat. Propter quod publice cum eo iniuriarum actum est.

202. *Garganum mugire.* Quando, inquit, uoces uulgi uincunt uoces recitantium in scena, fit tantus strepitus per theatra, ut putes, per fragorem sonare montes Apuliae et Gargani, siluas et mare Tuscum, quod solet ualidius fieri mense Ianuario.

204. *q. oblitus actor.* Id est: undique sono perfusus et tumultu et admiratione bestiarum.

207. *lana Tarentino.* Solum hoc placet, uestis scilicet actoris, quoniam populus uerba contempnit.

1) iam b. rell. omnia. ducebantur γ. rell. *ad*duc. — de*uictae* γBφ (de uinctae b). recte, non *deuectae*, neque *uectae*. naues quidem uec*tal* per va. naues quidem uec*tas* cfh. *Et* quidem uec*tae* Q, qui dicit: Fort. ad C restituendum: '*aut in pictura*, *aut* ut quidam uectae etc.' Sed haec in mea ed. sic leguntur: 'aut in pictura, aut dum trahuntur per Tiberim, qui non aberat procul a Theatro'. 3) Ebur *quoque* γb. rell. om. *quoque*. — uasa cor. capt. γb. rell. uasa capt. cor. praeter C, qui habet: '*portatur*. in spectaculum. *capt. Corint.* opes Corinthi, uasa Corinthia, et ipsa urbs depicta. sensus autem est' etc. 6) In th. ad uid. γb. rell. om. Opes — Corinthi γb. rell. om. corinthū γ. aut q̄m (quoniam) praet. b. 9) Ordo — est γb. rell. om. 21) propter qu*i* γ. 23) Quando — ianuario γ. rell. om. 27) Id est om. γ. *oblitus actor*. inditus al. undique *sono persusu*sus (sic) γ. perfusus *sono* et Bφ. *somno* (Q). *pro*fusus vcafh. *per*fusus Q dicens: 'Caeterum haec corrupta uidentur esse.' conf. C: *oblitus*. ind*u*tus, quasi circumlitus et commaculatus.' Bφ nihil habent nisi: *actor*. s. comoediarum. 28) a*u*ctoris γ.

206. *Dixit adhuc aliquid.* Loquitur ex persona eorum, qui recedentes a pulpito ad ludos ierant iterumque reuertentes requirunt, utrum poeta aliquid noui uel boni dixerit, et ille nihil boni.

208. *Ac ne forte putes.* Sensus est: Ne forte putes, me uituperare, quod alii faciunt comoediam et tragoediam, quia [ipse] ego illa recuso facere. Dicam tibi, quia ille poeta uidetur mihi bonus esse, et rem difficilem adgredi posse, et quasi funambulus per funem discurrere, qui etiam de inani re potestate carminis, moderatur adfectus animi mei, ut aliquid scribens nunc constringat animum ad dolorem, [nunc] prouocet ad fortia, (quaeque) mulceat iterum, nunc terreat et quasi magus promittat, se agere magna, uidelicet describens locum Thebarum uel Athenarum, uideor (uidear?) mihi me (statim) huc transferre.

214. *Verum age et his.* Considerans poeta propter ludos scenicos bonos poetas contempni ac non leuiter ferri, ac per hoc quosdam minus conponere carmen, quia deesset, qui ea discuteret. Hortatur Augustum, ut illos hortetur, qui bona conponunt, illis uero [calcaneum] calcar adhibeat, qui uitiosa scribunt, ut omnium carmina audiat, e quibus bibliothecam in templo Apollinis faceret.

216. *mun. Apolline dignum.* Potest hoc intellegi (*Verg.* A. VI, 662): *Quique pii uates et Phoebo digna locuti.*

217. *uat. addere calcar.* Id est, stimulum et inritamentum carminis scribendi.

1) Loquitur — boni γ. rell. om. 4) Ne forte *inquit* putes *o auguste uelle* me Bφ. 5) *quia* recu. facere γb. *propterea* quia *ego illa* recu. f. Bφ. rell. *quod.* 7) quasi *per funanbulum* disc. γ. q. pi fu*na*bulum disc. bBφ. quasi funambu*lus* per funem disc. C. perperam ref. Q: 'ut nos C: funambu*lum per funem* disc. — (per ext. funem — ire Hor.) quasi *per funa*bulū disc. v. *quasi funambulum* disc. ca. quasi *per funem* disc. fh. — *etiam* γbBφ. *et* vcaQ. *et* om. fh. *et ui* C. uulgo: qui etiam pot. carm. de ina re. qui etiam *de inani re potestate* carm. mod. Bφ. 8) mei *ita expresse describens* aliquid *ut* nunc constr. Bφ. 9) nunc om. γbBφ,vca. fortia *quaeque* Bφ. iterum *sedunc* φ (sedunc expu. B). terreat om. B. 10) mag*nus* b. mag*na* γbBφ,vca C. rell. ma*gi*ca. recte *magna*, nam *magica* (sacra) non *aguntur*, sed *fiunt*. Cic. Harusp. 15. Propert. III, 9, 48. 11) *te*barum Bφ. theatrum v. 12) uid*eor*. mihi me huc transferre γ. uideatur mihi statim illuc transferre Bφb. (illū transferre). mihi ī e *statim* huc transferre v. *mihi statim* huc trans*fert* ca. *me statim* huc trans*fert* fhQ. uideor om. Bφ,vacfhQ. mihi *uideatur eo* me *statim* transferre C. 'locum *ad* (uel?) *Thebas*' Düntzer IV, 315. 13) considerans — faceret γb. conf. Bφ: 'Hortatur Augustum, ut faciant bibliothecam in templo Apollinis. Considerans poeta bonos poetas contempni in teatro propter ludos ac non leuiter *contumeliam illam* ferre quosdam *uero ex hoc* minus caute *carmina* componere *minusque polire eo quod* non esset qui *subtiliter* ea discuterit *quem timeret.* Hortatur Augustum *ut illorum sollicitudinem demat,* qui *bene* componunt et illis *etiam* calcaneum adhibeat, qui uitiosc scribunt *audiendo* omnium car*mina*, *ex* quibus bibliotecam faceret in templo Apollinis, ut poetae maiori studio carmina scribant.' 16) calcan*eum* γbBφ. posui usitatius uoc. *calcar*. conf. Cic. Brut. 56. Att. VI, 1 (admouere). 17) omnium car*men* γb. *e* quibus γb. 21) est i*r*ritamentum γ,C. recte. Liu. XXX, 11. Iustin. XXXI, 6. Tacit. Agr. 20. conf. Gell. VII, 16 inritatio*nes* edendi, et Plin. V, 9. Liu. XXXX, 27 inritamen*ta*. rell.

219. *Multa quidem nobis fa. mala.* Ostendit culpam, quare illorum carmina efficerentur uilia, uidelicet quia Augusto in aliis occupato inportune offerrent, uel etiam quia reprehensionem amicorum insererent. *poetae.* Satirice [dicit]: nec sibi parcit, dicens, se agere, quod in aliis culpat, hoc est: ut ipse de me detraham; prouerbium enim in eos sumptum est tale, qui ipsis sibi uolentes nocent.

[228. *Arcessas.* Inter *arcesso* et *accerso* hoc interest: *Accerso* i. e. *uoco,* et uenit a uerbo *accio, accis,* quod est quartae coniugationis; *arcesso* autem idem significat, quod et primitiuum eius, a quo deriuatur i. e. *arceo.* Sed secundum *Priscianum* (p. 559 P. I p. 42 kr. I p. 35, 5 sqq. Hertz): *arcesso* uenit ab *arcio,* quod nunc dicimus *adcio,* et est conpositum ex *ar* praepositione, et *cio* uerbo, quod est *uoco,* quia Antiqui dicebant *ar* pro *ad.*]

229. *Sed tamen est op. pr. cognoscere.* Dignum est, ut cognoscamus, quis poetarum dignus sit conscribere [tua] facta, quae non sunt conmittenda turpi poetae.

232. *Gratus Alexandro.* Alexandrum notat, qui sine iudicio poetam dilexerat.

233. *Choerilus. Choerilus* poeta gesta Alexandri Magni describens, licet in tanto opere non amplius quam septem uersus probos conposuisset, tamen pro singulis uersibus singulos Philippos, id est, numos aureos accepit, et est sensus: si, inquit, malus poeta ita remuneratus est, quanto magis boni remunerandi sunt a te, o Auguste.

234. *Philippos.* Numos, qui Philippi uultu signati essent.

236. *Atramenta.* Sicut, inquit, atramenta polluunt, quicquid contigerint, ita mali poetae res splendidiores obscurant sordibus ingenii sui.

incitamentum. carm. *scribendi* γ. scribendi carm. C. rell. om. scribendi. *ad* incit. car. fh. ad incit*andum* carm. vca. *et* incitamentum carm. Q.

2) effic*eren*tur γb. rell. effic*ia*ntur. 3) *o*fferrent γ. *a*ff. b. rell. offerr*u*nt. reprehensionem am. (am. repr. b) infererent γb. repraehensionem am. *irascimur* v. reprehensio*ne* am. iras*cimur* ca. reprehensione am. iras*cuntur* fhQ. 4) dicit om. γBφ. ̣*nae* sibi Bφ. — dicens γBφ,C. rell. affirmans. 5) ut ipse *me* γ. rell. ipse *mihi.* cf. Porph. — culpat *et est* prouerbium. Bφ, om. enim — nocent. — in *eos* C(Q). rell. in *eo*. 6) ips*is* *s*ibi γ. recte. rell. ips*i* sibi. C om. ipsis. 7) Inter — *ad* om. γbBφ. *arcessas.* uoces, adesse iubeas, inter *acceṙso* et *arcesso* — Sed om. — ad C. *accersas* vcafh. 12) ex *ar* C(Q). rell. ex *ad.* 13) *ar* pro ad C(Q). rell. *at* p. ad. 15) *con*scribere γ. rell. scribere. tua om. γ. 18) dilexer*it* γ. dilexer*at* b. rell. dile*xit.* 19) Cherilus (bis) γ. Ch*oe*rilo̊s Bφ in lem., *Che*rilus in scholiis et in marg. CHERILVS. Cheri*lis* b in schol. cheri*lus* in Hor. 20) VII γbBφ. 21) nu*mm*os γbBφ. Schol. om. vcafhQ. 24) sign. essent γ. rell. es. sign. glossa in b: *philippos.* bizantios. conf. C. 25) Sicut — ingeniis γbBφ. rell. om. — quicquid γ. *quod*cumque bBφ. 26) sordi*dis* ingeni*is* γ. s*a*rdi*bus* ingeni*is* b. sordi*bus* ingenii *sui* Bφ. rell. om.

240. *alius Lysippo.* Hoc est, alius quam Lysippus, et est noua locutio.

244. *Boeotum.* Id est, quemlibet ex Boeotia. Boeoti hebetes sunt habiti [et qui inde exorti sunt], quasi βοῶν ὦτα ἔχοντες. Si, inquit, subtiliter discerneres carmina, diceres *Boeotum*, in crasso aere natum, id est: carmina poetarum, quae putantur subtilia, inuenires grossiori stilo et inhonesto conscripta (conposita).

† † †. Dolendum est, cum hoc scholio exire eximium nostrum codicem γ, cui Acronis Commentarii tantum debent. Dicendum autem est, *commentum Artis poeticae,* quae in hoc codice, ut in plurimis uett. Horatii libris, *Epodos* praecedit, integra continere scholia, quae sub Acronis nomine feruntur.

245—247. *At neque dedecorant — Verg. Var. poetae.* Ordo: ut dilecti tibi Vergilius Varusque neque (non) dedecorant tua de se iudicia. *munera quae.* Multa cum laude decies tulerunt, propterea quia iam singulis his donauerat Augustus decies sestertium.

248. *per aenea signa.* Per hoc Alexandro Augustum praefert.

251. *Repentes per humum.* Humiles, uiles. Satiram dicit, quae humili stilo solet enarrari. *gestas.* Id est, tuas.

252. 253. *arces Montibus inpo.* Hoc est: quae cum montibus inpositae essent, tamen a te captae sunt.

253. 254. *tuisque Auspiciis.* Finitis enim bellis Caesar ianuam (Ianum C. Herm.) clauserat et pacem intulit. *confecta.* Peracta.

1) no*ua* γb,C. rell. no*ta*. 2) i. quemlibet ex *boe*tia γb. *de* boetia Bφ. durum ingenio C. rell. om. 3) et qui inde ex orti sunt fhQ. hab. qui exorti sunt c. hab. qu*in* lacuna) exorti (exort*a* a) sunt va. quasi BOωNωτα EXONTES γ. quasi boco Nata (sic) exontes b. quasi βοῶν ὦτα ἔχοντες C. rell. om. — Si inquit — conscripta γ. regio subtilem utrem habet. Sensus est. si (om. inquit) subt. disc. carmina quae putantur subtilia, inuenires *cur* (nou. lin.) siori stilo et inhonest*a* *composita* b. conf. Bφ: 'Boetia regio subtilem *ac tenuem aerem* habet. Et est sensus. si inquit subtilem discretionem, qua polles, accommodares, o auguste, carminibus poetarum, diceres hominem *boe*tum in crasso aere natum i. carmina poetarum, quae putantur esse subtilia inuenires grossiori stilo et inhonesto esse composita.' 12) Ordo — dedecorant b et C, qui uerbis *non ded.* addit: 'tua de se iud. etc.' rell. om. conf. Bφ: '*de se iud.* de illis, uaro scil. et uirgilio. *At neque.* De uirgilio inquit et uaro optimum iudicasti largiendo illis plurima munera, nec ipsi tuum iudicium dehonestant, quoniam, sicut iudicasti, ueri poetae habentur.' 14) multa — se*x*tertium b. rell. om. 16) *Pro — prefecit* b. conf. Bφ: '*Nec magis.* Non magis inquit exprimuntur uultus uirorum in statuis quam mores in poemat*ae*'. C: *per* h*aec* Alexandro prae*fert* Augustum. rell. om. 17) Hum. uiles b. i. humiles Bφ. humili stilo scriptos C. rell. om. conf. Porph. — Sat. enarrari vcafhQ. rell. om. 18) i. tuas uidelicet Bφ t&as sic) b. Nunc horatius tanquam sibi aliquis dixisset cur igitur res gestas caesaris non scribis. Dicit se malle scribere gesta illius si idoneus esset quam satyricam in liricis.' Bφ. 19) ꝗ (quae?) *cum* b. quae *licet* C. rell. *quod quamuis* vca. *quae quamuis* fhQ. 20) *a* te b,C. *an*te vcafhQ. *arces.* conditas a caesare urbes. *barbara.* quae tu uicisti Bφ. 21) Finitis — intulit b. (*auspiciis* tuo ductu. C. prosperis successibus Bφ. 22) Peracta b. finita C. i. a te et a tuis Bφ.

259. *Rem tempt.* Tam magnam.

260. *Sedulitas.* Adsiduitas, inportunitas amicorum. Sensus: Inperitus laudator, dum nimium studiose laudat, magis uulnerat et [interimit] adterit gloriam, praesertim si malus poeta uersibus laudat; plus autem quis ridiculum legerit, quam quod fuerit miratus; ut malus pictor magis deformat pingendo praue, quam ornet opus, sicut Alexander laudatur a Choerilo prauis uersibus.

265. *cereus.* *Cereus*, pictus. Noue dixit.

PORPHYRION.

Cum tot sustineas et tanta negotia solus. Adparet, hunc librum, ut supra diximus, hortatu Caesaris scriptum esse: cuius rei etiam *Suetonius* (reliquiae p. 296, 38 ed. Roth.) auctor est. Nam apud eum epistula inuenitur Augusti increpantis Horatium, quod non ad se quoque plurima scribat. Ergo hic principium cum laude imperatoris et ab excusatione, quod illum nolit occupatum in republica suis inpedire sermonibus. Totaque sententia huius epistulae de poetis est ad hoc, ut subtiliter in in eorum fauorem Caesarem moueat. Dicit enim Horatius, Augusto soli contigisse, ut inuidiam uirtute uiuus euinceret. || Caeterum autem*) et quamuis melioribus anteponi. ||

1. *Cum tot sustineas.* Totus hic est sensus: Cum tantis rebus detinearis, o Caesar, rempublicam laude regens [administrando], tempora tua, quae omnibus conmodis inpendenda sunt, longo sermone morari, iniquum esset.

1) Tam ma. b. rell. om. 2) Sensus — uersibus vcafhQ. om. Bφ. conf. C: ' *sedul.* assiduitas in laudandis amicis. Sensus *est*: Imp. laud. — et *atterit amici* glor., si malis uersibus id agat, quam commendat: *citius enim* quis memoria complectitur, quod ridiculum est, quam quod est admiratione dignum, ut mal. p. m. deformat quam ornat nimis *curiose* pingendo' — im*p*ratus (imp*a*ratus?) laudator b. *atterit* b,C. gloriam — laudet. *plus autem meminit* quale quis ridiculum legerat, quam profuerit amiratus, ut — praue et quasi ornando' b. glossa in b: *Sedulitas.* assiduitas. importunitas amicorum. rell. om. 8) cereus — dixit b,vcafhQ. om. 2,C et Bφ, qui habent: *cereus.* durus. Haec duo scholia ad u. 260 et 265 extrema sunt Acronis in vca. Fabricius autem et hic a u. 262 usque ad finem scholia Acronis et Porphyrionis confudit.

PORPH. In codd. Inscr. nulla praeter hanc in M: EPISTVLARVM LIBER I. EXPLICIT. INCIPIT. II. FELICITER.

12) Sue*tr*enius M. 15) h*i*c MR. rell. h*o*c. 16) *nolit* RA2BφG nob*u*it M. 18) cesarem mo*n*eat R. Caes*ar* mouea*tur* vafh. — soli Aug. vafh. 19) uinceret Bφ, om. caeterum — anteponi. *et* om. 2, expu. G. *in* quamuis MRG. in om. 2,vafh. In postremis uerbis, quae mutila et corrupta sunt, haec sententia latere uidetur: 'Caeterum queritur, antiquos poetas nostris quamuis melioribus anteponi.' conf. Acr. et C. 22) Et hoc schol. ualde deprauatum est. remp. *laudares* MRA2G. scripsi lau*de regens*. nam *administrando*, quod vafhQ receperunt, auctoritate caret. 23) morari MR2G. *re*morari vafh (*te* rem. fh). — iniquum v. iniquum *est* afhQ. om. MR2G. posui *iniquum esset.*

*) caeterum *antiquum quemuis* mel. antep. em. C. Hermann.

3. *in publica conmoda peccem.* Per hoc pulchrior est laus; et incerta distinctio est, an *emendes in publica conmoda*, an *peccem.*

4. *morer.* Vanitate occupem teneamque te, cuius omne tempus in publica conmoda consumendum est.

5. *Romulus et Liber.* Laudata uirtute Caesaris laudat etiam felicitatem, quia dicit, huic soli contigisse, ut inter homines etiam nunc posito iam diuini honores decernantur, quod nulli concessum sit horum, quos enumerat, hoc est, Romulo, Libero, Castori et Polluci, et cum his Herculi. Et est ordo: *Romulus et Liber dum terras hominumque colunt genus, aspera bella Conponunt.* Nam illi, de quibus supra dixit, post ingentia facta in deorum templa recepti sunt.

8. *agros adsignant.* Hoc est: colonias deducunt conduntque (oppida et?) urbibus milites suos (adsignant?).

9. *plorauere.* Plus dixit, quam doluerunt.

10. *diram qui contudit hydram.* Hercules scilicet; et bene hoc elegit, quod inter labores eius uel maximum fuit.

11. *nota — portenta.* Quae sunt in duodecim Herculis laboribus diffamata.

fatali — labore. Utrum, quemadmodum *Vergilius* dicit (A. VIII, 291): *ut duros mille labores Rege sub Eurystheo fatis Iunonis*, an *fatali* pro capitali ac molesto, ut ipse alibi (Hor. C. III, 3, 18. 19): *Ilion Fatalis incestusque iudex?*

12. *supremo fine.* Id est, morte. Et est sensus: Expertus est, inuidiam tunc finiri, cum etiam uita finitur.

13. *Urit enim fulgore suo.* Rationem exponit, propter quam minus coluntur uiui, qui uirtute caeteris antecellunt, post obitum [autem] diliguntur. Grauis est enim, inquit, inferioribus et infra positis nocet,

2) an emendes in publica commoda peccem MRA. commoda om. 2G,vafh. an em. in pu. comm. an *in pu. comm.* peccem. Q. 3) more*m* MR. uanita*tis* M (*ur*banitatis Halm.) RG. uanita*te* vafhQ. om. 2. 5) Laud. uirt. Caes. MR2G(Q). rell. Laud. Caes. uirt. 6) qui MR. rell. qu*ia*. 8) iis 2. 9) genus colunt fh. Verba *Romulus — componunt* sunt Horatii, perperam autem refert Q: '*componunt illi — recepti sunt* om. codd.', nam M, ut R. post *Romulus et liber dum terras hominumque c. g. a.* iterat quidem ex superioribus aliquam partem, scribens: 'Ledere est tempora tua quae *omnium* cōmodis inpendenda sunt longo sermone morari mo*rem* (MR, non mo*re*, ut ref. Q. more*r* 2) ua. (sic. uanitatis R2) praeoccupem teneamque te cuius omne tempus in publica cōmoda consumendum est', sed adiungit haec: '*nam illi* (= R2) *recepti sunt.*' 12) conduntque MRA2G(Q). ducuntque vafh. Exspectamus: conduntque urbes et militibus agros suos adsignant. couduntque *ut bibet* (sic) mil. suos R. 14) di*citur* vafh. rell. dixit, etiam M, quod negl. Q. 17) lab. Herc. vafh. 21) Plinion M2G. ince*r*tusque M2G. 23) Id est MRA. scil. morte 2. Id est om. v. id est morte om. afh. 24) etiam MRA2G. *et* va (et *cum* uita) fh. 26) uiui col. 2. caeteris om. vafh. *et* post 2. autem vafh. rell. om.

qui artibus bonis caeteros uincit, sed requiritur tamen et desideratur exstinctus; urit enim splendore, quo fulget; et bene *urit* ad fulgorem rettulit.

15. *praesenti.* Viuenti; sed splendidius hoc est, quasi glossematicos.

maturos. Adceleratos uel opportunos meritis tuis atque *maturos.* Et recte; aliis enim non maturi sed seri honores dati sunt.

16. *Iurandasque.* Ac per hoc diuinos tibi honores decernimus.

17. *Nil oriturum alias.* Et hoc splendidius, quam si *nasci* haberet, uel *natum esse* dixisset. *Oritur* enim *sol*, et *oriri lux* dicitur.

18. *Sed tuus hic populus.* In hac re sola sapit, quod omnibus te antefert; in caeteris autem peccat, quia nihil optimum nisi antiquum putat et sui temporis uniuersa contempnit.

21. *terris semota suisque.* Vetera ac demortua.

21. 22. *suisque Temporibus defuncta.* Quae sua tempora conpleuerint ac finierint.

fastidit et odit. Auxesis; plus enim est *odit* quam *fastidit.*

23. *Sic fautor ueterum.* Adeo ueteribus fauens, ut etiam legum XII tabulas a decemuiris scriptas et foedera sub regibus facta, quae icerunt Romani uel cum Sabinis (Gabiis?) uel cum Sabinorum Latinorumque gentibus, ob austeram et rancidam uetustatem ita pulchrum et distinctum in Albano monte loquentibus dicat esse pro Latino, ut non iam disertorum hominum sed Musarum etiam iudicetur oratio.

26. *Pontificum libros.* Utrum annales, an pontificale ius significat?

annosa uolumina uatum. Veteres libros Marci uatis Sybillaeque et similium.

1) quia fh. — *et* des. M (negl. Q) 2. rell. *ac* des. 2) ex*t*inct. libri. *Fulgore.* Splendore, om. urit enim, fh. — fulgorem *rem retu*lit MR. 3) uiuen*di* MG. uiue*re si* splend. R. — qu*am* gloss. M. splendi*dus* hoc est q̄ gl. v. rell. quasi. 4) *Ad*c. uel. *o*port. M. rell. acc. uel opp. 6) honores om. Q. 7) *quasi* nasci *deberet* vafh. habe*re* M (non habe*ret*, ut ref. Q) R. rell. habe*ret.* 8) *Ex*oriri dicitur *dux* (sic) va. Exoriri dicitur *dies* fh. 8) Posui *quod* omnibus te antefert. MRG: quod (qui R) ante ridet. 2: quod om̄ ridet. v: quod te omnibus *ponit.* afh: q. t. o. *prae*ponit. Q uoluit: quod te anteire (omn.) dicit. 12) terr*is emotas* M (totum lemma). 13) Hoc schol. cum subsequenti in MR2G,v sedem mutauit. 15) odit est 2. est om. MRG. (unc. incl. Q), v. est afh. 16) faue*as* v. faue*t* fh. duodec. leg. fh. 17) facta *quac nunc* roma*ni* MR2 (*t*unc) G. uulgo: facta tunc Roman*is.* 18) uel cum Sabinis uel Albanis va. uel c. S. uel Al*bi*nis fh. — uel *cum* Albanis Q. 'uel cum sabinis (sic pro *Gabiis*) uel cum sabinorum latinum esse uideatur ob *aufer*am (sic) et rancidam uetustatem ita pulchrum et *ex*tinc*tam* (M. exstinct*um* R2) in alb*am* nunc *non* 2) te loquentibus (*e*loq. 2G) dicat pro esse (quod 2) Latino, ut non iam disertorum hominum sed musarum etiam in uideatur oratio' (M. horatius R2G.). Perdifficile hoc scholion, cuius posteriorem partem inde a u. *uetustatem* vafh omiserunt, quantum potui, emendaui. Editor Pragensis more suo inpotentiam profitetur dicens: 'Quae ut probabiliter enodarem cum non contigerit, lacunam signauimus.' 22) pontific*ale* MR2G(Q). pontifi*cum* vafh, non pontifi*cium*, ut ref. Q. 23) *am*issa MRG. rell. *annosa.* — libros fh. rell. om. marc*ii* ua. et S*i*billaeque M. *Nauii* ua. *aut* Sybillae fh. mar*tii* uat*ies* (sic) sybillae monte. v. Mar*tii* uatis. *Sibyllae* Monte a. 24) et similium om. vafh. *) *uere* Lat.? Acr.: pro *uero.* C. Herm: pro*lata* Latine.

27. *Albano Musas in monte.* Cur in Albano monte? utrum propter uetustatem, quod ante Romam Alba regnauit?

28. *Si, quia Graecorum sunt.* Haec tota sententia usque: *Miraturque nihil nisi quod Libitina sacrauit* (uers. 49.) hunc sensum continet: Si ideo carmina antiquissima quaeque laudantur, quia (quae?) antiquissimi quique Graecorum optime scripserunt, eo redit res, ut secundum eandem aestimationem, in qua doctrina, non tempus quaeritur, debeat et Romanus poeta statim placere, qui bonus est. Quod si ita, non est, quod multa loquamur cum illis, qui, quae manifesta sunt, negant. Non solum enim secundi doctrina sumus, uerum etiam Graecos uicimus. Sin autem tempus [et] siue uetustas in carmine tamquam in uino sit inquirenda, uelim scire, quotus annus probum carmen efficiat. Quo ipso facile demonstratur, stultitiae esse, in libris tempus considerare, non meritum.

29. 30. *eadem Scriptores trutina.* Eodem examine, eodem iudicio, eadem aestimatione.

31. *Nil intra est oleam.* Negant manifesta. Nam constat, intra oleam et extra nucem esse duritiam.

32. *Venimus ad summum fortunae.* Utrum [in] imperio, an et caeteris [in] rebus, quas enumerat? Non habet, inquit, quod nobis amplius fortuna iam praestet. Ergo et perfecti poetae sumus; sed hoc intellegi quam dici a se maluit.

36. *qui decidit.* Qui defunctus est.

38. *excludat iurgia finis.* Tamquam tacentem urguet ad numerum annorum significandum. Pone, inquit, finem, et iam nulla contentio est.

39. *Est uetus atque probus.* Hoc quasi ex alia persona dicitur.

1) utrum*que* MR2G. 3) Si *qua* MR. 4) li*bita* MR. 5) carmina *lacrimanti* (sic. rell. om.) antiq. MR. — qu*i* ant. MR. 6) *an* graecorum MR. eos redit (MR. re*dd*it G. eo redit 2.) ut secundum eandem aestimationem (exist. 2.) in qua doctrina non tempus quaeritur eandem debeat ut romanus poeta statim placere qui bonus est. quod si non est quod multa tamen etiam ut illi qui que manifesta sunt negant. Non solum enim MRA2G. eo res redit Q. posui *eo redit res.* 7) pro *ut* posui *et.* in — quaeritur om. vafh. eo *rectius* et fh. *eo redit ius ut* a. eandem *trutinam* de*bet* Ro. poeta *saltem* placere. Quod si negatur, non est, quod multa loquamur, cum negentur, quae manifesta sunt. Non enim secundi — uicimus.' afh. *eos reditus* et secundum eandem (om. aest.) deb*eat* ut roman*is* poeta *fastim* placere quod si non est quod multa tamen etiam ut illi qui quae manifesta sunt (sic). non enim secundi v. Non solum enim *ad* secund*o* MR. 10) tempus et om. 2. et om. MR. 11) sunt M. rell. *sit* posui tempus *siue* uet. 13) tempus om. MR2G,v. 15) exstim. R. existim. 2. — aestimatione. *Nihil* sunt negant (om. manifesta) nam MRG. Negant manifesta vafhQ (Man. negant). om. 2. *manif.* ex superioribus. 17) duriti*em* R2. 19) in om. bis MR (G bis add.). an caet., om. et, vcafh. 21) dicere mal. R. 23) urg*u*et M2. rell. urg*et.* — an numerus amorum sit sig*nandus* afh (signan*dum* v). ann. (amicorum R) signif. MR2G. *ad* Q. 24) iam om. 2. 25) Hoc schol. et sequens ad u. 40 in libris postponitur duobus ad u. 41 et 42.

40. *Quid? qui deperiit.* Hoc Horatius ex persona sua dicit.

41. *ueteresne.* Bonos.

42. *An quos et praesens et postera respuat aetas.* Malos scilicet.

43. *Iste quidem ueteres.* Hoc ex alia persona.

45. *Utor permisso.* Ex sua (persona).

45. 46. *caudaeque pilos ut equinae Paulatim uello.* Id est, singulos.

47. *Dum cadat elusus rat. ru. ac.* Tamdiu singulos annos detraham, donec paulatim subducto aceruo numeri decipiatur elusus, qui ad summam temporum reuocat poetas, et hoc uincet uel in augendis, uel in minuendis aceruis.

48. *qui redit ad fastos.* Qui per consules annorum colligit numerum.

49. *Miraturque nihil.* Et qui nihil laudat, nisi quod elatum fuerit et sepultum. Mire ergo dictum et facete *Libitina* et *sacrauit,* quasi ab ipso feretro uenerationem acceperit poeta.

51. 52. *leuiter curare uidetur Quo prom. cad. et somn. Pyth.* Securus iam de prouentu suae laudis est Ennius, propter quam [ante] et sollicitus [fuerat. Ennius] in principio Annalium suorum somnio se scripsit admonitum, quod secundum Pythagorae dogma anima Homeri in suum corpus uenisset. Facete autem *somnia Pythagorea* dixit, ut ipsum etiam Pythagoram cum sua metempsychosi ridere uideatur; *leuiter curare:* securus esse.

52. *Quo promissa cadant.* Quem successum habeant; ostendere autem uult, sine difficultate poetas ueteres solere laudari.

somnia Pythagorea. Libri Annalium.

55. 56. *Ambigitur quotiens uter utro sit prior, aufert Pacuuius docti famam senis.* Cum ambigitur, uter sit prior, ambos laudat. Nam *Pacuuius famam docti* aufert, atque consequitur *Accius alti,* ut Sophoclis, Aeschyli, Euripidis, qui dicendo sint alti. *Alii* sic accipiunt, tamquam senilis doctrina et gloria adscribatur Pacuuio, Accio uero altitudo ingenii sublimitasque uerborum. An ambo famam consecuntur, alter d*octi*, alter *alti* tragoediographi?

1) oratius M. 4) Ist*ae* M, 6) Id est om. fh. 8) elusus. *Qui redit*] Qui vafh. ad summ*a* tempor*a* R2G,vafh. ad summam tempor. (sic) M. 9) *iun*gendis M. uel iūgendis, om. in, R. uel minuendis 2. 12) *Et* qui M. et *quod* R. rell. *Id est* qui. — nisi quod sepultum est et defunctum ac per hoc antiquum Bφ. 13) *et* om. afh (Hor.) 15) Sec. est 2. 16) suae om. 2. laud. suae vafh. — *et* soll. M. rell. ante. fuerat Ennius om. MR2G. 19) *et* Pyth. vafh. 20) Pythagoram sua *sibimet met*emps. MR2. rell. *cum* sua metemps. — *u*idere uid. MR2G. μετεμψυχώσει fh. 22) osten*dit enim* sine afh. 23) uet. po. afh. 25) Lemma in MR exit: *pacuuius doctis*, om. *famam senis.* 26) utro MR. am*bo* MR. — *Sed* pacuu. 2. doc*tis* MR. 27) conseq. sophoclis *acci* aeschyli — sint alii sic M. sophoclis acti (expu.) A*tt*i R. soph. *accii* 2. 28) dicendo MRA2G. rell. om. qui *ante* sint. Alii v. qui alti sint. Alii afh. — sen*ilis* RAM (se*lin*is)

57. *Dicitur Afrani toga.* Bene *toga:* togatas enim scripsit Afranius, in quibus Menandri stilum uidetur imitatus.

59. *Vincere Caecilius grauitate.* Utrum alter alterum uincit, an caeteros uniuersos?

60. *Hos ediscit.* In scholis.

et hos arcto stipata. In spectaculis.

61. *habet.* Credit, ducit, existimat.

62. *Ad nostrum tempus.* Ordo est: Ab Liuii scriptoris usque ad nostrum tempus quaedam recte, quaedam praue iudicat populus. *Liuium* autem dicit *Andronicum*, qui primus omnium Latinas fabulas scripsit.

64. *Si ueteres ita miratur.* Hoc peccat.

67. *Si quaedam nimis antique.* Hoc receptum [est].

ignaue. Humiliter.

68. *et Ioue iudicat aequo.* Propitio sibi. Et sic quidem Ioue irato fit, ut errent homines ac delirent.

69. *Non equidem insector.* Quod uitium inuidi et obtrectatoris est hominis.

69. *delendaque carmina Liui.* Faceta subtilitas. Non censeo, inquit, delendum Liuium; et hoc illi honoris causa defero propter uetustatem ex libris eius.

70. 71. *plagosum mihi paruo Orbilium.* Saeuus, inquit, Orbilius quondam librarius magister mihi dictata praebebat. *plagosum.* Saeuum et saepe plagas inferentem.

71. *sed emendata uideri.* Emendandum, non delendum puto Liuium. Sed indignor, illum [pro perfecto et] profecto pro emendato auctore laudari.

72. *exactis minimum distantia: miror.* [Translatio ab] Examine, quae pars trutinae est.

a doctr. MR. rell. *senis* (Hor.). 29) *ad*scr. M(Q). rell. *a*scr. 30) *fenestr*am conesequuntur MR2G (conse*cu*ntur).

1) Dicunt etiam *togam* R. *a*erani M. bene toga*to* MR. toga om. — affr. 2,v. 3) Lemma in M: Vince*ret accilius* grauita*tem*. *alt*ilius R. *Utrum* ponendum uidetur. *ad utrum* MR. ceteros *omnes* uoluit Düntzer IV, 233. 5) hoc ed*ic*it M. *scolis*. R. 6) a*rgos* MR. arc*tos* G. *Spectet* (u. 61) est lemma in fh. 7) Cr. ducit (d*i*cit R) exist. MRAG. rell. credit. 8) *aeuli* (sic bis. nam scriba indoctus et hic somniauit) script. M. 9) r*aectae* M. 10) autem om. vafh. 11) mi*ran*tur. hoc pecc*ant* 2G. 12) est om. MR2G. 14) propitio et propitio (sic) et sibi (*sic* R2) quidem ioue irato fit MR. et sibi ioue G. sibi *quod* Ioue irato fit 2. sibi, Ioue quidem (quid*am* fh) irato fit vafh. sibi; *et* Ioue quidem ir. fit Q. 16) — uitium *est* et obtrectatoris (obtrec*tantis* R) *est* hom. MR. inuidi om. MR2. 19) dele*g*and*am* le*u*ium M. dele*g*and*um* le*n*ium R. 22) plagosum aeuum (sic) M. pl. *e*uum R. pl. *sae*uum 2. pl. *eum* (tum fh) dicit saepe va. pl. *est* saepe Q 25) pro om. MRG. *pro*fecto *pro* em. *au*tore 2. *pro*fecto et em. auct. MR. pro perf. et om. *amore* fh. (auctore A,vaQ). conf. Bφ: i. indignor illum *pro perfecto auctore* laudari. 26) *nimium* R2G,vfh. M. (sic) M,a. — Translatio ab vafh. rell. om. examin*ae* uel pogin*ae* M. (sic, non examin*e* uel pagine, ut ref. Q). *distantia*. pagin*ae* R, om. examine uel.

76. *Indignor quicquam reprehendi.* Deest: in meis carminibus.

78. *Nec ueniam antiq. sedhon. et pr. posci.* Nec. Non (solum? Hirschfelderus: Nec, non modo), ut sit: non módo ueniam, sed etiam honorem antiquis posci uideo. *posci.* Subaudiendum est iterum *indignor*, ut sit zeugma a superiore, aut deest *uideo,* ut sit ἔκλειψις.

79. *Recte, necne croc. flor. peramb. Attae.* *Atta,* togatorum scriptor, qui in fabula, quae inscribitur *Materterae* (Attae Matertera O. Ribbeck. Comm. Latt. fragm. p. 138), ita florum genera enumerat, ut sine dubio reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem.

80. *si dubitem, clament.* Plus dixit, quam si diceret *reprehendam.*

80. 81. *clament periisse pud. Cuncti p. patres.* Non *dicant,* sed *clament*; et bene *patres,* quibus sola antiquitas placet. An *patres,* hoc est, senatus?

81. *ea cum reprehendere coner.* *Reprehendere coner,* inquit, non enim reprehendam. Aesopus autem et Roscius famosissimi comoediarum actores fuerunt; ac per hoc ostendit stultos homines [esse], qui non merito ac uirtute (stili?) fisi, sed tantummodo personarum auctoritate moueantur.

83. *uel quia nil rectum.* Hoc uitium superbiae est.

84. *Vel quia turpe putant parere minoribus.* Nobis scilicet, et hoc uitium parui pudoris est.

[85. *perdenda fateri.* Male docti enim dicerentur || imberbes]. *Inberbes.* Cum essent pueri. *perdenda fateri.* Male dicta dicere.

86. *Iam Saliare Numae carmen.* Quod Saliis Numa ipse conscripsit in templis canendum.

1) *Id* est vafh. 2) Lemma in M: Nec ueniam posci. *Nec non* MR et rell. libri. Non *solum* Acron. Nec *modo* Q. 3) antiqui*tus* MR2G. rell. antiqu*is*. — posci. *ut* audiendum MR (iterum est). posci audiendum est 2G. 5) εκλιψη M. ἔλλιψις G. *ecli*psis v. ecl*yp*sis a. rell. ἔκλειψις. 6) ad togatarum script*ores* qu*ae* MR. ad tog. scriptor*em* qui 2G,va. scriptor *est* Q. *fuit* Acr. Atta tog. scriptor, om. *est qui*, in Fabula fh. in fabul*am* va. 7) mater terae M. rell. materterae (*M*aterterae fhQ). De hoc scholio conf. Düntzer. IV, 244. 10) reprehen*denda* cla*mant* va (cla*mat*). 11) et bene. Patres *num* quibus sola *pura* antiq. fh. sola *pura* ant. vafh. 13) Alterum *repr. coner* om. MR2,va. Coner, inq., repr. fh. non *enim* reprehendam MR. rell. om. enim. 14) autem om. fh. 15) actores om. MRBφ. — esse om. MR. †) In hoc cod. inde a uerbis *stultos homines* usque ad u. 137 *(Impetrat)* lacuna est. stultos esse *multos* homines fh. et va, qui om. *esse.* uirtute *fisi* omn. libri. conf. u. 88 uirtute *stili*, quod posuit Q. 16) mo*n*eantur M. *uenerantur* 2. 17) Hoc schol. om. M, teste Halm. 19) *parui* pudoris MR2G,va. i. e. pusilli, ut Hor. S. I, 4, 17: pusilli animi. Hinc neque *puerilis* (fh) neque *praui* (Q) probamus: *prauitatem pudoris* ignoro. et hoc uit. pa. pu. est M. rell. et hoc est uit. p. p. conf. Bφ: a nobis scil. iunioribus discere. 21) essent pueri male*di*cti dicerent MG et 2, qui male*dici* habet. Male *do*cti enim dicerentur imberbes vafh et Q, qui conqueritur: 'Sed ne ex his quidem uerum adsecutus sum.' Equidem difficile hoc schol. sic sanandum esse puto 1: '*Inberbes.* Cum essent pueri' (i. e. non erant barbati). Bφ: in sua infantia. C: in sua pueritia. 2: '*perdenda fateri.* Maledicta dicere.' Alium sensum praebet em. Hochederi: *Si* essent pueri, male dicta di*cerent.* conf. Düntzer. IV, 247. 22) Quod (codd. et a) om. fh. quidem v. nu*mma* v (in lem. num

86. 87. *et illud, Quod mecum ignorat, solus uult scire uideri.* Qui me dicit nescire, quod et ipse nescit.

88. *Ingeniis non ille fauet.* Hoc sensu uult ostendere, huiusmodi homines, qui non merito ac uirtute stili, sed tantummodo personarum auctoritate mortuis faueant, non modo stultos sed, quod est peius, inuidos, qui nos contra meritum oderint.

90. 91. *Quodsi tam Graecis nouitas inuisa fuisset Quam nobis.* Quodsi ab initio idem Graeci fecissent, quod nunc Romani, ut odissent nouos poetas: qui essent, inquit, hodie ueteres? aut quid ad nostra tempora perueniret, quod legere omnes et in manibus habere possemus?

93. *Ut primum positis.* Hic ostendit, quod fuerit initium poeticae professionis, ut probet, quod nunc inueteratum est, aliquando coepisse. *nugari.* Ludere, scribere.

positis nug. Gr. bellis. Quia bella non nugae sunt.

94. *et in uitium fortuna labier aequa.* Dicit, uitium facilitate prosperae fortunae esse [et] delicias, in quas lapsa sit Graecia, postquam bella deposuit.

95. *Nunc athletarum.* Enumerat, quas artes Graecia per pacem otiumque sit secuta.

99. *sub nutrice puella.* Ita Graecia cupide adpetit studia, quae celeri satietate deseruit, ut si puella infans esset et sub nutrice agens etiam luderet.

100. *plena.* Satiata.

101. *Quid placet aut odio est.* Sententia est, qua ostendit Horatius, nihil nos cupere uel odisse, quod non secuta satietate mutemus.

102. *Hoc paces habuere bonae uentique sec.* Hoc habuit, inquit, pacis uitium, ut diuersis delectationibus animi hominum pascerentur. *Ventos* autem *secundos* fortunam prosperam dicit.

103. *Romae dulce diu.* A Graecorum moribus transit ad consuetudinem ueterum Romanorum, et dicit, quemadmodum maiorum posteris con-

me). consc*rips*it MA. rell. con*stitu*it. Bφ: 'carmen quod numa canendum *instituit* a saliaribus *in templo martis.*'

4) merit*um* M. 5) non modo stultos om. codd. M2G. 8) facerent MG (*fecissent* in marg.) — nouos MA2G(Q). rell. om. 9) aut ad, om. quid, M. aut *qui* ad 2G,v. 10) peruenis*sent* 2. 2. leg. omn*ibus* vafh. leg*eret* M. 13) ludere *enumerat* scri*bae* quia M2G. *enumerat* pertinere uidetur ad uersus 95—98, unde huc translatum errore scribae. *scribere* vafh. ludere *et otia sectari* Bφ,C. Lemma interponendum daxi. 15) *facili*tatem MAG (corr. expu. *eli*). posui facilita*te*. rell. *felici*tatem. om. 2. *fortuna.* prosperitate et diuitiis Bφ. 16) et om. M2G,va. — *si* postquam M· 20) *ad*pe*tit* M. *ap*pe*tit* 2G,a. appet*iit* vfh. quae om. M. 21) *ac* si vafh. 25) sec. sa. *non* mut. afh. 26) pac*is* M (negl. Q, qui ex Hor. recepit *paces* et po. ha*buere* pro ha*buit* scil. Graecia, quod omn. libri tuentur) 2,v. pa*ti* a. *pax* fh. 29) A. om. M. 30) ueter*em* fh. rom. ueterum 2. — ma*l*orum 2G. *a* posteris fh.

suetudo mutata sit in usum poeticae disciplinae. *sollemne.* Quasi legitimum.

104. *clienti promere iura.* Respondere de iure alicui consulenti.

105. *Cautos. Cautos numos* dicit uel qui per chirographum et cautionem crederentur, uel *cautos numos,* id est, legibus, hoc est, non inlicitis usuris datos.

nominibus rectis. Recta nomina de legibus facta [non de fenerando] in deferendis debitoribus.

106. *Maiores audire.* In iure. [officium minoris est.] *minori dicere.* Officium.

108. *Mutauit mentem populus leuis.* Causa, cur mutauit (mutauerit) mentem populus: [propterea] quia *leuis.*

et calet uno. Rebus omnibus positis, poeticam solam multitudo delegit.

109. *iuuenesque patresque seueri.* Hoc est, omnis aetas; et bene additum *seueri,* quod in re ludicra maior reprehensionis causa sit.

110. *fronde comas uincti.* Quod *fronde comas uincti* iacent [nectunt], quod] caenant et carmina dictant, intemperantes [intemperantiae est].

111. *Ipse ego, qui nullos.* Saturice ne sibi quidem pepercit.

112. *Iuuenior Parthis mendacior.* Bene *Parthis,* qui perfidi sunt, et qui Romanos duces fraudibus saepe deceperunt.

112. 113. *et prius orto Sole.* Figurate pro: antequam sol oriatur. Hinc ego, inquit, hinc mendax sum, quod non solum scribo, quod ego (nego Hirschfelder) facere (mentior?), sed etiam studiosissime scribo.

1) mut. cons. vafh. — *quia* M. rell. quasi. legitimum *ac debitur:* (sic) *clienti* M. 4) qu*ia* vafh. rell. qui. 7) recta *nulla* de leg. fa. *inde* fenerand*i* (*ferandi* M) debitoribus M2G,v (*foen.*). *non* de foenerand*o* deb. afhQ (fen. — dicens: 'nondum sana sunt'). *nominibus.* idoneis debitoribus, an rectis, honestis et legitimis, non etiam illicitis? C. posui *in deferendis deb.* scil. ad aerarium. *Cic.* Phil. V, 5: nomina iudicum. ad Diu. V, 20: rationes. Attic. V, 7. 11: praefectos deferre ad aerarium (tamquam uiros probos). conf. Hocheder. et Düntzer. IV, 258. Plin. E. X, 62: pecuniam *recte* reipublicae *caueant.* Gaius III, 134: 'pecuniam *recte,* id est, a debitore *legitimis* chirographorum *formulis cautam* huic credere atque expendere'. *facta* conf. Brisson. de Formulis etc. VI, 111 (*nomina fieri* solebant. Seneca de Benef. II, 23. III, 15) et 112: 'Titulos debitorum NOMINA, Asconio in I Verrin. interprete, appellabant.' 9) in iure offitium M2 (offic*ii*) G. in iure officium minoris est vafhQ. Nouum lemma *minori dicere* statui. *dicere officium,* ut *legem* Cic. Verr. III, 8, *sententiam* etc. 11) populus om. vafh. 12) propterea (vafhQ) om. M (negl. Q) 2. 14) *iuuenes* p. c. M. iuuenesque patresque 2 (patres v), afh. *pueri* patresque omn. mei codd. Horatii. 17) fr. co. uincti. quod fronde comas *uincti* iactat quod cen. et carm. dictant. *eram* (sic) di. Intemperan*tes* . . (sic) M. Quod fr. co. ia*cet* (sic. et G. ia*cent?*) coen. et ca. di. intemperan*tes* 2. Quod fr. co. *nectunt,* quod vafhQ. intemperantes G. intemperan*ter* a. intemper*ant* v. intemperan*tiae est* fhQ. 18) sa*ty*rice M, in superioribus sat*u*rice) Bφ, vafh. *me* sibi *quod* p. 2. peper*it* fh. 19) Bene M2 (tñi) G,va. par*tis* M, in lemm. Iuuenior p. i. (sic) m. Bene parthis om. fh. qu*ia* vafh. *ut* qui M2G,vafh. atqu*e* Q. posui *et* qui. *et* iteratam propter temp. diuers. rom. fraud. duc. M,vafh. 21) deceper*int* afh. 23) Hinc *er*go MG. alt. *hinc* M. Hinc *ego* inq. *ego* mend. 2. — quod *ego* facer*e* M. q. ego facio 2G. rell. q. facio.

113. *scrinia.* Capsas dicit, in quibus scripta omnia reponantur.

114. *Nauim agere ignarus.* Haec exempla aduersus eos refert, qui ignari artis poeticae docti haberi cupiunt, cum in caeteris professionibus nullus sit, qui disciplinae titulum non [antea] perdoctus inuadat. Et mire dixit *nauis*, ut non helleborum sed abrotonum, quod minori periculo etiam indoctus miscere potest ac dare.

116. *Promittunt.* Profitentur.

tractant fabrilia fabri. Fabrilia absolute; non enim adiecit ferramenta, aut opera.

117. *Scribimus indocti.* Hoc cum pronuntiatione inferendum est supra dictis.

118. *Hic error tamen.* Ἐπιθεράπευσις est; nam dicit hunc errorem, quod docti indoctique scribant; hoc enim modo pro utilitatibus posuit.

119. *collige.* Intellege, argumentare, adsequere.

uatis auarus. Non facile, inquit, auarum poetam repperias. Et bono ordine secundum [laudis] artis praecepta ante ostendit, quibus malis careret, et sic uenit ad ea bona, quae habet.

123. *uiuit siliquis et pane secundo.* Hoc est: paruo uiuit, ideo auarus [non] est. *Siliquas* autem aut specialiter dicit eas, quae in herbis nascuntur, (aut?) omne legumen, hoc est, quo siliquae continentur.

124. *Militiae quamquam piger et malus. Malum* debilem inbellemque nunc dicit secundum Graecos, qui huiusmodi homines nominant κακόνους.

124. 125. *utilis urbi Si das.* Quae magna sunt, etiam a paruis rebus iuuari posse, ut a poetica uel grammatica professione.

126. *Os tenerum pueri.* Recte: *os tenerum pueri poeta* armat; poeticis enim lectionibus os infantis adhuc debile balbumque corrigitur.

127. *Torquet ab obscoenis iam nunc sermonibus aurem.* Carminibus, ut auocet a turpibus.

1) omnia MA2G(Q). rell. omni*um*. repon*u*ntur vafh. 2) Nau*em* M,vaQ. rell. nau*im*. 3) art. poe*tae* M. 4) antea fh. — pro *Et* fh habent lemma *Abrotanum aegro* et om. nauis ut. no*uus* ut 2. nau*us* ut G. 5) *hec* lebonum M. *hae*leborum v. *ell*eb. 2G(Q). rell. *h*elleb. abrotonum M. a*p*rotanum 2. — pericu*lum* M. 8) lemma om. M. — *frag*menta afh. fe*r*amenta v. 10) suprad. om. vafh. 12) Editor Pragensis hoc schol. temere *Acroni* adsignauit. ἐπιθ. om. 2,vafh. — Cam MAG(Q),va. rell. *iam*. 13) hoc *est* modo M. *et enim* supra scr. G. rell. hoc enim modo. — pro util. po. M2G,vaQ. utilitatibus opposuit fh. 15) re*pp*erias M. r*epperies* 2. rell. *reperias*. 16) sec. *artis* praecepta Düntzer. IV, 267. conf. Acr. — q. malis *poeta* car. Düntzer. ibid. 18) parce fh. 19) non fh. Siliqu*is* (Hor.) vafh. autem aut M2G. rell. autem. — in *u*erbi*bus* M. nasc. omni legumine*que* M2G. rell. nasc. *in* o. legumine quae. *siliquis*. Pro omni legumine Bφ. 20) hoc est *asellis* contin*etur* M2G (contin*en*tur 2G). rell. hoc est quae *siliquis* continentur. posui *aut* omne legumen h. e. *quo* siliqu*ae* cont. 22) κακόνους MA2G(Q). om. va. ῥαθύμους fh. 23) magna *sunt* MG. ma. *est* 2. rell. *Si das hoc*] Magna etiam. 25) pueri. Poe*tas* armat M. 26) lectionibus omn. libri et C. conf. Acr. 27) aur*es* M. 28) ut auocet MA2G(Q). rell. *ait* auoc*at*.

128. *Mox etiam pectus.* Verum est; multae enim sunt in poetis utiles βιωφελεῖςque sententiae. *Amicis praec.* Hoc est, utilibus.

130. *orientia tempora.* Proponens exempla multa efficit, ut orientia tempora, hoc est, uenientia, cuiusmodi futura sint, aestimemus et instruamur ex ante gestis.

131. *inopem solatur.* Vel delectamento sui, uel praeceptis philosophorum.

132. *Castis cum pueris.* Infert per auxesin, quod quis a diis inpetrat per choros puerorum ac uirginum, poetae adscribendum esse, qui carmina ipsa conponit.

134. *Poscit opem chorus et praesentia numina sentit.* Ac per hoc exauditur. Hic autem significat carmina, quibus dii placantur, hoc est, paeanas, dithyrambos, hymnos, prosodia.

135. *Caelestes inplorat aquas.* Enumerat, quae et quanta dii pueris et puellis precantibus merito carmine praestent.

137. *Inpetrat et pacem.* Utrum *deorum pacem* uere, an *pacem* i. e. finem belli?†)

139. *Agricolae prisci.* Dicit usque adeo carmina ubique grata esse, ut etiam rustici ueteres carminibus se delectarent, cum diuinis rebus operarentur.

paruoque beati. Ita contenti non auari, ut inter paruas opes beati uixerint.

140. *Condita post frumenta.* Post messem, an post uindemiam? Nam et *autumni frumenta Sallustius* dixit (Histt. fragm. III, 77, 20 Kritz).

141. *spe finis dura.* Vera sententia est, tolerabilem fieri laborem laboris fine proposito.

1) in poe*ticis* vafh. 2) amic*i* M. sent. *quae formant* amicis praec. h. e. util. afh. sententi (sic) equae *finem* am. pr. h. e. util. v. 3) *mu*ta M2. 4) *ex*istimemus vafh. 6) uel delect*ando* s*uis* vafh. delecta*mento* su*i* MA2G. 8) auxes. *in*quid quis per choros *adis* imper*at* pu. M. auxes*im* afh. auxes*in* v. aux. quid *quisque* a diis impetr. per choros pu. vafh. *quidquid* quis a *dis* Q. posui *quod* quis. conf. Bφ: 'Ostendit utilitatem magnam a poetis urbi inferre (inferri) quia ipsi componunt carmina quibus dii placantur per ora puerornm et puellarum sicut est illius seculare carmen quod pueri et puellae cantauerunt in capitolio, quae carmina ditiram*ba* uel peona (φ, poena B) uocantur ac per hoc quod pueri et uirgines a diis impetrant, pro statu reipublicae poetae est adscribendum, qui carmina componit.' 13) prosodi*as* vafh. 14) Cel. inpl. M. caeles*tis* vQ. caeles*tes* a. *coe*lestes fh. — *implorat.* s. ipse chorus instructus carmine Bφ. ipse chorus C. 15) carmin*um* fh. 16) uere an pacem MG. *edaereum* pacem (sic) 2. pacem an pacem i. fin. belli va. utr. deorum pacem, an fin. belli fh. an *uero* pa. Q. *pacem.* deorum uel (*et* C) finem belli Bφ,C. 21) ita *enim* au. M. ita uero (uo.) R. Ita om. vafh. rell. Ita *non* auari Q(G?). posui: ita *contenti*, non auari. *beati.* parua re contenti Bφ. paucis contenti C. 23) *Utrum* post fh. rell. om. (etiam va. perperam Q.) *post frum.* Post messem Bφ. 24) autumni M,vafh. 25) Vera om. afh. †) Cum hoc scholio pergit cod. R post lacunam, quae tendit a u. 82 usque ad u. 137 in folio 133.

143. *Tellurem porco.* Pro *porca*, ut e contrario *Vergilius* (A. VIII, 641): *et caesa iungebant foedera porca.*

144. *Floribus et uino genium.* Recte dictum est, quia, qui indulgent genio suo, memores sunt, uitam humanam non esse diuturnam.

145. *Fescennina.* Per hunc, inquit, morem ueterum agricolarum etiam *Fescennina* inuenta sunt, in quibus exprimebantur iocosa conuicia. Dicta autem *Fescennina* ab oppido Fescennino, unde primum processerunt et Atellanica nominata sunt.

147. *Libertasque recurrentes accepta per annos.* Et *licentia* (u. 145) cantandi *libertasque* dicitur iocularium saluo amore*) per anniuersaria sacrorum; quamquam sunt, qui dicant, per *recurrentes annos* libertatem Saturnaliorum [annorum] significari.

148—150. *donec iam saeuus apertam In rabiem coepit uerti iocus et per honestas Ire domos inpune minax.* Donec per iocum multis inpune laceratis dedissent omnes operam, ut lege caueretur, ne quis carmen (infame?) conponeret. Qua re constituta, silentium est inpositum archaeae comoediae, in qua nominatim uita ciuium carpebatur.

150. 151. *cruento Dente.* Saeuo morsu (detractionis).

154. 155. *Vertere modum — redacti.* Ordo: *Vertere modum* poetae ad bene dicendum, ideo quia fustuarium supplicium constitutum erat in auctorem carminum infamium. *Bene dicendum* autem [nunc] non *diserte dicendum*, sed *non male dicendum* significat, hoc est: *non lacerandum ac uituperandum.* Et bene *redacti*, quia non uoluntate correcti, sed edocti malo.

1) ut contrario MRG,va. ut om. fh. E contrario fh. ut e contr. Q. contrario Nep. Eum. 1. Vitrua. VIII, 1. 5) Per hunc — Fescennina MAR (inquit per hunc). rell. om. Scholion incipit in vafh: Inuenta sunt ista, in q. etc. ista om. codd. 6) exprime*bant* R (Acr.). 7) primum om. vafh. conf. Acr. 9) Lib. *currentis* MG. Schol. in Bφ incipit: *libertas.* i. licentia cantandi et mutua obprobria dandi etc. 10) per M (negl. Q) A2. rell. om. 12) *annorum*, quod omn. libri tuentur, delendum puto. saturna*lia* año M. saturnali*orum* anno 2. saturna*li* anno G. saturnaliorum ann*orum* (ãn*u*orum v) R,vafhQ. Lemma *Libertas recurr.* amplificaui. Q: 'hoc scholion aliis emendandum reliqui.' 13) saeu*os* MG. 15) ad u. *carmen* addendum uidetur *infame.* conf. schol. ad u. 154. et Hor. u. 153: malo carmine. 16) arch*ea* comoedi*a* M2G. 17) ui*ta* ciu. carpebatur M2G. rell. uit*ia* ciu. carpeb*an*tur. conf. Acr. 18) seuo morsu *detractionis* Bφ. 20) De paena fustuarii adi Dirksen de XII Tabb. p. 507. 510. 733. conf. Cic. de Rep. IV ap. Augustin. C. D. II, 9. (ed. Orell. VI. I. p. 476). 21) *non* diserte M2G (1 m.). *nunc* dis. (deserte v) G (2 m), vafhQ. — Totum scholion in libris miserabiliter scriptum omnino confusum et corruptum est, atque post *nunc diserte dicendum* Editor Pragensis more suo lacunam punctis signauit; sed ad sensum facile emendari poterat. Posui: sed *non male dicendum* sign. Etenim hoc dicere uoluit interpres, ut liquido patet. 22) Di (sic) autem non dicendum sed male dicendum sign. M2G. *at* (*aut* afh) non bene dicendum sed male dicendum sign. vafh. hoc est 2G (*est* in marg.), vafh. hoc, om. *est*, M. h*ic* Q. *non* om. 2, ita ut sit: non maledicendum sign. h. e. lacerandum. — *aut* uitup. vafh. rell. *ac* uitup. 23) redac*tum* qu*am* M2G (in marg. qu*ia*). redac*tum* qu*ia* va. redac*ti* qu*ia* fhQ. *) *more* uoluit C. Hermann.

156. *Graecia capta ferum.* *Capta* uirtute militari coepit florere munditiis et arte liberalium studiorum.

157. *agresti Latio.* Non semper sed tunc agresti.

sic horridus ille. Saturnio metro usi sunt Latini Veteres sub Saturno, unde nomen est uersus.

158. *Defluxit* autem: mollitus est et iam cessauit ac desiit fluere.

et graue uirus. Ac per hoc cessit grauitas seueritasque deliciis.

160. *uestigia ruris.* Rusticitatis.

161. *Serus enim Graecis.* Ratio, cur Romanus non expoliuerit pristina rudimenta.

162. *Et post Punica bella quietus quaerere coepit.* *Quietus:* securus a metu Punico; scilicet Carthagine iam deleta temptauit Graecorum poetas imitari.

164. *rem.* Poema dicit.

uertere. Transferre in Latinum [stilum].

165. *Et placuit sibi.* Per se cognoscere probauit.

natura: Subicit rationem, cur sibi placuerit.

166. *feliciter audet.* Quod adgreditur, conplet.

167. *Sed turpem put. insc. met. lit.* Sed stulte [et] erubescit et timet emendare, quod scripserit. Et haec causa est, cur ingenia bona Latinorum ad perfectum uenire non possint.

168. *Creditur, ex medio.* Creditur, inquit, quia comoedia communia sectatur atque de medio (est), minus habere difficultatis; ex hoc autem grauis, quod non nimis ignoscitur mimico charactere peccantibus.

171. *quo pacto partes tutetur.* Hoc est: quam indecenter, incongrue.

4) ueteres *aureis* sub MG. 5) uer*sui* fh. 6) *Defluxit*] *Aut* moll. afh. D*i*fluxit v. *Dixit* MG. *aut* cessauit 2,fh. *et* cess. va. *etiam* MR. et iam G(Q). 7) Lemma om. vafh, quae pergunt: et grauitas et seueritas (et om. v, et seu. om. a) delitiis (delic. a) pepulit uestigia rusticitatis. 9) *Ser. en. Graiis* fh. *Nam* Romani 2,fh. nam Roman*is* a. non (nō ortum ex rō) romanis v. *ratio* romanis M. *ergo* romanis R. — ex poliuerunt 2,afh. 10) rudimen*tis* M. Et — *quietus ut graecia bellis coepit* (cep. R) quietus. sec. MRG (sic in lem. pro *quaerere* coepit). 11) securus metu punico, scilicet, Carth. (punico. s. Carth. afh, om. praepos. a. i. e. Chartag. R. 12) tempt. (tent. R) imitari MRG. tempt. *g*raecos v. tent. *G*raecos a. tent. *Graecorum poetas* 2,fh. 14) *rem* i. grecorum Bφ. 15) *uertere.* i. transferre in latinum Bφ. *stilum* om. libri. 16) *Prae se* MG,v. — Post *probauit* vafh pergunt: *nam* pro lemm. *natura* (= nā). sub *ea* ratio M. rell. sub*iicit* ration*em*. 18) *ad*gr. — (*a*gr. Halm.) — conpl. M. 19) et omn. libri. 21) — possint quia *uidelicet* stulte erubescunt et timent emendare et polire longa litura quod scripserunt Bφ. conf. Acr. 23) est om. MG. recte. F. F. Franke uoluit: *et quae* de medio. 24) minus [nimis] G. nimis Q. rell. minus. — mimico A2 (corr. ex inimico). inimico suprascr. mimico (Q). μιμητικῷ fh. rell. inimico. mimico Hocheder et Düntzer. IV, 293. 25) par*tis* MG,v. indecenter MA2G (Q): ind*u*center v. rell. in*ducat.* incongruen*ter* uoluit Düntzer. IV, p. 294, uocabulum tantum ap. Tertull. de baptism. 19 occurrens. posui *incongrue* aduerbium Macrobio et Mart. Cap. usi-

173. *Quantus sit Dossennus.* *Dossennus* [Sensus] et ipse grauis habetur ut Plautus.

175. *Gestit enim numum in loculos dem.* Magis enim lucrum quam laudem adipisci gestit. *gestit.* Cupit.

175. 176. *post hoc Securus.* Non curans, quid postea fiat comoediae suae.

177. *Quem tulit ad scenam.* Postquam auari poetae uitia ostendit, nunc transit ad gloriosum poetam, qui, si non laudatur, et animum et artem abicit; sed cum uidet, se laudari, fit temerarius ac tumescit.

178. *lentus spectator.* Quem dicta non permouent.

sedulus. Qui amat et laudat.

179. 180. *Sic leue, sic paruum est, an q. laudis auarum Subr. aut ref.* Leuis res est laus (uel?) subtracta, uel praebita.

180. 181. *ualeat res ludicra, si me Palma neg. macr. don. reduc. opim.* Hoc est: Nihil mihi cum ea sit, si propter palmae folia uel adflictus et macer sum, uel opimus et crassus. *Res ludicra:* comoedia a ludis dicta.

182. *Saepe etiam audacem.* A glorioso poeta ad audacem perseuerantemque digressus dicit, quasi iniurias patiatur, quibus ad postremum fugatur e scena. Fugatur autem seditione, quia saepe inperita multitudo et [etiam] locuples in perniciem doctorum poetam fabulamque contempnit in medio actu comoediae uel ferarum spectaculum uel pugilum poscens.

183. *numero plures.* Ac per hoc plebei.

184. *Indocti stolidique et depugnare parati.* Miro characterismo inperitam multitudinem ostendit.

tutum. *in* congr*uendo* om. libri, qui pergunt: *Sensus*: et ipse grau*ior* (grauis M2G) hab. ut Plautus. Ego lemma uersus 173 interposui. Restitutionem corruptae uocis *Dossennus* pro *Sensus* debemus ingenio Düntzeri l. l.

4) glossa *gestit.* cupit in fh cum scholio praeced. sedem mutauit. 5) *posthac* fh. Non cu*rat* fh. 9) abicit laudari *se uideret* M. rell. sed cum uidet se laudari. 11) laudat auarum va. lau*dis* auarum fh (Hor.). rell. et laudat. 13) Leuis res est laus est (sic pro uel?) subtrac*tantibus* (sic MG, non subtra*d*. ut ref. Q. subtra*d*antibus hab. v. subtrac*ta* 2) uel (MG ac 2.) Leuis est *suo tractu* laus uel praebita uel adempta fh. Leuis est subtracta laus uel praebita a. laus om. va. 15) nihil *que* mihi cum ea est propter M (sic). nihil mihi cum ea sit *prae*ter 2. nihii m. c. ea sit *propter* G. nihil m. c. ea sit *si* propter va. Ordine inuerso fh: '*Valeat res lud.* Comoedia a ludis dicta. *Si me Palma neg.* H. e. nihil m. c. ea sit, *si* propter palmae folia *uiuam* afflictus.' — palmae — dicta M2G et A, qui om. *sum.* Lemma *ualeat* — *si me* amplificaui addens: Palma — opimum. 17) perscueran*ter* fh. ad audacem. *Digregitur* (sic) *per figuram quae digressus dicitur.* quasi a. rell. perseueraut*emque* (per se *fuer*antemque v) digressus dicit, quasi. 18) qu*i* 2. 19) qu*a* saepe *quod* inperi*tam* M. 20) et *etiam* locupl. fh. rell. et locupl. — conte*mp*nit M. 21) ferarum uel pug. spect. po. afh. 22) plebe*ii* fh. ple*bi* a. plebe*i* v (perperam ref. Q), ut MG. 23) χαρακτερισμῷ fh.

185. *Si discordet eques.* Si equester ordo, hoc est, honestorum aliud, quam plebes uelit.

185. 186. *media inter carmina poscunt Aut ursum.* Recte, quia adhuc amphitheatri usus non erat, et in eadem cauea etiam ferarum gladiatorumque munera spectabantur.

187. *Verum equitis quoque.* Quia dixerat [quod] *his gaudet plebecula,* addidit per querelam, per ἐπιδιόρθωσιν etiam locupletes et honestos iam ut uulgarem musicam spernere.

188. *incertos oculos.* Secundum Academicos, qui contendunt, oculos nostros in multis falli, et ideo uisibus [quoque] non esse credendum, cum sit in pluribus rebus certior [quod audiatur] auditus.

189. *aulaea.* Per *aulaea* comoediam significat. Τρόπος μετωνυμία.

premuntur. Cessant, inpediuntur.

190. *Dum fugiunt.* Hic pugna ostenditur.

eq. turmae peditumque cateruae. Inpedientes fabulam, ne agatur, dum spectantur certamina (pyrrhichae), hoc est, dum populo bellorum simulacrum monstratur, et ad postremum pompa dicitur triumphalis. [*Dum fugiunt:* Hic pugna ostenditur.]

191. *Mox trahitur.* Hic triumphus.

192. *Esseda.* Gallorum uehicula, quibus tamquam uicti reges uehuntur.

2) ple*bes* uel*int* M. plebe*s* uelit 2G. pluralis non solum ap. Prudent. (plebium) et Augustin. (plebibus) sed etiam ap. Colum. IX (tres alueorum *plebes*) occurrit. Bφ: 'i. si iam oneri sunt carmina nobilioribus stolidiores audacia capta (sic pro capti) a ministris exposcunt ludos.' 3) Aut om. M. 4) amph. adh. 2. 6) dixer*it* v. quod fh. attulit vafh. rell. *addidit.* 7) qu*aerellam* M. (quaerellis C. II, 17, 1) quere*ll*am A2, ut Ambr. aliique E. I, 12, 3. *quae*relam v, ut BφE Barc. aliique constanter. rell. qu*erela*m. per ἐπιθ. MA2G(Q). om. fh. spat. uac. rel. va. — ut MA2G(Q),v. om. afh. 8) musi*cum* vafh. 9) Sec. *ad amicos* M2. 10) quoque afh. rell. om. 11) certi*or* M2G (in marg. *auditus* adscr. pro *quod audiatur*), va. certior *quod audiatur auditus* va. cert*ius* q. aud. fhQ. Auditus et hic facultas audiendi est, ut Plin. VIII, 32. XXIII, 4. XXIV, 11. Cic. Marc. 4. Tacit. A. IV, 69, non id, *quod audiatur*, et in ipso loco Cic. Off. I, 10: nihil praeter auditum habeo. conf. Tacit. H. II, 59. breui auditu. 12) aul*e*a per auleam MG, ut h. l. γ et C. III, 29, 15 Par. A. Barc. Bern. C. S. II, 8, 54 et Act. p. 154. Bφ Barc. Fran. qui sibi constans est, ut Bern. C. rell. aul*aea* (αὐλαῖα), quae scriptura in codd. frequentior est. — trop*os* met. M2G,va.. trop*us* μετ. fh. 13) *Non* cessant imp. vafh. p̄*muntur.* manent Bφ. impediunt, seu. diu. pressa quiescuut C. — imped*ire* fab. ne ag. d. sp. *inuidia* (inuidi*osa* v) hoc M2G,v. Imped*iunt* fab. ne ag. dum sp. *militaria* h. e. Q. dicens: 'Fort. aliis facilior emendatio loci corrupti continget. *Dum fug. Id est*, fabulam n. ag. d. sp. *inuidiosa* afh. *fugiunt.* audire s. fabulam Bφ. Pro *iuuidia*, qua cum uoce *induciae* maiorem literarum similitudinem habent quam *pyrrhichae* (C: 'id est, dum Pyrrhicha populus delectatur.'), posui *certamina*, pro inpedi*re* autem inpedien*tes*. Caeterum sedes horum scholiorum mutanda erat, etiamsi *ostendit* uerbum commune et ad *haec pugna* et ad *hic triumphus* pertinere duxeris cum H. Stephano in Porph. Emm. p. 167. 19) — triumphalis. *Mox trahitur manibus.* Hic pu. ostenditur, mox agitur hic triumphus. rell. habent: *Dum fugiunt.* hic pu. ost. mox trahitur (tra*g*itur v) h*i*c tr. h*u*c tr. MQG. hic tr. 2,vafhQ. 20) esse*das* M. — q. *tantum* fh.

pilenta. Quibus regina capta.

petorrita. Quibus familiae regum.

naues. Quibus hi, qui nauali bello uicti.

193. *captiua Corinthus.* Aut metonymicos Corinthum pro uasis Corinthiis, aut quia imagines eius oppidi fabricantur, ut in pompa triumphali transire possint.

194. *Si foret in terris, rid. Democr.* Cum processissent in publicum Democritus et Heraclitus, diuersa faciebant.

[*rideret Democritus.*] Democritus namque rideret, si stupere uidisset populum et adspectu pantherae confusae camelo.

196. *Siue elephas albus.* Non tam ludis scenicis [populus] delectaretur, quam ipsius populi uanitate, in qua omni mimo et suauius et maius sibi spectaculum repperiret.

199. *Scriptores autem.* Magis, inquit, rideret Democritus [a uultu] uultum populi uana mirantis, cum oculos ad petasos scenicos uertisset, (et?) pronuntiantis comoediam (ob?) spectatores, quorum nullus adtendat, ut (aut) audiat.

narrare putaret. [Multa dixit] Idem Democritus.

199. 200. *asello Fabellam surdo.* Et *surdum* (dicit?) uincentem strepitus de iambico tragico.

1) *qua* famili*a* v. 2) quibus famili*a* afh. 3) *hi qui* nau. M. hii nau. 2. perperam ref. Q: 'quibus *ii* qui nauali.' rell. quibus *in* nau. 4) 'captiua corinth*os* μελοσυμια Corinthum' etc. *Captiua.* μελοστομία. Corinth*us* pro uasis cor. a et fh, qui alteram partem sic habent: *Corinthus.* Corinthum *ponit.* pro uasis Cor. — Aut met. MA2G. 5) aut om. M2G. imagin*i* M2G. eius oppid*orum* M. — fabrica*ba*ntur M (Q — possent). rell. fabricantur. — poss*int* M2. rell. possent. 7) Lemmati Si — terris adiunxi *rid. Democr.* Q post *publicum* posuit punctum. 8) fa*l*iebant M. 9) lemma *rid. Dem.* interpo. fhQ, pergentes ut va: Democritus namque rideret si. MG: Democritus quod (= 2) rideret *nam quod* (si quid 2) stupere populum uidisset (= 2. rell. uid. pop.) et (M. rell. om.) as pectu panthera camelo (aliter Q: pantherae camelus. G: pantherae camelůs.) MG. pantherae camel*us* 2. p. Cam*elos* v. — si stupere uidisset populum aspectu panthe*rae* cameli fh (panther*a* cameli Q). Quae conpositiones pro quibus C habet *Camelopardalim,* notam ex Plin. VIII, 18 et Varr. L. L. IV. 20, cum non sint Latinae, libros et Horatium sequens scripsi: et adspectu pantherae *confusae* camelo. 11) elefas M. — populus om. M2G. Editor Pragensis: 'Nos Fabriciana intacta reliquimus de emendando dubii.' 12) *omnino* v (oīo) a (oīno) fh. 13) re*pp*eriret M. om. 2. 14) rider*e* M. nultum 2G (in marg.). rell. *a uultu* populi MA2G(Q) rell. om. *puana* (pro: *p*opuli uana?) v. 15) cum om. M2G. — sc*ae*n. M. pronuntian*tis* MG (i supra e), v (pronuntiantis cemoediam. Spect.). a: comoediam, *ob* spect. — pronuntian*tes* 2. pronunti*atis* fh. posui *et* pronuntian*tis* com. atque, praeeunte Ascensio, *ob* spectatores. cf. *ob oculos* Cic. Rab. post. 14. ob ocu*lum* Plaut. Mil. V, 37. 17) *aut* audiat 2. 18) *Multa* dixit M2G cf. u. 206. rell. *Nunc* dixit. Nunc d*ic*it Düntzer. IV, 312. Bφ: idem democritus. C: Democritus. Fort. sic: *narrare.* Multa. *putaret.* Dic*e*r*et* Democritus. MG: mu. dix. fabellam *et* (x suprapo. G) *asello* et surdum uinc. 2: fabellam *et a surdo.* Omn. libri habent: Et surd. uinc. — tragico. Interposui *dicit.* Q confitetur: 'neque haec neque schol. ad uers. 199 sanare potuimus.' Bφ,C tacent.

202. *Garganum mugire.* Tantus populi fragor est in deposcendis uanarum rerum spectaculis, ut Apuliae montis Gargani siluas mugire uel undas fremere et Tusci maris, non auram uel naufragia [peccaturum] putes.

203. 204. *et artes Diuitiaeque.* Non igitur comoediae.

204. *oblitus.* Id est, perfusus, peronatus.

205. *concurrit dextera laeuae.* [Laeuus] populus in ipsum [inquit] proscenium, ut paene occurrente sibi dextra laeuaque [populus] histrionibus auferatur.

206. *Dixit adhuc aliquid.* Bono stomacho quasi dixit; huc enim processit, ut [si] diceret, non ut uideretur tantum.

nihil sane. Respondentis est, et iterum Horatius dicit.

207. *Lana Tarentino.* Non ergo, inquit, in scenico ars sola, sed uestis placet.

208. *Ac ne forte putes.* Aliis recte facientibus id, quod ego non faciam, laudem uelle (me?) retrahere; ego et miror et praefero poetam tragicum uel comicum, etsi haec poemata ipse non facio.

210. *Ille per extentum funem.* Mihi uidetur rem difficillimam facere; et est ordo: poeta qui angit meum pectus etc. id est,

[211. *poeta, meum qui pectus*] qui potestate carminis moderatur adfectibus meis.

213. *Ut magus.* Recte *magus*, quia faciunt poetae boni, quod magi promittunt, ut carmine conuertant sensus animosque cunctorum; *modo me Thebis:* in tragoedia; *modo ponit Athenis:* in comoedia.

1) tant*os* popul*os* MG. 2) *ianu*arum (sic) MG. *uan*arum 2. recte. rell. rerum *nou*arum (nou. rer. Q). De *nouis rebus* non sermo est. 3) fremere *et* tusci M2G. rell. om. *et*, quod seruaui = etiam. — naufr. *peccaturum* M2G. naufr. *credas* fhQ, qui perperam refert: 'nauf. credas Edd.' nam in va schol. exit cum u. *naufragia. Putes* petii ex Hor. et Bφ: 'quando inquit uoces uulgi uincunt uocem recitancium (φ) in scena. fit tantus sonus per *te*atra (*um* mut. φ in *a*). ut *putes* per fragorem resonare montes apuliae et gargani siluas et mare tus*cum cum* quod solet ualidius fieri mense ianuario.' 6) *pernatus* (sic) M2G. scripsi per*or*natus. rell. per*unc*tus. conf. Bφ: 'undique perfusus sono et tumultu. et admiratione bestiarum. (conf. Acr.) *diuitiaeque.* (diuitiae*quae* M) sicut est elefas albus et pantera.' Q dicit: 'Ceterum haec corrupta uidentur esse.' 7) laeu*us* populus M2G. rell. Popu*li.* — in ipsum proscaenium ut paene M2G. rell. ut ipsum, *inquit* (inquit om. etiam va, quae habent proscenium [v. proscaen. a ait] paene — auferatur. (conf. Bφ: '*dext. laeu.* huc illucque manu innuens et uoce postulares ut audiatur.' 7) popul*o* libri. posui popu*lus*. 10) *dixit* M. rell. di*cat.* hoc enim MG (corr. huc). rell. huc enim. 11) si om. 2. non *ut* uid. M2G. Q dicit: 'Sed neque hoc neque quod praecedit schol. sanum est.' 12) est et om. 2. *quid* horatius dicit M2G. rell. Horatius di*x*it. *et* iterum *quod* (non *que*, ut ref. Q). 13) Q uoluit *sed sola.* Sed = sed etiam. 15) Aliis MA2G,va. Alii fh. — *id* om. fh. 16) *lu*dem M. laud*em* 2G. laud*e* va. lau*di* fh. *re*trahere M2G,v. trahere a. *de*trahere fh. uel*les* MG. 18) Mihi uid. *esse* difficillimum 2. Mihi — facere M,v. Rem diff. facere afh. ordo poetam eum (poetā ī eum qui. qui v. poe*ta* qui a) qui pectus M. vafh. addunt: meum mouet, qui po-

214. *uerum age.* Ex his transit ad poetas, ex quibus Horatius quoque est, qui non dramata, hoc est, fabulas scribunt, sed eiusmodi, quae legantur, et hortatur Augustum, ut diligentius aestimet poetas dignos bibliotheca, quam in templo Apollinis faciat.

218. *Ut studio maiore petant.* Poetae scilicet, et est allegoria pro eo, quod est: ut studiose carmina scribant.

219. *Multa quidem nobis.* Accusat poetas: populo et auditoribus dicit, nonnumquam in poetis culpam esse, propter quam carmina ipsorum patiantur iniuriam.

220. *Ut uineta egomet caedam mea.* Hoc est: ut ipse me laedam et ipse de me detraham.

220. 221. *cum tibi librum Sollicito damus.* Incipit enumerare, quod multa mala faciant poetae.

226—229. *ut simul atque Carmina rescieris — scribere cogas. Sed tamen est op. pr. cogn.* Bene [et]. Subtiliter tetigit Caesarem quasi neglegentem poetarum. Proximis uersibus addidit: *Sed tamen.* Id est: non usque quaque poetis fauendum, nec nisi praeclaris insignibusque solis permittendum, ut res gestas Caesaris scribant.

testate — meis. Q post *ordo* posuit lacunam et uerba *poeta meum qui pectus* pro lemmate accepit: Ego addidi: id est. 22) mag*ni* 2. 23) carmine ut fh.

1) *Et* his M. 2) scrib*unt* M2. rell. scrib*ant*. 3) *exis*timet fh. estim. 2. Ap. *ipse fecit* fh. 5) *ut stu. maiore.* poetae sc. M2G,v. po. sc. om. fh. poetae om. a. *et* alleg. M2G,va. *Est* alleg. fhQ. posui *et est* all. 6) studios*a* libri (Bφ). scripsi studios*e*, nam *studiosum carmen*, ut *studiosum otium* Plin. E. I, 2, et *studiosa disputatio* Quintil. XI, 1, alienum praebet sensum. 7) accusat populo et aud. M. acc. popu*los* (in marg. *poetas*) et aud. G. acc. poetas et aud. 2. *multa quidem (quod* v*) nobis* poetis et aud. vafh (nobis, poetis, et aud. fh). posui: Acc. poetas: populo et aud. Conf. Bφ: 'Dicit nonnumquam in poetis esse culpam, propter quam carmina ipsorum patiantur iniuriam et uilia efficiantur, uidelicet cum augusto inopportune carmina sua ferrent, dum ille esset occupatus quibusdam negotiis, aut cum etiam rep̄hensionem amici in uersibus ferrent.' 11) *me* detr. M, ut ad Acr. γ. rell. *mihi.* Recte quidem dicitur: *multum* ei detraxit Nep. Eum. 1, non item: ei detraxit, omisso accusatiuo, sed: non cessat nobis detrahere Cic. Att. XI, 11. libenter *de his* detrahant, qui Nep. Chabr. 3. *de ipso* detr. nolo Cic. Pis. 29 et: desinant — *de se aliquid* detractum arbitrari Cic. Rosc. Am. 48 etc. Caeterum notae sunt sollemnes locutiones: *de* fama, gloria, rebus gestis, possessione *alicuius* detrahere, ut Cic. Cluent. 51: *de auctoritate senatus.* 12) quod M (plene ut fh. negl. Q) 2,vafh. faci*a*nt omn. libri Q inculc. qu*am* — faci*u*nt po. 15) Bene subt. MA2, om. *et*, quod interpo. Q. Verba *Bene* — uersibus om. vafh, quae, omisso lemmate, sic pergunt: 'Sed tamen, om. *addidit*, non usque etc. — quasi po. negl. 16) uersibus *addidit* sed tamen MA2. sed tamen addidit Q. Totum schol. constituere conatus sum, praemittens lemma: *Ut simul — cogas*, distinguens post *Bene* (i. e. dictum) et post *addidit*, atque post *Sed tamen*, scilicet Horatii uerba, addens: *Id est* ac denique, codicum uestigiis insistens, pro *adsignis*que (*egregiis*que edd.) scribens *insignibusque.* Bφ,C hoc schol. non habent. 17) — poetis fauen*tis* nisi *pictatis adsignisque* solis (sic) M G. — po. fauen*tem* prec*atis assignis* que solis (sic) 2. fauen*dum* nisi *praeclaris* egre*giis*-*que* solis vafhQ. conf. Bφ: '*opere pict.* Licet, inquit, ista agamus quae superius dicta sunt

230. *Aedituos habeat.* Enarratores atque indices. *Aeditui* enim templorum ac numinum, quibus inseruiunt, sacram originem aduenis et ignorantibus narrant. ALII *aedituos* pro clientibus ac familiaribus dici putant, ac per hoc laudatores poetasque significari.

231. *Virtus indigno non co. poetae.* Hoc est, ingens atque praeclara. Significat autem Augusti res gestas.

232. *Gratus Alexandro.* Praeclare; significat enim, Caesarem poetis bonis fauere debere, quando quidem Alexander Macedo Choerilum magni fecit malum poetam.

233. *incultis qui uersibus.* Neque arte neque natura uersus facientem ornauit. Et deest *pro,* ut sit: pro incultis uersibus.

234. *Rettulit acceptos, regale nomisma, Philippos.* Quid Philippos? Ἐξήγησις: *regale nomisma,* aureos. Et mire *rettulit acceptos,* tamquam diceret: legitime uendidit. Acceperat autem pro singulis uersibus singulos Philippos.

235. 236. *Sed ueluti tractata not. la. remit. Atr.* Contacta; et est sensus: Quemadmodum atramenta polluunt, quodcumque contigerint, ita mali poetae res splendidissimas obscurant sordibus ingenii sui.

notam labemque remittunt. Conmaculant, quicquid adtigerint.

237. 238. *idem rex ille, poema Qui tam ridiculum* et caetera. Ordo est: idem rex ille edicto uetuit. Dicit autem, in poetis tantummodo errasse regem, cum in pictoribus et plasticis diligentissimus fuerit.

238. *tam ridiculum.* Emisse scilicet; *tam care:* utpote numis aureis.

praeter Apellen. Apelles pictor inclytus fuit, *Lysippus* aerarius. Alexander [autem] eius solas statuas admirabatur.

tamen dignum est ut cognoscamus experimento quis poetarum dignus sit conscribere tua (sic) quae non sunt [esse] mittenda turpi poetae.'

1) *e*narr. M2(G?Q),v. narr. afh. i*n*dices MA2G(Q),v. Suringar. III, 36. *iu*dices afh. 2) sacr*ae* MG. sacr*ōrum* 2,v (perperam ref. Q) afhQ. Olim posui *sacri* pro *sacrae aedis.* Bφ: *Aedituos.* descriptores poetas. 3) *addi* (adici leg. Q) M. 4) significa*ri* em. Düntzer. IV, 324. uulgo signific*at.* Transponenda postrema putat Q: 'narrant, ac per hoc l. p. significat; alii aedituos pro cl. ac fam. dici putant.' 5) atque M. *et* 2. rell. *ac.* 7) Praeclar*a* signif. (sic) Caes*ar* poet*icis* (poet*is*) bonis quando *quibus* alexander mac. MG. 8) *cae*ri*ll*um M. coeri*ll*um G. *cho*erilum A, ut Bφ. ch*e*rilum 2,a, ut Bern. B. *Chae*rilum v,fh, ut Ambr. Alii, ut E, choeri*los,* choe*ru*lus Bern. A, che*ru*lus Bernn. DF etc. 10) natura, om. uersus, fa*t*ient*is* or*nasti* M (facientis orn*ati* leg. Q). facien*tem* orn*asti* 2 (om. uersus) facientis (em supra) G (em. supra is). uersus facientem vafhQ. 13) exegesis M,va. — et om. 2. 15) Philippeos fh. 16) Lemma amplificaui. Sed ueluti tractata n. M. Sed ueluti 2,v. Sed ueluti tract. afh. Contacta om. afh. contacta gl. in Bφ. 20) Lemma breuius in fh: *Idem rex.* 21) rex 2 (ille rex), fh. edicto om. 2. 22) plas*tis* fh. pl*austis* M. 23) *haemi* scilicet M. emisse scil. tam care 2G,va. om. fh. 24) praeter Ap. om. MG,va. incl*y*tus M2,afh. incl*i*tus vQ. — *statu*arius afh. grarius (sic) v. *aerarius* signif. M2 (significat) G, pergentes: *ex in* solas st. admirabatur. vafhQ: Alex. autem eius so. st. admirabatur.

241. 242. *quodsi Iudicium subtile uidendis.* Quod si, inquit, hunc regem subtilis iudicii ipse uocares ad examinanda poetarum carmina, ueracissime inuenires hominem ita stultum, ut cum diceres natum in Boeotia.

244. *Boeotum in crasso iurares aere.* Id est, crassos et hebetes faciente. Hoc autem dicit ad Caesaris laudem, de cuius iudicio singulari circa recipiendos poetas statim dicturus sit.

245. *At neque dedecorant tua.* Ut Choerilus Alexandri. Et est sensus: eiusmodi poetas esse Varium et Vergilium. Et, quod de illis bene iudicat Caesar ideoque [quod] his largitur plurima, non stulte uidetur hoc facere.

248. *Nec magis expressi uultus.* Nec magis uultus exprimuntur in statuis clarorum uirorum, quam in poemate mores eorum atque animi.

250. *nec sermones ego mallem.* Nunc Horatius, tamquam sibi aliquis dixisset: cur igitur non res gestas Caesaris scribis? respondet (dicit), se potius uelle, si posset; non enim malle[t] (se?) sermones, hoc est, saturas scribere, si heroico cothurno par habuisset ingenium.

251. *Repentis per humum.* Et per hoc humiles.

quam res conponere gestas. Hoc est: quam scribere poema sublime rerum gestarum.

252. 253. *arces Montibus inpositas.* Conditas a Caesare ciuitates dicit.

1) inquit om. 2. inqu*id* M. ipse *uidebatur* M2G. rell. *uocares* (Hor). 2) ad examinan*da* MA2(G?Q). rell. ad examinan*dum.* 3) *uo*cacissi*me* MG. ueracissi*mis* 2. ueracissi*mus* va. ueracissi*me* fhQ. inueni*sses* M2G. rell. inueni*res.* 4) Id est om. fh, non Edd., ut ref. Q, nam va habent *i.* = id est. fa*t*ien*tes* M2G. 5) *de*cipiendos M2G,v. *per*cip. afh. *ac*cip. Q. posui *re*cipiendos i. e. in templum Apollinis. 6) *coe*rill*ius* M. choerilus a. *chae*rilus vfh. cherilus a. conf Acr. 8) uar*um* 2 (uirgilium et uarum) G,vafh. uar*i*um et uergil. MA(Q). *et quo de illis* M. *et* quod 2G (*et* in marg.), va. *ut* quod fhQ. Distinxi est Vergilium. 9) caesar quod, om. et, M2G, vafh. Caesar *et* quod Q. posui *ideoque his* larg. MA2G. *is* larg. v. is *legit* afh. — ui*det*ur M2G, vafh. uid*ea*tur Q, ui*d*elicet propter praeced. *ut*, auctoritate caret. 12) poe*ma* MG,v. — *or*atius M. 13) aliq*ui* M. aliqu*id* 2,v. ali*quis* BφG,afhQ. respon*det* 2. om. MABφ(Q). respon*dit* G (in marg.), vafh. 14) scri*bis* Bφ(Q). rell. scri*bit.* — d*icit* libri. posui *respondet*, petitum ex superioribus. 15) se *potuisset* posset M. si po*tius*, om. *uelle*, 2G. se potius uelle *scribere*, si posset va. se potius uelle, si po. fh. conf. Bφ: 'Nunc — cur ig. res g. c. *non* scribis? Dicit se malle scribere gesta illius si idoneus esset quam satyr*icam* in liricis.' — malle*t* libri. sat*yram* M2, vafh. sat*u*ram Q. posui satu*ras* propter praeced. sermo*nes.* 16) *alto* vafhQ. *herbo* M2G. Scribendum est *heroico* co*th*urno (co*tu*rno M — G? — Q,v, ut multi uett. codd. C. II, 1, 12 et Art. po. 80. 280. inconst. S. I, 5, 64. co*th.* 2,afh. recte. conf. κόθορνος): nam non solum *tragicus* (Ouid. Rem. 375. Sophocleus Verg. E. VIII, 10. conf. Quintil. X, 1) dicitur cothurnus sed etiam *heroicus* (*Achilleus* Prop. II, 25, 41) Homeri. 17) repent*is* M, ut Ambr. 18) est *in*scribere M. — poemat*e* M (poemat*a* ref. Q). di*x*it afh. rell. dicit. Fran. posui: po. subl. rer. gest. rell. po. rer. subl. gestarum; nam subli*me* aducrb. a subli*mus* proprie tantum dicebatur, ut sublimiter Colum. VIII, 11: uolitare. conf. Lucr. VI, 96: sublime uolantes etc.); sublimi*us* dicenda Quintil. IX, 4.

255. *Claustraque custodem.* Iani gemini templum ac portas belli pacato orbe terrarum solus clauserat Caesar Augustus. De qua re *Vergilius* (A. I, 293): *Dirae ferro et conpagibus artis Claudentur belli portae,* et (A. VII, 601): *Mos erat Hesperio in Latio* etc.

257. *Si quantum cuperem, possem quoque.* Dicit se iudicio magis quam ingenio paratum, et hoc uetus esse dictum Aristarchi ferunt, qui cum multa reprehenderit et in *Homero,* aiebat, *neque se posse scribere, quemadmodum uellet, neque uelle, quemadmodum posset.*

260. *Sedulitas autem, stulte quem dil. urg.* Haec sententia generalis est.

quem diligit. Ut qui prauo obsequio laedunt, quos amant; ut si te amet medicus inperitus et nolit tibi alterius inponi medicamina, nisi sua. Sed translatio ab his facta est, qui conplexu nimio, quem amant, praefocant, ut satius sit, a stulto minus diligi. *Urguet* autem *laedit* significat.

261. *Praecipue cum se numeris conmendat.* Omnium quidem, inquit, aestimatio odiosa est, sed maxime poetarum malorum; et subicit causam.†)

262. *Discit enim citius.* Significat, maiore studio ridiculos uersus disci et [memoria] teneri quam admirabiles. Ergo in aeternam memoriam foedatus est, quem tale carmen polluerit.

264. *Nil moror officium.* Quantum ad me, inquit, pertinet, nolo mihi fieri obsequium, quo grauer, hoc est, in dedecus (deterius? C.Herm.) premar.

264. 265. *ac neque ficto In peius uultu.* Ut nolo ab inperito de cera fieri turpior.*)

267. *Ne rubeam pingui.* Ne erubescam muneris accepta foeditate, et *pingui,* non subtili scilicet.

2) solus caes. aug. claus. 2. 5) quantum *peteret* M. q. pote*rat* 2G,v. rell. q. *cuperem.* — magis iud. vafh. 7) reprehender*et* in Hom., om. *et,* afh (et om. v). aiebat, *se non* p. s. *quod* u. n. u. *quod* Düntzer. IV, 335. 336. 9) generalis *eos te* quem dilig*itur* = *est stulte* quem diligit, ur(-guet) M. gen. *eos te* . . (lacuna) . . Quem diligit ut G,vQ. gen. *eos te.* Quem d. ut a, siue lacuna. A signum * posuit. conf. Bφ: 'generalis sententia poetarum qui dum sepius amicis carmina sua dirigunt oneri fiunt praecipue si se in ipsis laudauerint.' In Porph. nihil excidisse uidetur. 12) *in*peritus et nolit tibi alterius *in*poni medicamina — *con*plexu M. — medicam*enta* 2 (Cic. Off. III, 24 etc.). retinui medica*mina,* quae eodem sensu (Ouid. A. II, 489), quamquam rarius adhibentur. 13) est facta ab his vafh. ab his f. e. M. ab *iis* f. est 2G(Q). 14) ut sa. *est* stulto, om. a, MG,va. praeferant ut sa*tis* est stulto 2. ut satius *sit* fhQ. — urg*u*et M(Q) rell. ur*get.* †) Cum hoc uerbo exeunt scholia ad hanc ep. apud Fabricium (fh), qui extrema scholia a uersu 262 usque ad u. 270 (*Discit — amicitur*), duce editione Mediolanensi, ACRONI adsignauit. 17) D*i*cit M. significat om. M2 (*citius. et* maiore) G. — ridicu*los* M2G(Q). rell. ridicu*losos.* — dis*cit* et MG. memoria vafh. rell. om. 18) et memoria teneri om. 2. 21) grau*es* MG, sed literae s et r sibi simillimae sunt. rell. *grauer.* f*i*cto 2fh(Q). f*a*cto MG,va. 22) *Ut* nolo MG. ut om. 2. *Et* nolo vafhQ. *) Fabricius (fh) hic interposuit scholion Acronis ad u. 265: Cereus — dixit. 24) mu*li*eris M2G. N*e* rub. pi.] Ne rub*eam* 2.

267. 268. *et una Cum scriptore meo.* Ideo, quia in eodem libro et scriptoris nomen est et eius, de quo scribitur, ut Vergilii Aeneis et Homeri Odyssea.

268. *capsa correptus.* Bene *correptus* et *in capsa opertus,* quasi mortuus in feretro.

269. *Deferar in uicum.* Turarium pro charta sola.

270. *amicitur.* Inuoluitur.

EPISTVLA II, 2.

ACRON.

Flore bono. FLORVS irascebatur Horatio, [quia eius non acciperet epistulam] quod eius epistulam,*) quam promiserat, ei non dederat. Excusat [autem] se apud eum Horatius, quoniam non promiserit; et ait, eum iniuste irasci, qui exigat non promissa carmina, aut ideo se non mittere, quia philosophari coeperit.

8. *imitaberis.* Quidam *imitabitur* legunt, quod est a puero alienum. Melius ergo legimus *imitaberis,* id est: talis ingenii est, ut flectas eum, quo uelis, tamquam argillam udam. Et in ueteribus [libris et in] exemplaribus *imitaberis* inuenitur.†)

12. *Res urget me nulla.* Conpetenti iocatur exemplo, quasi ipse paupertate conpulsus scripserit carmina.

res urget. Verba iterum haec [sunt] uenditorum.

meo sum pauper in aere. [Id est: nihil habeo alicui dare pro foenore] Hoc est: nihil debeo.

2) nom*ine* est M. et eius om. 2. — aeneis (om. 2) homeri odys*sia* MG, út supra. 4) *cor*reptus in lem. et in scholio M2G, ut plures codd. Romani ap. Feam. *Capsa porrectus op. Def. in uic.*] Bene porr. et in ca. op. q. m. in feretro deferar in uicum Thurarium (sic) fheta, qui tamen in lem. non habet uerba *Deferar in uicum.* Post u. *Thurarium* transeunt ad ultimum schol. *amicitur.* ind*uitur*, om. Turarium pro charta sola. 6) Def. in uic. *huracium* (sic), om. pro cha. sola. v. 7) In*uolui*tur M2G(Q): induc*i*tur v. rell. ind*ui*tur.

ACRON. Inscriptio omn. fere codicum Horatii est: AD FLORVM, om. IVLIVM nomen, quod in uno tantum (Bibl. de l'arsenal n. 33 script. anno 1218) offendi.

14) *quod* — dederat b. *qui* v. rell. qu*ia*. 15) autem CQ. rell. om. — pro*misit* et (om. ait) iniuste cafh. promis*it aut* ini. v. promise*rit* bC(Q). — *ait* eum ini. ir. 2. et ait ini. eum C(Q). exigat, superscr. requirat 2. 16) non *nunc* prom. b. mittere *qui accepit* fh. oratius b. promissa: carm. *autem* ideo se n. mit. C(Q). coepe*rat* C. coepe*rit.* Q. rell. coe*pit.* 18) imitab*a*tur a. — posui *quod.* qu*i* b. *de*est v. sed *hoc* est Q. rell. sed est. schol. om. C. 19) tał ing. est. 2. rell. *tanti* ing. es. 20) libris et in om. b. †) b habet hoc scholion: 'Ita ut argillam in qualemcumque imaginem uertere potes, sic eum artem qualemcumque uolueris indicabis et ab eo requires.' 22) competenti *u*ocatur exemp*lum* 2. 24) sunt om. 26) Hoc est nihil debeo 2. nihil alicui quidquam debeo C. rell. Id est — foenore. *) — ep. non acciperet et excusat se — Ambr.

14. *Quiuis ferret idem.* Hoc solent mangones dicere.

cessauit. Fugitiuum simpliciter et lenissime confitetur.

15. *In scalis latuit metuens pendentis habenae.* Non *latuit in scalis,* sed *metuens habenae pendentis in scalis,* secundum morem Romanorum, qui seruos [suos] suspensos ad trabes flagellabant; et in media domo ad timorem incutiendum habena pendebat.

17. *paenae securus.* Quia fugitiuum esse confessus est, non potes paenam requirere.

23. *Quid tum profeci.* Exclamatiue: dum me expurgarem tibi conscientia.

mecum facientia iura. Hoc est: pro me facientia.

26. *Luculli miles.* Hoc exemplo ostendit, se primum dispendio rei familiaris coactum, post inuitatum donis ad scribendum (— d*a* carmina Bφ). Actum est bello, quod gessit Lucullus consul cum Mithridate rege Pontico, cuius milites primum (quidem Bφ) necessitate conpulsi coeperunt praedari, postea uero donis et muneribus sunt prouocati. Qui cum quadam nocte dormirent, saginas [sarcinas] eorum et uiatica omnia perdidere. Tunc coacti uiriliter expugnarunt quoddam praesidium, ubi erant thesauri Mithridatis.

27. *ad assem.* Non ut *usque ad assem sterteret,* sed *usque ad assem perdiderit.*

28. *et sibi.* Quia perdiderat per neglegentiam.

28. 29. *et hosti Iratus.* Qui rapuit per uiolentiam.

32. *donis ornatur honestis.* Scilicet militaribus ornamentis et nihilominus [pecuniae bonis] pecunia.

37. *quo uirtus.* Haec sunt uerba Luculli ad militem suum.

39. *quantumuis.* Responsio militis Luculli haec est.

rusticus. Qui iactura rerum suarum dolet, ut hae restituantur, causa praedae, quocumque iusseris, ibit. Nos iam satis habemus; et ornate conparat se militi satis habenti, et nolle se propter lucrum carmina alicui di-

1) Id est: nullus mango tam simpliciter tibi loqueretur. Dicit enim *mango,* quasi *manu ago.* Bφ. 2) Fugitiuum (autem C) simpl. et len. cf. 2,vaC. rell. Simpl. et len. cf. fug. 4) — qui seruos suos *ad gradus* habenis i. loris ligatos flagellabant. iccirco in media domo a gradibus ad tim. seruis inc. haben*ae* pendeb*ant* C. haben*a* pendebant v Bos. 45. 5) trab*es* 2. rell. tra*bem.* 7) Quia — cf. est b,C. rell. om. non — requirere 2. rell. om. 9) omn. libri *d*um. post Ritterum Q *cum.* 12) exempl*um* b. rell. exemplo. 13) co. *se* Bφ. 15) cep. 2. 16) Qui *dum* vca. Qui q. n. *cum* (dum Bφ) dorm. 2. nocte quadam dormientes C. — sa*g*inas Bφ2, vca. et Bas. 45. conf. Iuu. IV, 67. Apul. Met. IV p. 148 Elm. Prop. IV, 8, 25. rell. sa*r*cinas. Martial. II, 11, 18. Varr. R. R. I, 1. Phaedr. III, 20, 5. 17) omnia 2. rell. om. conf. schol. C. 18) mi*tr*id. 2,a. mi*tryd.* v. 19) C: *ad assem.* 'sup. usque, id est, *tota uiatica*' etc. Non *ut* usque 2vca. Non *quod* usque fh. ut om. Q. — st*e*lerat v. Bas. 45. sterter*et* 2. rell. sterter*at.* 21) perd*ere poterat* vca. 22) Qu*ia* rap. va. rell. Qui. 24) pecunia 2. pecuni*a bona* vca. rell. pec. bonis. 27) haec libri.

uitum offerre [adferre]; rusticum autem pauperi poetae adsimilat, qui cum suis carminibus multa adquirebat [erga diuites]; ergo dicit,*) sibi hoc opus non esse.

40. *qui zonam perdidit.* Ex fabula Graeca hoc ductum athletae, qui follem perdiderat.

41. *Romae nutriri.* Horatius fuit Venusinus aut Apulus, sed [ad tempus] Romae instructus est. Deinde uero perrexit Athenas, matrem litterarum, ubi ἠθικήν, id est, moralem philosophiam didicit reuoluens Platonis libros. Ab illo studio secutus est partes Bruti, quo fugato ab Augusto Horatius cum aliis proscriptus est, id est, hereditate priuatus, ac necessitate conpulsus contulit se ad studium pristinum.

45. *inter silu. Academi. Academus* apud Athenas porticum exstruxit. Inde porticus *Academia* dicta est, et [est extra, unde Academici quoque Siluani. —

quaerere uerum. Iucunde dixit *uerum,* ita ut negent idem inueniri posse.] ex (ab) ea Academici, quos in silua iucunde dixit uerum ita quaerere, ut idem negent inueniri posse, cum Stoicorum et Peripatheticorum et Epicureorum (ueri) stabilis sit adseueratio.

47. *rudem belli.* Tironem et ignarum. Euocatus enim a Bruto est per potentiam, quia tunc Achaiam et Athenas tenebat, et similitudine studiorum cum esset celebri nomine in philosophia.

49. *Philippi.* Campi Thessaliae, ubi contra Brutum pugnauit Augustus.

1) offerre? *af*ferre libri. — *qui — esse* interpolata put. Q. 3) d*u*ctum athle*tae* 2,cafh. d*i*ctum athle*tae* v. Ex gr. fab. *hoc fictum est de athleta* C. Ex f. Gr. d*i*ctum *de athleta* Q. 5) Horatius Venusinus fuit aut apulus 2. Horatius fuit Ven. aut Ap. Q. *hoc* fuit *non* Ven. vcafh. 7) ad tempus om. 2. 8) etiam ethiamicam i. mortalens (sic) 2. — euoluens Pl. libros: *unde euocatus a Bruto, cuius* partes sec. est, *quo ab Aug. deuicto* cum al. proscriptus ac — pr. studium, *et per amicos Augusto reconciliatus est* C. 10) *horacius* 2. rell. om. — i. hereditate priuatus 2. rell. om. 11) stud. pr. 2. rell. pr. studium. 12) Ac*h*ad. (ter) 2,v et Bφ in marg. apu*t* 2. — portic*us* vafh. *ex*struxit 2. bene. *Cic.* Dom. 47. Leg. II, 27. Apul. de deo Socr. p. 54. Elm.: aedificiorum species amoenissimas, exstructissimas. rell. *con*str. *i*nde 2. rell. *u*nde. 13) dic*tus* fh Bas. 45. dict. est et extra vcafh. et *est* extra Q. — est dicta, et *ab ea* Academici, quos iucunde dicit in silua quaerere uerum, qui ita quae*runt*, ut *id* negent inu. posse, cum Stoicorum *tamen* et P. et E. ueri stab. sit. ass.' C. *et ex ea* achademici *quorum syllabam* (sic) uic̃ de dix̃ (sic) pro iucunde dixit, quia ita quaerere uerum ut idem negent inu. posse, cum stoicorum et peripatheticorum et epicureorum stabilis sit asseueratio.' 2. rell. est extra — Siluani — posse vcafhQ. *Siluani* non sunt Academici sed dei in silua. conf. Hor. Epod. II, 21. 22: te, Priape, et te, pater Siluane, tutor finium. *Verg.* A. VIII, 600. E. X, 29. G. I, 20. Et *Mars Siluanus in silua* Cato R. R. 83. Ouid. M. I, 193. Lucan. III, 403. 15) ita om. vcafh. 19) Tironem et *belli imperitum.* Athenis enim euoc. et a Br. — tenebat, *Bruto cognitus a studiis philosophiae, in qua tunc erat celebri nomine.*' C. — est per po. 2. rell. est enim. 20) qu*ia* 2. qu*a* vca. qu*i* fh. ach*iu*am 2. 21) cum 2. rell. om. — tenebat, *etiam* (*etia* v) similitud*inem* st. *esse* cafh. *) C. Hermann uoluit: *ait ad* diuites, sibi etc.

50. *Decisis humilem pinnis.* Hoc est: amissa dignitate, qua ante sublimis ferebatur, uel: proscripta substantia.

52—54. *quod non desit habentem — uersus.* Ordo est: sed nisi putem melius dormire quam scribere uersus, quae cicutae poterunt (umquam Bφ) expurgare satis habentem, quod non desit, id est, quod satis est. Postquam, inquit, satis habeo, si non praepono somnum carminibus, insanio et nullo elleboro curari possum.

quod n. d. habentem. Tamen habebam (habentem Hirschfelder) uitam et uestitum. Quod sufficiat possidentem. (*quod n. desit*]. Vit. et uestitum, quod suffic*it. habentem.*]. Possidentem C. Hermann.

57. *extorquere poemata.* Hoc est: facilitatem [alacritatem] scribendi uel comitatem [commoditatem] extorquere iam temptant.

quid faciam uis? Alia excusatio, quod scilicet nesciat, quid potissimum scribat, dum non omnes una eademque re delectantur.

59. *iambis.* Id est, altercantibus, maledico carmine.

60. *Ille Bioneis sermonibus.* Liuidis et amaris iocis, id est, satira. Sunt autem disputationes Bionis philosophi, quibus stultitiam uulgi arguit, cui paene consentiunt carmina Luciliana. Hic autem *Bion,* qui *Sophistes**) (B· ὁ σοφιστής. Stob. X, 38) cognominatus est in libro, quem edidit, mordacissimis salibus ea, quae apud poetas sunt, ita lacerauit, ut ne Homero quidem parceret.

sale nigro. [Id est: uetere tragoedia, uel] amara iocular[tate].

65. *Praeter caetera.* Omissis aliis, [rebus] credis, Romae posse carmina scribi inter tot curas occupationum?

68. *cubat hic.* [Id est,] aegrotat, ut superius (S. I, 9, 18): *Trans Tiberim longe cubat.*

70. *humane.* Id est: probe.

conmoda. Breuia, sed contrario ostendit, quod magna sint.

1) dign. qu*ia* n̄ā (= natura) sublim*es* fere*bat* uel proscripta substantia 2. rell. om. uel pros. subst. conf. C: dign. *et opibus, quibus* ante*a* sublimis fere*bat.* Bφ: 'significat se proscriptum fuisse i. priuatum domo et paterna hereditate.' 3) Ordo — possum bBφ. rell. om. conf. C. 8) Tamen — possidentem 2. rell. om. 11) facilitatem 2,C. *fallaci*tatem v. rell. *alacri*tatem. co*mi*tatem 2,C. rell. com*modi*tatem. 12) *iam* 2. rell. om. conten*dunt* C. 14) omnes (om. non) — delec*tamus* 2. *d*um Bφ. rell. *cum.* non omn. Bφ. omn. non vcafhQ. — delect*a*ntur Bφ. delec*tentur* vcafhQ. 15) Id est alter*cosis* ma. carm. 2. rell. om. conf. C. posui alter *cantibus.* 16) et amaris 2. Satyricis, liuidis, *amaris,* carmine maledico C. rell. om. b insuper habet haec: '*bioneis.* satiricis amaris *et asperis.* bio*neus* enim poeta satiricus fuit.' 18) lu*ciana* 2. uici*n*iana v. Luci*ll*iana a. — bion*i* 2. 19) mord: uersibus C. 22) Id — uel om. 2. uetere om. vca. comoedia Düntzer. cf. C: *sale nig.* maledicentia. 23) rebus om. b. 24) occupatio*num* b. rell. occupation*esque.* b insuper habet glossam: s. et aliis gaudet. C: *pr. caetera.* alia causa cur non scribat. 25) Id est om. 2,C. 27) Id est om. C. 28) contrari*o* b.vca. contrar*ia* Bas. 45. fh. *e* contrario Q. — mag*nae* Q. s*i*t ca. *exceptis impedimentis* quae dixi *humanae* (ut vca) i. probe sint 2. c. gl. *commoda.* conuenientia. *) Borysthenites Düntzer IV. 86. Van Heusde Lucil. p. 298.

71. *Purae sunt plat.* *Purae* legitur ironicos; intellege *ita.*

72. *gerulis.* *Geruli* sunt, qui portant ea, quae necessaria sunt ad fabricam.

79. *Tu me inter strepitus.* Hoc est: [Tu] uis, me aliena dicere, (nam *contacta* pro detritis et diuulgatis dixit) et ita uis me dicere, ut ad uates antiquos proxime accedam?

87. *Frater erat Romae.* Ad haec causam duorum fratrum inducit, ut ostendat, se inuicem laudare debere. Unus enim istorum duorum, Mucius uidelicet Scaeuola, amicus Ciceronis, qui primus iurisconsultus apud Veteres [scripsit], cum illud officium ageret, fratrem suum Gracchum oratorem ipse et rhetorem laudare studebat; contra Gracchus omni studio fratrem suum Mucium laudabat. Dicit ergo, suo tempore duos poetas Romae fuisse ita se amantes, ut unus illorum esset alter alteri quasi Gracchus, ac per hoc frater, et alter alteri quasi Mucius adfectu laudis, et per hoc frater.

91. *Carmina conpono.* Dum ego, inquit, carmen bonum conpono, et ille alius similiter, aestimamus nullum alium poetam nisi nos, et quasi theatrum euacuatum est nobis, ut sint digni recitatores in eo. Nota, inquit, quod superbi incedamus, quasi non omnis aedes poetis plena sit.

93. *quanto molimine.* Adspice, quanto molimine requiramus locum certandi (recitandi), quasi uix inueniatur aedes, in sua non illi recitent, quae sint digna nostris carminibus.

94. *Romanis uatibus.* Id est: negemus, in templo Apollinis ullos poetas habere carmina.

96. *Quid ferat et quare.* Nota etiam hoc, ob quod meritum inuicem laudent et dignos poetica corona indicent.

98. *Lento Samnites ad lumina prima duello.* Sensus [est]: Inuicem odiosi sumus fallendo nos et mala carmina praedicantes et hoc sine fine facientes, ut Romani quondam pugnauerunt cnm hostibus Samnitibus us-

Si proprium est, quod quis l. m. et aere Quaedam, si credis et reliqua. Deest *et,* ut sit ordo et sensus: Si proprium est, quod quis libra mercatur et aere [est] et, quaedam mancipat usus, si modo credis iure consultis: qui te pascit ager, tuus est. *Libra et aere*: Verba sunt iuris, quibus omnis emptio confirmatur, cum per libram expensa pecunia per *aes* ipsum pretium demonstretur; unde et libripens huius modi testificationibus adhiberi solet.

159. *mancipat usus.* Hoc est: usus possessorem facit.

160. *Qui te pascit ager, tuus est, et uillicus Orbi.* Quamuis non tu sed Orbius uideatur esse possessor.

162. *das numos.* Ut ille, cuius ager est, pro toto dedit, ita tu pro eius partibus, id est, fructu.

163. *temeti.* Vini, quod *temptet* mentem, unde *temulenti* dicuntur [dicti] prima syllaba producta.

164. *Paulatim mercaris agrum. Paulatim.* [quia] Per minimas partes pretii.

3) nihil om. afh. — est om. vafh. nihil *cui*quam R. q. q. l. (sic) *meae*qu*as* possidet *an* nihil (sic) MRG. 4) *et aere* om. vafh. Animaduerte autem, singulas literas uerbi *meae* esse dispescendas ita: m. (*ercatur*) e. (= *et*) ae. (a*ere*). 5) possid*et* MRG,va. posside*ant* fh. posside*at* Q. — debe*bunt* MR. rell. debe*mus*. deb. *postri*que (sic M. *nostrae*que G. spat. uac. R) *mei* MRG, rell. deb. *mireque ait.* — inter *nos* MRG,vafh. *domi*nos Q. Verum quidem, est u. 162 et 174 *dominum* et *dominos* dici, sed Bφ habent: 'Ordo est. si propr. *est* — tuus est. Dicit, quia uineta et segetes quae alii laborant quasi sua si *nos* postea uinum et frumentum *nostro* pretio emimus et ipse usus emendi *nostra* quaedam facit esse. Utique *nostra* sunt illa uineta et segetes secundum quendam modum legum quae precipiunt ut unicuique sit quod p̄tio emit. V*il*icus etiam orbii cuiusdam diuitis dum segetes praeparat unde postea uendat tibi frumenta tuus ui*l*icus (sic h. l.) est quamuis non tu sed orbius uideatur esse possessor.' nil dist. R. 6) al*u*ntur omn. libri. al*a*ntur Q. 9) *h*ere *est* M. mercatu*s* et *erus est* R. merca*tus* et aere est G. aere est A. mercatu*r* et aere, om. est, vafh. — et quaedam manci*patus* (MR. *e*mancipa*tus* A). mancipat *lusus* Bφ Hor.) si modo credis (cred*as* R) — — tuus est om. vafh. libera et *h*aer*ae* M. libra et *ere* R. em*pt*io M,vafhQ. e*m*tio R. pec. *penes* MRG. demonstr*a*tur omn. libri. demonstr*e*tur Q. libri *pes* M. lib*repes* R. libripes G. testificat*ionis* R. 14) mancipa*tus* MR, ut supra. 15) ui*l*icus M, conf. Bφ. 17) pro eius *usu* fructu a et fh (usu fr.) rell. pro eius *partibus* i. fructu. 19) te*mptet* M. tem*peret* vafh. *ten*et R. 'Dictum autem *temetum* ab eo, quia *temptet* mentem.' Donatus ad Terent. Andr. I, 4, 2. conf. Plin. XIV, 13: — hoc tum nomen uino erat, unde et *temulentia* adpellata. Gell. X, 23: — uino, quod temetum *prisca lingua* adpellatur. dicuntur. *Dicta* MR (dcā). dicuntur *dicti* Q. dicuntur, om. dicta, G,vafh. recte, aut scribe *sunt dicti.* Bφ: *temeti.* uini. *dictum* quod temptet mentem. 21) Lemma om. MR. — qui va. qu*ia* fhQ. om. MRG. 22) — partes prec*io* fortasse trecen*torum*: aut etiam comm., omisso lemmate, vafh (pre*t*io v). *est* Q. rell. *esset.*

164. 165. *fortasse trecentis Aut etiam.* Conmodius tu emis quam illi emptus esset, qui possidet; nam ille semel pretium soluit trecenta milia uel quadraginta, tu minutatim et pro arbitrio tuo.

166. *Quid refert, uiuas numerato.* Quid interest, inquit, utrum paulo ante an olim numerauerit pretium, dum uiuas eodem modo quo ille, qui olim conparauit? Si emptio facit dominum, emisti si usus, tu eris si tempus, nihil in iure distat, olim an nuper coemas, dum emendi potestas sit.

168. *Emptum caenat holus.* Licet se putet inemptis holeribus et lignis possessor uti, emptis utitur; et falsum putat, suum uocans usque ad limitem certum, quasi quicquam semper nostrum sit, quod multis dominis possessorem conmutat.

170. *qua populus adsita.* Vsque ad eam partem, qua populus arbor adsita [in uitationem talis certaminis] indicat fines certos et uicinorum iurgia uitare facit. Sic *Vergilius* (B. IX, 9.): *Usque ad aquam et ueteris iam fracta cacumina fagi.* Et est ordo et sensus: Vsque ad eum locum, quo populus adsita certis limitibus iurgia uicina refugit.

172. *puncto quod mobilis horae.* Id est: perfacile et cito.

173. *Nunc prece, nunc pretio.* Conligit, quot modis dominia permutantur.

174. *in altera iura.* In alterius potestatem.

175. *Sic quia perpetuus* et caetera. Videtur sententiae tenoriam dudum, hic esse, et hoc significat: Si emptio uel usucapio ad legitimam possessionem neminem inducere potest, neminem esse tam pauperem, qui non hoc iure omnem agrum suum esse possit credere; si uero nullus perpetuus

4) Quid *est* quid, (spat. uac.) inquit R. Quid est. Quid interest G. Quid *est* interest, del. est, M (Halm. Quid est *quid* int. Q). utrum omn. libri. *ut* Q. 5) an*tea* *n*olim M. numera*uit* vafh. 6) tueris M. *fru*eris afh. rell. tu eris. 7) *in* iure M,fh. in *fur̄* (sic) v. om. a. iniu*riae* R. de iure Q tacite intulit. — *nunc* coemas R. rell. nuper. emas fh. rell. *co*emas. 8) holus MR,va. — hol*en*tibus R. 9) emptis *tamen* utitur fh. uti*mur* a. *sed* fals. pu*t*at. *Sed* uo*cat* usque suum] Ad lim. fh et va. 12) Usque M. rell. om. — arbor (a*dp*or M) adsit 'id est *in* natalem talis (in natal*e* mitalis M) *certaminis* M (perperam Q: *carminis*. = G) R. arbor sit, quae uitatione (uitationem v) talis certaminis ind*u*cat vafh. conf. C: usque ad eum *locum*, *ubi* pop. arbor *sita* etc. Virg. *usque* — *fagi*. Verba *in* — *certaminis*, quorum sensus iam in eodem scholio iteratur, suspecta mihi atque interpolata uidentur. 17) *f*uncto MR. — *per* facili vfh. per facile aQ. rell. *per*facili. *puncto*. momento Bφ. 18) pr*a*ece M. — col*l*egit vafh. rell. co*lli*git. C: enumerat. Bφ: *Computat* qu*ibus* modis do. *per*mutantur. MR,C: *per*mutantur. R: perm*i*ttantur. — *com*mutantur Q (negl. M — G?). qu*od* mo. M. 21) *Si qua* MRG. *sic quia* perp.] Est ex iure, sent. tenor, *iamdudum* h*ic* *etiam*, et fh et a (*et* ex iure — et) et v (*et* ex ur̄ = uidetur — et). *Si quia*] a (sic. tota glossa) Bφ. iam *dudum* omn. libri. lectionem seruaui sensu, quo Verg. A. II, 103: iam dudum sumite paenas. Ouid. A. A. II, 457. Q posuit *clausus* ('poteram etiam: iam conclusus s. iam clusus'). Sed sententia, ut epistola, opus ap. Ouid. H. XIII, 165. F. III, 384 clauditur, non tenor sententiae. 22) usucapio*ne* MG. usup̄pion̄ (sic) R. 23) nem. ind. po*test* (poss*it* Q) R,vafh. om. MG. — potest, qu*is* fh. potest qu*i* a potest *pauper* qu*i* v, om. nem. esse tam *pauperem*.

possit haberi fructus de rebus quaesitis sed temporalis uicissitudo seruetur inter homines, nihil prodesse uineis aut horreis aut saltibus plurimis dominum fieri hominem, siquidem moriturus sit diues eadem sorte, qua pauper.

176. *uelut unda superuenit.* Ut fluctus super se inuicem ueniunt, cum ex inmenso uoluitur mare.

177. *Calabris.* Fructuosis. Est enim Calabria praeter caeteros reditus etiam pecuaria et lanarum mollium ferax, item Lucania.

178. *Saltibus.* Latis fundis porrectis per plurimos montes.

metit Orcus. Amputat: et est translatio a segete ac messoribus.

180. *Tyrrhena sigilla.* Tuscana. Apud Tuscos primo (prima?) Italiae signa de marmore processerunt.

181. *Gaetulo murice tinctas.* Afro, ac per hoc Mauro; significat enim purpuram Girbitanam.

182. *Sunt qui non habeant.* Ac per hoc desiderent; nam et qui habere non curat, non habet; sed prior ille inops uidetur, quem cupiditas torquet.

183. *Cur alter fratrum cessare et ludereet ungui* etc. Ordo [est]: Cur alter fratrum cessare [et ludere] praeferat Herodis palmetis pinguibus, alter [diues] siluestrem flammis et ferro mitiget agrum, scit Genius. *Natale comes.* [Genius] Natale astrum temperat, et est naturae deus humanae. Hoc autem dicit: Cur diuersa sint homines uoluntate, non curo equidem; scit enim hoc genius, qui sortis nostrae dominus habetur; uerum ut paream rebus partis, nec me defraudabo metuens, quid de me haeres sentiat, et utrum me mortuum uituperet necne. Et hic *haeredem* captatorem significat, non adgnatum.

1) fructus de reb. qu. vafhQ. possit *unde* (unde *de* G) reb. qu. MG, om. *haberi fructus de.* possit tamen rebus tm̄ qu. R, om. haberi fructus de. 2) plu*ris* MRG. 3) hom. *scilicet quod* vafh. rell. hom. *siquidem.* 5) super *se* inu. vafhQ. se om. MRG. 6) i*n*m. M. uol*u*itur mar*i* R,va. mare MG uo*luun*tur mar*i* fh. 7) fluct. M. 8) etiam pecuari*a* MRG,va. etiam *rei* pecuari*ae* fh. Bonum quidem sensum praebet, uel omissa uoce *rei*, (Varr. III, 1, 9), quod temptauit Q, sed pecua*ria* recte dicitur, ut Varr. R. R. III, 1, 8: nota et nobilis, quod et *pecuaria* adpellatur et mul*tum* homines locupletat. 9) la*ti* fun*diis* fh. Hoc schol. cum seq. sedem mut. in MRG,va. 11) primo itali*ae* MG. p. *y*taliae R. *in* p. itali*e* v. *in* primo *tractu* Italiae a. rell. p. *in* ita*lia*. Apud *ueteres*, Tusci (Thusci h) primo in Italia s. de m. *posu*erunt. 15) hab*ent* G,v. — qui hab*itarent* non cur*ant* MRG. 18) est fh. et ludere fh. 20) diues fh. — scit. *Genius nat. co. qui temp. astrum*] Genius natale astr. fh. — agrum. *Scit g. n. c.* Genius nat. astr. va. 21) Genius om. MR. 22) Cur *equidem* diuer*sa* MAR. cur equidem diuer*si* s*u*nt va. — non curo, om. equidem h. l. ut RAva. scit M. cur diuers*i* sint hom. uol. fh. cur diuers*a* sint Q. 23) qui *fortis naturae* (natu*re* v) vafh. *mortalis naturae* coni. Düntzer IV, 161. *sor*tis *nostrae* MRAG(Q). 24) *nec* me MR. *ne* me v. rell. *non* me. 25) uitupe*rent*, om. *nec ne.* uitup*eret. Haec* metuam v. uituperet. *Nec* metuam a. uituperet nec *me* MRG. uit. nec*ne* Q. — her. MR(Q). haer. vafh. 26) ad gnatum M, adgnatum A. v. *ag*natum RG (1 m.), afh.

alter fratrum. Bene *fratrum*; haec res enim facit, ut mirum sit, dissimiles esse.

184. *Herodis palmetis pinguibus.* Herodes in Syria Phoenice, rex Iudaeorum, per cuius *palmeta* magnas diuitias significat.

185. *inportunus.* Sine portu ac requie, hoc est, auarus. Et ipse explicat, quid sit *inportunus*, dicendo: *ad umbram lucis ab ortu*, hoc est, a mane usque ad uesperum.

186. *Siluestrem flammis et ferro.* Officium est agricolae non quiescentis et auara spe in futuros reditus intenti.

187. *Scit Genius, natale comes qui temperat astrum.* Hoc secundum id, quod putant homines εὐδαίμονας et κακοδαίμονας dici, quia δαίμων Genius intelligitur.

189. *uultu mutabilis.* Aut *uultum* nunc pro uoluntate posuit, aut deest *cum*, ut sit: cum uultu mutabilis et tam dispar, quam sunt inter se hominum uultus.

albus et ater. Prouerbialiter; hoc est, bonus et malus; et *album* ad liberalem et laetum rettulit, *atrum* ad sordidum et aerumnosum. Figura [συνεκδοχή] ἀνταπόδοσις.

190. *et ex modico quantum res poscit.* Caute adiectum *quantum res poscit*, ut mundum se, non prodigum fuisse demonstret.

et ex modico. Deest *quamuis* et *tamen*, ut sit: quamuis ex modico, tamen tollam. Ἀνακόλουθον, ut: non tertium.

191. *quid de me iudicet haeres.* Hic haeres non legitimus, sed haeredipeta.

192. *Quod non plura datis inuenerit.* Quod non plus consecutus fuit ex meis, quam in me pendit. Et congrue Horatius de se loquitur.

2) dissimi*li* esse M. dissimi*le* esse RG. dissimil*es* esse vfhQ. esse diss. a. 6) quid *est* M. quid *sit* R(Q). auarus *quod significat* dicendo vafh. 9) aua*ra spe* MRAG(Q). auare spe v. auare sp*em* afh. — *ex*tenti MRG,v (exten*cti*). re*dd*itus exten*dentis* a. *in*tenti fhQ. 10) Hoc sec. *quid* propter hoc pu*tat* MRG (pu*tant*). hoc sec. id quid (quidem a) propter quod put*ant* va. 13) vult*um ab illis* = uul*tu* mutabilis, ut infra, ubi Q scripsit: cum uultu mutabili, dicens: *Fortasse*, inquit, *aliis continget ut lenius emendent.*' — aut deest *cum* Q. *eum* MG uultu*m ut ab illis* (ut supra) et tam MRG. *ultra mutabilis.* et tam dispar v, om. Aut — mutabilis (homoeotel.), ut afh: *Vultu mut.* et tam disp. 17) re*ddid*it MRG. rell. re*ttulit.* Et album *aut* ad lib. *aut ad* laetum *reddit* vafh. — fig. αποδοσις prima MRG. figura*tur* . . (spat .uac.) . . p̄ R. Q: 'Fort. ἀπόδειξις'. Equidem codicum uestigiis insistens posui: ανταπόδοσις i. e. conmutatio rerum in contrarium (Polyb.). Simili sensu Ascensius: figura *antithesis.* Utar et ex modico. v: figura . . . . (spat. uac.) . . . . *prima* ex modico. fig. συνεκδοχή Fabricius (fh) unde petierit, ignoramus. Bφ nihil habent nisi: *albus et ater*. prosper et aduersus. C: *alb. et ater*. bonus et malus, liberalis et sordidus. po*ss*it MRG. Edd. non habent *poscet*, ut ref. Q, cum careant hac lemmatis parte. 21) ut om. MRA. 22) ανακ. (sic Halm. ANAKA Q) M. ανακολ G. ἀνακόλουθον A. ut non tertium MRVG,v. Totum schol. om. fh. v: ex *modico* (om. quantum — *modico*) et tollam ut non tertium. a: 'Vtar et ex *modico* (om. quantum — *modico*) et tollam, *nec metuam* etc.' 25) d*i*tes (G) inuene*ris* M. 26)

192. 193. *et tamen idem Scire uolam.* Redit ad mediocritatem Peripateticorum et dicit, ita sensu cum bonis, ut non obliuiscatur, medium ferendum esse, cum intersit inter hilarem et nepotem, parcum et auarum, quamuis parum considerantibus similes esse uideantur.

195. *Distat enim, spargas.* Ostendit, quid distet inter supra dictos.

197. *Ac potius, puer ut festis quinquatribus olim. Quinquatres* a quinque diebus, qui dies ad ferias Mineruae pertinent, propterea quod festa sollemnitas eius deae per hoc spatium temporis celebratur. Ut igitur pueri ludo intenti insatiabiliter utuntur his feriis, ita tu, inquit, moriturus exiguo uitae tempore raptim uoluptatibus plurimis fruaris; *olim* autem nunc pro semper.

199. *Pauperies inmunda. Pauperies,* egestas. Nam *paupertas* etiam honestae parsimoniae nomen est et usurpatur in fortuna mediocri.

201. *Non agimur.* Adhuc de bono mediocrium fortunarum loquitur. *tumidis uelis aquilone secundo.* Id est, nimia felicitate.

202. *Non tamen aduersis.* Infelicitate uehementi; et bene in allegoria perseuerauit, quia supra *nauem* dixerat.

203. *Viribus, ingenio, specie, uirtute, loco, re* et caetera. Ingeniose descripsit, quid sit homo mediocris, dicens, mediocrem esse, qui sit a summis minor, ab infimis maior.

205. *Non es auarus.* Πρὸς ὑποφορὰν respondet, more satiricorum, quasi dicat: scimus, te non esse auarum; uade securus de hoc ipso; sed quid prodest, auarum te non esse, si in caeteris haeres uitiis ac teneris?

quid, caetera iam simul. Sic pronuntiandum est, ut intellegatur, non fugisse alia uitia.

206. 207. *caret tibi pectus inani Ambitione?* Quae popularibus auris dedita est.

Hic *autem* haeres fh, sequenti scholio hoc adiungentes, quod etiam in va sedem mutauit. — in me *im*pendit vafh. loquitur quid se filius heres M. loq. qu*i de* se filius heres RG.

2) *seruan*dum fh. rell. ferendum. simi*les* esse uide*an*tur fhQ. rell. simi*le* esse uide*a*tur. 6) quinqu*atris* MRG. 7) quod *est* festa MR. festa solennita*tes* — celebr*an*tur afh. solennita*tes* v. 9) in*satia*biliter MRAG(Q). in*cessa*biliter vafh. — ita *aut tum* inq. M. ita ant f (sic) *cum* R. ita . . (lacuna) . . aut cum inq. G. 10) plurimis *res* fr. MR. — autem om. vafh. 12) Hoc schol. in MRG,va infra post u. 203 sedem habet, hoc loco in fhQ. Pauper*ie si* paup. MRG, ortum ex Pauperies *i.* = inmunda. *Id est, in paupere* eg. fh. pauperies. *si* pauperies eg. va. — usurpatu*ri* fortun*ae* mediocri. *Non es auarus.* non *est* usurpa*tus* in fortuna mediocri ypoforam responden*tem* more satyricorum qu*i* di*cat* et q. seq. infra ad u. 205 M. — usurpa*tum* fortu*nae* mediocri. Non es auarus. non *est* usurpato*rem* fortun*ae* medioc*ri* hypoforam responden*tem* more saty*rorum* qu*i* dic*it'* etc. R. *pro* fo. med. vafh. 14) Hoc scholion et duo seqq. om. M, qui nonnulla habet confusa. Adhuc med. fort. *de bono* loq. RG,va. 21) satyricorum *intulit* quasi dicat va. 22) ua*l*de sec. M. uade — esse (M ua*l*de) MAG. om. R,vafh (homoeotel.). 23) h*a*eres M,vafh. heres u. actene*ns* R. 26) Quae om. M (Halm.).

208. 209. *Somnia, terrores magicos, miracula, sagas, Nocturnos.* Haec omnia ad superstitionem referuntur: Mire dicit *sagas* mulieres magicarum rerum et carminum scias, tamquam satisagas et multum agentes, ut *magos* dicimus, quasi *magnos,* a magnis rebus, quas agunt.

209. *Nocturnos lemures.* Vmbras uagantes hominum ante diem mortuorum, et ideo metuendas; et putant, *lemures* esse dictos, quasi *remules* a *Remo,* cuius occisi umbras frater Romulus cum placare uellet, *Lemuria* instituit, id est, parentalia, quae mense Maio per triduum celebrari solent ante additum anno mensem Februarium; ob quam rem Maio mense religio est nubere, et item Martio, in quo de nuptiis habito certamine a Minerua Mars uictus est, et obtenta uirginitate *Minerua Neriene* est adpellata.

portentaque Thessala. Thessalorum promissiones incantatorum, de quibus ait *Vergilius* (A. IV, 487): *Haec se carminibus promittit soluere mentes Quas uelit* etc., et (B. VIII, 97): *His ego saepe lupum fieri et se condere siluis Moerim.* et quod sequitur.

rides. Contempnis.

210. *Natales grate numeras?* Quod non faciunt nimium timidi senectutis et mortis, quam [quia] ex natalibus multis [mortem] iam iamque proximam perhorrescunt.

212. *Quid de exempta leuat.* Allegoria. Quid prodest, inquit, uno te carere uitio [et] a tam multis possessum [esse]?

213. *Viuere si recte nescis, dec. peritis.* Da locum, inquit, melioribus, qui (recte?) uiuere sciunt [atque tibi succedunt] et perite succedunt tibi.

214. *Lusisti satis.* Hoc apud philosophos frequentatum est, de uita sapientem abire oportere aequo animo, ut e conuiuio pastum saturumque conuiuam. Et moraliter repetitum *satis,* quod adclamationis est.

1) *Miracula* dicit sag*is* mul. MR. mir*a* G. rell. Mire. 3) sci*entes* afh rell. *scias* (*si*as v). 4) quas *se perficere posse iactant* vafh. rell. quas *agunt.* 5) lemores MG. spat. uac. R. rell. lem*u*res. 6) *R*emul*os* a *R*emo R. remul*os* a remo MR. remu*ros* vafh. remu*les* Auct. p. 695. *re* mu*les* Bφ. 8) sole*b*ant Auct. l. l. et fh. 10) et i*re* MRG. 11) Neriene MRA(GQ),v. recte. praeter Plaut. Mil. II, 6, 34 lege locum classicum Gell. XIII, 22: — nam proinde ut *Anienem,* sic *Nerienem* dixerunt Veteres tertia syllaba producta; id autem siue Nerio siue Nerienes est, Sabinum uerbum est.' *Nereïne* Auct. p. 695: 'a Minerua Mars uictus est [et] obtenta uirginitate, *et* [Min.] *Nereïne* est appellata' (transpo. *et* atque om. Minerua). *Nerine* afh. 12) thessalio. (G) promission*is* MR. 14) etc. om. fh. — et sec*u*nd. (sic) s. moeri*n* MG (1 m. sed corr.). in R spat. uac. his uerbis rel. est. 16) conte*mn*is M. Lemmati fh addunt: *ignoscis — senecta.* 18) mortis *quam* ex n. m. iam iamque perh. M (negl. Q) R. rell. mortis, *quia* ex n. m. *mortem iam* prox. perh. vafh. multis iam iam (mortem in marg.) prox. perh. G. 21) *et* a t. m. p. *esse* vafh. 22) Lemma *Viu. si r.* amplificaui. 23) sciunt *et patre* succe*dit* tibi M. sciunt *ut recte* succede*rit* tibi R. atque . . . . succedit tibi G. atque tibi *succedunt* vafh. Da — sciunt Bφ. Q noluit: et *patere* succe*dere* tibi. C. Hermann: sciunt recte et *merito* s. t. Equidem posui: et *perite* succedunt tibi. 26) *r*epetitum MRG(Q). *petitum* v. positum afh. — *apud* clamationis (sic) MR. rell. accl.

215. *Tempus abire tibi.* Utrum, quia deus iam te uocat, an quia diu multumque uixisti? Et mire in fine operis de fine disputat uitae.

ne potum largius aequo. Ne iusto plus uiuentem et ob hoc delirum senem iuuenes [e]ludificentur habeantque derisui. Et uide, perseueratum esse in allegoria de conuiuio facta; nam non minus senes quam iuuenes poti plerumque decipiuntur.

216. *Rideat et pulset.* Bene adiectum *pulset,* id quod peius est.

lasciua decentius aetas. Quam lasciuam esse magis deceat quam te, qui es maturus senex.

1) *Verum* quia R. *utrum quia* MG(Q). Utrum, qu*is* deus vafh. 2) Verba *Et mire — uitae* antiqua esse dubitat Düntzer IV, 40. 3) uiuen*tem* MRB^b,vQ. uiuen*te* G. ui*uens* afh. — deli*rus* sen*ex a iuuene* eludific*etur* (ludificetur fh) vafh. [delirum senes auinos M] eludific*en*tur M(Q). delirum senex *amnose* *l*udificetur habe*at*que der. R. deliri*is* sen*es* a uinos (*a iuuene* in marg.) *e*ludificetur habeaturque der. G. 5) conui*ua* vafh. conui*uio* MGAB^bG(Q). — quam p*a*ti, om. iuuenes, M. senes quam po . . (spat. uac.) . . plerumque R.

POᴍPONI POR
PhYRIONIS ĽOᴍ
MENTARIUS IN HORATIO (1 m.)
EXPLICIT FELICITER UTERE
FELIX. (M).

Manus multo recentior addidit: OMNIA PROBATE. qđ (quod) bonum ẽ (est) tenete. Conf. ed. Lips. p. 15.

Finis c̄omenti super eptis *satis mendosi.*
R (rub. col.).

Pomponii Porphyrionis enarratoris diliḡetiss. in Horatium co*m*entariorum.
Finis (v).

COMMENTARII
IN HORATII ARTEM POETICAM.

ACRON.†)

†) Ad Artem poeticam in ACRONE adhibiti sunt *Codices:* 1. Par. 7975 (γ), perbonus ille, cuius scholia ad hoc carmen integra et pleniora sunt. 2. 3. Parr. Bφ (7971. 7974), ex quibus multa hic in usum conuerti. 4. Par. 7985 (X) chartac. continens scholia in Carmina Epodos Carm. saec. Art. po. atque in Satt. mutila inde a II, 7. 5. Barc. (b), cuius scholia usque ad u. 145 (Antiphatem — Cari*p*dim) tendunt. 6. Norfolcianus (N). totus. 7. Ambr. D. 114 (Med.) chartac. multa. 8. Ambr. I. 38 (Med.) initium. 9. Monac. 375. saec. XII. (Mon.) initium. 10. Bern. 327^b saec. XII. pauca. 11. Guelpherb. (G) ex Q.

Praeterea 12. Comm. Cruquii (C) et 13. editio princeps. *Romana* una cum vcafh.

Inscriptio plurimorum uett. codicum, inter quos γEBφDH Barc. Laur. etc., posita inter *Carminum* lib. IV et librum *Epodon,* est haec: INCIPIT EIVSDEM DE ARTE POETICA. Inde a saec. XI. prodit in epigraphis et scholiis u. POETRIA, ut in Monac. Emmeran. Ratisb. G. LXIX. membranaceo huius aetatis: INCIPIT LIBER DE ARTE POETICA. QVE DICITVR POETRIA. Acronis cod. Med. supra dictus hanc fert inscriptionem: ACRONIS COMMENTVM IN Q. HORATII FLACCI POETRIAM. N: Poe*tria* Horacii. Ed. princeps Romana Artem po. habet post '*Carmen* Finit *Seculare*' omissis et Sermonibus et Epistulis, cum hac *Horatii* inscriptione: 'Q. F. *Oratii Poetria* Incipit.' Adiuncta est 'Acronis Explanatio in *poetriam Oratii,* quam inde a folio 216 usque ad finem (fol. 220^b) excipit 'Explanatio Porph*i*rionis in *arte poetica* Incipit.' In ed. Veneta (v) sic inscribitur: QVINTI HORATII FLACCI DE ARTE POETICA AD PISONES LIBER; in a: Q. Horatii Flacci Ars poetica ad Pisones; in f: Q. HORATII FLACCI DE ARTE POETICA cum antiquissimorum Grammaticorum Helenii Acronis, et Porph*i*rionis commentariis admixtis interdum *Terentii Scauri sco*liis. h: — — LIBER DE ARTE POETICA, om. Helenii — scoliis.

□ Terminatis (superioribus) libris IIII. *Carminum* conposuit istum quintum de *Arte poetica* ad Pisonem quendam poetam, in quo uitia superstitiosorum poetarum cauenda esse docet, qui ordinem et similitudines rerum (suis dictis) non seruant simulque praecepta *poetriae* tribuit, quibus possunt instrui studiosi quique poetarum. Unde in primordio dicit, deridendum eum, qui de una re disputare inchoans diuersitatem materiarum conponit dicens: Sicut, inquit, pictor, si *humano capiti ceruicem equinam* dederit, superiorem uidelicet partem *mulieris formosae* speciem habentem [eamque] pennis decorauerit et in piscem desinere fecerit, deridebitur, ita poeta, si ultra modum materiam sumpserit et inordinatam sensu conpilatamque uerbis, meretur derideri atque contempni. □

De inaequalitate operis loquitur, et dat praecepta scribendi poema. Et primum praeceptum est de dispositione et conuenientia carminis. || Scribit autem ad Pisones, uiros nobiles et disertos, ad patrem et filium, uel ut Alii dicunt, ad fratres. — *Capiti* autem —

1—3. *Hum. capiti ceru. pictor eq. Iungere — membris.* [autem] Conparat poema, quod sine oeconomia sit picturae eiusmodi [simile], quae habeat ceruicem equinam cum forma humana et diuersorum animalium membra et pinnas, quae persona desinat in piscem.

2. *et uar. inducere plumas.* Id est, inponere pinnas uariis coloribus [naturae] floridas, uel *uarias inducere plumas,* id est, [uarios] diuersarum auium colores.

1) Hoc scholion quadratis signatum petii ex Bφb. uide inferius. superioribus Bφ. om. b. Term. IIII. carm. libris b. 2) ad quend. pis. po. b. 4) suis dictis Bφ. om. b. 5) instr*ui* b. instrui. poss. Mon. inst*it*ui Bφ. stud. queq. b. 6) compilat Bφ. cōp*onit* sicut inqui*ens* pictor b. mon. 7) dicens Sicut inquit Bφ. 8) sup. pa. uid. Mon. — e*u*mque Bφ. om. b. Mon. 9) pennis Bφb. 12) b pergit. De ineq. op. loq. et. dat praecept*a* (rell. praeter C praecept*um*) — ad fratres om. Bφ. C sic incipit: *Agit* de operis inaequalitate datque praecepta. 13) pri*us* XNG,rv. pri*mum* γb, Med. afhQ. — dis*putat*ione b. 14) scribit *aut* b. — fili*um* γb,afh. filio*s* N Med. XG(Q),rvc. 15) libri habent: fratres. *Capiti autem,* uerba Q additicia putat. *Capiti* potius principium lemmatis est, quod amplificaui. Caeterum patet, hanc scholii partem ut priorem esse corruptam atque eo etiam suspectam, quod, ipso argumento sublato, notitia de Pisonibus et sensum et expositionem interrumpit. Quamobrem praemisi uetus scholion ex Bφ et b petitum, ualde quidem dubitans, utrum Acroni tribuendum sit necne, quamuis b adiungat scholion Acronianum. Similia leguntur in Monacensi codice 375: 'Istum librum de arte poetica ad quendam pisonem composuit. In quo uitia — derideri (om. contempni). Initium ex Bern. 327[b] exscribo: 'Pisones *pater et filii* nobilissimi romani comediarum scriptores cum uiderent comedias multorum reprehendi et contempni a romanis uel propter in ornatam materiam uel propter proprietates personarum non bene seruatas uel propter aliam causam malae compositionis sibi cuntes (l. timentes), ne incurrerent aliquod illorum uitiorum, rogauerunt oratium, ut faceret eis aliquem tractatum de proprietatibus et natura comediarum. Qua propter' etc. 20) Id est γb. rell. om. inpo. *pennas* γb. rell. imp. plumas. 21) natur*as* γ. natur*ae* h. om. b. rell. natur*a*. — lemma repet. γb. uarios om. γb. conf. C: *penicillo adiungere* plumas uar. col. *quasi* natura floridas uel uarias i. diu. au. colores.

3. *Undique conl. m.* Ex diuersis scilicet animalibus, et multis. Praecipit, poetam conuenientiam seruare debere. *conlatis membris ut turp.* Coniunctis ad superiorem et descriptam formam [ut habeat humanum caput, et collum equi, et caudam piscis]. *atrum.* Foedum, uel magnum.

4. *Desinat.* [Finiatur.] *in piscem.* Hoc est, in marinam beluam, id est, in pistricem. *mulier form. sup.* Ut facie sit *formosa mulier,* inferius autem monstris uariis deturpetur. *superne.* (De) superiore parte, id est, uultu, [et] ceruice.

5. *Spectatum admissi risum ten. am.* [Si fueritis admissi ad spectaculum, ó Pisones, num risum poteritis tenere? Vel.] Id est, quasi ad spectandum missi. Et est sensus: Si admissi fueritis introire ad spectandum tale monstrum pictum, potestis risum tenere, o Pisones?

7. 8. *cuius uelut aegri so. ua. Fingentur species.* Qui non habet ordinem, eius] Cuius ita uanae sunt species, quemadmodum [aegrotantium somnia, quae uidentur habere imagines uarias.] aegrotantes uidentur imagines uidere.

8. *pes. Finis. caput.* Principium.

8. 9. *uni Reddatur formae.* Uni corpori, ut neque finis neque principium conueniat.

10. *aequa potestas. Aequa.* Pro *aequalis.* Quasi obiectio, ita ut alter responderit. Est, inquit, potestas, sed non usque adeo, ut iniqua fingantur.

11. *Scimus.* [Hoc ita esse.] Scilicet hoc. *et hanc ueniam pet. d. uic.* Sicut nos licentiam concedimus aliis scribere, ita nobis petimus licere. Petimus, quasi poetae, damus, quasi critici.

1) et mul*tis*, coniunctis superiori formae C. mul*tus* fh. mul*tum* praecepit poet*am* conuenient*ia* seruar*e* debere r (post coniunctis — piscis), ut v (conuenient*iam*). et ca: (mul*tum* praecip*it* conuenient*iam* poe*tam* seruar*e* debere. Praecipit poe*tae* conuenientiam seruare (seruar*i* fh) debere γ,fh. et mul*tum* praecep*it* poe*ta* conuenienti*am* seruar*e* debere X. et multum praecipit poe*ta* (poetam Q) conuenient*iam* seruar*i* deb re. NG(Q). schol. om. b, in quo alia sunt omissa, alia transposita. 3) ut — piscis om. γ. 4) Foedum om. γ. (*turpiter*. foede C). ue*l* r. rell. om. schol. om. b,C. 5) Finiatur om. γb. 6) id est, pis*tr*. NX,vca C(G?Q). id est *in* p. γ Med., fh. ma*xi*-*m*am beluam *uel* pistricem r. De γ. rell. om. superior*i* r. id est γ. rell. om. et om. γ. 9) Si — tenere? Vel om. γb. 10) pot. *hab*ere rv. *Spectatum.* Admissi spectatum id est b. 11) specta*cul*um b. glossa: pro ad spectandum b. 12) tale — pisones om. b. — po*testis* omn. libri praeter caQ. 13) Qui — eius om. γ. qui non habet *libi*dinem b. conf. C: *Ordo est*: cuius ita uanae *fingentur* species, uelut aegri somnia. eius ua*ri*ae N. 14) aegrotan*tis* N. aegrotantium uarias om. γb. 16) uidentur *uidere* r. — aegrotantes uidentur (om. γ.) im. uidere bγ. rell. om. 17) *caput.* initium Bφ. 20) Pro γX. rell. om. *ob*iectio γ. *ob*iectio *est* G(Q). quasi *per ob*iection*em* cafh. quasi *sub*iectio N,r. q. subiecti*onem* Med., v. 21) responde*at* fh. responde*ret* r. rell. responde*rit*. potestas om. γ. set non us*quam ne* adeo ut *inimica* fing*an*tur γ. *iniqua* fing*a*tur X. iniqua fing*an*tur Med., rvca. *inepta* fhQ. 22) s. hoc γ. rell. Hoc (haec) ita esse. conf. Bφ: hoc i. hanc licentiam nobis concessam.

12. *Sed non ut placidis.* Id est: Ita debemus habere licentiam scribendi, et sic debent esse artificiosa poemata, ut non mitia [ad]iungantur asperis inmoderate.

13. *geminentur.* Iungantur.

14. *Inceptis grau. pl. et ma. professis.* Aliud praeceptum. Docet, non inportune inducendam esse parabolam aut descriptionem; sed aut parabola aut descriptio apte debent adiungi incepto bene poemati; qui enim incipit granditer, et leuiter finit, uituperandus est. *Professis* autem: his, qui conantur aliquid magnum scribere, et (aut) respexit ad naturam quorundam poetarum, qui incipiant describere grandia, et in conmunes exeant locos; qui, tametsi boni sunt, tamen superflui habentur, et plerumque ridentur. In magno poemate excessus debemus adspergere, quasi ad reficiendas aures. [Patimini ergo] pro bono colore excessus [dici] dicitur.

15. *Purpureus.* Pessimam dicit eos consuetudinem habere, qui modum in describendo excedunt, scilicet qui, relicta materia, quam inchoauerunt, transeunt ad alias res, interponentes uerba compta, sensui non apta partesque locutionis non congruentes. *splendeat.* Placeat.

16. *Adsuitur pannus. Pannus* bonum additamentum, et ipse dicit *purpureus* quidem. De his dicit, qui, cum seueram et subtilem materiam coeperunt scribere, flosculos quosdam interponunt. Ordo est: Pannus adsuitur qui splendeat, ut bona sit quidem oeconomia sed incongrua. *cum, lucus et ara Dianae.* Zeugma est ab inferioribus: *describitur.*

17. *per amoenos. Ambitus properantis aquae* dixit riuum. *Ambitus* autem circuitus.

2) et s*i* debe*t* esse art. (om. poemata), ut n. m. *iungantur* asp. inm. γ. rell. *ad*iungantur. *esse debent* art. po. ut *mitia non* adiu. N. 6) inducend*um* γX. 7) debe*at* N. Med. iungi N Med. rvca. bene incepto poemat*e* r. bene in*coe*pto poemati fh. in coepto bene po. Med. 8) *Professis*] Aut fh. Hinc lemma *Inceptis grauibus* amplificaui. *autem* omn. fere libri. 9) *et* γ. rell. *aut.* aut respexit om. N. 10) incipi*u*nt scribere N. — *magna* (Hor.) X. rell. grandia. 11) s*u*nt γ Med. N. rell. s*i*nt. 12) — poemate. Excessus *late* (u. 15.) Assuitur pannus' etc. r. 13) Patimini ergo om. X,vca. di*x*it γ. dicit vca. rell. dic*i*. posui *dicitur.* De excessu siue egressione Quintil. III, 9. Plin. E. IX, 26: Iam quid audentius illo pulcherrimo — excessu (Demosthenis)? 14) Pessimam — congruent*er* (congruent*es*) γ. rell. om. 17) Placeat γ,C. rell. om. 18) Pannus — quidem γ. Quae Med. N,fh habent: '*Purpureus.* Bonum additamentum, quod dicit purpureus', talia sunt in b: *purpureus.* Purpureum pannum appellat splendidam oracius particulam. quam solent poetae interserere suo carmini ut oracio splendidior sit intermissa paululum inepta materia. Quod hic reprehendit. et est ordo. pannus assuitur qui late splendeat. ut bona sit quidem sed incongrua. De his *ergo* qui cum seueram et sub*limem* mat. quoque *querunt* scribere fl. qu. interpon*a*nt. Pannus ergo bon*us* est additamentum. *ut ipse purpuretur.* Aliud praeceptum docet (schol. ad u. 14). *ad*suitur KBφE (rasura). rell. *ass.* 20) — interponunt. Zeugma — describitur γ. Zeugma ab inferio*ri*, om. descr. Med. G,ca. *zeu*ma ab inferio*ri* N,rv. 22) Med. habet: *descri*bitur subaudi ab inferio*ribus.* vca: et ara describitur Dianae supple ab inferioribus. item N sed om. describitur. totum schol. h. l. om. G,r. 23) *per am.* Riuos per campos dis-

18. *Aut flumen Rhenum.* Notandum *flumen* Rhenum genere neutro, sicut *Sallustius* in Historiis (fragmm. III, 55 Kritz.): *Nomenque Danubium habet. pluuius.* Pluuialis, qui pluuiam concitat.

19. *Sed nunc non e. h. locus.* Ut de his posses scribere. Quasi ad aliquem responde[ri]t; non erat locus, ut haec describeres, sed quoniam bene describis, ideo introduxisti. *et. fort. cupressum.* Inrisio pictoris cuiusdam, qui nihil aliud quam cupressum nouerat depingere. || Proverbium est in malum pictorem, qui nesciebat aliud pingere quam cupressum. || Ab hoc naufragus quidam petiuit, [ut] uultum suum exprimere[t]. Ille interrogauit, num ex cupressu uellet adici aliquid. Quod proverbium Graecis in usu est: nam naufragi ad misericordiam conmouendam casus suos in tabula depingunt, ut *Iuuenalis* (XIV, 302): *Dum rogat et picta se tempestate tuetur.*

20. *quid hoc.* Quid hoc ad naufragum, qui dat pecuniam, ut describatur cupressus, pertinet? Ita ergo qui scribit, nisi opportune scribat [scripserit], non sibi conparat gloriam, sicut [ille], qui [male] cupressum [de]pingit.

21. *qui pingitur.* Qui uult pingi.

21. 22. *amphora coepit Institui.* [Hic *Quidam* dicunt praeceptum aliud esse, *Alii* eum de oeconomia [adhuc] loqui.] Aliud praeceptum: Quare incipis magnum opus, et desinis in minore? *Institui.* Formari.

currente rota. Id est, carmine procedente. Rotam [autem] dicit, quae cum uoluitur, uasa finguntur, et est translatio a figulis.

currentes. *Ambitus.* Circuitus. Ambitus prop. aq. d. ri*uos.* fh. Ambitus prop. aq. d. riuos om. NrvcaQ. per am. Riu. p. ca. disc. om. Med. *per am.* Amb. pr. aq. d. ri*uum.* Amb. autem circ. γ.

1) Ad u. Notandum A posuit: S. 177. — neut. gen. N. sicut γ. rell. om. 2) Sa*l*ust. N,r. — Nomen*que* γ,rfhC rell. nomen. N: habet danub. 3) *pluuius.* pluuiosus XG, om. qui pl. conc., et ante schol. *Aut flumen Rhenum.* pluuia*m* γ. rell. pluu*ias.* 4) Ut — describere om. γ. respon*det* γ. rell. responderit. 5) h*aec* γN Med. rell. hoc. 6) describis γ. rell. scribis. 8) nes*ciat* N. 9) Ob hoc γG. *Ad* h*aec* N. rell. *ab* hoc. — petiuit uultum suum exprim*ere* γNX. rell. pet. *ut* — exprim*eret.* 10) cupress*u* γ (Colum. IV, 26. Ouid. M. III, 155). rell. cupresso. Conf. de hac re Bφ: — Unde cum ab eo exposceret quidam naufragus, ut pingeret sibi *in scuto* naufragium, quod passus fuerat. — Prouerbium Graecum uide ad Porph. 12) iuuenalis. *Et puta* se temp. t. γ. *Cum* rogat r. *Vim* rogat vca. Picta se fh. 14) γ, omisso scholio additicio, quod libri hic interponunt: '*simulare.* Graeco prouerbio usus est: quasi scribere.' — ut describatur om. N. 15) Ita*que* fh. — scrib*at* γ. rell. scri*pserit.* 16) sicut ille *pingit male qui* cup. dep. N. sicut qui cup. *pingit* γ. sicut ille *male qui* cup. dep. v. sic*ut* (*sic* r) ille *qui male* cup. dep. rcaQ. sicut ille *male pingit,* qui cup. dep. fh. 18) Qui uult pingi γ. rell. om. 19) Hic — loqui om. γ. *Hic* et *aliud* et *eum* om. N. *Hic* et *aliud* om. etiam Med. v. *Hic* et *eum* om. r. *adhuc* Med. N, rvcafh. rell. om. 20) Aliud praeceptum γ. rell. om. 21) *Quare* — *minore* libri habent inferius. — Formari γ,r. rell. om. opus tuum? Quare — minore*? Prouerbiale cum* a magnis inc. in min. desistis (desisti Q) fh. 22) procedente carmine. *allegoricos.* Cur urceus exit. Cur cum etc. r. autem om. γ. di*x*it Q. 23) et est tr. om. fh. uasa finguntur *p*armine (uox deprau. ex *car*-

cur urceus exit? Id est: cur uile fit opus tuum? Vel: cur a magnis incipias, in minora desistas?

23. *Denique sit quiduis simpl. d. et un.* Quiduis scribe, simplex ut sit et ueri simile. *unum.* Id est: Coeptae materiae et nondum finitae non debes aliam adiungere.

24. 25. *Maxima pars uatum, pater et iuu. p. d. Decipimur.* Apostropha est ad Pisones, id est: Pars poetarum, o Pisones, decipimur studio uirtutis, labentes in uitia.

[*pater et iuu.* Et magister et discipuli.]

25. *specie recti.* Id est, imagine boni, dum praeferimus imaginem ueritatis.

25. 26. *breuis esse laboro, Obscu. f.* [Quasi diceret: uolo scribere breuiter.] Laus est [enim], breuiter narrare, sed dum uult aliquis breuiter narrare, fit obscurus.

26. 27. *sectantem leu. nerui Def. an.* Saepe eneruatos uersus scribit, qui dat operam, ut scribat delicatos uersus. *leuia.* Splendentia, bene currentia [, ut]. (*Verg.* A. VII, 634): *Pars**) *leuis ocreas lento ducunt argento.*

27. *Deficiunt.* Relinquunt. [Vires deserunt, ut *Verg.* G. I, 290: *noctis* (lentus) *non deficit humor.*] *animique.* Inuentiones. *turget.* Inflatur.

28. *Serpit hu. tutus nim. tim. prac.* Dum Quidam uitant inflatos uersus et tumidos sensus, fiunt uiles. Terrae proximus fit ille, qui timet inflate dicere, quia est ualde tutus, id est, dum se tueri uult.

[It per terram, scilicet, dicendo. Vilia ille scribit, qui tute uult scribere, et non audet se magnis imponere rebus. Sensus est: Dum quidam inflatos uersus uitant, fiunt uiles, terraeque fit proximus, qui timet inflate dicere || *Tutus.* Id est, qui || dum se tueri uult.]

mine) G,vc, unde Ascensius fecit '*a plaste*' pro a *figulo*, unde et ipsa *rota figularis* ap. Plaut. Epid. III, 2, 35.

1) *Vel cur* a — desistas γ. 3) Hoc schol., quod omnes libri tuentur, tacite om. Q. Idem fere est ap. Porph. *Denisit quod uis* γ,v. *quod* uis γN. scri*be* γ. rell. scri*bere quicquid* uis scri*bere* rvcafh. 4) Lemma *unum* interposui. — finitae *et* non γ. 6) Apostropha est γ. rell. Apostropham facit. 7) o Pisones γ,r. rell. om. — studio omn. libri. specie inculc. Q. *labentes* in uitia γ. rell. sic: uirtutis et imagine, dum praeferimus uerita*tis* (uerita*ti* fh) imaginem, *de*labentes in uitia. 10) Id est — ueritatis γ. rell. ut supra. 12) Hoc schol., quod N (Mag. et disc.) Med. et rvcafh tuentur, om. γ. *Quasi — breuiter* et *enim* om. γ. 15) scrib*it* γNXG(Q),r. scribere v. rell. scrib*et*. 16) uersus γ. rell. om. — cadentia c. 17) ut — argento om. γ. 18) Relinquunt γ. rell. om. derelinquunt, deserunt C. Vires — humor om. γ. Vires deserunt om. r. Vires fh. rell. om. 19) *lentus* om. libri. — *Inuentiones* et *Inflatur* γ. rell. om. 20) Dum — uult γ. 21) tumidos. sensus γ. hinc non posui: tumidos sensus, fiunt uiles. 22) qu*i* est γ. — ualde *de* tutus γ. 23) In edd. rvcafhQ It — uult. scilicet ille qui r, om. dicendo — Vilia — scribit. scribit om. vca. 26) dicere. *Tutus*] Id est, qui se fh. rell. dicere, dum se. *procellae.* allegoricos. difficultatis r. difficultatis C.

*) *Pars* leu. libri Acronis, *Aut* leu. libri. Verg. (Ribb.).

29. *Qui uariare cupit.* Qui uult uarium opus describere, saepe inepta scribit. *prodigialiter.* Admirabiliter [et monstruose].

31. *In uitium ducit.* [Id est: dum uult fugere culpam, cadit in uitium] Docet hic, non esse indulgendum eloquentiae, (quae careat arte et ratione,) || ne quis incidat in opinionem inepti et superflui.

culpae fuga. Id est: *culpae fuga ducit in uitium,* si nescit aliquis culpam uitare [, ut Ipse alibi — S. I, 2, 24 —: *Dum uitant stulti uitia, in contraria currunt*]. *Fuga* autem nominatiuus est casus.

32. *Aemilium circa ludum.* [Ab Aemilio inuentum, qui faciebat statuas, quae ponebantur in arena, ubi ludi celebrabantur.] *Aemilius ludus* locus dicebatur, in quo Aemilius quidam gladiatores suos habuit. Circa hunc ludum Imus erat quidam statuarius. *Alii* dicunt *imum* breuem, Alii in extrema parte ludi positum, qui cum ungues et capillos et alia membra bene formaret, in perfectione statuae deficiebat. Hic ergo docet, nihil oportere deesse poetae.

33. *Exprimet.* Pro exprim*it,* futurum pro praesenti. *imitabitur.* Pro imi*tatur.*

34. *Infelix.* Scilicet in perfectione operis non doctus sed infelix.

operis summa. Id est, perfectione. *ponere.* Fingere [Finire]. *totum.* Id est, finem aut uenustatem consummationis. Interdum enim uidemus singula membra artificiose facta et totius operis formam minime placituram.

35. *Nesciet.* Quia deficiet.

35—37. *hunc* etc. Talem, ut (A. II, 554. 555.): *Haec**) *Priami finis, fatorum hic exitus illum Sorte tulit.* Si uelim, inquit, scribere aliquid, nolim huic esse similis, sed magis uolo, me pulchrum esse nigris capillis et ocu-

1) *de*scribere γ. rell. scribere. *prodigialiter* lemma om. rvcafh. *Ad*mirabiliter γ. rell. mirabiliter. et monstrose fh (et om. rvcaCQ. mons*tr*ose caC. monstr*uo*se rvQ) om. γ. 3) Id — uitium om. γ,r. eloquentiae, quae careat arte et ratione r. rell. om. 5) inept*e* et superflu*e* XN Med. (*ac*) G,v. 6) Lemma *culpae fuga* interpo. γ. rell. om. d*i*cit *in*itium γ. 7) *ut* — *currunt* om. γ. Fuga — casus γ et C (nominati*ui*) rell. om. 9) Emilius — poetae γ. conf. C. rell. praemittunt: Ab Aemilio (Emil. X) — celebrantur (celeb*raba*ntur XN Med. G(Q),r). 'Aem. lud. diceb. locus *non procula circo,* ubi Aem. — habuit, circa *quem* erat statuarius, qui ung. et cap. bene expressit, caetera imperfecta relinquens, unde multum derisus est' C. Aemilius locus in quo N Med. G,rvca. (*io*cus XN Med., v). *Hae*myl. et Haemil. Med. Haemyl. et *ae*myl. v. Emyl. r. 13) et *multa* alia G,fh. 14) *docet* γ. rell. dicit. Hoc ergo dicit N. 16) Pro exprimit γ rell. om. Pro imitatur γ. rell. om. 19) Fin*gere* γ,C. recte. rell. Fin*ire*. *ponere*. fin*em* X. *totum* idem (aut *id est*, i. perf. γ. rell. om. aut *item*) finem aut uen. co. X Med. 21) *omnia* memb. X. 23) Quia deficiet γ. rell. om. 24) Locum Verg. ut — tulit om. γ. Scholia *Si uelim* — *discrepans* sic habet γ. Vulgo: *si q. comp. curem.* Nolo me parte quadam corp. foed. — discrepans. 36. *Non mag. e. uelim.* Si me, inquit — qui perf. non est. *quam naso uiu. prauo.* Marcido, turpi. Si uelim — desit.

*) *haec finis Priami* libri Verg. et Grammatici (Ribb.).

lis cum torto naso, quam scribere poema, cui aliquid deest [desit]. ALITER: Quomodo nolo, me parte quadam corporis foedissimum esse et relicuis splendidum, sed magis opto una integra esse specie, ita enitor omni parte poeta uideri, nulla in parte ab alia discrepans.

35. *Conponere.* Conparare, ut (Verg. E. I, 23): *sic paruis conponere magna solebam.*

36. 37. *Non magis esse uelim, quam — capillo.* Si me, inquit, huic fabro conferre uoluero, ero dimidia corporis parte ridendus, ut partem ridendam habeam, quamuis laudandus spectandusque sim in alia: *hunc* me esse nolo, id est: huic similis esse recuso, quod perfectus non est.

37. *Spectandum.* Probandum. [Laudandum, id est, uidendum, ut una pars pulchra, alia deformis sit, quod dedecet.]

38. 39. *Sumite mat. uestr. qui scr. aeq. Viribus.* Id est: Antequam incipias scribere, uide, si meteriam, quam adgrediaris, possis inplere. [Praecipit poetis, ut eam materiam eligant, quae uires (sensum) eorum non excedat.]

[39. *uersate.* Considerate.]

40. [*h*]*umeri.*. Vires. *cui lecta potenter e. r.* Qui possibilia eligit[, possibiliter inplebit]. Notandum dictum *potenter,* secundum quod potest. Id est, qui eligit materiam, quam possit inplere, huic nec inuentiones, nec eloquentia deesse possunt.

41. *Nec facundia deseret h. n. lucidus ordo.* Id est, dispositio, quia reuera ordo manifestat omne, quod dicitur. Epitheton est (τὸ — τῷ?) *ordo* (τὸ) *lucidus,* quia lucidam ordo facit orationem.

42. *Ordinis h. uirtus.* Ordo enim pulchram (pulchriorem) facit ora-

1) de*est* γ,C. rell. des*it.* Aliter γN Med. rell. om. 2) nolo me parte *aliqua* — discrepans N. Quomodo γ. rell. om. 3) integr*um* Med., rv. — omni me poemate par uideri γ. rell. omni parte poeta uid. 4) ab om. N. Med., rvca. 5) co*m*parare, ut — solebam γ. C: *componere.* conscribere. significat etiam *comparare,* ut: *sic solebam.* rell. om. conf. Seru. A. I, 374. 8) ero om. γ. 9) in alia om. γ. — hunc *me* esse nolo γ. rell. om. *me.* 10) *quod.* rell. *qui.* 11) Probandum γ. rell. om. Laudandum — dedecet om. γ. 13) Id est. antequam — implere γ. rell. post: Praecipit — excedat, quae om. γ, habent haec: id est, antequam materiam inc. scr. uide, si *inceptam* possis i*m*plere. conf. C: *Hoc* est, antequam inc. scr. — aggre*de*ris, possis implere. Scholion: 'Praecipit — eligant, quae uires *sensuum illorum* non excedat' legitur in Bφ. 17) Considerate om. γ. 18) humeri. Vires γ. rell. om. conf. C: '*humeri.* translatio, pro ingenio: humeros supponimus ad onera gestanda.' elig*it* γNX Med. (G?Q) elegit v. elegerit r. elig*et* cafh. 19) possibiliter inpl. om. γ. Not. di. po. γ. rell. No. po. di. Notandum — potest om. NXG,rvca. 20) inuentio*nes* γ. inuen*tio* Med. fhQ. 23) Epith. est το ordo το lucidus γ. Ordo luc. ἐπίθετον (epitheton r) rvcafh. *lucidus. aptum* epitheton, quia ordo f. or. lucidam perspicuamque C. hinc Q: *Ordo lucidus* aptum ἐπιθ., quia ordo a. lucid. or. 24) q. luc. o. f. or. γ. ἐπιθετον om. N. quod dicitur emto. CONE (sic) o quia ordo X. vulgo: *ordo lucidus,* (lemma in ca) ἐπίθ., quia ordo f. l. or. X: luc. f. or. 25) Ordo — orationem om. γ,r. pulch*riorem* X Med. Docet q. s. disp. om. X,vca.

tionem. Docet, quid sit dispositio. *uirtus.* Id est, ars, perfectio. *aut ego fallor.* Aut ista est ars, quam sum docturus, aut ego fallor, ut quaedam dicat, quaedam reseruet in aliam partem.

43. *Ut iam — deb. dici.* Ut, quae debent dici, sine dilatione dicantur, quae non debent, pro tempore differantur. *iam nunc.* Id est, in praesenti. *debentia dici.* Quae in praesenti dicenda sunt.

44. *Pleraque diff. et pr. in temp. om.* Ut *Vergilius* in VIIII libro narrat, in Italia iam posito Aenea, quomodo fabricatae sint [sunt] naues, quibus de Ilio nauigauit [Aeneas], cum in tertio non dicit.

45. *Hoc amet, hoc spernat.* Id est: hoc eligat, hoc praetermittat poeta, ut non omnia, quae illi ueniunt in mentem, dicat. *spernat.* Scilicet dicere. *promissi.* Magni, ut Poeta (*Verg.* A. V, 282): *Sergestum Aeneas promisso munere donat.* ALITER: *promissi carminis auctor,* id est, qui uult auctor fieri magni carminis, aut certe *auctor,* optimus poeta.

46. *In uerbis etiam tenuis caut. serendis.* Id est: Si facienda sunt tibi noua uerba, obserua, ut ea dicas, quae placeant, et ea, quae habeant auctoritatem. *serendis.* Propagandis, ordinandis, ponendis, inserendis.

46. *cautusque.* Purus. Deest esto.

47. *Dixeris egregie.* Cum laude dicis uerbum uulgare, cum illud bene conposueris.

47. 48. *Dix. egr. notum si call. uerbum Redd. iu. nou.* *Egregie* etiam notum dicis uerbum, si peritam habuerit conpositionem, si non sit asperum, item

1) i. ars perf. om. X. *uenus.* Venustas, gratia γ,rfhQ. rell. om. gratia. *Haud* ego φ (B corr. rasura). Verba A*ut ego fallor* post lemma iterant N Med. G(Q)r (aut *inquit* e, f) vcafhC. om. γ. sum doct. γ. rell. doct. (dict. X,v) sum. 2) aut ego fallor γ h. l. habet. rell. om. 4) Lemma Ut — dici cum γ interposui. rell. om. Ut *quod* deb*ent* d. γ. 5) *quod* debet dic*ere* p. t. diffe*rat* γ, qui adiungit Verg. locum. — fh: *iam nunc.* Quae *debet dicere* in pr., om. seq. schol. 7) *octauo* N. VIII Med., v. num. om. X. VII. r. in ytali*am* posito *e*nca N. Verba in — Aenea om. G,ca. *aenea* in Italia po., om. iam, r. 8) *existente* C. rell. posito. s*i*nt C. rell. s*u*nt. 9) Aeneas cafh. rell. om. — dic*it* γX Med. rell. dic*at.* 11) illi uen. γ. uen. illi fhQ. Post lemma longius (*Hoc amet h. s. p. c. a.* in rva) aut breuius H*ae*c amet Med. *Hoc am.* c. habent NX Med. G,rvca: Quod debet dicere in praesenti (haec om. Med.), quod debet (debe*at* Med.) in futuro, ut non omnia dicat, quae ueniunt in mentem (quae, om. in, mentem ueniunt r). rell. ut supra. — s. dicere γ. rell. om. 12) Schol. una cum Verg. loco om. XNvca. poeta γ,r. rell. om. 13) *Aliter* pr. carm. auct. γ. rell. om. Aliter. — Promiss*um* c. a. *optimum poetam intelligi uult* r. *Promissi* — poeta fhQ. 15) Id est γ. rell. om. 16) et *ea quae* N. *quae* hab. γ. rell. *et hab.* — *cautusque.* Deest esto r. rell. om. Ordo scholiorum ad u. 47—50 est in γ. 17) Propag. — inserendis γ,r. rell. om. conf. Bφ: *serendis.* proferendis. 18) purus deest *esto* γ. Cautusque deest *esto* r. rell. om. 20) — 'composueris. Aristotelis — quaesiuit. Exponit — splendescere. Egregie etiam — asperum. *Reddiderit in. nouum*] Callida iu. — ponantur. *Si forte nec. est*] Nou. u. bene *facis,* si f. necessitas. *Indiciis monstr. rec.*] Proferre — nec. non est. Mire *autem* dixit — *λόγον. Abdita rerum.* Id est, res nouas.' Haec est successio scholiorum in fhQ. Idem fere ordo habetur in NX Med. et rvca.

egregie, si noto uerbo conpositio artifex instruatur. *Callida iunctura* uerborum [id est]: elegans et noua elocutio et cohaerens sermo; optimum enim dicendi genus est, si tota uerba opportune et proprie ponantur. *iunctura.* Conpositio, structura, constructio partium.

48. 49. *nouum si forte necesse est Indiciis monstr. etc.* Nouum uerbum bene dicis, si fuerit necessitas, indiciis nouis proferre res nouas, ne facias nouum uerbum, quando necessitas non est. Aristotelis libros qui [Quidam] transtulit, sed, nolens transferre τὸ ὄν, non inuenit, quomodo diceret, finxit *ens*, et laudem quaesiuit.†) *Indiciis monstrare recentibus* mire [autem] dixit; *indicia* enim animi uerba sunt. *Indiciis* ergo *recentibus*: rudi inuentione uerborum, quia indicia rerum uerba sunt secundum philosophos qui aiunt, ἔλεγχον τῶν τρόπων εἶναι τὸν λόγον. *abdita rerum.* [Id est] Nouas res.

50. *Fingere.* Si necessitas orta fuerit, fingis cum laude; si sine necessitate, rideris. *cinctutis.* Antique dixit, id est, militaribus uiris et ad militiam paratis. Unde per contrarium dixit Poeta (*Verg.* A. VIII, 724): *discinctos Mulciber Afros,* id est, inbelles ad militiam. *non exaudita Cethegis.* [Non ante conperta, nondum cognita, pro eo, quod est Antiquis *incognita*]. Id est: si necessitas tibi fuerit, uti uerbis recentibus, quae non audierunt *Cethegi,* antiqui oratores, licet tibi uti, sed moderate. [Unde ait u. 51: *dabiturque licentia sumpta pudenter.*]

51. *sumpta pudenter. Pudenter,* id est, cum uerecundia, cum causa, id est, non nimia fingendi licentia. [Si enim necessitas fuerit, fingis cum laude, sed (si) sine necessitate, rideris.]

52. *Et noua fi. nu. hab. uerba fidem.* Noua uerba ficta habebunt fidem, id est, probationem [probabuntur], si de Graecis uerbis translata fuerint

2) id est fhQ. rell. om. 3) *tota* γ. rell. noua. — iunctura compositio*ne* et structura r compositio, structura partium C. rell. om. 6) dicis γ. rell. facis. indiciis — non est γ. rell. om. 7) quidam (cafhQ) om. γ NX Med., rv. 8) non inuenit γ. tr. *uot.* non inue*nit* r. rell. *cum* non inueni*ret.* conf. C: '*abdita rerum.* nouas res. *sic* qui Aristotelis libros transtulit. *cum laboraret* in τῷ ὤν (sic) *uertendo,* finxit *ens,* et laudem *ac*quisiuit.' 9) hens γ. — autem om. γ. rvca. 10) sunt uerba N. 11) Verba Graeca om. relictis lacunis NX Med. G,rv. qui aiunt et uerba Graeca om. ca. In γ sic se habent: ΕΛΕΕΧΟΝ ΤΟΝ ΠΡΟΓΙ ωΤΟΝ ΕΙΝωΑΙΤΟΝ ΛΟGΟΝ (sic). 13) Si — rid*i*eris) γ. rell. om. hoc schol. h. l., inferius adiungentes scholio uersus seq. 51. 14) id est om. γ. 16) dis*iu*nctos γ. de*st*inctos X. dis*t*inctos Med. r. rell. discinctos. conf. Macrob. S. VI, 5, 2. scholia Lucani X, 447. Bφ ad u. *Cethegis.* 'Cethegi gens est, quae utitur tunicis aptatis pectori sine cingulo, et est spec. pro genere.' *cinctuti* autem dicti sunt propter strictas tunicas pectoribus suis aptatas sine cingulis: *quales adhuc scoti gestant.* 17) Non — incognita om. γ,XNG. conf. C: non ante et comperta, *non* cognita, om. seqq. 18) *tibi* fuerit uti γ. fuerit *tibi* uti X,rvca. tibi om. fhQ. 19) Unde — pudenter om. γ. 22) Si — rideris h. l. om. γ. uide u. 50. totum schol. om. NX Med. G,vca. 25) proba*tionem* γ. — *uerbis* γ,rC. om. fhQ.

†) Bφ: *nouum, si forte.* Si quando, inquit, ad rem explicandam non sufficiunt. permittitur poeta (l. poet*ae*) noua fingere, sicut est *inimicat et panificat* caeteraque.

non absurde, ut uerbi gratia κύλικα dicunt Graeci, nos *calicem*. Hoc translatum de Graecis, sed moderate. [Exponit autem de uerbis ueteribus et nouis, quando (quomodo) poetica licentia fiant; nam aliqua, licet uulgaria sint, dicit tamen ea cum aliqua compositione posse splendescere.]

53. *cadant.* Oriantur. *parce detorta.* Verecunde [et], moderate, abstinenter ob[trans]lata.

53. 54. *quid autem Caecilio Plautoque.* Quare negauerint Romani Vergilio et Vario, quod concesserunt antiquis poetis, id est, noua uerba facere? Et hoc dicit, non quia negauerunt, sed quasi causam quaerens, quaenam esset ratio, si uoluissent negare.

54. 55. *dabit Romanus ademptum Vergilio Varioque.* Nam si hos prohibet, nec illis licuisse demonstrat. Dabit pro dedit et concessit. *Romanus.* Auditor. *ademptum.* Quod adimit nobis poetis aut negat. *Vergilio Varioque. Caecilius* ante Vergilium et Varium fuit; ideo dicit, Vergilium et Varium nihil posse dicere, quod illi non dixissent. Ergo oportet illos quaerere noua uerba.

55. 56. *ego cur, adquirere pauca Si possum, inuideor.* Ego si possum noua uerba facere bene, cur prohibeor? Id est: non prohibeor. *adquirere pauca.* Noua facere, quia, si ex Graeco in Latinum fuerint deriuata, non cum ingenti licentia transferenda sunt. *inuideor.* Mire [autem], dum de fingendis uerbis loqueretur, secundum Graecos ipse finxit [effinxit] *inuideor.* [*Inuideor*] id est, inuidiam patior; nam inuideor negatur posse dici, aut *inuideor,* prohibeor.

1) ut uerbi gratia ΚΥΛΙΚωΝ dicunt gr*e*ci nos c*u*licem. hoc translatum de gr*ae*cis s*et* moderate γ. ut *quod* Gracei κύλικα dicunt, nos *calicem* fhQ. ut *uerbi gratia* . . . spat. uac. . . . dicunt graeci nos c*u*licem r. ut *uerbi gratia* κύλικα dicunt Graeci, nos c*a*licem C. Notandum autem est, totum hoc schol. om. NX Med. et v, eius loco qui repetunt illud, quod iam supra ad u. 47 dederant: 'Exponit -- splendescere.' Scholii pars altera in Med. ca differt: 'Noua u. f. h. fidem, om. i. probationem, — gr. uerbi *contorta* fuerint, ut quod graeci κώνωπα dicunt, nos culicem.' — Hoc — moderate γ. rell. om. 2) autem om. fhQ hoc loco, ut omnes libri ad u. 47, ubi r: Expon*et*. 4) *dicit* hic habent illi libri, superiore loco om. omnes praeter r. 5) cadant Oriantur γ. cad*e*nt. ori*e*ntur C. rell. om. — et om. γ, qui habet: *detorta.* de orta (sic) uerec. mod. abst. oblata. fhQ: Verecunde *et* mod. *trans*lata. rell. om. 7) negauer*u*nt γNX. negarent C. rell. negauer*i*nt. 8) Var*o* N,v. var*roni* X. *concesserunt* γ,fhC. con*sen*serunt r. rell. *dederunt.* conf. Bφ: Cur inquit non *concessum* est Plauto et Cecilio, quod non licet uirgilio et ua*ro*. noua scil. uerba fingere. 9) quia non γ. non quia r. *quod* non Med. rell. non quod. negaue*runt* γX. negauer*i*nt r. rell. negauer*e*. 10) ratio om. γ. 11) prohi*bet* (Roma*nus*) omn. libri. prohi*bent* (Roma*ni*) Q. Equidem interponens lemma *dabit* — *Varioque* lect. uulg. seruaui. *probet* X. 12) pro dedit et conc. γ. rell. om. 13) Auditor γ. rell. om. Quod — neget γ,C (neg*a*t). 14) nihil posse *non* dicere, quod illi dix. Q. 16) Ego γ. rell. om. si — non prohibeor γ. om. G(Q),rvca. bene facere fh. i. *non* prohibeor γ. om. fh, qui pergunt: Que ex Graaeca lingua in Latinam fu. der. -- sunt. 19) autem om. γ. X Med. G(Q),rvca. loqu*i*tur γN,rC. rell. loque*r*etur (loqu*ae*retur va). 20) *ef*finxit NX Med. vcafh. 21) *Inuideor* iteratur in γ. rell. id est nam inuideor aut inuideor (sic) proh. γN. rell. nam inuideo neg. p. d. aut inu. proh. conf. C:

56. *cum lingua Catonis et Enni.* M. Porcius, qui et Censorius [dictus est Cato et Ennius quod priores patres dixerunt, illi in suis carminibus posuerunt, et super hoc noua uerba inuenerunt.].

57. *Serm. patrium.* Romanum. *ditauerit.* Locupletauerit [, auxerit] nouis uerbis.

59. *Signatum praes. nota p. n.* Hoc nomen a numis tractum est, quia numi in noua fusura iuuant inopiam(?). *praesente nota.* Id est, notamine ipsius temporis, et praeter uetustatem. Verbi gratia *fruitus* ante dicebatur, modo *fructus;* ante dicebatur *punxit,* modo *pupugit* dicimus. [Vel *praesente nota,* uerbo nouiter inuento, ut (. . ? . .): *hoc nomen inuentum est tempore principis illius.*] *nota.* Literis.

producere nomen. Noua elocutione, nouo uerbo, id est, nouum uerbum ex Veterum significatione deriuare, ad notitiam hominum deducere. [*nomen.* Nouum uerbum ex ueterum significatione.]

60. *Ut siluae foliis.* Ne adspernentur noua uerba, conparatione nouorum foliorum [docet ea posse placere; *in annos* autem]. *pronos.* Per annos, ut siluarum mutantur folia per annos pronos, et est *Homerica* (Il. VI, 145 seqq.) conparatio. *pronos.* Decliues et cito labentes, instabiles uolubiles.

61. *Prima.* Folia scilicet.

63. *Debemur morti.* Id est: perimus ergo nos et nostra, siquidem etiam

inuideor. prohibeor, uel inuidetur mihi. Mire, dum d. f. u. loquitur, Graeco more loquitur, φθονοῦμαι, id est, inuidiam patior: *inuideor* enim non uidetur satis Latine dici posse.'

1) m. *fur*tius qui et censo*rius*, om. Cato — inuenerunt, γ. M. *Furius* qui NXG,rvca. et om. r. censori*nus* NXG,rv. dictus est om. γ. est om. r. Cato et — inuenerunt om. γ,C. 2) patres om. r. priores *poetae* N. 3) super *haec* N (hec), r. Est autem ex Cic. notus ille M. Porcius Cato, dictus *Censorius, et maior,* qui una cum minore, pro nepote eius Uticensi, a Plin. VII, 30 conmemoratur. 4) Romanum γ. rell. om. conf. C: Romanum, Latinum. — auxerit om. γ. 6) Lemma *signatum* amplificaui. Hoc *nomen* a nummis tr. est, quia n. in n. f. iuuant γ. Vulgo Hoc tr. est a nummis. Post hanc uocem lacuna in G, ubi Q: putat excidisse μεταφορικῶς. conf. C: '*signatum,* demonstratum (= Bφ). *praes. nota.* praesentistem poris charactere, (praesenti tempore excogitata Bφ) tractata *metaphora* est a nummis, quia nummi in noua fusura iuuant. *inopiam*'. rell. om. quia iuuant inopiam. 7) Id est γ. rell. om. notamine ipsius γ. rell. not. praesentis. et γ. rell. om. praeter uet. om. XG,rvca. 8) fru*n*itus γ. di. punx*i* γ. rell. punxit dicebatur. 9) dicimus γ. rell. dici*tur*. dicitur om. N. Vel — illius om. γ. 11) Literis γ. rell. om. 12) Noua — *di*riuare γ. rell. om. 13) *di*riuare γ, ut infra ad u. 65. ad — deducere γ,C et rell. libri. ad not. *temporis illius* ded. Med. 14) *nomen* — signif. om. h. l. γ et NG,rvca. 15) Ne asp. foliorum. pronos. Per — comparatio. *pronos.* Decl. — inst. uolubiles γ. rell. hoc ordine: *Pronos mut. in annos* fhQ. *Vt syluae fol. pronos* NX Med r. *Vt siluae* (s*y*luae ca) fol. pr. m. *in annos* vca. *pronos.* uolubiles decliues et cito lab. *et* inst. rvcafh (Q om. et inst.). conf. C: '*ut siluae fol.* Ne asp. — placere. *pronos. procliuos,* cito lab., inst., uolubilcis.' 16) docet — autem om. γ. 17) mut*u*antur γ. 20) folia scilicet γ. folia C. 21) γ incipit sic: *Id est: perimus ergo — cursum,* et pergit: *Argumentis — eorum.* in rell. hanc partem *Argumentis* etc. excipit altera *Perimus — cursum.* Inter utramque Q posuit: *Aliter* ex G. Et N,v habent *aliter.* — not et *natura,* om. siquidem etiam natura ipsa mutatur X.

natura ipsa mutatur, ubi terra in mare ducitur, paludes uertuntur in segetes, flumina suum mutant cursum. Argumentis probat, perire omnia, perire homines, perire uerba, siquidem recipitur in terram fluctus, et quae ante [terra] arabatur, modo fit locus nauibus. Si ergo mutatur natura maris et terrae, quanto magis debemus credere, perire homines, [et] perire uerba eorum.

†) Conprobat non solum uerba hominum interire, dum cottidie locutiones mutantur, sed etiam opera, quae homines faciunt, mutantur, dans inde *tria exempla: unum* uidelicet *de portu Ostiensi*, quem Augustus aggere lapidum et terrae et promunctoriis quibusdam ita inpediuit, ut postmodum nemo (non?) posset nauem ibi adplicare; alium *de Pontinis paludibus*, quos ipse Augustus in mare emisit terramque aridam reddidit, ita ut araretur; *tertium* uero *de Tiberis deriuatione*, quem Agrippa a proprio alueo deduxit ad illum, per quem modo decurrit Bφ.

63. 64. *siue receptus Terra Neptunus.* Mare in terram recipitur, si portus conponitur; *receptus* autem *terra* pro: intra terram. *classes Aquilonibus arcet.* Ὑπαλλαγή [pro]: *classibus arcet Aquilones*, id est, tuetur, defendit, continet. *nos nostraque.* Scilicet quae facimus. *siue.* Pro *siquidem. Terra.* Pro: *in terra.*

|| 65. *Regis opus.* Nam *regis opus* est, admittere terrae mare, paludes deriuare intra portus (et fluminis cursum mutare?). Significat autem Lucrinum portum et alios, qui manu facti sunt ab Augusto, et alia regum opera. Hoc est [enim] regium opus, quod nullus facere potest nisi rex. || *sterilisue diu palus.* Sine satu. Augustum dicit, qui siccauit Pontinam paludem. Diuus Augustus duas res diuinas fecit: [nam] ut Pontinam paludem [siccauit] exsiccaret et ad mare meatum habere cogeret, [ut] post

3) in terra γ. 4) ant*ea* γN. rell. an*te*. *terra* fhQ. rell. om. 5) hom. perire uerba eorum γ. rell. hom. et u. e. *Id est.* perimus *ergo* γ. rell. om. Id est. — perimus *inquit* nos r. perimus nos v, om. ergo. 15) in terra X, ut γ supra et infra in glossa. 17) pro om. γ, ut supra. arcet aq. γ. rell. aq. arc. 18) s. quae fa. γ. rell. om. — pro siquidem γ. rell. om. Pro in terra γ. rell. om. 21) *di*riuare γ, ut supra ad u. 59. fh: deriua*tae*. 22) Lucr. port. γ. fh: port. Lucr. 23) enim om. γ. — fac. po. nisi rex γ. fh: nisi rex po. Maiorem scholiorum partem inde a uerbo *componitur* usque ad *Augustum dicit* om. NX Med. G,rvca. Verba *Significat autem Lucrinum* — *nisi rex* inferius in iisdem posita sunt post uersus Vergilii, initio sic mutato: Lucrinum port. signif. etc. Suspecta omnino sunt scholia *Nam* regis — *nisi rex.* Q interpolationis crimen usque ad uerba *Diuus Augustus* extendit. 24) Sine sat*a* (l. sat*u*) γ. rell. om. cf. C: sine satis. 25) fecit. ut po*m*tinam pal. *ex*sicca*ret*, et ad m. m. *habere cogeret.* post *etiam* ar. posset γ. Augustum — Pontinam paludem (plaudem v bis). Nam regis opus est mare admittere terrae. Reges enim talia faciunt. Diuus Aug. — fecit. *Nam* Pont. pal. *siccauit*, *ut* ad mare meatum *haberet*, *ut* post *et* arari posset. et po. Lucr. *muniuit* rvcafh. *Nam* pont. pal. *siccauit* ut ad (*in* Med.) m. haberet *et* post *etiam* NX Med. G et Q, qui perperam refert.

†) Scholion *Comprobat* — *decurrit* petii ex Bφ. rell. om.

etiam arari posset, et portum Lucrinum muniret, de quo *Maro* (G. II, 161—163): [*An memorem portus*] *Lucrinoque addita claustra* [*Atque indignatum magnis stridoribus aequor, Iulia qua ponto longe sonat unda refuso*]. Et hoc si factum est, id est, si mutauit cursum suum fluuius, credes, posse fieri id, id est, perire nostra.

67. *Seu cursum mutauit, iniquum frugibus amnis.* Siquidem fluuius, qui nocebat frugibus cursu suo, mutatus est, (doctus?) iter ut Tiberis, qui mutauit cursum, ne (templo) Vestae nocere posset. Ἀπὸ κοινοῦ, siue generaliter, ut Quidam accipere uolunt, quando campos aptos agriculturae liberant, auertentes flumina, quae sunt [eis] infesta. *amnis.* Tiberim intellegimus, hunc enim deriuauit Augustus, qua nunc uadit [incedit]; ante enim per Velabrum fluebat. Unde et Velabrum dictum, quod uelis transiretur.

68. *Doctus iter melius.* Hoc autem dixit propter Tiberim, qui per Velabrum fluere dicebatur.

[68. *Doctus iter melius.* Inductus meliori uia, quae non noceat scilicet.] Scilicet quod non noceat. *mortalia fa. perib.* Zeugma a superioribus. *mortalia.* Mortalium. *facta peribunt.* Nedum uerba, quae citius pereunt.

69. *Nedum serm. st. hon. et gr. uiu.* Id est: si haec omnia mutantur, uerborum gratia perennis manere quomodo potest? *honos.* Pulchritudo. *uiuax.* Perpetua.

70. *Multa renascentur.* Vocabula scilicet, commercio sermonum. *quae iam cecidere.* Id est, quae sunt sublata de usu, de arte.

71. *si uolet usus.* Id est, consuetudo siue ratio loquendi; ratio enim usu et consuetudine uincitur.

72. *Quem penes arbitr. est.* Conuersio est, id est, *penes quem*[, id est,

1) muni*re* γ. mut*au*it N (Hor.). rell. mu*niuit.* posui muni*ret.* 2) *lucrinoque addita claustra* γ. rell. *An — refuso.* Loco Vergilii γ adiungit *Et hoc — perire nostra.* apud Fabric. Verba 'Si mut. cu. s. fl. cre*das* p. f. *item* p. nostra. Siquidem — posset' (fh) leguntur post lemma *mortalia facta peribunt.* 7) frugibus, cursu suo mut. est *ad aliud* iter, ne *aestate* noc. posset fh. 8) ne *ueste* γ i. e. templo Vestae. conf. C. recte. C. I, 2, 13—16: *Vidimus flauum Tiberim — Ire deiectum monumenta Regis Templaque Vestae.* — Scholio Ἀπὸ — transiretur in rvca praemissum est lemma *Seu curs. mut.* i. f. h. aut dimidius tantum uersus, in γ,fhQ. 10) *eis* inf. fhQ. inf. eis vca. rell. om. eis. qu*ia* n. *ua*dit γ conf. Porph. aquam quam n. inc*i*dit r. *qua* n. inc*i*dit X. rell. *qua* n. incedit. 13) Hoc — dicebatur γ. rell. om. 15) Doctus — scilicet om. γ. Doctus (Ductus?) meliori uia r. — quae n. n. scil. (fh) om. NG,rvcaQ (incl.). Scil. q. n. noceat γ. conf. C: suppl. tenere, ne scil. noceat. 16) Zeuma NX,r. 17) Mortalium γ. rell. om. conf. C: id est, mortalium opera, quanto magis uerba, quae citius pereunt. — Nedum — pereunt γ. rell. om. 19) genera fh (gr̄a a = gratia). 21) *mu. ren.* Iterum fient, quae iam fuere uocab. NXG(Q),rvca. om. γ,fh. in usum redibunt C. scil. (supple N. om. r) et commertia (commerita v) rell. commer*cia* quae sunt sublata de usu XN,rvca. scil. commercio sermonum. *quae iam cec.* Id est: quae sunt sublata de usu fhQ. conf. C: ab usu recesserunt et subl. sunt. 22) de arte γ. rell. om. 23) siue ratio omn. libri. Q inculc. *et* ratio. 25) Conuersio — loquendi γ. Lemma

apud quem]. Arbitrium autem est *iu*dicium, id est: in potestate usus est [, id est], sermo et ius [uis] loquendi.

norma loq. Quia usus facit auctoritatem; interdum et consuetudo uincit regulam. Et frequenter *modium* ponit Cicero (orat. 46. conf. Liu. XXII, 22) pro *modiorum* et *liberum* pro *liberorum*. Hoc usu dicitur.

78. *adhuc sub iud. lis est.* Id est, nondum definita. (pertin. ad p. 589).

73. *Res gestae.* Docet, quomodo singulae res, [et] quibus metris scribendae sint.

74. *numero.* [Heroico] Metro. [ut *Verg.* E. IX, 45): *numeros memini, si uerba tenerem.*]

75. *Versibus inpariter iu.* Id est, [iambico] alterno metro. Unus enim hexameter uersus est, alter pentameter, ideo inparibus (*inpariter iunctis?*).

75. 76. *querimonia primum, Post etiam i. e. u. s. c.* Hoc, inquit, metro primo tristia, post etiam coeperunt laeta describi. || Res tristes et lugubres primo elegiaco metro scribebantur, post etiam prosperae et laetae.|| [Elegiacum significat, quia elegiacum metrum minus habet syllabarum quam heroicus uersus, qui praecedit. Elegiacum metrum constat ex pentemimeri, id est, ex duobus dactylis et syllaba. Quis tamen primus inuenerit Elegiacum metrum, incertum est. Vel uersibus inpariter iunctis. Id est — ut supra]. *inpariter.* Inpar metrum dicitur, quia secundus uersus non est par primo.

Quem penes amplificaui. Sic distinxit cod. γ: i. e. apud quem. Arbitr. *autem* est iudicium, id est, in potestate. Usus est sermo et *uis* loquendi. fh: id est, apud quem arbitr. est i. e. iudicium; in potestate usus est, id est, sermo et uis loq. — id est apud quem om. XN,rvca.

1) autem γ. rell. om. iudicium i. in potestate usus r. 2) *uis* loq. libri. posui *ius* loq. (Hor.). conf. C: '*ius.* dominium: potestas, hoc est, in potestate usus est *et* sermo et *ius* loquendi. Cum nomina *ius* et *uis* eadem omnino ratione scribantur in codd. saepe confunduntur. 3) *norma loq.* lemma in γ. rell. om. *Quia* usus fa. auct. γ. Qu*i* usus Med. N. Qu*id* usus v. rell. Vsus *enim* fa. auct. 4) *et* freq. γX. *ut* freq. N,rvcaQ. *sed* fr. fh. — mod. po. Cic. (om. pro modiorum) γ. cicero po. mod. N. uulgo: Cic. (X om. Cic.) mod. po. (ponit om. fh). 7) et om. γ. 8) s't γ. rell. sunt. Q: sint. debent scribi N. 9) heroico metro γ. rell. om. heroico. loc. Verg. om. γ. conf. Seru. E. VII, 69. Ribbeck. 11) i. *iambico* metro γN,v. alt*e*ro metro X,fh. alterno Med. vcaQ, qui hanc partem uncis inclusit meram repetitionem scholii u. 76 ducens. Utrumque schol. exstat in γXN Med., vcafh. Editio princeps tamen priore scholio carens nihil habet nisi mutila et mixta haec: 'Versibus ῑpariter iunctis. Elegiacum sign. quia metr. elegiacum constat ex pent*i*memeri (om. 'minus — eleg. metrum,' ex homoeoteleuto) i. ex duobus dact. et syllaba. *Quaerimonia primum* Res *inquit* tristes et lugub. (om. primo) eleg. *carmine* scr. post etiam coepere laeta describi.' 15) ceper*unt* γ. coep. N. caep. X. rell. coeper*e*. 16) metro γ. rell. carmine prosperae et om. NX,vca. 19) pent*i*memer*e* γX,v. pen*ti*memer*i* N,r. — *Quid* — *iunctis* γ. inferius posuit post schol. ad u. 77: exiguos — metrum. — primus γ. rell. om. metrum γNX Med., v. rell. om. 21) I*m*par — primo γ. rell. om. conf. C: 'metr. impar. dicitur, *dum* — primo, quale est elegiacum, in quo prior est hexameter uersus, alter pentameter.

76. *inclusa.* Conprehensa, conposita. *uoti sent. conpos.* Id est, res prosperae et laetae aliquae.

77. *exiguos elegos.* *Exiguos* dixit ad conparationem heroici metri. *Elegos.* Inde elegiacum metrum.

79. *Archilochum prop. rab. arm. iambo.* Iambicum metrum primus Archilochus inuenit, quo usus [est] in Lycambem, quem persecutus est, quod ei Neobulen desponsatam iam filiam denegauit in tantum, ut Lycambes uoluerit morte uitare; nam ad laqueum confugit.

80. *Hunc socci cep. pe. gr. cothurni.* *Socci.* Id est, comici uel comoediae. *Soccis* comoediam intellegimus, *cothurnis* tragoediam. *grandes coth.* Magnae laudes clamantium exceperunt hunc pedem, aut *grandes cothurni* tragoediae. Ideo autem id in dubio posuimus, quia difficile hoc metro tragoediographi utuntur; nam spondiaco paene metro semper uidentur scribere.

81. *Alternis apt. serm.* Vel illi et illi, id est, comoediae et tragoediae aut personarum responsionibus aut tantum comoediae, quia in comoedia multae personae cum sint, inuicem sibi succedunt.

81. 82. *et populares Vinc. strep.* [Altius sonantem in scena quam clamor populi.] Tales [enim] strepitus excitat iste pes, ut uincat etiam populi clamores. *uincentem.* Quia iambus uincit clamores spectantium, hoc est, plus meretur laudari, quam laudatur. *natum.* Inuentum. More hominum dixit natum pedem propter comoediam. *rebus agendis.* Tragoediis et comoediis. [In agendis, id est, in definiendis rebus].

83. *Musa dedit fidibus.* Lyrico carmine laudare deos et heroas Olympicos. *puerosque deorum.* Filios deorum, more Graeco, *uel pueros deorum* adpellat heroas.

1) Compr. comp. γ et C, qui addit: 'nam prim*um* metro eleg. res tristes et lug., post etiam laetae et prosp. coeperunt describi.' rell. om. — i. res — aliquae. γ. rell. om. 3) Exiguos — metrum γ. rell. om. fhQ: Exiguos comparatione heroici, quae om. NX Med. G,rvca. 5) prim*us* γN,r. rell. prim*um*. Archilocus γX,rv. 6) est om. γ. licamb*em* γ. Lycamb*em* rvfhQ. lycamb*en* X Med. (l*ic*.), ca. lycam*be* N. 7) neobolen γ,ca. neobolem NX,rv. Neo*bulen* (Νεοβούλην Porph. E. I, 19, 30.) fhCQ. — despon*sam* X. conf. Vellei. II, 65. Liu. XXVI, 50. Stat. Th. X, 61. (Cic. Q. Fr. I, 5: desponsatam Ern.). conf. Orell. Epod. VI, 13. denega*ret* C, quem conf. — Lycam*ben* X. Lentul. Gaetul. Anth. Pal. I. p. 327. et ap. Bergk. p. 472. fragm. 23. 8) C: adeo ut Lycambes, quo iambos uitaret, ad laqueum confugeret etc. 9) i. com. uel com. γ. socci. i. comedi BφC: socci. comoe*di*. rell. om. soci X. 10) co*tu*rni BφV,rv. *socci cep. ped.* comoediam (comed. r) significat NX,rvca. 11) exc. h. ped. om. N. 12) id γ. rell. om. 13) ui*det*ur γ,v. 15) Vel γ. rell. om. comoediae et om. γX. 17) cum sint γ. rell. om. sibi inu. N,r. 18) Altius — populi om. γ. 19) enim om. γC. 20) *uincentem* lemma interpo. γ. — *iambicus* γ. Hoc schol. Q interpolatum iudicat. 21) *quia* plus X.2 – laudari *pro* laud*a*tur γ. *quam* lau*d*atur N. rell. quam laud*e*tur. – Inuentum γ,C. inu. ad res conscribendas Bφ. *Id est*, inu. fhQ. Hanc gl. mittunt NX Med., rvca. More — comoediam om. iidem libri. In (om. r) agendis i. e. def. (*di*ff. Med. r) rebus rvca. r. 24) laudar*i* γ,fh. rell. laudar*e*. — Olympi*a*cos vcafh. rell. Olymp*i*cos.

84. *Et pugilem uictorem.* Olympionicos agones. *uictorem.* Ut Pollucem. *et equum cert. pr.* Id est, Castorem, qui ante omnes ad palmam uenit. [licet alii dicant Pindarum et Amphionem, qui ante omnes ad palmam uenerunt].

85. *Et iuuenum curas.* Amores. *et libera uina.* *Conuiuia* [*et li*beris comessationes], unde et Liber, quia liberius homines faciunt uina loqui[, ut Anacreon].

86. *Descriptas seruare uic.* [Dispositum ordinem per species et] Diuisas, distributas a me, id est, expositas uarietates, si nescio persequi ac non possum, quare adpellor poeta? Id est: si ea, quae praecepi, nescio seruare[, ut meis carminibus inseram pulchras res uicissim ad decorandum opus]: cur poeta adpellor? *uices.* Ut heroico metro bella, iambico comoediam, lyrico deorum laudes, et heroum et Olympicorum. *operumque colores.* [Varietates.] Οἰκονομίαν.

87. *nequeo.* Per naturam. *ignoroque.* Per artem, quam antea didici.

87. *salutor.* Adpellor, uel uocor: Χαῖρε, ποιητά. Hoc secundum Graecos, qui nomine salutant officii.

88. *Cur nescire pud. pr. q. discere ma.* [Ordo est: Cur praue pudens malo nescire quam discere?] *Praue pudens:* malo nescire quam discere.

1) olimpionicos agones γ. *uict.* ut Poll. γ. Ὀλυμπιονίκην, ut Poll. fhQ. Nihil nisi *Pollucem* hab. N Med., rvca. pugil. olympioni*ces* Cic. Fl. 13, agones Plin. E. X, 79. Totum schol. om. X Med. 2) Scholion in libris perturbatum. γ,v: more hominum dixit natum propter comediam (comoed. id est) pedem *i. uictorem et pindarum dicit anphimum* (Pindarum, *et Amphinum* fh. — dicit et amphionem v) qui ante omnes ad palmam *uenit.* X: *natum*] propter comoediam i. uictorem et pindarum dicit et *amphiones* qui ante o. a. p. uen*it.* N: *pugilem uict.* Pollucem. *et equum.* Castorem, om. *licet — uenerunt* (cafhQ). r: *et pug. uict.* pollucem licet — uenerunt. conf. C: '*pug. uict.* dedit referre olympicos agones, ὀλυμπιονίκην. *uictorem.* uincentem. Pindarum dicit et Amphionem. *equum cert. pr.* Pollucem, qui a. o. a. p. uenit.' 5) amores, *quod cor urant* C. — Conuiuia — loqui γ. Conuiuia om. NX Med., rvca. 6) et lib. comess. om. γ. a libera com*men*satione X. a liber comess. N. a libero co*mm*essationes Med. libero co*mm.* v. liberas co*mm.* r. et lib. com. fhQ. conf. C: *lib. uina.* conuiuia *diuorum. libera.* quia uina — loqui, unde Bacchus Liber dictus est' etc. 9) Diu. distr. a me γ (glossa); scholion hoc est: id est expo. — appellor, om. Dispo. — et (NX Med. vcafhQ). r nihil habet nisi: ut meis carm. ins. p. r. u. ad decor*andum* opus. NX Med.: *et* decoratum opus. 12) fhQ tantum tuentur: cur. po. appellor. rell. om. Q unc. incl. 'ad decorandum om. opus, cur poeta appellor,' quae om. G. — Ut — o*l*impicorum γ. rell. om. conf. C, qui longiora habet — — 'ut amatoria et ludicra, deorum laudes, heroum et olympicorum odis et lyrae conueniant, heroico metro bella, iambico comoedia, *tragoedia.*' 14) Varietates om. γ. Var. οἰκ. om. NX Med., rvca. οἰκονομία γ. οἰκονομίαν fhQ et C, qui addit: ordinem propositum meditationis et scriptionis. 15) Per nat. γ. rell. om. Per — didici γ,C. rell. om 16) *Ap*ellor u. uoc. γ. rell. om. XAIPE ΠΟΙΕΤΑ hoc — salutant officii XAIPE A ΛΤΡΕ (sic) γ. Hoc officii salutant, χαῖρε ποιητής. N,cafh. — Ποιη α (sic) v. Graecis lacunam reliq. G,r. *salutor* (— spat. vac. —) hoc — X Med. In longiore scholio hab. C χαῖρε ποιητά (Q). 18) Ordo — discere om. γ. — Praue pudens — praepos*u*ere erubescens, pudenter erubescen*tur* γ. rell. om. posui erubes*cens*, namque aduerb. erubescen*ter* non Latinum est. praue om. γN Med. G(Q). *cur nescire.* malos (sic) quam discere r.

pudens: praepostere erubescens, pudenter erubescens. Quare [praue] magis nolo discere quam turpiter ignorare? *Pudens praue* est ille, qui turpiter erubescit, si nescio, quare magis erubesco, discere quam nescire. Verba gratia: si nescis, non turpiter discis, si interrogaueris; sed turpiter nescis, si tacueris. Nam praue uerecundus est ille, qui erubescit discere, quod sibi commodum est. Sunt quaedam doctrinae, quae duplici scientia concipiuntur. Versum facere discis, si audieris, sex pedibus constare hexametrum siue heroicum metrum, id est, dactylo et spondeo. Ecce habes unam peritiam. Debes [etiam] alteram accipere peritiam [percipere], ut scias, quomodo sit [fiat] spondeus, [et] quomodo dactylus. O Horati, si dedisti praecepta, quare nescis? Possum scire quidem, uerbi gratia, quia iambico metro comoedia scribitur, sed quomodo fiat iambicus, nescio.

89. *Versibus exponi trag.* Aut spondeis, aut altis sensibus et uerbis. Hoc exsequitur, quod superius praemisit (u. 86): *Descriptas seruare uices.* [*res comica non uult.* Res, inquit parua et comica non debet alte tractari et difficiliter, ut tragica. Tragoedia autem alto stilo describitur, comoedia uero humili] (gaudet).

90. *Indignatur item priuatis.* Comicis, communibus, iacentibus sensibus; quasi enim priuata sunt uerba, quibus utuntur hi, qui prosa oratione dicunt. [*ac prope socco.* Soccis comoediam intellegimus, cothurnis tragoediam.]

91. *Dignis carminibus.* Id est: humilibus uerbis tragoedia non uult exponi. [Humilibus uerbis. Tragoedia enim altos sortita est sensus et uerba, comoedia uero humiles.] *caena Thyestae.* Iterum tragoedia non uult communibus sensibus exponi, id est, comico stilo.

2) — ignorare? Pudens praepos*tere* erubescens *pudens praue* est, qui turpiter *ignoret uel* erubescit fh. Glossa in γ est: Praue pudens — praepos*uere* erubescens. Ipsum schol. incipit: Pudenter erubescen*tur*. 4) non om. N. — sed NX. 5) ille om. Med. 6) sibi om. XN Med. rv (commod*atum*) ca. 6) sententia X. co*rri*piuntur N. 8) id est γ. rell. om. 9) unam γ Med., recte; sequitur *alteram.* rell. uerum. r: habes *iam* ueram. — etiam om. γX,rvca. 10) sit γXN Med., vca. fit r. fiat fhQ, ut infra. *et* γ. om. NX,vca. Orati N,r. 13) Aut γ, fh. rell. om. spondeis γ. rell. spond*aicis* (spond*iacis* r.). 14) e*xe*q. libri. — premis*it* γ. prae*scripsit* C. promiser*at* NX Med., rvca. pr*ae*miserat fh. 16) diffici*li*ter (Cic. et Colum.) NX Med., rv. difficu*lt*er (Caes. Plin. Sall.) cafhQ. — autem X. uero N. rell. enim. describi*tur* XN,r. describ*ere* Med. v. describ*i* cafh. om. Q. com*oedia* NQ. autem N. rell. com*ica* uero. 17) gaudet om. r, et recte quidem. 18) comicis γ. humilibus, comicis, iac. (om. sensibus ut fhQ). rell. om. comicis. 19) hi — dicunt om. X Med. vca. quasi pr. sint uerba utuntur (sic) r. 20) Soccis — trag. om. γ. 22) i. hum. — exponi γ. uide infra u. 92. humilibus uerbis; tragoedia enim altos sortita est sensus et uerba: Comoedia uero humiles. *Narrari caen. Thy.* Humilibus uerbis trag. exp. non uult et (ut r) communibus sensibus i. com. stylo (stilo rvQ) fhQ. — alta sort. est uerba N. Com. uero humiles om. N,rvca. 24) Iterum t. n. u. comm. — stilo γ. rell. habent: Humilibus uerbis tr. expo. non uult et comm. sensibus. i. e. co. stilo.

92. *Singula quaeque loc. ten. sort. dec.* Unaquaeque res quomodo decenter euenerit, sibi locum ita teneat. Quia tragoedia altos sortita est sensus et uerba, comoedia uero humiles.

93. *Interdum t. et uoc. com. tollit.* Sicut *Terent.* (Adelph. V, 3, 4, (790) et II, 1, 42 (196) Fl.): *O caelum, o terra, o maria Neptuni,* item ipse (Adelph. II, 1, 42): *pro supreme Iuppiter.*

[94. *Iratusque Chremes.* Comoedia de Chremete.] *delitigat.* [Id est] Valde litigat. [*tumido d. ore.* Elato sermone.] *tumido.* Id est, digno tragoedia.

95. *Et tragicus pl. dol.* Quia tragoedia semper dolores exponit. *sermone pedestri.* Humili, communi.

96. [*Telephus et Peleus.* Hi ambo diuites fuerunt et, omnibus suis bonis consumptis, ad tantam inopiam deuenerunt, ut exsules facti mendicando sibi undecumque uictum conquirerent. Mendicantes autem non humiliter sed proterue et quasi imperando petebant: Misce, fer nobis panem! Aliter: Hi quondam diuites fuerunt et [loqui] grandia uerba et tumida semper dicere consueuerunt; tandem, inopia conpellente, exsules facti sunt et mendicantes. Ideo alta et seuera uerba, quibus usi fuerant, dimiserunt, et humilibus uerbis et blandis animos spectantium mulcere coeperunt. Ideo dixit (u. 95): *Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.*] *Telephus* ab Achille uulneratus et curatus est. Peleus dicitur occidisse matrem [suam], aut Phocum fratrem; ob hanc causam exsul factus est a ciuibus suis.

exsul uterque. Aut quia uagabatur passim dolore perculsus, aut *exsul,* tristis. *uterque.* Scilicet *est.*

1) Scilicet unaq. X. Unaq. res — humiles om. γ, qui habet: Quia — humiles. 2) *e*nenerit NX,v. rell. *in*u. 4) Sicut γ. rell. ut. 5) o cel. γ. Idem locus iam supra ad Epod. XVII, 30. ipse γX. ipse *alibi* N. rell. om. 6) pro sup̄ me iupiter. γ. pro*h* sup̄me iu*pp*iter r. proh (pro Q) summe Iuppiter X,caQ. (Iupiter (vfh). *pater o* summe iupiter N. 7) Com. de Chr. om. γ. — Id est om. γ. totum schol. om. XN Med. G,rvca. 8) Elato serm. om. γX. i. digno tragoedia γ. rell. om. 10) Quia — exponit omn. libri. NX Med. G,vca addunt: hoc est (semper X) dolo*rem* (dolo*res* vca. om. Med.) describit. r insuper habet: miserias describendo. 11) Humili com*m*. γ,fhQ. rell. om. 12) *Hi — tristis* Porphyrioni adsign. Q contra librorum fidem. uide infra. schol. Hi — sermone pedestri om. γ. Pro *Aliter. Hi* (rcafhQ) habent N Med. N. *dum hi* (*ii* Med.). Dum *quondam* diuites fuer*i*nt v. 16) loqui om. NX Med., rvca. 17) dicere semper Med. X,v. semp. dicere Nr. 20) pedestri i. humili. *Peleus.* Peleus per insaniam dicitur N,r. ped. i. humili. *ut hic peleus* per ins. dicitur v. ped. i. humili. Hic Peleus dicitur ca. pedestri (om. i. humili). Telephus fhQ. 22) suam om. γ. *f*ocum γ. phoc*a* r. — ex*ul* libri constanter. 24) *exsul uterque.* om. XN Med., rvca. — percu*l*sus γN,fh. per*fu*sus Med. perc*us*sus X,rvcaQ. aut *exul* tristis γ. a. e., *id est,* tr. fhQ. om. XN Med. rvca. *uterque.* s. est. γ. rell. om.

97. *Proicit ampullas.* Fastuosa uerba, id est, irata, grandia, inflata uerba; omittit orationem tumidam. Cum enim reges essent et in aerumna uersarentur, alte loqui non poterant, summis calamitatibus mersi. [*Ampullas.* Inflata et superba uerba. Adhuc enim *ampullas* uocamus quasi inflata uasa.] *et sesquipedalia uerba. Sesquipedalia* proprie dicuntur sex pedes habentia. Uterque autem magna et elata uerba proicit, et utitur communibus ut exsul.

98. *Si curat cor spect. tetig. querela.* Si poeta curam habet, ut moueat spectatores (, id est,) si id agit, ut spectatorem flere cogat. Hic uersus et superioribus et sequentibus iungi potest. Si uult me flectere ad misericordiam, deponet elata uerba, Cor[enim] spectantis tangimus, quando idonea uerba dolore proferimus, id est, istae personae proiciunt elata uerba et uolunt auditores ad misericordiam flectere. *tetigisse.* Pro tangere.

99. *Non satis est, pulchra e. poem.* Id est diserta. Sunt quaedam poemata [per] οἰκονομίαν [composita] et probata uerba habentia, sed interdum carent uenustate. Habeant ergo haec, quae sunt probata, etiam uenustatem, et, quocumque uoluerint, [auditorem] animum auditoris trahant, siue ad misericordiam, siue ad indignationem [trahant]. *dulcia sunto.* Ethica sint.

100. *agunto.* Agant.

101. *Ut ridentibus adrid.* [Id est: adfectus omnes in animis nostris habemus ex nostra natura, et singuli mouentur, cum imagines suas uiderint in aliis.] Quia substantiae harum rerum sunt formatae in animis

1) *Fastuosa uerba* glossa *id est* — *mersi* scholion in γ. Inflata — uasa om. γ. Ordo partium scholii in libris diuersus est. NX,rvcaQ: Id est (om. r) irata uerba (ir. uerba om. N) inflata grandia omittit (dimittit r. om. Q scribens *et* or. tu.) or. tu. (tumidam arrogantemque C). Cum — mersi. *Ampullas* — uasa. Extrema pars per homoeotel. mutila est facta in r: 'Ampullas. Ampullas (sic) uocamus q. inf. uasa.' fh: 'i. irata uerba *et superba.* Adhuc — uasa. *Proiicit ampullas* i. omit. or. tu. Cum — mersi.' conf. C: — *arrogantemque.* Cum c. r. *fuissent* et in *nimia iam* aerumna — mersi. *ampullas.* fastuosa, *pompatica,* metaphor. ab ampullis, quae uasa sunt uentricosa' etc. 5) *sesquipedem* hab. fh. sesq. *uerba* pr. (dicuntur om.) sesquipedes hab. vca. 6) uterque *enim* N. — grandia fh. rell. elata. ut*un*tur cafh. 8) Si — spectatores γ. rell. om. conf. C: *si curat.* si curam habet. 9) *id est* inter duas scholii partes posuerim. 10) et sup. om. vcafh. 11) depon*et* γ. depon*it* Q. rell. depon*at.* enim om. γ. 13) Pro tangere γBφ et C, qui addit: id est, mouere ad misericordiam et flectere; quod fit, quando idonea uerba cum dolore proferimus. rell. om. 14) *pulchra* i. diserta γ. rell. om. — quaedam οἰκονομιαμ et pr. uerba (om. habentia) *set* γ. poemata . . . . lacuna . . . . et pr. uerba (om. habentia) NX Med. poemata *per oi*conomiam et pr. uerba (om. habentia) v. poemata . . . lacuna . . . et p. u. *habentia* r po. per oeconomiam *composita* et. p. u. *habentia* cafh. po. *quae* oec. et p. u. *habent* Q. 16) car. uenustate γ. rell. uen. carent. — haec om. ca. *et* haec r. 17) uolu*erint* γ. uolent X. rell. uol*unt.* — *auditorem* — *trahant.* libri. animum auditoris trahant γ. 18) *uel* ad ind. r (dign.) vc. — trah*unt* r. 19) Ethica sint γ,C. rell. om. *sunto* pro sint Bφ. 20) agant γBφ. agent C. 21) Id est — aliis om. γ. h. l.; hoc schol. pertinet ad u. 108. *Si* uiderunt X. — *omnes habemus* NX,v. 23) Quia — incendere γ.rell. habent hoc schol. ad u. 108.

nostris a natura, ut illud *Ciceronis* (De Orat. II, 45. § 188): *Ardeat orator, si uult iudicem incendere. flentibus adsunt.* Id est, praesto sunt, id est, flent et ipsi.

103. *ipsi tibi.* Qui scribis. *laedent.* Flectent.

104. *male si mandata loq.* Quasi mandata, non quasi tua sed secus, quam (quae Herm.) aut dolor mandat aut laetitia. Aliter: *mandata* a persona eius, quam loquimur; nam mandat nobis persona dictionem: quod si male dixeris, ridemus.

105. *Aut dormitabo aut ridebo.* Hoc grauius [est], quam ridebo; alterutrum enim faciunt auditores, si sine adfectu sit dictio.

105. 106. *tristia maestum Vultum u. d.* Non solum ad personarum dignitatem sed etiam ad condicionem aetatemque apta sint uerba. *uerba decent.* Quia debet seruare unicuique personae, quod est eius proprium. *minarum.* Decent. *plena.* Scilicet uerba.

107. *lasciua.* Delicata, mollia. *seria.* Grauia, necessaria, aspera.

108. *Format enim natura.* Sensus est: poeta debet formare intra se personam aptam his rebus. *Intus.* Id est, adfectus omnes habemus in animis nostris ex [nostra] natura, et singuli mouentur, cum imagines suas uiderint in aliis.

iuuat aut inpellit ad iram. Delectat nos natura, cum delicata uidemus. Nam natura irascimur, delectamur, miseremur[, quia substantiae harum rerum sunt formatae in animis nostris a natura, unde illud *Ciceronis: Ardeat* etc. uide u. 101].

110. *angit.* Ipsa natura spectatorem.

111. *Post effert animi motus.* Id est, extollit, sublimat. Id est: na-

2) *assunt in* pr. sunt *in* flent et ipsi γ. posui pro *in* bis *id est.* praesto sunt, *quia* flent et ipsi fhQ. conf. C: 'praesto sunt, et ipsi flent', addens: 'quia rerum species sunt a natura in animis nostris formatae. unde Cic. Ardeat — incendere.' rell. om. 4) Qui scribis γ. rell. om. *ledent.* flectent γ. conf. C: 'tuae calamitates, tui dolores, et fletus me *flectent.* rell. om. 6) qu*em* γNXG,rv. — mand*at* γ,CfhQ. mand*et* ca. man*eat* NXG,rv. Al. mandata — ridemur γ. rell. om. 9) est om. γ. 10) aff. libri. 12) ap*tanda* s*unt* cafh. apta s*unt* r. acta sint X. rell. apta sint. 13) eius γ,C. rell. om. Vulgo: — sint uerba et unicuique p. q. est proprium, debet seruari. γ lemma *uerba decent* interpo. habet: Quia debet seruа*re* u. p. q. e. *eius* proprium. conf. C: s. uerba γ. rell. om. Bφ. s. decent uerba. 14) Decent γ. rell. om. 15) hoc et seq. schol. om. NX Med. G,rvca. scholion ad u. *seria* om. etiam γ. conf. C: '*seria.* honesta, datura, leuitate carentia, grauia, necess. aspera, sed et in familiaribus sunt seria.' etc. Bφ: uerba sine risu. i. seuera ad dicendum — rebus. Natura ca. 17) aptam; Q. his rebus natura quippe delectat, cum delicata uidemus fhQ. — Id est: affectus — aliis γ. rell. habent hoc schol. ad u. 101. nostra om. γNX,rca. Posui lemma *intus.* conf. C: *intus.* inanimo: nam affectus — *a* natura — aliis. 20) lemma *iuuat* interpo. γ. 21) quia substantiae etc. libri praeter γ. 22) *ut* illud NX,rca. *et* ill. Med.. v. *unde* ill. fhQ. 24) Ipsa nat. spect. γ. rell. om.

tura, quae me deiecit rerum miseratione, extollit prosperitate, et modo deducit*) ad humanitatem (humum), modo ad iracundiam.

112. *Si dicentis erunt fortunis absona dicta. Fortunis.***) Ductionibus Inductionibus?). *Absona.* Discrepantia. Id est: Si non conueniunt uerba loquentis fortunae, ridebunt Romani. *dicentis.* Cuius uerba inducuntur.

113. *peditesque.* Hoc est uulgus. *cachinnum.* Id est, effuse ridebunt.

114. *Intererit multum.* De personis formandis. [In personis formandis dicit]. *diuusne loq. an heros.* Non solum ad personarum dignitatem, sed etiam ad condicionem et aetatem aptanda sunt [esse] uerba. *diuusne loq. an heros.* Unicuique personae proprius actus aptandus est.

116. *Feruidus.* Id est, adulescens. Scilicet *an. sedula.* Ab officio; parata ad obtemperandum.

117. *uagus.* Qui passim nauigat [, ut E. I, 1, 45): *Inpiger extremos currit mercator ad Indos*]. *uigentis.* Ferentis, feracis.

118. *Colchus an Assyrius, Theb.* Nam Colchus non nisi saeuus inducendus est, Assyrius astutus, [et] callidus [et diuitiis affluens]. Ne inducas Argis natum timidum, aut Thebis facias inperitum.†) *Colchus.* Saeuus, inhospitalis. *Assyrius.* Diuitiis adfluens. *Thebis nutr. an Argis.* Nam Thebani infelices sunt, Argiui uictores et felices.

119. *Aut famam seq. aut sibi conu. finge.* Omnis poeta aut certam historiam dicit, aut *fingit.* Si ergo certam scribis, famam sequere, aut si

2) *humanitatem* libri. Düntzer uoluit *humum,* quod ex antecedentibus (*inpellit ad iram* Aut *ad humum* — maerore graui deducit —) ueri speciem adsumit, sed absolute, id est, non addito maerore, in explicatione uix admitti poterit. Bφ: '*ad humum.* Pro habitu tristi, qui solet respicere terram.' 3) Ductionibus γ. rell. om. Scribendum est ad sensum, non ad u. *fortunis in*ductionibus. Cic. Orat. III, 53. Inu. I, 51. 4) Discrepantia. id est γ,C. rell. om. si fortunae *sis* (sic) uerba loq. non conuenient r. 5) Cuius uerba ind. γ. rell. om. conf. C, qui tuetur lect. uulg. *uerba* loq. fortunae, pro qua Q tacite inculc. *uerbis* loq. fortunae. Patet enim, uerba (dicta Hor.) conuenire debere fortunis, 'interprete lingua', non fortunas, quae praesto sunt, uerbis, quae illis a poeta sunt adconmodanda. Bφ: '*absona dicta.* inconuenientia uerba materiei et euentui rerum.' 6) Hoc est uulgus γ. rell. om. C: nobiles et *plebeii.* conf. Porph. (plebs). 7) De pers. form. γ. rell. om. In pers. — uerba (fh) om. NX Med. G(Q),rvca. conf. schol. ad u. 105. In personis form. dicit om. γ. 9) diuusne — sunt uerba γ. *esse* uerba fh. qui lemma postpo. 10) Unicuique — est cum lemmate florente iuuenta γ. *form*andus NX Med., rvca. *apt*andus γ,fhQ. 11) Id est ad*hu*lescens. s. an. γ. rell. om. ab officio par. ad opt. γ. rell. studiosa, officiosa, ad obt. pa. (*o*pt. v). 13) ut — passim *uagatur* N. *Indos* om. γ. 14) *uigentis.* Ferentis, feracis γ. ui*r*entis. fertilis, feracis C. rell. om. 16) et om. γXN Med., rvca. et diuitiis affluens fhC. rell. om. uide infra. *Ne* γ. rell. nec. 17) t*u*midum γ. — imper*ium* γ. imperitus X. peritum fhQ. rell. *im*peritum. *Colchus* (Cholchus r) saeu. inhosp. γ et C, qui addit: 'inducendus est, hinc Medea' etc. 18) *assirius.* diuitiis *fluens* γ. C: '*Assyrius.* astutus, callidus, diuitiis affluens.' uide supra. 19) nam th. *felices* sunt γ. conf. C: *Thebis.* qui erant imperiti et felices. *Argis.* Argiui audaces, felices, uictores. 21) dicit γ,C. rell. tangit. — cert*um* NX Med., G,rva.

*) deducit ad *humilitatem* (Cic. Inu. I, 56)? — **) condicionibus Hirschfelder. †) imperiosum C. Hermann.

fingis, habeat artem et uerisimilitudinem figmentum tuum. Aliud praeceptum: aut notam historiam scribe, aut uerisimilia finge.

120. *Si forte reponis Achillem.* Scriptis tuis recondis, quasi iterum reducis ac reddis uiuum carmine tuo. *Vel* etiam *reponis,* scribis aut transfers, quod alii dixerunt de ipso. APVD COMMENTATOREM sic inueni relatum: Apud antiquos tragoediarum comoediarumque scriptores cum primum in scenam prodirent, fauorabiliter excipiebantur, etiam si male agerent, ut illorum ad scribendum iterum adlicerentur (alligarentur) animi, et praetore cogente totam necesse erat peragi fabulam. Si uero iterum male egissent, incipiebant derideri, et ideo dixit *reponis,* quasi: *iterum profers.* ALII sic exponunt: *poni* dicitur *agi,* uel *scribi; reponis* igitur [itidem] *iterum scribis.* Si ergo Achillem, de quo semel Homerus scripsit, uelis scribere talem, debes facere, qualem Homerus ostendit. [Aut] *reponis,* id est, *ad imitationem Homeri* [*de*]*scribis.*

120. *honoratum.* Inlustrem, honoris plenum.

121. 122. *Inpiger, ir. inexor. acer Iura — armis.* Qualis et ab Homero inducitur. Deest *sit,* ut sit superbus, ut sit contemptor (legum?). [Velox, sit in tuo carmine, ut miles: qualis ab Homero inducitur, talis a te scribatur. *Acer* Superbus et contemptor. *Iura neget s. n.* Neget se legibus constringi, sine lege omnia faciat et sic eum scribe, ut non curet de lege, prae potentia sua, non propter ignorantiam.]

Iura neget sibi nata. Nesciat leges pro potentia, non propter ignorantiam. *nihil non adrog. armis.* Nihil sit, quod non speret perpetrari per arma, quantum ad se spectet. Quia unusquisque fiduciam suam priuatam credit, non existimans esse communem: ut sit praesumptor, ut habeat fiduciam uincendi, ut omnia armis [de]uindicet.

1) similitudinem ueri C. rell. cert*am.* — Aliud — finge γ. rell. om. 3) Vulgo: *Si* scr. t. recondis *et* quasi. Si om. γ. *et* om. γ. Si scriptis t. rec. et om. NX Med., rvca. conf. C. 4) red*des* γX,v. 5) *quia* alii γ. — Apud commen*tatorem* γX,fhCQ. ap. co*m*enta*tores* N,r. ap. commenta*rios* Med., vca. 8) a*lliga*rentur γN Med. G,rv. all*ega*rentur X. rell. allicerentur. adlegare *in* Iustin. XXIV, 1. *quaestione* noua Cic. Rab. Post. 6. *lege* Cic. Or. III, 45. 9) praece*ceptore* X,r. praeceptor*em* N. 6—11) *Apud antiquos — profers* scholion Porphyrionis integrum est. 11) agi NX Med. G,vca. ag*ere* r. *per*agi γ,fhQ. 9) profer*es* v. — dicitur agiliter *uel* scribi X. reponi. *id est agiliter* scribi N. *poni* dicitur agiliter scribi rca. p. d. *aliter* scribi v. rep. igitur i. *itidem* scri*bi* γ. Si itidem γNX Med., rvafh. ite*rum* (G?)Q. conf. C. om. c. 12) *de* quo γN,rvca. Suringar. p. 34. rell. om. de. 13) debes *describere* X. deb. *scribere* N,vca. om. γ. — Aut om. γ. 14) i. γ. rell. om. scribis γ. rell. *de*scribis. 15) *honoratum* i. honoratum (sic) illust. ho. pl. γ. rell. om. 16) Lemma *Impiger* amplificaui. — Qualis — contemptor γ. conf. C: 'sup. sit, qualis, om. et, ab Hom. describitur. *inexor.* durus, superbus. *acer.* fortis, δεινός. *iura neget.* sit contemptor legum.' rell. om. 18) Velox — ignorantiam fh et Q, qui uncis incl. *prae* pot. s. n. pr. *ignorantiam,* quae uerba om. N Med. XG,rvca. 22) Nesciat — ignorantiam γ. rell. om. *pro* pot. γ. rell. in scholio praec. *prae* pot. 24) Verba *quantum* — armis deuind. Q interpolata putat. 25) aestimans cafh. e*x*timans v. om. r, quae per homoeotel. habet quia un. fiduciam uincendi

123. *Sit Medea ferox inuictaque.* Peruicax. [Medea dum dii in domo sua haberent hospitium dumque nihil carius haberet, filios suos ad comedendum adposuit. Ideo *ferox* et crudelis est. *Inuictaque* autem peruicax.] *flebilis Ino.* Propter amissionem filiorum. Athamas [enim] maritus eius unum persecutus occidit, alterum, dum [eum] sequitur, fecit in mare desilire, quorum mater luget interitum. ALITER: Ino uxor Athamantis [dementis] fuit, quae furorem mariti fugiens se praecipitauit in mare cum filio, et [ipsa] dicta est Leucothea, || et (ut?) filius eius Palaemon, qui ante Melicertes dicebatur (Inous a matre dictus est?).

124. *perfidus Ixion.* Moris erat apud Antiquos, ut ante ductas uxores nuptialia munera ultro [generi] soceris darent. Ixion ergo cum filiam Deionei*) accepisset uxorem, et dotem daret inuitus, scrobem fecit ingentem, quam igne repleuit ac summam leuiter cinere contexit. In hanc socerum, quem simulans ad caenam inuitauerat, mersit, ac sic passus est uiuum illum exuri; ob hoc *perfidus* ille dictus est. Siue quia, dum conuiua Iouis esset, Iunonem de stupro temulentus ausus est adpellare. ALII dicunt, quod ideo perfidus dictus sit, quod concedente Ioue coiit cum Iunone, et postea patefecit. *Io uaga.* [Quod secreta sibi commendata mutata in uaccam publicauit.] Quae in uaccam mutata ad Aegyptum peruenit facta Isis regina Aegypti. *tristis Orestes.* Propter conscientiam [quia matrem demens interfecit].

125. *Si quid inexpertum.* Id est: si nouum poema scribis et fingis nouam personam, caue, ut sit constans usque ad extremum.

126. *Personam formare nouam.* [Nouam materiam.] Materiam alicuius personae. *formare.* Instituere. Materiam alicuius personae uel fabulam, quam coeperis recitare in scena.

habet. Peruicax γ et C, qui plura addit de Medea. Medea — peruicax om. γC. — *de*uindicet omn. libri. uerbum non Latinum. Scribendum est *uindicet.* Q inculc. deuin*cat.* Homines, populi, ferae deuincuntur, non res, iniuriae. Cic. Quint. 7.

3) Inuicta autem peru. fhQ. rell. om. 4) enim om. γ. 5) fecit in mar*ia* (rell. mare) desilire γ,fh. rell. *cecidit in mare.* quorum mater luget interitum γ,fh. rell. quorum exi*tum* (exi*tium* N. exit*us* X) flet mater. 6) aliter γ. Alii sic fhQ. rell. om. — dementis om. γ,C. 8) ipsa om. γ. Pro *et* lege *ut,* ne minus durum sit. conf. C: — qui Melicertis an*tea* dicebatur, *qui etiam Inous a matre dictus est.* Scholion *Moris erat* — ob hoc perfidus dictus est etiam Porphyrionis est, uide infra. 13) In *hanc* γbN,r (h*u*nc). rell. in *hac.* 14) uiuum illum γb. rell. ill. uiu. 15) *Set quoniam* dum conuiua γ. *Siue quia* dum co. b. rell. Siue dum. 17) sit om. γ. coiit γ. cum Iunone. concubuit cum iu. b. rell. cum Iunone concubuit. 18) Quod — publicauit om. NX,rvca. 19) Quae — eg*i*ptum — *y*sis — *e*gypti γ. rell. om. 20) propter *factam* conscientiam γ. rell. propter consc. quia m. d. interfecit. 22) Id est — extremum γ. conf. C. rell. *Si quid inexp.* Nouum. Si quid, inquit, [non] probatum uis recitare, et nouum poema scribens nouam personam fingere, caue — extremum. non om. cafh. et nouum — fingere om NX Med., rvca. 24) Mat. al. pers. γ. *nou.* fabulam C. instituere γ,C. rell. Nouam materiam 25) Materiam — cep. recitare in sce*nam* (sic) γ. *) Eponei γ Med. NX,vca (exponi r). Epenei fhQ. posui *Deio*nei. Diod. IV, 71. Schol. Il. XI, 268. Muncker ad Hygin. 48 et 155.

127. *et sibi constet.* [In se finiatur materia, nec ad aliud transeat.] Ne transeas ad aliam, antequam illam finias.

128. *Difficile est.* [Satis difficile est, dicere, communia uerba, ita ut auditor cogitet (esse), propria dicentis.] Hoc interrogatiue; ait enim, dictum difficile esse, communia propriis explicare uerbis.

communia dicere. Id est: dicere intacta; nam quando intactum est aliquid, commune est: cum semel dictum ab aliquo (alio), fit proprium. Item *communia* i. e. non ante dicta, quia, si quid [dictum ante sit est proprium; quod si quid] dixeris, iam tuum est proprium. *Communia* autem dixit, quia, quamdiu a nullo sint acta uel dicta, singulis aeque patent ad dicendum; ut uerbi gratia: Quemadmodum domus aut ager sine domino communis est, occupatus uero iam proprius fit, ita et res a nullo dicta est communis.

128. 129. *tuque Rectius, Iliacum carmen.* [Hoc interrogatiue: At enim, dicunt, difficile est communia propriis explicare uerbis?] Melius in fabula.

actus. Ab agendo, [neque] non solum facilius sed honestius.

deducis in actus. [Comoediam aut tragoediam scribens. Tutius dicuntur usitata quam ignota] Elicis, aut tragoediam scribis.

130. *Quam si prof. ignota.* Id est, melius dicis usitata quam ignota.

131. *Publica materies priuati iuris.* Docet, quomodo adgrediatur aliquis carmen iam ab aliquo scriptum. *Publica materies.* Materia iam dicta, iam ab alio edita [aliquo descripta]. Sensus hic est: Nota, inquit, materia tum uidebitur quasi propria uniuscuiusque [esse], si nouo et non usitato genere elocutionis ornetur. ALITER: *Publica materies priuati iuris erit.* Id est: etiam dicta materies, si eam cum arte fueris interpretatus, si non totam eam uelis persequi et singula communi fide imitari; nam quae-

1) In se — transeat om. γ. *Non* transeas — finias γ. rell. om. 3) Satis — dicentis om. γ. Hoc — uerbis γ. rell. om. h. l. uide infra u. 128. 129. 4) cog. *esse* pr. di. vca. cog. *pr. esse* di. r. 6) *quoniam* intactum (om. est) aliq. r. 7) cum om. γ. — *alio* fit N. sit rca. 8) conf. C: 'non ante dicta *a quoquam, quae patent omnibus*, quemadmodum domus — dicta communis.' dictum — quid om. γ et v, quae habet: *quasi* siquid dixeris tuum *ante* est proprium.' *quasi* siquid N,r. 9) dixeris *tuum esse et* est prop. r. 10) *s*int γ. rell. *s*unt. *a*pta X. aperta r. 11) ut om. fh. — aut γ. rell. uel. 12) occupatus — communis om. γ. — r scholio adiungit: dicta uero priuata. 14) Hoc — uerbis om. γ. h. l. uide supra, et NXG,rvca. 15) Melius in fabula ab agendo. γ. interposui lemma *actus.* conf. C: *pro* fabula, ab agendo. fhQ· 'sed tu (om. Q) melius dices usitata, ex fabulis, *neque* solum facilius, sed (Q interpo. et) honestius. rell. om. totum schol. 17) Comoediam — ignota fhQ. om. γ et rell. 18) Elicis aut tr. scribis γ. rell. om. conf. C: — scribis *fabulam* aut tragoediam. rell. om. 19) Lemma interposui. Id est — ignota γ. rell. om. 21) Materi*a* om. Q. *iam* alt. γ. rell. om. ab alio edita γ. rell. ab aliquo descripta. 22) hic γ. rell. om. Sensus *est* N,fhQ. rell. Sensus. 23) *tum* γ. *nunc* fh. rell. *tunc.* — esse om. γ. 24) Aliter — si γ. rell. Id etiam — si. 26) totam eam γ. rell. eam totam. materies dixit — materies est om. G.

dam praetermittere debes. Et poetica licentia pro materia *materies* dixit; *materies* enim lignum est. *Publica, inquit, materies* est, ut est bellum Troianum, proprie tua fiat (fiet) et quasi a te inuenta, si non uerbis*) uilissimis explicetur. *priuati iuris erit.* Fit quasi tua.

131. 132. *si Non circa uilem.* [Si non feceris carmen tuum speciosum et amplum ex alieno sensu; licet enim quaedam sumere, sed non multa. *Vilem:*] Poema tuum uile facis, si uolueris totum orbem circumire, id est: si totum poema mutare uolueris alienum, id est, uacuum, inanem, quia uilem facit te totus orbis ad finem ductus, id est, totum carmen, tota materia. [Poema tuum uilem te facit, si uolueris totum orbem mutare uolueris alienum].

patulumque. Qui tibi patet ad dicendum. *moraberis.* Id est: si non in iisdem uerbis sensibusque uerseris, quae ab aliis dicta sunt, ne magis interpres fias, quam uerus dictor (doctor?). *orbem.* Cyclum, κύκλον, dicit; namque κυκλόω [κύκλον] dicunt Graeci. *orbem.* Plenitudinem carminis.

133. 134. *Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus Interpres.* Id est: noli curare singula uerba interpretari, ne facias poema tuum uile; interdum enim inueniuntur, quae in latinitatem conuerti non possunt. Ideo non debes persequi omnia, quia sunt, quae inplere non possis, aut quae conuersa in Latinum placere non possunt. Sensus est: Si quid transfers, non, inquit, fideliter est interpretandum[, id est, uerbum ex uerbo].

nec desilies imitator in artum. Nec in has angustias descendendum. Id est: noli adgredi locum difficilem, unde te explicare non poteris, nec te ita imitatione siue aemulatione obstringas, ut procedere uel progredi longius erubescas. Nam pudor uetat nos a maioribus incipere, et in exiguum desinere, quia pudendum est, inchoata deserere.

2) inquit γ. *autem* NX,r. *enim* vca. om. fhQ. — est γ. materies *hoc est uel* bell. r. rell. om. proprie om. rvca. 3) tu*a* (sc. materies) γ. rell. tu*um*. fiet r. inuen*ta* γ. rell. inuen*tum*. — uerbis uil. γ. rell. uil. uerbis. 4) Fit γ. recte. rell. fi*et*. 5) Si non — Vilem om. γ. Poema tuum — alienum γ. rell. om. uide inferius. 9) facit te γ. rell. te fa. — d*i*ctus γ. — circuire N. — tota materia (to*tam* mater*iam* r) *Aliter*. (id est v) si non in hisdem (iisdem v) — dictor rvca. 11) imitari, om. uol. alien., rvca. 12) Id est — dictor om. γ. 13) hisdem γNX,r. uer*teris* ca. qu*i* fh. — *ne* mag. γN,v. *ut* r. rell. *ac*. *dictor* omn. fere libri. uox Augustini. doctor X. 14) κύκλον dicit. namque κυκλωκω (sic) di. greci γ. cyc*lon* (bis). in r ante et post *namque* spat. uac. relictum, in N uoci κύκλον, in X uoci cyclum. Voci Cyclum addidi κύκλον, et scripsi κυκλόω. conf. C: 'κύκλον dicunt Graeci. hinc κυκλόω, id est, in orbem duco, circumeo.' conf. *cyclicos* infra ad u. 136 et Porph. ad h. l. 15) Plenit. carm. γ. rell. om. 18) Ideo — descendendum om. X. 20) poss*u*nt γ. rell. poss*i*nt. — *set* (saepe confund. cum *si*) quid γ. transferes γN. 21) non *erit* inq. fid. interpr. fh. id est, uerbum ex uerbo om. γ. Lemma huc posui non ante: *Id est: noli*, ut fh, neque ante *sensus est*, ut Q. 22) conf. C: '*nec desilies.* id est, non ita fideliter debes imitari, nec in eas angustias descendere *obscuritatis difficultatisque* unde t. e. non *possis*? 24) te ita γN. ita om. fh. rell. ita te. 26) definire. rell. des*in*ere. in *concinnum* des. Med. *) *usitat*issimis C. Hermann. (Non c. *uilem* pat. mor. orbem. Hor.).

135. *aut operis lex.* *Operis lex* est, ut coepta perficiantur.

136. *Nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim.* Aliud praeceptum; et hoc est, quod praecipit: Noli a grandibus et ab elatis uerbis incipere; nam omnis poeta debet paulatim crescere. *Cyclicus* poeta est, qui ordinem uariare nescit, uel qui carmina sua circumfert, quasi circumforaneus; aut nomen proprium *Cyclicus* et significat *Antimachum*†) poetam. Aliter: *Cyclici* dicuntur poetae, qui ciuitates circum eant recitantes (sua scripta C).

137. *Fortunam Priami cantabo et no. bellum.* [Inquit ille] *Antimachus* sic inchoauit.

138. *Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?* Id est: hoc coturno. Quid dignum tanto prooemio et tanto ore possit adferre?

[139. *Parturiunt montes.* Qui a maioribus partibus incipit et in processu uilescit, dignus est risu.]

139. *Parturient montes.* *Parturient montes* dixit, quia a maioribus uersibus incipit, et in processu uilescit [dignus est risu].

140. *Quanto rectius hic.* Homerus, qui nihil incipit inepte. *qui nil molitur inepte.* Conatur scribere.

141. *uirum.* Ulixen dixit.

143. *Non fumum ex fulg.* *Fumum ex fulgore* facere dicuntur hi, qui incipiunt a [maiori] maioribus uersibus.

144. *Cogitat.* Ut in processu mira dicit. *miracula.* Exempla. promat. Scilicet *cogitat.*

1) apta X Med., vca. ap*te* N. *c*epta γ,r. rell. *coe*pta. *in*cepta C. 3) praece*pit* γX,vcafh. rC. om. et — praecipit. praec*i*pit N Med. G(Q). gra*nd*ibus γNX Med., r. rell. gra*u*ibus. 5) circumfor*anus* γ,v circum*foraenus* Med. circum*formis* N. circum*formans* r. rell. circum*foraneus* a *foro,* ut Cic. Att. 1. Cluent. 14. Nullus liber habet circumferaneus a *fero.* conf. Apul. Met. III, p. 130. IV. p. 148 Elmenh. 6) poetae γ. rell. om. 7) qui ciu. cir*cumeant* rec. γ. non circum*meant,* quod uerbum Tertulliani est. rell. aut: *circum ciu. meant* ut NX Med. rvcaQ, aut: c. c. e*u*nt fh. 8) Ant. sic inch. γ. rell. Inquit ille Ant. 10) id est *in* hoc co*t*urno γ. dig. tan*tum* p̃mio = praemio γ. i. e. coturno rv. quid dig. t. ore et t. premio p. aff. N. t. premio (= G) et t. o. poss*et* (CQ) aff. X. pr*ae*mio Med. v. pr*oo*emio cafh. pro*h*emio r. pro*h*em. Q. 14) Parturient omn. libri. Parturient montes *dixit quia* γ. *quia granditer* inc. et *postea* uilescit C. rell. *Qui,* om. *pa. mo. dixit.* 15) uersibus γ, ut infra. om. X. rell. partibus. — dignus est risu om. γ. 17) Con. scr. om. NX. Med. G,rvca. 18) Ulixen dixit γ. rell. om. 20) qui inc. a maioribus uersibus γ. rell. qui a *maiori* inc. 21) Ut in p. m. dicit γ. rell. om. — Exempla γ. rell. om. 22) s. cogitat γ. rell. om.

†) Bφ: *scriptor cyclicus. Antimachum* significat Graecum poetam, qui reditum Graecorum a Troia describens in XXIIII libros dilatauit ante (sic) VII duces ad Greciam adduceret. Unde et dictus est *ciclicus,* quasi *circulator* (conf. Cels. V, 27. Pollio in Cic. E. ad Diu. X, 32. circulatoria iactatio Quintil. II, 4, 15 — aliae significationes —), eo quod superfluas ambages et *circumitiones* in carmine suo posuerit. A*m*monet ergo poetam bonum, ut non sit eius imitator sed breuitati studens non fiat oneri lectoribus.' Lege Quintiliani iudicium Inst. or. X, 1, 53. Plutarch. Timol. p. 253.

145. *Antiphatem.* Lami filium dicit, qui Formianum oppidum condidit. Laestrygones sunt dicti saeui homines, ex quibus fuit Antiphates. Dicit autem ipsos Laestrygones, ad quos Ulixes delatus est, qui humana carne uescebantur.

146. *Nec reditum Diom. ab int. Meleagri.* Meleager et Tydeus fratres fuerunt. Antimachus poeta reditum Diomedis narrans coepit ab exordio primae originis, id est, coepit ab interitu Meleagri. Hic [uero] praecipit longo prooemio non esse utendum. Superfluum itaque initium declinans *Maro* sic inchoauit (A. I, 34. 35): *Vix e conspectu Siculae telluris in altum Vela dabant.*

147. *nec gemino bell. Troianum ord. ab ouo.* Id est, [a] Castore et Polluce. *Gemino* [autem] aut utriusque sexus, aut magno, aut pro trigemino.*) Id est: nec Troianum bellum coepit ab ouo, ex quo geniti sunt Castor et Pollux. Et est ὑπαλλαγή [gemino principio, uel a gemino ouo, quia Pollux quidem erat filius Iouis et Ledae, Castor uero Tyndari et Ledae. — *ab ouo.* A natiuitate geminorum Pollucis et Castoris, qui ouo nati creduntur ex Ioue qui in forma cycni conpressit matrem eorum. || Bonus poeta, inquit, qui uult describere reditum Diomedis, principis Graecorum, a Troia in Graeciam, non ex eo tempore incipit narrare facta eius, quo rediit uictor, interfecto gigante Meleagro, sed potius ab incendio Troiae. Similiter qui bellum Troianum narrat, ex illo tempore non incipit, quo Iuppiter sub specie cycni cum Leda Helenae matre concubuit, sed quo Paris Helenam rapuit.]

147. *orditur.* Id est, incipit.

148. *Semper ad euentum festinat.* Scilicet Homerus. Id est, ad id, unde ordiendum est, quod dicunt Graeci: πρὸς τὸ προκείμενον, aut *semper ad euentum festinat,* id est: odit longa prooemia. [Ita aperte principia dicit, ut ex iis facile exitus cognoscantur.] Cogitans fastidium lectoris ad exitum operis properat, ideoque non est longius ab origine inchoandum.

1) formia*n*um γNX Med., rvC. rell. Formia*r*um. ager Formianus Liu. X, 31. colles Hor. C. I, 20, 11. etc. 10. Ordo hic est in C: Notat Laestrygones, ad q. d. l. Ulysses, qui h. c. uesc., ex. q. f. A. Lami filius, qui Formianum op. condidit. 2) *les*tr*i*gones γ. laestrygon*as* N. lestrygon*as* r. 4) uesce*ba*tur fh. 6) cepit ob exo. pr. orig. i. cepit ab γ. 7) uero om. γ. 8) non esse utend. γNX,r. rell. non u. esse. *initi*um cQ. rell. *uitium.* 11) a om. γ, rvca. aut γ. rell. *autem.* 12) sexus magno c. 13) ge*m*ini sunt γ. 14) gemino — rapuit om. γ. Alii, ut Med. NXG,rvca post *matrem eorum* (*illorum* NXG,r) om. Bonus — rapuit. 17 et 22) cygni libri. posui cycni, ut supra. — Post u. eorum (illorum) (cigni matrem illorum *cognouit* N) libri supra dicti pergunt: Abinde ordiendum (ordinandum r), quod Graeci dicunt . . . (lacuna NX,r) . . . cycnon Med., rca. Vide schol. ad u. 148. 24) i. incipit γ. rell. om. 25) s. homerus γ. rell. om. 26) dicunt greci γ. rell. g. dicunt. ΠΡΟϹ ΤΟΥ ΡΟΚΟΥΝeΝΟΝ (sic) γ. πρὸς τὸ προσκείμενον fhCQ. rell. *cycnon,* ut supra diximus. Verba *Ita — cognoscantur,* quae uulgo priori parti *Id est — prooemia* anteponuntur, in γ inferius leguntur. 29) *lucidius* ab orig. γ. inchoandum γ,fhQ. indicandum N,v. *iu*dicandum X,r. abscedendum ca. om. C. *) C. Hermann uoluit: aut *patre* gemino; bene, sed conf. Plaut. Mil. III. 1, 122. Liu. I, 24. 25. Colum. III, 8.

Sic Ilias Homeri a precibus Chrysae sacerdotis incipit, et Odyssea a concilio deorum.

148. 149. *in med. res Non sec. ac not. auditorem rapit.* Ita aperte principi adicit, ut ex his media facile noscantur, id est: adducit bonus poeta auditorem [suum] quasi ad nota, hoc est: ita a medietate incipit, quasi superiora nota sint. *ac notas.* Quasi ad notas.

149. 150. *et quae Desperat tractata nit. po. rel.* *Tractata.* Dicta. Id est: bonus poeta relinquit ea, quae placere non possunt, hoc est, praeterit ea, quae in tractatu ingrata sunt.

151. *Atque ita mentitur.* Docet, quomodo falsa confingas. Ita mentitur, scilicet Homerus, ut omnia congrua uideantur. Non ad uituperationem Homeri refert, nec enim ueritatem poetae pollicentur, sed discrepantiam in eo, quod fingunt, uitare debent. *sic ueris falsa remiscet.* Pro *con*miscet, mutata praepositione, ut (A. II, 52): *uteroque recusso* pro *con*cusso [, et apud Poetam: *sic ueris falsa remiscet,* pro commiscet].

153. *Tu, quid ego et populus mec. desid., audi.* *Tu.* Scilicet, qui scribis. Id est: quid ego et populus desideret, id est, quid libenter audiant omnes, percipe, o scriptor.

154—156. *Si plosoris eges aulaea manentis et usque* etc. Id est: quid quisque usque eo exspectet, donec tollantur aulaea ad finem peractae comoediae. Si uis, inquit, exspectare populum usque ad finem fabulae tuae, donec dicat actor: *Vos, ualete et plaudite!* Et si uis exspectare plosorem, donec tollantur aulaea, mores uniuscuiusque aetatis obserua. *plosoris.* Plosoris et pl*au*soris legitur; nam et pl*o*dere Veteres et pl*au*dere dicebant, ut cl*u*dere et claudere. *Si plosoris.* Id est, fautoris. Id est: laudari si uis. *aulaea.* Antea qui ludos dabat, aulaea suspendebat, quae in fine ludorum deponebantur. *Aulaea* autem dicta eo, quod in *aula* Attali regis inuenta sunt, deuicto eo. [*manentis.* Exspectantis.]

1) chrysidis r. crisidis γNXG. rell. Chrysae (Chryse a). odiss*ia* γ, ut supra. 4) ex his media fa. γ,C (ex his fa. media). rell. ex iis facile exitus. om. N. noscantur γ,C. rell. *cogn*. 5) suum om. γ. 6) Quasi ad notas γ. rell. om. cf. C: *ac.* quam. *notas.* planas et apertas. 7) Dicta γ. C: descripta, dicta. 10) docet *quomodo* γ,vca. Docet — confingas om. r. rell. doc. quemadmodum. 11) s. homerus. Non ad uit. γ. mentitur Homerus. Non ad uit. rva. rell. om. 14) *ut* ap. γ,rvca. et X,fh. 15) *si non* ueris γ,rvca. Sin fh. Cum nullus exstet locus, in quo Vergilius uerbo *remiscere* usus fuerit, scholion confusum uidetur et sic legendum: 'Pro co. mu. praepositione, *ut apud Poetam* (A. II, 52) — concusso', omissis extremis uerbis, in quibus secundae personae remisc*es* — commisc*es* uulgo (X,vcafh) seruatae sunt. remisc*ens* — commisc*ens* r. rec*lu*so rvca. 16) Tu s. qui scribis γ. rell. om. i. quid ego et pop. desid. γ. rell. om. 17) audi*unt* γ. 19) Lemma longius Si plosoris — etc. interposui. 25) cl*u*d. et claud. γ. rell. cl*au*d. et cl*u*d. — i. fa*u*oris γ. fautoris fh. conf. C: '*plausoris.* fautoris, *laudis*, si uis laudari.' — Id est. laudari si uis γ. rell. om. 26) *Antea* (vca) qui lu. da*bat* aul. suspende*bat* qu*i* γ. Vulgo: Qui lu. dab*ant* aul. suspende*bant* quae etc. *Aulea. nam* qui tud. dabant r. 27) a*t*ali

155. *donec cantor 'Vos, plaudite!' dicat.* Id est, actor. Id est: donec, finita fabula, tollantur aulaea. *Cantorem* uoluit adpellare eum, qui hoc in imo dicit. [*plaudite.* Haec erat consuetudo in consummatione tragoediarum.]

156. *Aetatis cuiusque no. s. t. mores.* [Ac si diceret: si debes loqui de iuuenibus, non des eis proprietatem senum aliusue aetatis.]

157. *Mobilibusque dec. nat. d. et annis.* Currentibus, quia semper labuntur anni. *naturis.* Quae certis temporibus mutantur, annis scilicet accedentibus. Et est magnum epitheton [*mobilibus*]; quid enim natura mobilius? Puero, adulescenti et maturo seni τὸ πρέπον, id est, decus tribuendum est. *annis.* Ad aetatem rettulit; *naturis* (ad utrumque sexum). Ut scias, quemadmodum debeat uir loqui, et quemadmodum mulier.

158. *Reddere qui uoc. iam scit puer.* Qui iam potest fari, ut *Maro* (A. I, 409): *ac ueras audire et reddere uoces,* id est, puer, qui iam potest loqui. Sunt enim pueri, qui, quamuis agnoscant quaedam, tamen non locuntur, quale est illud apud *Poetam* (B. IV, 60): *Incipe, parue puer, risu cognoscere matrem.*

et pede certo. Qui incedere potest, iam firmo uestigio et incessu; nam infantes certum pedem non habent, quia tremunt membra eorum.

159. *Signat humum.* Inprimit uestigiis suis.

paribus colludere. Cum aetatis suae aequalibus ludere. Sic scribendus est atque formandus, ut cum paribus ludat, non cum sene.

159. 160. *et iram Colligit ac ponit temere.* Sine ratione; nam pueri et sine causa irascuntur et temere, illos decet, iram deponere. Colligit. Irascitur. *ponit.* Desinit irasci.

γ,v. 28) exsp. om. γ (sed serior manus saeculi XIV. expectantis supra manentis posuit) NX Med., rvca.

2) tollatur, om. aulaea, γ. — qui *in hoc mimo* dicit (dici*tur* N) γN. in hoc *mymmo* r. in hoc imo v. hoc in imo cafhQ. cf. C: '*cantor.* recitator, actor, mimus.' 3) Haec — tragoediarum om. γ. 4) Ac — aetatis om. γ. 6) *mores.* qui certis temp. *in*mutentur annis scilicet *ante*cedentibus γ. 8) est magn*us* om. et X,v. — *mobilibus* add. Q. Distinxi post *mobilius,* sequentia uerba *Puero — tribuendum est* inter se coniungens. Nam lectio in fhQ: quid enim natura mobilius puero adulescente et *maturo sene.* [? *decor.*] τὸ πρέπον, id est, *decorum cuique proprium* trib. est' ideo inepta est, quod *ma*turus senex *natura non mobilis* est. Quaerit autem interpres: quid est mobilius *quam natura?* Mobiles annos iam explicuerat. 9) adolescen*ti* (ad*u*lescen*ti* τ) NX Med., rvca. sen*i* XN Med., rv. rell. sen*e*. ad*h*olescen*ti* et maturo sen*i* TON ΠPeNON (sic) i. dec*us*, om. *cuique proprium,* trib. est γ. Vocabula *decor*, *decus* et *decorum* alterum pro altero ponuntur. τὸ πρέπον cafhQ. to prepon v. lacunae in NX Med., r. conf. C: *decor.* sua proprietas, τὸ πρ. Editor *Pra*gensis addidit ante τὸ πρέπον. *decor*, quo sententia non dilucidior facta est. 10) *annis* ad *e*tatem re*t*ulit. *naturis* ut scias — mulier γ. *decor naturis d. et a.* ad utrumque sexum etiam retulit naturis. docet enim quemadm. r. Vulgo: *decor. nat. dandus.* Ad aetatem retulit naturis. docet enim quemadm. etc. Manifeste *annis* ad aetatem spectat, non *naturis.* 17) pos*sit* γNX. Lemma *et p. certo* additis uerbis *Signat hum.* amplificant NX Med. G,r (hoc est imprimit uest. suis *id est:* qui) vca, incipientes: Imprimit (ut N) uest. suis, qui etc. 21) *lau*dat

161. *Inberbus iuuenis.* *Inberbus* et *inberbis*, sicut *inermus* et *inermis**) [inuenitur]. — *custode.* Paedagogo.

162. *Gaudet equis canibusque.* Ut *Terentius* (Andr. I, 1, 29, 30). 57. Fl.): *aut equos Alere, aut canes ad uenandum.*

aprici. Calidi, patentis loci.

163. *Cereus in uitium flecti.* Facilis conparatio. Id est: pronus est adulescens ad uitium, aut quasi cereus, ita flectitur in uitium, aut *flectit*, deest *se*.

monitoribus asper. Odit monentes, contemptor paedagogorum.

164. *Utilium tardus prouisor.* Tarde uidet utilia, quae prosunt sibi.

prodigus aeris. Sumptuosus.

165. *Sublimis.* Superbus, erectus; *cupidusque:* ardens ad omnia.

et amata relinquere pernix. Hoc est: uelox ad fastidium cupitorum, id est, leuis et inconstans, cito, quae ante amauerat, contempnit. [Imberbes enim, quae amant, aliquando cito dimittunt.]

166. *Conuersis studiis.* [Mutata uoluntate] Id est, mutatis. Id est: iam uir factus non est prodigus aeris sed cupidus reponendi.

167. *inservit honori.* Ambitiosus efficitur, dat operam, ut honorem accipiat.

168. *Conmisisse cauet q. m. mut. lab.* Paenitenda [cauet] conmittere, id est: timet hoc facere, quod postea laborabit mutare.

169. *Multa senem circumuen. inconmoda.* *Circumueniunt,* opprimunt. Docet, quae sunt inconmoda senectutis, qui et laborant quaerere et quaesita [aliquando] non tangunt.

170. *inuentis miser abstin.* Ex sua sententia Horatius dixit *miser.* *abstinet.* Deest *se. ac timet uti.* Quia nescit, quam diu uiuat.

171. *timide.* Nimium caute. *gelideque.* [Id est] Segniter [et eneruate],

γ,v. 23) irasc. et temere *iram deponunt* r. *de*cet iram dep. γ,fhQ. decet iram, om. dep., NG. decet *irasci* vca. — Irascitur γ. rell. om. 24) desinit irasci γ. rell. om.

1) inb. γ,r. rell. *im*b. 2) inuenitur om. γNX. *Inberbis.* inber*bus dicitur* et inber*bis* sicut inerm*is* et inerm*us* r. imber*bis.* imberb*us* et imberb*is* (om. inuenitur) vca. — Paedagogo γ,fhCQ. 4) ad uenandum om. fh. 5) calidi om. Med. X,r. callidi NX. 7) adhol. γ, ut supra. — flectit *dees*t se γ,fh. rell. om. deest. 9) Hoc schol. et seq. om. NX Med. G,rvca. conf. C: odit. mon. *renitens* contempt. paedag. 13) cupi*d*orum γX Med. 14) leu. *et* γ. rell. om. et. — contemp*nit* γ. rell. contem*nens.* — *Im*berbes — dimittunt om. γ. *in*b. r. ama*bant* X. 16) Mutata uol. om. γ. i. mutatis γ. rell. om. — id est om. Med. NXG,rvca. factus uir X. 20) cauet om. γ,ca. cauet penit Med. NXG(Q),rvcaC. 22) opprimunt om. NX Med., rvca. conf. C: *circumu.* decipiunt, opprimunt. 23) *et* qu*od* cafh. rell. qu*i.* 24) aliquando om. γ. 25) *dixit* miser γ. miser dixit XG,r. rell. miser *inquit.* 26) *quod* diu γ. 27) conf. C: *timide.* 'pigre. eneruate, quia omn*es* conatus — tangunt.' Nimium caute om. NX Med. G,rvca. — Id est om. γ. et eneruate om. γ. Segniter γ. omnes — tangunt γ,C. uulgo: '*gelideque.* i. eneruate, quia omn*is* con. sen. imbecillis est', om. seq. *) inberbum Cic. Dom. 14 (Charisius). iner*mis* pro inermi*bus* Cic. ad Diu. XI, 12. Sisenn. ap. Non. 8 n. 75. Verg. A. XII, 131. Sall. Iug. 107. Tacit. H. III, 6.

quia omnes conatus senum inbecilliores sunt ideoque parata non tangunt. *ministrat.* Gubernat, agit.

172. *Dilator.* Quia per pigritiam semper senes differunt, quae facienda sunt, aut spem longiorem habent uiuendi, hac de causa parata non tangunt. *spe longus.* Id est: cum proximus sit morti, ea tamen sperat, quae longe sunt posita. *iners.* Timidus. *auidusque futuri.* Cupidus futuri, quia semper senex timore mortis uiuere desiderat. Nam timor mortis desiderium uitae est.

173. *Difficilis.* Durus ad praestandum. *querulus.* Iracundus. *laudator temp. acti.* Laudat tempora pristina ad uituperationem praesentium.

174. *Se puero.* Hoc est, in pueritia. *castigator.* Increpator. *censorque.* [Iudex,] obiurgator.

175. *ferunt.* [Id est,] Adulescentibus ferunt uel adferunt, ut *Maro* (E. IX, 51): *Omnia fert aetas, animum quoque. anni uenientes.* Crescentes usque ad quadragesimum annum siue quinquagesimum *uenire* dicuntur anni, inde iam abire, id est, recedere. Omnes anni uenientes dici possunt, etiam qui senibus accedunt, sed illi praecipue, qui accessu suo et corporis et animi augent uirtutem.

176. *recedentes.* Per mediam aetatem.

176. 177. *ne forte seniles Mand. iuu. part. pueroque uiriles.* Ne forte des uerba senum adulescentibus, aut adulescentium senibus.

178. *Semper in adiu. aeuoque mor. aptis.* Hoc est; quae bene haereant [et congruant] et apta sint aetati; et est iste ordo: semper in adiunctis et aptis aeuo morabimur, id est, moribus semper utendum est, ut puero adiuncta sit leuitas, adulescenti feruor, seni maturitas.

179. *Aut agitur res in scenis.* Ut in Andria de puero, aut in Eunucho de Thaide. Dorias (?) uerbi gratia irascitur ante populum. Medea ingressa occidit filios suos, postea hoc refert ad populum. ALITER: Agitur res in

1) tang*it* NX Med. G,rvca. Gub. agit γ. rell. agit gub. 3) semper senes γNX Med. rell. sen. semper. Hoc schol. et anteced. om. r. 5) prox. sit γ. rell. sit prox. *ea* tamen γNXG etc. *at*tamen fh. sper*nit* r. rell. sperat. 6) *Timidus* et Cupidus — uitae est om. NX Med. G,rvcaC. 7) sen*ex* — desider*at* γ. senex — desider*ant* fhQ. 8) timor *uitae* (sic) des. ui*te* est γ. 9) *difficilis. intractabilis,* durus ad praestandum *promissa* C. 11) *se puero.* cum esset puer C. — *castig.* increpator (om. NX Med. G,rvca), obiurgator. *censorque.* corrector C. iudex om. γ. 13) Id est om. γ. Adulesc. ferunt uel aff. γ. rell. om. 14) Crescentes γ. rell. om. 15) siue quinq. om. fh. 16) Omnes anni (uenientes vc) *dici possunt. etiam qui senibus* (sens*i*bus vc) *accedunt.* sed illis precipue — uirtutem rvc et N, qui habet: *si* senibus abs*c*edunt. rell. om. *omnes — illi.* 17) qui*a acc.* γ. 19) *per* med. net. γ,fh. *Post* med. uet. C(Q). rell. om. 21) ad*hu*l. — *et* (ad*ho*l., ut supra) γN (adolescent*um*). rell. *aut.* Hoc schol. om. G. 22) *quod bene* heɪeant et apt*i* γ. rell. *quae* haereant *et* (aut c) *congruant,* et apta. 26) *ut* in eum γ. *et* X. rell. aut. 27) Medea — populum om. N. 28) *Aliter* γ. rell. *Vel* scen*a* γNX. scaena va (r: *in sce.*). rell. scen*is* (Hor.).

scena, quando ostenditur Medea fugiens, et iratus Orestes (?) refertur, quando docetur Medea filios peremisse. Neque enim praesens exhiberi potest Medeae parricidium. Vel sic intellegendum: Quaedam in scenis aguntur, ut puer expositus, uel acta referuntur, ut seruus e pistrino liberatus. Magis autem ad animos nostros perueniunt, quae fieri uidemus, quam quae audimus. Non tamen omnia in scena agi debent, sed aliqua referri. *agitur.* Comoedia *agitur.* *refertur.* Tragoedia.

180. *Segnius.* Tardius, difficilius. *inritant.* Excitant, delectant. *animos demissa per aur.* *Demissa.* Hoc est, inmissa. Citius mouent spectatorem ea, quae aguntur in scena, quam quae referuntur ad scenam, id est: aliquis celerius potest discere uidendo et dare animum rei, quam audiendo.

181. *Quam quae sunt oculis subi. fid.* Quia falsa saepe audimus [Quae audimus saepe falsa]; quae autem uidemus, uera sunt secundum Stoicos.

182. *Ipse sibi trad. spectator.* Scilicet uisu. Quia ipse mihi trado, quod uideo, et alter mihi tradit, quae narrat. *non tamen intus.* *Tamen* aut abundat, aut: quamuis magis delectant, quae uidentur, quam quae audiuntur, *tamen* dignam rem intus geri non facias [geri]ante conspectum populi, id est: quamuis populus delectetur, factis *tamen* non proferas in scenam, quae debent intus agi.

183. *multaque tolles.* Id est: non debet plus aut minus habere tragoedia siue comoedia. [Id est: illa quae secreta sunt, ne dicas, id est: noli multa describere, tantum loquenda dic].

184. *quae mox narret.* Ad conparationem illius rei, quae intus geritur. *facundia praesens.* Aut potens, aut quasi repraesentans ea, quae acta sunt.

1) *h*orestes v. 2) doc. medea γN. rell. Medea (mede*am* r) docetur. — enim om. NXG rvca. 3) p*a*ricid. r. pe*ric.* v. Non potest enim parr. praes. exhiberi *propter atrocitatem.* Vel — referri om. C. sic om. NX Med. G,rvca. est om. γ. 4) a*p*ta r, ut supra. rell. acta. — re*fer*tur NX Med. G,rva. *e pistrino* γX,fhQ(G?). *in* epi*f*ormo N. *in* epi*femo* Med. *in* epi*fer*mo v. *in* epi*pher*mo r. *in* Epic*har*mo ca. 6) debe*a*nt N. Comoedia agitur γ. rell. om. 7) Tragoedia γ. rell. om. sed *quaedam etiam* referri Med. 8) Hoc et subseq. schol. om. N Med. G,rvca. 9) D*i*m. N. — Hoc est *in*missa γ. rell. om. 13) *Quia* f. s. aud. γ. schol. om. NX Med. G,rvca. rell. Quae — falsa. 15) s. uisu γ. sup. uisu C. rell. om. — *quae* uideo N,rvcaC. rell. *quod.* quia *ego* ipse — uideo, *sed* alter — narrat γ. 16) *quae* γX. qua*ndo* N. et *aliter* mihi tra*do quam qui* narrat r. 17) aut γ,f (au*tem* h) recte. om. NX Med. G(Q),rvca. *ha*bund. γ. 18) rem dig. N. *ne* facias fh. rell. *non.* agas N. — geri om. X,rvca. 19) fac*tis* γ. rell. facta. 20) in scena N. 21) i. non debet — comoedia γ. rell. om. 22) Id est illa — dic. om. γ. *ea* quae X. 23) loque*la* N Med., r. loque*lla* v. rell. loque*nd*a. 24) Ad comp. — geritur γ. rell. om. 25) Aut — sunt γ. rell. om. conf. Bφ: 'non omnia narres in praesentia uulgi, quae statim narrare poterat afiluens eloquentiae sensus. Ne uindelicet animos auditorum perturbet obscena ratio exceratio sceleris uidelicet ne interfectio filiorum aut talia nesta (l. inhonesta) recitentur.'

185. *Ne pueros coram pop. Medea truc.* Noli ita describere fabulas coram populo, ut ipsa crudelitas sit praesens. *pueros.* Id est: filios, more Graeco(rum). Quorum nomina haec: [Medus et Mermerus] Μῆδος et Μέρμερος.

186. *nefarius Atreus.* [Fabula ante exposita.] Nota fabula est.

187. *Cadmus in ang.* Cadmus et Hermione in angues conuersi sunt. Nam Hermione filia Martis et Veneris dicitur fuisse. Dicuntur autem in angues conuersi propter occisum draconem, qui erat Marti consecratus, ex cuius seminatis dentibus dicitur acies armatorum surrexisse.

188. *ostendis mihi.* Oculis. *sic.* Ante conspectum. *incredulus odi.* Hoc est: non credens, sic debere fieri, ac per hoc sperno atque contempno.

189. *Neue minor neu sit qu. prod. actu.* [Id est: non loquantur in fabula plures quinque personis.] Ne incipiat comoedia uel tragoedia plus quam quinque partibus inpleri. Comicorum enim officium hic subtiliter describit et tragoedorum. Dicit ergo: quia fabula, quae recitanda est in scenis, non plures [plus] debet habere personas agentes, id est, de quibus fabula narratur, quam quinque nec minus. *quinto.* Quinta parte.

190. *Fabula, quae posci uult et spect. rep.* Id est: quae uult posci a populo et reponi spectanda, ut denuo agatur, id est: quae uult in auctoritatem uenire. *spectanda.* Al. spectata.

191. *Nec deus intersit, nisi d. u. n.* Subaudi *fabulae.*. Id est: Non debes inducere deum in scena[m in tua fabula], nisi causa [sit] subueniendi siue puniendi. Aliter: tum demum, inquit, inferri debet deus, cum digna res interuentu eius exprimitur, alioquin male ponitur inter eos, ut: si quis seruum suum uult occidere; sed magis, cum filius patrem aut pater filium occidit. Item: tunc, inquit, persona numinis debet interseri

1) Neu NXG (heu). ne rv. nec cafhQ. 2) Id est γ. rell. om. 3) Verba *Quorum nomina* ap. Braunh. lemmatis loco posita sunt. more Graeco, quorum C. — haec γ. sunt haec C. rell. om. quorum nomina . . . lacuna . . . Cadmus N,r. Hinc Graeca nomina (Apollod. I, 9, 28) posui. 5) Fab. ante exp. om. γ. — Nota fab. est γ. rell. om. 6) ermiona γ. fu. dicitur N. 9) surrexisse γBφ,C. rell. nata esse. conf. C: 'Ca*th*mus maritus Hermionae filiae M. et V. *dicitur* in angu*em* conuers*us* propter — surrexisse.' 10) ost. mihi sic. ocul*us* ante conspectum γ. posui: *ost. mihi.* Oculis. *sic.* Ante consp. rell. om. conf. C: *sic.* 'palam, ante conspectum meum.' — conf. C: '*incredulus.* non credens sic debere *aut posse* fieri.' 12) Id est: non — personis om. γ. Ne incipiat — minus γ. rell. om. conf. Porph. et C. 15) tragoed*i*orum γ. 16) non plus γ. 17) Quinta parte γ. rell. om. 18 et 20) spec*tanda* al. spec*tata* γ. rell. om. spec*tanda* supra scr. uel *ta*ta E. spec*tanda* pure in BφI St. Victor. Bernn. KAC etc. 21) Sƀ fabulae γ. fabulae C. rell. om. id est γ. hoc est C. rell. est. 22) scena Med. γNX,rv (sc*a*ena). rell. scen*am* (scaen. Q). in tua fabula om. γ. — sit fh. rell. om. *siue* pun. γ. *et* NX Med., rvcafh. *uel* C. *aut* (G?)Q. 24) exp*on*itur vcafh. ex*pri*mitur rC et omn. codd. alioqu*i* ca. alioquin male ponitur inter eos om. C, qui pergit: 'ut cum filius' etc., om. siquis — magis. inter eos uncis incl. Q. *ut* C(Q)· rell. om. 25) suum om. r. 26) occidet N. Item tu*m* r.

quoties adeo difficilis res est, ut [non] nisi interuentu numinis explicari non possit, ut habemus apud poetam, ingressum fuisse Turnum castra Troiana illicque multas caedes inpune fecisse. Incredibile est, solum ista omnia inplere potuisse; uidit hoc poeta nimis arduum, et subiunxit (A. IX, 764): *Huic Iuno uires animumque ministrat.*

192. *nec quarta loq. persona lab.* Loquentes uero, id est, qui ipsam fabulam narrent, non amplius (plures sint) quam tres, licet aliter reperiatur in comoediis et tragoediis. *loqui p. lab.* Non dixit *taceat,* sed *non laboret in loquendo.* scilicet quo (aptior) apertior sit dictio. Quarta persona quando inducitur, debet non omnino loqui, aut non multa loqui. Inducitur autem, aut ut adnuat, aut ut ei aliquid imperetur.

193. 194. *Actoris partes chorus off. uirile Def.* Ita debet unusquisque recitare, ut audientes laudent eum suumque officium laudando protegant ab accusatoribus]. Quando [autem] uir agit, uirorum chorus debet induci. Chorus, inquit, non multarum porsonarum actus defendat, sed unius suscipiat. Non ideo, inquit, multarum personarum partes suscipiat, quia in choro multi sunt, se uirilem partem tueatur, hoc est, unius uiri. *Virile* autem non aliqua res [re as]tuta, sed quod unumquemque contingit. Est autem ordo: Chorus defendat partes actoris et officium uirile. *Alii* sic exponunt: Si etiam mulierum chorus sit, eodem nomine adpellatur, nec interest aliquid, an mulierum sit chorus, an uirorum, dummodo uerba conueniant.

194. *Defendat.* [Tueatur.] Fungatur. Mire dixit. Neue, inquit, ipse chorus inter medios actus aliquam rem cantet incongruam, id est: canat id, quod ad praesentem rem aptum [non] sit. *neu quis med. interc. act.* Id est: nec chorus aliquid discrepet ab argumento, neque aliquid inter

1) quot*ies* γXX,cafh. ut *non* nisi vulgo. γ om. *non* h. l. — exp. *non* possit γ. rell. exp. possit. 3) ill*a*eque r. 5) *Huic* (cafhCQ) om γX. *Nunc* Med. XG,rv. conf. Ribb. 6) ne (a 1 m. corr. suprapo. c) γ. Loquentes — tragoediis γ. conf. C: 'Loq. — non *plures sint* quam tres: dicit ergo: nec quarta lo. pers. labo. scil. quo sit *aptior actio.* sed quarta persona cum inducitur, debet *aut omnino non* loqui *uel admodum pauca:* inducitur *enim* aut — aliq. ei imperetur'. 7) amplius γ. plures sint C. 8) Lemma *loqui* est in γ. 9) in γ. rell. om. quo sit *aptior actio* C. quo *apertior* γ,Xfh. rell. quo aptior sit dictio. Vulgo: '*nec quarta l. p. l.* Quar*tam* pers*onam* φ. induci*mus*, aut non omnino (aut omnino non CQ) loqui debet. aut pauca. Non dixit t. s. n. l. loquendo quo apert. f. dictio. Inducitur autem *quarta persona*, aut — imperetur.' scilicet γ. 10) a*nn*uat libri. conf. Porph. 12) Ita — accusatoribus om. γ. 14) autem fh. rell. om. 16) Non ideo om. X. inqui*d* γ. om. fhQ. 18) aliqua *res tuta* γ. rell. omnes aliqua *re astuta* praeter C, qui transit a u. *unius uiri* ad partem. *Est autem ordo* — uirorum, om. etiam: Alii sic expo. si etiam, pergens: *et licet* mulierum, et extrema uerba d. u. c. — quod om. ca. 20) Si etiam γ. rell. etiamsi. 21) chorus sit γ. rell. sit chorus. 23) Tueatur om. γ. ex schol. praeced. extractum. Fungatur γ et C, qui addit: partibus actoris. 24) canat id γ. rell. id canat. 25) aptum *non* sit fh. lemma neuqu*id* medios γ interpo. rell. om. et post *sit* pergunt: *ne* chorus. *ne* aliq. inter med. (om. actus) absurde cantet — *non* inducas r.

medios actus debet absurde cani, id est, inter actus uiri ne inducas chorum mulierum. || Id est: ne quid in medios actus canat, hoc est: conueniant ea, quae dicuntur.

195. *Quod non proposito cond.* A choro dictis actoris. *conducat.* Conueniat.

196. *Ille.* Scilicet chorus. *consilietur.* Consilium det. *amice.* Benigne.

197. *Et regat iratos.* Id est, conpescat, mitiget. Docet, qua causa chorus debeat induci, ut faueat bonis et consilietur amicis. [*peccare timentes.* Innocentes.]

198. *Ille dapes laudet mens. br.* Chorus laudet epulas moderatas [laud]et frugalitatem.

198. 199. *salubrem Iustitiam.* Quia semper incolumis salus est, ubi est iustitia.

199. *et apertis otia portis.* Id est, in pace, quia in pace portae patent, ut (A. II, 27): *Panduntur portae*, uel [e] contrario (A. VIII, 385. 386): *quae moenia clausis Ferrum acuant portis.*

200. *Ille tegat conmissa.* [Celet credita sibi] Id est, palam non faciat credita consilia.

201. *rideat miseris.* Ad miseros. Scilicet fortuna bona. *abeat fort. superbis.* Scilicet prospera; nam est et mala, ut (A. VI, 62): *Hac Troiana tenus fuerit fortuna.*

202. *Tibia non, ut nunc, orichalco uincta tubaeque. Vincta.* Ornata. Docet, procedente tempore multa mutari. Tibia [enim] ante non erat, neque ita ornata, neque tam multis foraminibus tubae aemula. Modo uero [tubae aemula] et ornata est, et tam multa habet foramina, ut sonet, quemadmodum tuba. Ostendit autem, luxuriam recenter et ambitionem natam esse, antiquitatem uero seueram fuisse. Nam prius tibia non erat ambi-

2) i. ne quid — dicuntur γ. rell. om. 4) A choro dictis actoris γ. *dicta* dict. Hirschf. rell. om. — Conueniat γ. rell. om. 6) *ille.* s. chorus γ. rell. om. — Consilium det γ. rell. om. 8) de*bet* omn. libri. consuletur X. conc*i*lietur vca. ut — amicis om. r. — amicis γ. rell. amice (amicae v). 10) Chorus laud*at* ep. mod. *laudet* frug. γ. om. NG,rvca. *Chorus* om. fhQ et habent: laudet ep. mod. et frug. 12) ubi iust. Q, om. *est.* C: ubi iust. *locum habet.* 15) uel contr. γ. ut *e* contr. Q. sed *e* delendum, ut supra E. II, 1, 143 (Porph.) etc. 17) Cel. cr. sibi om. γ̃. — palam non γ. rell. om. palam. conf. C: *tegat.* celet, id est, *non faciat palam* cr. co., uel sua uel aliorum. r: cel. cr. sibi *et* non p. f. *ae*dita conf. 19) lemma *miseris* amplificaui. s. fort. bona γ. su*p*le bona N. rell. bona; nam est et mala, ut. 20) s. prospera. rell. om. 21) fuerit N (Verg.) *ste*terit X Med. G. *steterat* rvca. fuer*at* γ,fh. 22) uincta. Ornata γ. *uincta.* ligata uel iuncta C. rell. om. 23) enim om. γ. ante non erat neque ita orn. γ,fhQ. ita ornata neque X,r. ita orn. *et* neque Med., vca. ornata ita neque N. 24) for. tubae aemula γ. rell. modo uero tubae aem. fh. om. tubae aem. 25) *ita* mul*ta* γ. 26) autem om. C. 26) recen*tem* et amb. natam esse γNX Med., r. (uoci *natam* spat. uac. relictum) vca. luxuriam et amb. recen*ter* n. esse fh. lux. recenter et amb. n. e. Q(G?).

tiosa, nec multis distincta foraminibus. *Varro* autem ait in III *Disciplinarum* et *Ad Marcellum de lingua Latina, quattuor foraminum fuisse tibias apud Antiquos; et se ipsum ait in templo Marsyae uidisse tibias quattuor foraminum;* [Quare] quaterna enim tantum foramina antiquae tibiae habuerunt: Alii dicunt, non plus quam tria.

203. *tenuis.* Non ambitiosa. *simplexque.* Non iuncta orichalco.

204. *Adspirare et adesse choris erat utilis.* Id est: Paucis spectantibus sufficiebat, inquit, breuis tibia ad sedilia populi conplenda, quae eo tempore adhuc non erant spissa atque densata.

204. 205. *atque Nondum spissa nimis conpleres edilia flatu.* Id est: nondum erat utilis tibia ad sedilia populi conplenda, id est, inplere flatu sua spissa theatra uel aures omnium spectatorum; adeo erat tenuis; [quod et] sonus eius uix audiebatur per totam scenam.

206. *Quo.* Scilicet ubi erant sedilia, id est: ad sedilia [explenda]. Id est: ad theatrum pauci [spectatum] conueniebant.

numerabilis. Exiguus. [Paruus, quia numerari poterat.] *utpote.* Id est, *quasi,* aut *fieri potest.*

207. *frugi.* Id est, utilis, bonus. *coibat.* Conueniebat.

208. 209. *Postquam coepit agros extendere uictor et urbes Latior amplecti murus.* Id est: maiores coeperunt fieri ciuitates, id est: Postquam (populus?) uictoria multas occupauit ciuitates, nata est luxuria.

uinoque diurno. [Quia diurno uti consueuerunt uino, quod nocti et caenae magis conueniret.] Ostendit nimiam li(berta)tem,*) si die uina sumebant, quae nocti et caenis magis conuenirent. Id est: Postquam coeperunt homines ita epulari, uelut in festis diebus, et postquam coeperunt, inpune uti conuiuiis quasi sacris caenis, creuit luxuria. *uictor.* Quicumque populus.

1) autem γ. rell. om. Varro ait ad Marcellum de lingua latina IIII. (quatuor ca) vca, om. in III disc. et. r: in disciplinarum . . lacuna . . et. 4) Quare om. γ. NX Med., rv (IIII for*m*inum. Qua*tt*uor quaterna). enim γNX,r. rell. om. 6) Non ambitiosa γ. rell. om. Non *iuncta* orich. γ. rell. om. conf. C: *tenuis.* subtilis. *simplexque.* non amb. non *uincta* orich. 9) densa*ta* γ,va. rell. densa. *spissa.* densa C. magna Bφ. 10) i. nondum γ. rell. om. id est. 11) i*n*plere γ. rell. *com*plere. 12) quod NX Med., rv. rell. *et.* 14) s. ubi erant sedilia γ. rell. om. explenda om. γ. conf. C. 15) spectatum om. γ. Med. N,rv. 16) Exiguus γ. conf. C: exiguus, *pauci.* Paruus vcaQ(G?). haec uox Horatii, non Acronis est. qu*ia* nu. poterat vcaQ(G?). *qui* nu. poterat fh. *qui* nu. *non* po*tuisset* r. Pro *paruus* C supra ad u. 105 habet: *sedilia.* populi, qui *paucus* erat. — i. quasi potest γ. rell. om. 18) i. utilis. bonus γ. rell. om. conf. C: *frugi.* parcus. Conueniebat γ,C. rell. om. 20) i. maiores cep. f. ciu. γ. rell. om. 22) extendere — conueniret (fhQ) om. NX Med. G,rvcaC. — ui*n*oque di. γ, ut infra. Quia — conueniret om. γ. 23) Ost. n. *litem* — conuenirent γ. rell. om. r: '*Postquam.* postquam, inquit, *auctum imperium est* et postquam ita homines romani epulari coeperunt uelut in festis diebus et genio *naturali* (= X Med., G,ca) sacrificare quasi festis diebus. Inpune' etc. 24) Id est fhQ. rell. om. Postquam — luxuria vcafhQ. 25) uelu*ti* fhQ. rell. uel*ut.* 26) *uictor.* Quic. pop. γ. *uictor.* populus C. rell. om. *murus.* s. coepit γ. rell. om. ui*n*oque. i. *de* conu. (man. rec. in marg. at uino) γ. rell. om.

*) l*u*em, uel *morum* luem uoluit C. Hermann. Plin. XXIX, 1. Ego proposui: li*berta*tem.

209. *murus.* Scilicet coepit. *uinoque.* Id est, [de] conuiuio.*)

210. *Placari genius.* Deest *coepit*: [postquam coeperunt natali deo sacrificare] quia diurno uti consueuerat uino. *festis.* Quasi festis. *inpune.* Id est: non contradicente aut lege, aut moribus.

211. *Accessit numerisque.* Id est rhythmis. Quia antea tres erant chordae, post septem factae sunt, deinde nouem.

modisque. Modulationibus; ac si diceret: Ut omnia creuerunt pro magnitudine ciuitatum et populorum, ita auctae sunt etiam tibiae.

212. *Indoctus quid enim.* Inperitus rerum, populus scilicet desidiosus. [*Liberque laborum:* post operam finitam; seu tam a ciuili bello quam ab extraneo liber.]

213. *Rusticus urbano confusus.* Id est: Postquam coepit esse indoctus populus, sine differentia coeperunt esse omnia, et hac de causa ad delicias inuenerunt tibicines, ut populus uoluptatibus teneretur. *Confusus* autem est *mixtus.* Dicit autem causam, per quam creuit licentia; propter inperitiam populi, et quia nulla erat differentia inter bonos et malos.

214. *Sic priscae.* *Sic*, quia indoctus erat populus. Taliter; postquam creuit populus et superstitio eius. *motumque.* [*et luxuriem addidit arti.*] Gestum corporis [et uoluptatem]. *luxuriem.* Propter multitudinem foraminum [ideo] et tibiarum supra modum aucta est magnitudo.

215. *traxitque uagus.* Propter gestum *uagus*, quia non [in] uno loco neque iam uno modo tibicen, sed uarie huc atque illuc sese circumfert. *per pulpita.* Per tabulas scenae. *uestem.* Pallium suum.

216. *Sic etiam fidibus uoces creuere seueris.* *Voces,* id est, soni, modi insolentiores siue numeri; nam prius tetrachordi erant citharoedi. *creuere.* Antea enim lyra septem chordas habuit tantum, postea excogitata est cithara. [Siue aliter creuere;] cithara primum monochordos fuit, deinde

3) quia d. u. conf. uino γ. rell. om. 4) maioribus N. 5) i. rithmis γ. rell. om. C: metris. quia an*te quinque* erant *cor*dae (corde γ) pos*tea* (med.) s. f. s. d. *nouem* r. 6) sunt factae N. nouem γN Med., rv (VIIII.). rell. decem (x. Asc.) octo G. 8) ita auctae sunt etiam tibiae γ. rell. ita etiam au. t. sunt. modisque — tibiae om. G,rvca. Inperitus rerum om. G. 9) pop. scilicet desidiosus γ. rell. scil. populus, om. desid. conf. C: *indoctus.* rerum imperitus populus et desidiosus. 10) p. oper*am* fini*tam* γ. p. oper*as* finit*as* fhQ. rell. om. hoc et seq. scholion. — *Liberque* — liber om. etiam γ. Liberque laborum populus. s. liber a ciu. bello quasi ab ex*tremo* r. 12) Lemma *Rust. urb. conf.* om. G. 13) r: — populus sicut. spat. uac. . . . coeperunt — causa . . . . spat. uac. . . . . inuenerunt Tibicē. Tibicines uero ut philosophi uoluptatibus tenerentur. — ad om. γ,G. Confusus. mixtus. d. a. qua causa cr. lic. r. 17) Sic quia — pop. γC: *sic.* quia — pop. 18) *motumque* γ. rell. longius lemma habent. 19) et uol. om. γ. conf. C: gest. corp. *saltando.* luxuriem γ. rell. luxuri*a*m. *per* mult. N. *luxuriem.* superfluitatem foraminum et ornatum C. 20) ideo fh. 21) non uno, om. in, γC. 23) Pallium suum γ. uide, quae C habet post u. *scenae.* 24) *uoces.* soni insolentiores C. 25) γ interpo. lemma *creuere.* 26) enim γ. rell. om. 27) Siue aliter creuere om. γ. *) Id *dict*um est d. c. Hirschfelder.

paulatim dextra laeuaque addentes ponebant; in tragoediis satirica dramata, in quibus, salua maiestate grauitatis, iocos exercebant secundum Cratini institutionem. Is enim primus, Dionysia dum essent, satiricam fabulam induxit; alia autem satira est illa mordax, ut Lucilii, Horatii, Persii, Iuuenalis. Hae autem fabulae satiricae dicuntur, ut tragicae et comicae. *Fidibus* autem *seueris*: probatis ad sacra necessariis; nam quae sacris adhibebantur, non erant fluxo, quo [ut] nunc sunt sono, sed, ut antea, austero et simplici.

217. *tulit.* Adtulit, uel protulit.

eloquium insolitum. [Insolitum] Id est, nouum eloquium, [id est, insolitam] nouam eloquentiam, hoc est, inflatam et non propriam. Id est: sic [et] facundia dilapsa est in loquacitatem, et [facta est uitiosa] fecit *praecipitem*, hoc est, uitiosam. [Tunc enim coeperunt facunde eloqui et amplius solito.] *facundia praeceps. Facundia.* [est] Iocunda eloquentia; unde *facundus* fatu iocundus. Sed *facundia praeceps* est, quaecumque cum ingenti impetu fertur. [Eloquentia, quae antea necessaria erat et utilis circa prouisionem futurorum, coepit furibundae et Delphicae similis esse, amissa moderatione.]

218. *Utiliumque sagax.* [Id est] perspicax, inuentrix. Utilium rerum sagax philosophia prouisione [philosophia propter prouisionem] futurorum utilis erat, coepit furibunda Delphicis (responsis?) similis esse.

diuina futuri. Id est: gnara. Prudentiam siue philosophiam dicit enituisse studio, quae ita futura praeuidet, ut diuinatio.

305. *exsors ipsa secandi.* Id est: quae non habet munus et officium ad secandum, ad quae non habet officium secandi a natura tributum, ut (A. V, 534): *exsortem ducere honorem.*

307. *opes.* Copia scribendi.

309. *Scribendi recte.* Facere, quod promisit, docet, id est: ut recte scribas, sapientia opus est. *sapere est et principium et fons.* Id est: copia uerborum, quae debet sequi principia. Contra illos, qui dicunt, poetam insanire debere, hic ait: ut possis recte scribere, [principio] primum opus est, sapere.

310. *Rem.* Id est, praecepta, hoc est, sapientiam. *tibi Socraticae poterunt ostendere chartae.* Id est, libri. Et hoc dicit: ut sapias. Docet, poetam non debere expertem esse philosophia. *Item aliter:* Poema constat ex re et oratione: res ex philosophia originem trahit, ut praecepta contineat. Hoc ergo dicit: quod rem inuentam uerba etiam non inuita se-

1) dignus*que* γ. dignus fh. Totum schol. om. N Med. G,rvca. 3) *Quod* purgor N. Qui purg*o* vc (a: p.). 4) *carthi*ticum γ,r. *catari*ticum N. ca*ta*rticum vca. — uel om. γ. Aliter γ. rell. om. 5) pro bil. *purgor* γ. rell. om. purgor. — qui cu*ror* (cu*ro* v) *Sensus est:* cum sciam vca. cum *scientia ut hoc dicat* a democr. r. 6) uero γ. rell. ueros. — iudic*ari.* γ,C. rell. iudica*tos.* N: iudicatos *eos* qui. 7) *c*oleram N,rv. coler*a recipio* pot. γ. 9) si dem. essem cap. fh. 12) Aliter γ. rell. Vel. nil t. est uerum γ. rell. uerum n. t. est. 15) *exsortita* al. exsors ipsa γ (1 m.). — offi*ti*um ad secandum. ad quae non habet offitinm secandi γ. rell. munus et off. secandi, om. ad sec. ad quae n. h. off. 16) trib. *exortita* ut *ex*ortem d. honores γ, ut plurimi libri ap. Verg. (Ribb.). Medicaeus *es* mut. in *em.* exs*or*tem habet Med. rell. *exo*rtem. 18) copi*ae* scr. γ. copia scr. fhQ. Hoc schol. et sequens '*Facere — opus est.*' om. N Med. G,rvca. 22) primum γ,C. rell. principio. — opus est *facere* γ. 24) *Rem* — sapientiam om. N Med. N,rvca. 25) — dicit *ut sapias. docet* po. n. debere exp. γ. rell. dicit non del. po. exp. poe*tas* N. 27) ex *rei ratione* r. rell. ex *re* et or. 28) Hoc ergo dicit γ. Dicit ergo hoc fhQ(G?). Dicit ergo quod N Med. G,vca.— *rem* inuen*tam* γ. rell. inuen*ta re.* re om. N Med. *sicut* ergo quod inuenta *tunc uerba* non desunt c. h. quod dicas r. (homoeotel. *uerba*).

cuntur, id est, tunc uerba non desunt, cum habueris, quod dicas. Et *Pollio* idem dixit: *Male hercule ueniat uerbis, nisi rem secuntur.*

311. *Verbaque prouisam rem non inuita sequentur. Prouisam rem.* [id est] Intellectum sapienter inuentum. Id est: Non laborat poeta loqui rem sapienter inuentam. *Menander*, cum iam fabulam disposuisset, etiam si nondum uersibus adornasset, dicebat, se tamen iam conplesse.

312. *Qui didicit, patriae quid debeat, et quid amicis.* Id est: qui legit libros (ueterum philosophorum) de officiis, id est, περὶ καθήκοντος. Et ostendit, poetas inbui debere philosophia. Dicit autem hoc: Ille optimus poeta est, qui didicit, quod singulis debeat, id est, quo amore debeat unusquisque circa patriam esse, siue [aut] parentes, siue amicos.

317. *Respicere exemplar.* Exemplum est, παράδειγμα, exemplar ἀντίτυπον. Hoc dicit: Consuetudinem uitae respicere iubeo eum, qui uult recte imitari, ut, cum inducat adulescentem loquentem, debeat scire, quemadmodum iuuenes solent uiuere. Quid est enim comoedia? [nisi] imago uitae cottidianae?

318. *Doctum imitatorem.* Id est, eum, qui uult optimus esse comicus poeta. *uiuas. hinc duc. uoces.* Id est, ueras. *hinc*, id est, a cottidiana uita, a moribus communibus.

319. *spec. locis.* Id est: si opportunae fuerint inductae personae; aut *locis*, id est, argumentis, ut non sit argumentum absurdum.

319. 320. *morataque recte Fabula.* Morosa [fabula] malis moribus, *morata* bonis dicitur; *morata* autem bene instituta, unde [et] in consuetudine est, *bene eum moratum* dici, qui bonos mores habet. *moratam fabulam,* in qua mores singularum personarum optime exprimuntur.

1) sec*u*ntur γ Med. — uerba om. ca. — qu*i*d dicas ca. qu*i*d dic*is* fh. idem dicit N. 2) sequ*a*ntur ca. rell. seq*uu*ntur. 4) id est om. γ. intellect*um* sap. inuent*um* γ. rell. intellec*tam* sap., om. inuentum. — labor*abat* γ. 5) iam γ. rell. om. — Hanc partem: Id est: non laborat — conplesse habent N Med. G,rvca infra ad u. 320. 7) leg*et* γ. rell. leg*it*. 8) ΠePIKOTON γ. περι κοινων v. ἀντιτύπων a. (conf. schol. seq.) spat. uac. in Med. N,rc. om. G. περὶ καθήκοντος fhQ. conf. C: — 'lege libros ueterum phiolosophorum περὶ καθήκοντος, id est, de officiis.' 9) *tri*bui γ. rell. *im*bui. 10) quod sing. γ. rell. qu*id*. conf. *quod* dicas ad u. 310. 11) *siue* parentes γ. rell. *aut* par. 12) est γ. rell. om. — paradigma γ. αντιτ**ο**πον γ. 14) loquentem γM,r (de*bet*) v. om. cafhQ. adolescen*tes* loquen*tes* debe*ant* N. rell. om. 15) Quid est enim γ. rell. Quid enim est. — sol*eant* N. — comedia? nisi om. γ. cottidia*na* γ. rell. *quo*tidian*ae*. 17) opt. esse γ. rell. esse opt. 18) *Viuas.* Veras N Med. G(Q),rvca. *Veras.* Viuas fh. *uiuas hinc d. u.* Viuas uoces. — i. cottid. uita γ. rell. i. a uita quotid. 20) spe*t*iosa locis. Locis i. *op*ort. γ, om. si. *i*ocis (bis) opportun*e* rvcafh. rell. oportun*ae* (opp.) 22) Lemma *morataque recte* amplificaui. mor. malis γ. 23) et om. γN. — bene eum mor. dici γ. bene mor. eum dici N Med. G,rveaQ. eum om. fh. 24) moratam fabulam om. γ Med. NG,vca. — habet. *recte morata igitur fabula. in quibus* mores — exprimuntur r. 25) Post *exprimuntur* in γ posita sunt haec, quae vulgo inferius leguntur: Magis possunt — grauitate uerborum.

320. *nullius ueneris.* Id est, uenustatis, [ingenii] gratiae, quae ad artem spectat. Ostendit modo, quantum prodest (prosit) consideratio consuetudinis, dicens, quod interdum fabula opportunitate personarum inductarum et expressione morum, quamuis sit sine arte, sine uenustate, sine grauitate sententiarum, plus placet (placeat) quam uersus bene quidem sonantes, sed morum obseruatione carentes. Magis possunt delectare res sine ornatu, quam ornata poemata uerbis sine rebus. *sine pondere et arte.* Id est, grata, sine magnis sensibus, sine grauitate uerborum. [*et arte.* Sine gratia.] Aliter: *nullius ueneris.* Nullius uenustatis, sine lepore, nullius ornatus.

321. *ualdius.* Pro ualidius, ut [alibi] (E. I, 9, 6): *nouit me ualdius ipso meliusque moratur.* Fortius retinet auditorem.

322. *Quam uersus inopes rerum.* Inanes, in quibus nullae sunt res, qui sola arte [sunt] boni sint. *nugaeque canorae.* Nullius momenti uerba, [bene tantum] sonantia.

323. *rotundo.* Id est, ornato, polito, erudito, perfecto.

324. *praeter laudem nullius auaris.* [Qui solam laudem cupiunt in scribendis carminibus.] *Nullius.* Deest *rei.* Ideo solius laudis cupidi sunt Graeci, qui ideo scribebant, ut gloriam, non ut pecuniam adquirerent.

325. 326. *Romani pueri.* Hoc dicit: Pueri [inquit] Romani a prima aetate calculum discunt, hoc est, conputationibus operam dant. *longis rationibus.* Id est, multis [Longis] modis, longa conputatione. *assem Discunt in partes centum diducere. Diducere,* id est, partiri. *Assis* [est] totum patrimonium est. Biens, [Sextans, quadrans], triens, quadrans, quincunx, sextans, [semis], dodrans, deunx, semis partes assis sunt.

1) gratiae γ. rell. ingenii. spec*tat* γ. rell. spec*tant.* 2) prodest libri. 5) placet libri. quidem bene N Med. G,rvcafh. 7) *sine pondere et arte* i. grata sine γ. rell. *sine pondere.* Sine. 8) *et arte.* Sine gratia fhQ. rell. om. 9) *Aliter* interposui. *null. uen.* Nullius — ornatus γ. rell. om. conf. C: 'null. uenustatis, null. ornatus, sine lep., sine uerborum pulchritudine. *sine pondere.* eloquentia, gratia, sine grauitate uerborum.' Quattuor scholia ad '*et arte* — ualdius — meliusque mor. — et ad u. 322 — boni' om. N Med. G,rvca. Adiungunt autem uerbis 'grauitate uerborum' ea, quae supra ad u. 311 iam data sunt: 'id est: non laborat poeta — non conplesse.' 11) alibi om. γ. 14) boni s*i*nt γ. rell. s*u*nt boni. 15) bene tantum om. γ. 16) Id est om. fh. ornato γ. conf. C: '*turgido, tumido,* ornato, pol. erud. perfecto.' rell. om. — *rotundo.* Id est perfecto N Med. G(Q),rvca. 17) Qui — carminibus N Med. G,rvcaQ (sol*um* N). om. γ,fh, qui habent: Nullius — a*d*quirerent. — cupidi Graeci, quia — acquirerent fh. 20) Hoc dicit pu. ro. γ. rell. Ro. inquit pueri. 21) dant operam fh. i. multis γ. rell. Longis. conf. C: *longis erat.* longo circuitu, *multis mod.* longa comput. 24) patr. est γ. rell. Assis est. Biens, triens, quadr. — ass*i*sunt γN (—quincu*ns* — — deuns — — ass*is* sunt) Med. — fhQ: Sextans quadr. triens, quinc. sext. semis, dodr. deunx partes assis sunt. assis *fecit* Med. — quincun*s* (v. quin*cus* c. quincun*x* a) dodrans. deu*ns.* (v. deun*x* ca) semis partes assis *factae* (facte v) vca. *sunt* assis r. γ hanc partem posuit inferius ad u. 328 (*triens. eu.*) post uerba 'rogatus fuerat.'

327. *Filius Albini.* Foeneratoris cuiusdam [diuitis] auari. *de quincunce.* De quinque uncis.

328. *triens.* Tertia pars librae, quae facit uncias quattuor, cum sint [libra] unciae duodecim libra. *eu.* Pro *euge,* [id est], bene. Hoc ille dixit, qui [inter] rogatus fuerat.

329. *redit uncia.* Quincunci additur *uncia,* id est, ad alias quinque accedit alia uncia.

330. *Semis.* Media pars librae. *ad haec animos aerugo.* [*Aerugo,* id est, auaritia.] *Aeruginem* adpellauit auaritiam, quasi maculam. *Item aliter. Aerugo.* Auaritia. Id est, cum auaritia occupauerit a prima infantia animos [hominum] Romanorum, sperandumne est, eos posse scribere carmina recipienda in auctoritatem? *Cura* [autem] *peculi,* [id est,] cupiditas pecuniarum.

332. *linenda cedro et leui seruanda cupresso.* Id est armario conposito. [Dixit autem] *linenda autem cedro et leui seruanda cupresso* dixit, [quia] ut (haec carmina) in perpetuum maneant unctis in circuitu chartis cedro: Vtraque enim res odore suo submouet tineas.

333. *delect. poetae.* Aliud praeceptum. Delectant bucolica, prosunt georgica.

334. *idonea.* Utilia, quae prodesse possunt.

335. *Quicquid praecipies, esto breuis.* Aliud praeceptum. Id est: quando dat aliquis praeceptum, [Qui dat praecepta aliis] breuiter debet dare, ut cito audiri possit et cito intellegi. Id est: Praecepta debent breuia esse, quia, si longa fuerint, aures deficiunt auditorum. Percipiant ergo animi, ut dociles fiant, quia, quod percipio et intellego, docet me. *Item: esto breuis,* id est, serua necessaria.

336. *dociles.* Scilicet *et fiant. teneantque fideles.* Ut seruent, quod accipiunt, ne effluat, quod audiunt.

1) Al*t*ini fh. Hoc et seq. schol. om. N Med. G,rvca. — diuitis om. γ. auari γC. rell. om. 3) Scholia ad h. u. in plurimis libris extra ord. po. sunt. 4) si*n*t libr*ae* γ. rell. sit libra. Pro euge γ. rell. om. pro. conf. C: '*eu.* recte, bene pro euge. hoc dixit is qui rog. fuerat fh: '*Eu.* Eu, id est, bene: Vel Eu, pro euge'. rell. *eu.* Euge, id est, bene. — id est om. γ. Bene hoc γ. 5) rogatus γ. rell. interrogatus. 8) *ad* haec — inbuerit (Tacit. A. XII, 32) γ, ut omnes codd. Hor. — ad *hanc* anim. aerugo Q. rell. hab. lemma: *Aerugo et cu. pec.* 9) *a*pell*auit* γ. rell. appell*at.* 10) hominum om. N,C. 11) sperandum *non* est cafh. sper. *est non* posse v. sp. est posse NG. sperandum est *eos* posse r. sperandum*ne.* est *eos* posse C(Q). 12) autem om. γ. — id est om. γ. 13) Id est arm. — chartis cedro om. N Med. G(Q),rvca. conf. C: *cupresso.* arm. b. comp. *in tabulis ligneis.* 14) Dixit om. γ. Linenda *autem* ced. γ,C. — leui (Hor.) γ. rell. om. — cupresso. *dixit autem ut haec carmina* in perp. γ,C. rell. cupresso, *qui*a in perpetuum. *con*seruanda leui C. 15) — chartis *resina cedri.* utr. C. *cedro.* resina cedri C. 16) su*m*mouet libri. 17) *delect.* — georgica γ. rell. om. 19) *idonea.* Utilia q. pr. possunt γ. rell. om. 20) Al. praec. *de breuitate indicendo* C. Id est *quando* d. aliquis praecept*um* γ. rell. *Qui* dat praecept*a* al*ii*s. 22) breu. esse γ. rell. esse br. 26) *dociles.* s. et fiant γ. rell. om. 27) effluat quod γ,C. rell. efflu*ant quae.*

337. *pleno de pectore.* Id est, fastidiente. Et est sensus: Pectus enim, quod iam ueritate satiatum et plenum est, [ea] quae superuacua audierit, non retinet. *manat.* Id est, Effluit.

[338. *Ficta uoluptatis causa.* Quae fingit poeta uoluptatis causa, uerisimilia debent esse.]

[339. *Ne quodcumque uolet.* Ordo: quodcumque uelit sibi credi, fabula poscat. *Fabula*, id est, comoedia; aut *fabula*, id est, poemata.]

340. *Neu pransae Lamiae.* Id est: Ne fingat tale argumentum fabula, quod deuorauerit Lamia puerum, qui de utero eius postea uiuus prolatus est. *Neu extrahat aluo.* Id est, [detrahat, eximat] non eximat et detrahat ipsa fabula.

341. *Centuriae seniorum agitant expertia frugis.* Id est: Senes Romani non probant poemata, quae leuia sunt; adulescentes [enim] non delectantur austeris. Quid [ergo] enim faciendum est, o poetae? Poema debet temperari, et ut [ut et] uoluptati seruiat iuniorum, et seueritati satisfaciat seniorum. *agitant expertia frugis.* Id est: Persecuntur, quae utilitatem habent. *Expertia frugis*, id est, inutilia, aliena, maturitate carentia, id est, bonitate et austeritate.

341. *Centuriae seniorum.* Conuentus Romanorum.

342. *Celsi praetereunt austera poemata Ramnes.* Id est: elati adulescentes spernunt aspera. *Ramnes.* Nomen centuriae. Hos iuniores intellegamus; erant enim alii seniores. Sensus est: Senes grauitate carminis et dictionis pondere delectantur, iuuenes austera et grauia non amant. Ramnes, Luceres, Tatienses Romanae tribus erant, uel, ut uerius, equites. [Per *Ramnes* iuniores intellegamus; erant enim alii seniores.]

2) ue*ri*tate γN Med., v. rell. u*arie*tate. — ea om. γ. — audi*u*erit r. Id est γ. rell. om. 3) Post u. *effluit* γ habet illa: Et est sensus — retinet. 4) Ficta — esse om. γ. conf. C: '*ficta*. id est ea quae finxeris *delectationis* causa, ita finge ut non multum recedant similitudine ueri.' conf. Bφ: 'hoc est ea q. f. causa delect. — (om. multum) — ueri. i. ne omnia quae fabula narrauerit credantur esse uera.' 6) Ne — poemata om. γ. 10) *extrahat.* id est, exprimat G,vcaQ. id est *non* eximat N. id est, detrahat, eximat fh. *extrahat aluo.* i. *non* eximat et detrahat ipsa fabula (= r) item (= G) *expertia frugis* (u. 41) i. inutilia — austeritate γ. Lemmati addidi *Neu.* 13) enim γ. rell. om. 14) *enim* pro *ergo* γ,v. o interpo. γ. rell. om. faci*u*ndum r. — poema temper*ari* γ. poema (poema*ta* c) temper*are* r (po. *debet* temp. vcafh). haec om. C. temper*andum* Q. et ut γ. rell. ut et. 16) perse*cun*tur γ. Med., rv(GQ). 19) *Cent. sen.* Conuentus rom. γ. rell. om. 20) *Ramnes* adiunxi lemmati. i. elati — aspera γ. rell. om. 21) *Ramnes* lemma cum γ posui, quod om. libri. *Ramnes* — equites γ. rell. am. *ra*mnes γN Med. G(Q)rv, ut omnes fere codd. Horatii. R*h*amnes cafhC. 24) T*a*cienses γ. T*at*ienses cafhC. hoc nom. om. N. *Titi*enses rv(GQ). T*ic*ies (sic) Med., de qua nominis forma conf. Propert. IV, 1, 31. Saepius haec nomina confunduntur. Erat enim et *Tat*iensis centuria eq. Sabin. (Varro L. L. IV, 9. Aur. Vict. 2. Seru. ad Verg. A. V, 560) et *Titi*ensis (Liu. I, 13. Ouid. F. III, 131). 25) Per Ramnes — seniores om. h. l. γ.

343. *Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.* Omnium suffragium, omnium iudicium meretur ille, qui et dulcis est et utilis. *Puncta* dicuntur populi suffragia. Usus est hoc uerbo etiam *Cicero in Fundaniana* (Vol. IV. 2. fragm. p. 445. ed. Or.). *Item aliter:* Solus suffragia et iudicium populi tulit, qui utile et dulce poema scripsit, et qui [prodesse] prodest et delectare potest. *Punctum* ideo dixit, quia sic antea suffragia (tabulis?) cereis*) ferebantur. Hoc ergo dicit: Omnium meruit fauorem iuxta *legem tabellariam*, quae cauerat, non uoce sed puncto debere [fieri suffragia] ferri suffragium. *Omne tulit punctum.* Hoc est: optima sors illi contigit: suffragium.

344. *delectando.* [Dulcedine] Dulci poemate. *monendo.* grauitate.

345. *Hic meret aera.* Praestat, id est, dignus est emi, uel meret, id est, mercedem adfert. *Mereo, meres,* mercedem accipio et milito. *liber,* Librum pro poemata posuit. *Liber hic,* id est, istiusmodi, qualem dixi. *Sosis.* Id est, bibliopolis. *Alii — emendatores et probatores* carminum uolunt intellegi et duo *i* debere scribi, sed propter metrum unum debet scribi [scribitur]. SOSII ergo duo fratres fuerunt bibliopolae opinatissimi. Est autem sensus: Istiusmodi librum facile Sosii possunt uendere. *et mare transit.* Id est: Potest recipi in auctoritatem et ad omnes regiones quasi optimus portari.

346. *noto.* [Famoso,] in opinione [poetae] posito. *scriptori.* Poetae.

347. *Sunt delicta tamen, quibus ignouisse uelimus.* Pro: uolumus ignoscere, id est: Inter multa bona si habueris mala pauca, ignoscendum est tibi.

348. *Nam neque chorda sonum.* Si ergo errat citharoedus, multo magis uenia tribuenda est poetis, si in quibusdam errauerint.

349. *Poscentique grauem p. rem. acutum.* Citharoedo *grauem* interdum cithara reddit (id est?) *acutum,* sonum scilicet.

3) fund*aniana* γ,C(Q). fun*diana* N,r,fh. fund*auia* vca. 5) scri*bit* γ. rell. scri*psit. qui et prodest* γ. — potest γ,cafh. et qui prod*esse* cafh. et qui — pos*set* v. scripsit. *scilicet qui et* prod*esset* et del. *posset* N Med. suffragia — antea r, om. et iud. — suffrag. ex homoeotel. — sic om. vca. — dicit rvca. rell. di*x*it. 8) *ferre* suffragi*um* γ. ferr*i* suffrag*ia* C. rell. *fieri* suffrag*ia.* Hoc — suffragium γ. rell. om. recte. Varro R. R. III, 2. Cic. red. Sen. 7. ad Div. XV, 12. Dom. 18. 10) dulci poemate γ,C. dulcedine fh. rell. om. — C: grau. *et utilitate.* 11) prostat (prostrat r) rfh. rell. pr*e*stat (γ) et pr*ae*stat. Scholion ad u. 344 om. Med. NG,rvcaQ. — uel om. γ. 12) Mereo, meres — portari om. Med. NG,rvca. 13) Sos*is* γ,Q. recte in lemmate, non in scholio. Sos*iis* C in lemm. et in scholio. socis fh. in lem. et in scholio. Quod si uerum, E. 1, 20, 2 scrib. est: Sōsiorum, ut Ofellium S. II, 2. conf. Vol. II, 212. Corssen. II, 170. 15) duo. ıı γ. *i i* fhQ. una tantum lit. i sufficit. — unu*n* *de*scribitur γ. unum *debet* scribi? *unum scribitur* fhQ. 16) bibliopolae libri. *bibliothecae* (corr. 1 m. in marg.) G. conf. C: Sosii duo fr. fu*ere* *librarii et* bibliop. *nobilissimi.* Bφ: 'uenditores librorum qui ad hoc talem librum emunt ut plus uendant.' 19) Famosa om. γ. — poetae om. γ. *script.* po. γ. conf. C: *noto scriptori,* nobili poetae. 20) ignoscere id est γ. rell. om. Vulgo: '*Sunt — uelimus.* Inter — ign. est. *quibus ign. uelimus.* Pro uolumus.' 22) tibi γ. rell. om. conf. C: — si poeta — — *indulgendum* est ei —. pauca mala N. 23) errat cith. γ. rell. cith. errat. 24) est poetis γN. rell. po. est. 25) Citharoedo — sc*i*licet γ. rell. om. *) cereis γ,fh. rell. om. *cereus* subst. = funis (Cic.) aut fax (Seneca).

350. *Nec semper feriet.* Nec semper sagittarius destinata iaculatur. Hoc uult dicere: Merentur poetae ueniam, quia paene omnes in errore uersamur. *minabitur* [*arcus.* Destinabit sagittarius.] Desinet, uelit. *arcus.* Pro *sagittarius.*

351. [*Verum ubi plura nitent.* Si plura carmina facio optima, non est mirum, si possum offendere in paucis locis.] *nitent.* Placent.

352. *maculis.* Vitiis, peccatis, delictis. *incuria fudit.* Dixit, [Neglegentia qua] quia maculae *funduntur.* Nam duobus modis fit, ut aliqua uitia nascantur in poemate: aut neglegentia, aut natura, [quae hominibus] quia hominum natura fragilis est, et [ut] omnia facere bene non [possint] potest.

353. [*cauit.* Praeuidit.] *quid ergo est.* Quod moneo, si poeta itidem peccat, ut librarius saepe monitus caret uenia.

354. *Ut scriptor.* Hoc est, Quemadmodum. *Scriptor* aut est antiquarius, aut pictor. *si peccat idem.* Si in eodem peccat. *scriptor librarius.* Id est, naturalis; [ita enim] bibliopolas eos Veteres dicebant; hoc et *Tranquillus* (Suet. Vol. II. p. 418. Burm.) adfirmat. *usque.* [Semper, iugiter.] Diu.

355. *Quamuis est monitus.* Pro eo, quod est: *quamuis sit,* propter κακέμφατον, ut *Maro* (B. III, 84): *quamuis est rustica* [*musa*], *Musam.*

357. *fit Choerilus ille. Choerilus fuit poeta,* qui Alexandrum magnum secutus bella eiusdem descripsit. Cui Alexander dixisse fertur, malle se Thersiten Homeri esse quam huius Achillem. Choerilus [*] Alexandri poeta fuit. Depactus [est] cum eo, ut, si bonum uersum faceret, aureo numismate donaretur, si malum, colapho feriretur, [Qui] saepe maledicendo colaphis necatus est.

1) sagittar*ius* (sagit*ta* Med.) dest. iacu*latur* γ Med. N,r. rell. sagittar*ii* d. iacu*lantur.* 3) uersa*nt*ur r. — Desinet. uelit. *arcus.* pro *sagitarius* γ. uulgo: *Min. arcus.* Dest. sagittarius. schol. om. Med. NG,rvca[Q]. 5) Verum — locis om. γ. 6) *nitent.* Placent γ. rell. om. 7) *incur. fudit.* Dixit quia γ. rell. *incuria.* Negl. qua. 8) fund*a*ntur N,r. 10) *quia* homin*um* natura fr. est. γ. rell. qu*ae* homin*ibus* fr. *est — et — potest* γ. rell. *ut* — possint. 12) *cauit.* Praeuidit om. γ. — *quod* mo. γ Med., rvca. 13) pecc*at* γNG,r. rell. pecc*et.* ut librarius om. N Med. G,rvcaQ. 14) hoc est quemadmodum scriptor aut *est* ant. *aut pictor* γ. Ego distinxi post *quemadmodum.* Hoc est, quemadmodum scriptor, aut antiq. aut pictor fh. Hoc est: Quemadmodum scriptor *uel* antiquarius Q. conf. C: *scriptor.* librarius, bibliopola, ut ueteres dicebant, quod et Tranquillus affirmat.' Schol. om. Med. NG,rvcaC. 15) in om. N. Si — *saepe monitus* Med. NG,rvca. 16) bibl. *eos* uet. γ. ita enim bibl. uet. fh. *et* bibl. uet. N. *uel* bibl. uet. Med. G,rvcaQ. — et om. vca. 17) Semper, iugiter om. γ. Diu γ. rell. om. 18) Quam *iussit* fh. quam*uis* sit γ,C (om. eo q. est) Q. 19) cace*n*faton γ. cace*mph*aton C. κακέμφατον fhQ. Totum schol. om. Med. NG,rvca. *musa* libri. 20) Ch*ae*rilus v. Cherilus γ. in scholio NBφ,ca. rell. Ch*o*erilus. uide supra E. II, 1, 233. fuit po. γ. rell. po. fuit. 22) thersit*en* γ. conf. Porph. rell. Thersi*tem.* 23) *fuit* dep. γN,r. dep. *est.* Ego distinxi post *fuit.* — uers. bon. cafh. — *no*mism. γ. 24) colaf*o* γ. Med. rell. colaph*is.* *qui* om. γ. *per* saepe c. — colafis γ. nec*a*tus γN (corr. 1 m.) G(Q),C.

*) Sueton. de Vir. ill. 104. p. 134. Reifferscheid.

358. *Quem bis terue bonum cum risu miror.* Laudo Choerilum, quia duos uel tres uersus elegantes in toto poemate scripsit, id est, ridendo totum poema eius laudo, duos uel tres uersus admirans. Aliter: [Id est: in paucis uersibus] si unum aut duos uersus bene dixerit, admiror quasi bonum poetam praeter solitum: non enim dixit *laudo. — et idem.* Ego, qui ueniam tribuo.

359. *quandoque bonus dormitat Homerus.* Hoc est, qui neglegenter scribit, id est]: quandoque errat [bonus poeta.].

360. *Verum operi longo.* In magno poemate. *fas est obrepere somnum.* Id est, in peccatum incidere, errare, [crimen neglegentiae incurrere] sed in magno poemate necesse est, aliquid negligentius scribi.

361. *Ut pictura, poesis: erit.* Hic *erit* pro *est* ponitur. [Id est: poema ita sese habet, ut pictura.] Hoc ergo dicit: quemadmodum pictura quaedam de proximo uult uideri, alia autem eminus, ut uitia celentur, ita et poema aliud semel lectum placet, probum uero poema placet etiam saepe repetitum. Aliter: Ut pictura, ita et poema aliud, dum recitatur, in praesenti placet, aliud postea saepe repetitum. [*Vel:* quaedam in picturis] *Ut pictura poesis.* Id est: non erit dissimilis poetica ars picturae; nam propius quaedam spectanda sunt [propius], quaedam longius: ita poetices quaedam adspicienda sunt statim, quaedam postea. Quae dilucida erunt, mox cognoscuntur, quae uero obsura, longius, remotius [et ab ignotis].

362. *Te capiat.* Bona scilicet, id est, delectet; sunt enim poetae, qui semper leguntur; sunt, qui semel lecti [con]tempnuntur.

363. *Haec amat obscurum. Haec.* Scilicet Poesis. Id est, mala, quae magis fuco, id est, coloribus [magis] potest placere quam arte.

364. *acumen.* Velox ingenium.

365. *Haec plac.* Scilicet mala. *haec dec.* Scilicet bona.

1) Lemma *Quem b. terue* amplificaui. laudo — Aliter γ. rell. om. 3) Id est, in p. uersibus om. γ. 5) poetam om. ca. 7) qui γ. rell. om. Non: *Homerus, qui,* sed: *dormitat,* qui. 8) bon. poeta om. γ. 9) opere in lo. N,rfh. In ma. po. om. N Med. G,rvca. 10) Id est γ. rell. om. — crimen neg. inc. (fhQ) om. γ. sed scribi γ. rell. om. conf. C: — 'ut non obrepat — somnus i. negligentia latenter subintret, erret, in peccatum incidat.' G: — *somnum.* latenter summe i. negligentiam carmin*um* agere. v: i. laten*tur* i. negligentiam carm*inis* agere. r: latenter sumere i. negligenti*a* carminis *e*gere. ca: *lassitudinem* sumere i. negligentiam carminis agere. 12) Id est — pictura om. γ. 13) quaedam pict. γN. 15) uero γ. rell. autem. — semel γ. rell. saepe. Aliud schol. in C. 16) Aliter — repetitum om. N. *et* po. γ. rell. om. et. 17) praesens cafh. 18) Ut pict. poessis (sic). i. non — quaedam γ. uulgo. *Vel*: quaedam in picturis Vel — ignotis om. Med. NG,rvca. 20) sunt statim rell. statim aspic. 21) remo*tius* posui pro remo*tis*. conf. Porph. *et* om. γ. *ab ignotis* del. puto. 22) Bona scil. i. γ. rell. om. delec*tat* γ. rell. delec*tet*. 23) *tenent*ur γ. rell. *contemnun*tur. posui uerbum simplex. 24) s. poesis γ. rell. om. — *quae* γN Med., rv. rell. *quia*. magis fu. γ. pn. magis Med. rell. magis po. 27) s. mala — s. bona γ. rell. om.

366. *O maior iuuenum.* Id est, Piso, quasi diceret: o maior Piso. Maiorem [enim] fratrem Pisonem adloquitur.

367. 368. *Fingeris.* Formaris, institueris, erudiris. *ad rectum.* Ad iustum, id est, [et] bonum iter uitae formaris. *hoc tibi dictum Tolle memor.* Id est: hoc dictum meum tibi sume, audi sententiam meam, et esto eius memor.

368. *medium.* [Non ex toto perfectum.] Mediocre. Inquit: rebus conceditur et certis artibus, ut mediocres sint. *certis rebus.* Ac si diceret: non omnibus, id est, paucis; id est: recte conceditur, quarundam rerum esse mediocritatem; ut si iuris peritus non fuerit aliquis Cascellius, aut orator, quomodo Messala; attamen ferendi sint, si fuerint mediocres; quod in poetis non idem est.

369. 370. *actor.* Aduocatus. *abest.* Distat.

371. *Messalae.* Id est: non est aequalis Messalae uel Cascellio; tamen non est uituperandus, sicuti poeta mediocris. *Messala* orator, Cascellius [iure consultus] iurisperitus fuit. *Cascellius.* Scilicet scit.

372. *in pretio est.* Id est, in honore; *Plautus* in Asinaria (I, 1, 46. 60 Fl.): *Tu primus sentis, nos tamen in pretio sumus.* Illi, qui non sunt peritissimi, ut Cascellius et Messala, si modo mediocres sunt, tamen in honore sunt; sed non debent poetae mediocres esse, sed summi.

373. *non concessere columnae.* Hyperbolicos ait, nec enim saxa concedunt aliquid poetis de mediocritate. *Columnas* [autem] dicit, ubi ponebant poetae [epitaphia] pittacia, indicantes [se], quo die recitaturi essent.

374. *Ut gratas inter mensas.* Quemadmodum inter iocundas mensas offendit aut malus cantor, aut unguentum malum, aut papauer cum malo melle, cum poterat prandium confici sine his: ita poema, quod inuentum est propter [amicos] animos delectandos, si paululum recesserit a per–

1) i. piso γ. L. Piso fhQ. conf. C: '*o maior*. Piso, ma. fr. Pis. alloq.' Schol. om. N Med. G,rvca. 3) institueris om. Med. N,rvcaQ(G?). 4) id est γ. rell. et. — formaris γ. rell. om. — hoc di. meum tibi sume γ. rell. om. 6) Non — perfectum om. γ. Mediocre — sint γ. rell. om. 9) esse om. fh. — cascellius γ,rC et Q, qui refert: 'casse*l*ius Edd. casse*ll*ius G.' habent autem vfh: Ca*ssell*ius. Case*l*lius *Aulus* c. Ca*ssel*ius *Aulus* a. cassellius N. cass*ileius* Med. aut orator cafhQ. rell. *auc*tora*tus*. N: *aut*oratus. r: *aut* auctoratus). 10) s*i*nt γ. rell. s*u*nt. attamen *uituperandi non* fh. conf. C. rell. att. *ferendi.* 12) Aduocatus γ. rell. om. 13) Distat γ. rell. om. 14) Id est — mediocris γ. conf. C. rell. om. 15) mesa*ll*a r. 16) iur*isperitus* γ. Med. rell. iure*consultus*. Cascellius s. scit. γ. rell. om. Hoc schol. hab. Bφ: '*cascellius*. cascel*lus* (sic) aulus poeta peritus ipse est *et aulus gellius*.' 17) Id est γ. rell. om. 20) enim om. γ. 21) autem om. γ. 22) picta*t*ia ind. se (se om. C.) — essent γ. πιτταχια — essent C. pi*t*a*t*ia r, om. indicantes — essent. posui pi*tt*a*cia*, Graece πιττάκια. conf. Lamprid. in Alex. Seu. 21. pictacium ap. Celsum III, 10. Laber. ap. Gell. XVI, 7. rell. nihil hab. nisi *epitaphia* (!). 23) ioc. mensas γ. rell. mens. i*uc*. 24) ung. malum γN,r. mal. ung. vcafh. malum om. Q. 25) poema cafhQ. rell. om. conf. C et Bφ: — 'ita *natum et* inu. poema (po. nat. et inu. Bφ) ad del. *animos*, si a perf. *dis*cesserit (*dec*. Bφ). *pro nihilo habebitur*' (habetur Bφ). 26) *animos* γBφ,rC. rell. a*mic*os. uide *homines* in alt. scholio.

fectione, non placet, sine quo poemate res hominum poterant explicari. || Quemadmodum inter opulentia (l. opulenta) et iocunda conuiuia offendit aut crassum unguentum, aut malus cantor, aut mala placenta, ita nemo patitur malum poetam, quia poema natum est ad delectandos homines. || *symphonia discors.* Id est, mali cantores; symphonia est concentus cantorum.

375. [*crassum.* Mali odoris; nam ut lenem odorem dicimus suauem, ita et crassum malum.] *Sardo.* [Sardiaco] Quia Sardum [autem] mel amarum est. *Papauer* autem posuit pro placenta.

376. [*sine istis.* Sine discordi symphonia et sine crasso unguento et papauere.]

377. *iuuandis.* Delectandis.

378. *Si paulum summo decessit.* Si modicum a perfectione recesserit, fit poema pessimum, id est: si exiguum recesserit a summitate, uergit in uitium. *uergit* autem, id est, perit (displicet).

379. *Ludere qui nescit.* Quilibet inperitus uerecundus magis est quam poeta.

380. *trochiue.* [*Trochi,*] Id est, quaternarii; nam *trochos* uocant Graeci quaternarios, aut *trochi,* id est, rotae, quam currendo pueri [scutica uel] uirga regunt.

381. *Ne spissae risum tollant inpune coronae.* Ne rideat coetus spectantium, qui in similitudinem coronae [ludentibus] circumdatur. Ne — *inpune.* Pro merito, id est: Populus is inpune ridet, qui recte mouetur ad risum.

1) sine — explicari om. BφC. — pote*rat* explicari vca. pote*rit* explicar*e* N. 5) Id est γ. rell. om. — *Symphonia* uocabulum, cui praeter Horatium et Cicero et Plinius aliique scriptores Latini ciuitatem dederunt, Q h. l. inmerito literis Graecis scribere maluit, in scholio ad u. 376 Latinis. con*u*entus γ. concentus cantorum N,fhQ. conc. can*tu*um Med. con*tenax* (sic) cantorum r. concentus can*tor* v. Concen*tor*, can*tor* ca. conf. C: *symphonia.* dicitur consonantia; sicut contra διαφωνία (uox non Lat.) dissonantia. 7) *crassum* — malum om. γ. conf. C: '*crassum.* mali odoris: nam ut lene dicimus quod suaue est, a leniendo, ita crassum ingratum nominamus.' 8) *Sardo. quia* sardum mel amarum est γ, om. Sard*iaco* (adiectiuum non magis Lat. quam Sar*daico* in fh). quia γ. rell. om. autem om. γ. Sardum — est om. Med. NG,rvca. conf. C: *Sardo.* amaro' etc. 10) sine — papauere om. γ. sine cor*dis* symph. N. 14) i. γ. rell. om. 15) autem i. γ. rell. om. displicet fh. rell. om. — In γ 1 m. insuper adscr. glossam: uergit (corr. uerge*t*). displice*bit.* 16) magis est γ. rell. est ma. 18) i. quaternarii — aut trochi γ. nam ti. gr. quat. uoc. aut Med. NG,rvca. om. fhQ. *Quaternarius* pro τετράκναμος τροχός, id est, rota illa ferrea cum quattuor radiis siue anulis (Martial. XIV, 169) hac acceptione nusquam, quantum equidem scio, in scriptoribus Latinis occurrit, quia mos erat peregrinus. Hinc Horatius C. III, 24, 57 *Graecum* dixit *trochum.* Spectat autem ad ludum Graecorum puerorum, qui κρικηλασία uocabatur. cf. Winckelm. Mon. ined. P. IV, p. 257. Mus. Gregor. T. XIV. Ex longiore scholio C: '— aut est rota, quam currendo pueri uirga tegunt, et τρόχος Graece dicitur, id est, *quaternarius,* qui est, uel τετράκνημος, id est, quaternis constans radiis, uel ἑξάκνημος, uel ὀκτάκνημος' — —. 19) scut. uel om. γ. 21) Ne *spisse* rid. γ. 22) qu*o* C. similitudin*e* γN,v. — ludentibus om. G.vcaC. — inpune — risum om. Med. NG,rvca.

[381. *quidni?* Id est: Cur non audeant uersus fingere, qui nesciunt? Quid restat nisi permutato ordine ingenuus quilibet liber a tributo persoluat summam nummorum equestrem, id est, equestri ordini distributam? Nam consuetudo erat Romanorum, ut liberi tributa non soluerent; caeteri uero stipendia ad opus militum soluebant.]

383. *Liber et ingenuus.* Cum stomacho pronuntiandum, quasi ἀνθυποφορά, id est: [si] homo liber natus est, et licet illi, uersus facere. Et est aliud *liber*, aliud *ingenuus*.

383. 384. [*praesertim*] *census equestrem Summam num.* Ἀπογεγραμμένος. *Vsque ad* subaudis. Id est, in censum equestrem receptus, aut qui sit professus, se habere tantam pecuniam, quantam deberet eques habere. Non enim licebat antea equitem Romanum fieri, nisi habuisset summam pecuniae, hoc est, quadringentorum sestertiorum.

384. *Summam numorum.* Lege Roscia [, qua] certa summa patrimonii equitibus Romanis fuerat adtributa, scilicet quadringenta sestertia.

384. *uitioque remotus.* [Secundum suam aestimationem.] Scilicet corporis, id est: qui sanus est.

385. *Tu nihil inuita dices faciesue Minerua.* A superioribus pendet: Tu, o Piso, nihil dicas aut facias *inuita Minerua* [, id est, sapientia]. *Inuita* autem *Minerua* facimus, quod est stultitiae, et est [autem] prouerbium artificum. (Aut?) *inuita* [autem] *Minerua*, quia et ipsa Minerua inter caeteras artes etiam poesi praeest. (Cic. Off. I, 31.)

386. *si quid tamen olim.* [*Olim,*] id est, quandocumque, quoniam Piso tragoedias scripsit.

1) *quidni* — soluebant om. γ. conf. C. 6) αντυπ. γ,fh. antip. vca. an*tiph*ora r. spat. uac. Med. N. 7) si om. γ Med. N. — et γ Med. rell. om. illi uersus γ. rell. uersus illi. 8) Et aliud est liber N. 9) ΑΠΟΓΗΓ*R*ΑΝΝΗΝωC γ. ἀποτετρ. fh (non ἀνατ., ut ref. Q). ἀναγεγρ. C. lacunae in NG,r. om. Med., vca. Editor Pragensis, qui scholia non intellexit, optat: 'Ceterum priorem partem alii emendent.' Sed non emendanda sunt haec uerba, sed intellegenda. Facile autem intellegi possunt: *census*, Graece ἀπογεγραμμένος, usque ad equestrem summam, id est, aut qui in equestrem censum receptus est, aut qui sit professus, se equestrem summam habere. Perspicuitatis causa lemma *pr. cens. eq.* mutaui atque amplificaui, deinde *Id est* interposui, quod plurimi libri ante *usque* (*aes*que sub*audi* r) aut *eo* usque *ad* subaudien*dum* est (N, vca) habent, alii, ut γfh, omittunt. usque ad subau*dis* γ. Vsque ad subaudiendum est fh. 10) in censum γN Med., rv. 11) eq. habere γ. rell. hab. eques. 12) ant*ea* γ. rell. ant*e*. 13) quadr*agen*torum γ. se*x*tert. Med. N,r. 14) Lemma *Summam nu.* iteraui. qua om. γ. uit. typ. *certo* fh. *certa* C (Q: '*certa* correxi). Lege — sestertia. γ,fh. rell. om. uncis incl. Q. 16) Secundum su. aest. om. γ et omn. libri praeter fh. s. corporis i. qui sa. est γ. rell. om. conf. C: 'ab omni culpa, non infamis.' 19) Tu γ. rell. om. — i. sapientia om. γ. conf. C: '*inu. Min.* ingenio repugnante: quod *summae* est stultitiae.' 20) et est γ. rell. Est autem. 21) autem γ. rell. om. uerbum Med. NG,rvca. prouerbium γ,fhQ. om. C. — et ipsa γ. rell. om. et. 22) etiam γ. et fhQ(G?). poe*si* γG(Q). poe*tis* fh. quia ipsa Min. inter *characteres* (*ca*ract. rv) poe*sis* Med. N. rvca. est N. possit r. rell. praeest. 23) alt. *Olim* om. γ. — quando*cum*que γ. rell. quandoque. 24) tragoedi*am* γ. tragoed*ias* fhQ. totum schol. om. Med. NG,rvca.

387. *in Maeti descendat iudicis aures.* *Maetius* doctus quidam et seuerus auditor [, qui] illis temporibus criticus summus fuit. [Sensus est: Aut iudicio Maetii, aut nostro, aut patris laudentur, aut culpentur carmina.]

388. *nonumque prematur in annum.* *Cinna* (conf. Catull. c. 95) librum scripsit, qui inscribitur *Smirna*, et non eum [quem non] edidit nisi nono anno, dum saepius corrigit (correxerit). *Prematur* [autem]. Coerceatur, teneatur. [Carmina usque ad nonum annum limentur et corrigantur studiosius.]

389. *Membranis.* [Dicimus] *haec membrana* et *hae membranae.*

390. *uox missa.* [Pro] emissa. [*reuerti* (Hor. E. I, 18, 71): *Emissum uolat inreuocabile uerbum*].

391. *Siluestres homines.* Id est, primos [homines siluas habitantes]. *sacer interpresque.* Id est, sacerdos. Ut Poeta (A. VI, 645. 646): *Nec non Threïcius longa cum ueste sacerdos Obloquitur numeris.* Ergo, quia libentius maior Pisonum uersus scribebat, dicit, ad quam dignitatem poetae peruenerint.

392. *Caedibus.* Rixis, ne se inuicem trucidarent. *et uictu foedo.* [Quia interficiebant bestias et manducabant, ipse eos fecit congregari simulque habitare. *deterruit.* Prohibuit.] *Orpheus.* [Qui] de diis canendo ὁ θεόλογος dictus est.

394. *et Amphion, Thebanae conditor urbis.* Cadmus Thebas constituit, has Amphion muro cinxit.

395. *sono testudinis.* Id est, lyrae. *prece blanda.* Id est, blando carmine.

1) m*ecii* γ in lem., ut Bφ, m*etius* in scholio, ut φ. m*etii* Med. N,rvc (M*eti* in lem. M*etii* in schol., ut C) afh. Scripsi Mae*ti* cum uetustissimo Horatii libro K. uide testimonia supra p. 184 ad Porph. S. 1, 10, 38, ubi Maet*ii*, scilicet in scholio, posui. Pro lit. t et marmora numique locuntur, teste Fea, et lectiones Medicaei (ME*D*IVM corr. ME*T*IVM), exempl. Quintiliani et codices Liuii, Valerii Maximi, Dionysii. Correptam lit. e non adgnouit Ribbeck., qui recepit Me*tt*um, quod confirmant Seruii uett. codices. M*a*tii ad nostrum locum adfert Fea ex 'ms. Achillis Statii.' Q rec. Mae*ci*, quod post alios induxit Bentleius. me*ci* Regin. Magd 2. me*cii* Harl. 2725 (Graeu.) m*ecci* Harl. 2734 (saec. XV). conf. Porph. ad h. l. Literae t et c in codd. saepe confunduntur.*) — quidam γ. rell. om. 2) qui om. γ, qui scholia sic dispescuit: *mecii.* doctus — auditor Me*tius* illis temp. cr. su. fuit. conf. C: — 'Spurius Metius Tarpa *iis* temp. cr. su. fuit.' rell. su. crit. — Sensus — carmina om. γ. 4) Cinna — corrigit γfhQ. rell. om. et habent haec: '*nonum pr. in annum.* Si mala sunt (s*i*nt r) carmina usque ad (carm. *in* r) nonum annum lateant et studiosius corrigantur.' 5) *et non eum* ed. nisi γ. 6) autem om. γ. conf. C: 'abscondatur, coerceatur, emendetur, poliatur, ut Cinna suam Sm*y*rnam apud Catullum, quam nouem annos suppressit.' Carmina — studiosius om. γ. Coerceatur — studiosius om. Med. NG,rvca. 8) Dicimus om. γ. schol. om. Med. NG,rvca. 9) Pro om. γ. lemma *reuerti* superfluum est. Totum schol. om. γ Med. NGr,vca. 11) id est γ. rell. om. — homines siluas hab. om. γ. Hoc schol. et sequens om. Med. NG,rvca, qui, excepto G, habent: *siluestres* (r. rell. sylu.), Silua*s* habitantes. 13) *al*loq. γ. quo lib. γ. 14) scri*bat* γ. 16) Quia — habitare — prohibuit om. γ. 18) Qui om. γ. 21) mu*ro* omn. libri. mur*is* tacite inculc. Q. — *has* a*n*phion muro cinxit γ. *quas* amph. mu. cinxit C. mu. cin*xisse dicitur* amphion Med. rell. *eas* mu. ci. Amphion (Amph*y*on r). 22) i. blando carmine γ,C. rell. om. *) conf. Corssen I, 25.

396. *fuit haec sapientia quondam.* Id est: Olim poetae sapientia et eruditione incultorum hominum feritatem prohibebant. Aliter. Scilicet poetis, id est: aliquando fuit haec sapientia in poetis, ut docerent, quomodo uiuendum esset priuatim et publice.

398. *uago.* Meretricio [licentioso]. Dicit, quomodo poeta docendo carminibus suis hominum, qui more [modo] ferarum uiuebant, mitigassent animos. *iura.* Praecepta.

399. *moliri.* Facere. [*leges incidere ligno.* Primum leges ligno incidebantur, cum propter inopiam aenearum tabularum apud Antiquos usus non erat.]

400. *Sic.* Id est: propter sapientiam et propter praecepta, cum haec monerent poetae. *diuinis uatibus.* Sacerdotes et poetas aequauit [Sacerdotibus adaequauit poetas]. Hoc etiam *Maro* (A. VI, 661. 662): *Quique sacerdotes casti, dum uita manebat, Quique pii uates et Phoebo digna locuti.*

401. *post hos.* Orpheum et Amphionem.

402. 403. *Tyrtaeusque mares animos in Martia bella Vers. exac. Mares anim.* Id est, fortes animos. *bella uersibus exacuit, dictae per carm. sortes.* Hoc est: dii carminibus responsa tribuerunt: adhuc nouerant conmoditates carminum. *Versibus exacuit.* Lacedaemoniis diu aduersum Messenios certantibus oracula responderunt, [non] aliter uictoriam [posse habere] non prouenturam, nisi Atheniensem ducem habuissent. Missis legatis, qui hoc ab Atheniensibus postularent, Athenienses in contumeliam ipsis Tyrtaeum quendam claudum dederunt dicentes iuxta ignauiam illorum, hunc [eis] ducem posse sufficere. Sed oracula, quae promiserant, non frustrata sunt. Nam Tyrtaeus, licet corpore esset debilis, scripsit tamen carmen heroicum, quo accensi Lacedaemonii in aciem processerunt, sicque uictoriam

1) i. γ. rell. om. — sapienti*am* et eruditionem — om. feritatem — γN Med., rvca. pro*pheta*bant Med. NG,r. rell. pro*hibe*bant. 2) Aliter s. poetis γ. rell. om. 4) uiu. *sit* libri. esset Q. priu. *et* γ(G?Q). rell. pr. *uel.* licentioso fh. rell. om. conf. C: meretr. adulterino. 6) more γ. rell. modo. 7) hoc et duo scholia seqq. om. Med. NG,rvca. 8) Leges — erat om. γ. Med. NG,rvca et C, qui similia exhibet: 'ante usum pergameni ea quae seruanda erant, ligno incidebantur, quia aeneae tabulae nondum erant in usu.' cf. Porph. 11) propter om. fh. γ. rell. om. et pr. pr. — poetae. 12) Sacerdotes et po. aequauit γ. rell. om. inclusa om. γ. 15) Orp*hea* et amphion*a* γ. scholion *post hos* O. A et Mares i. fortes om. Med. NG,rvca. 16) Tyrteus — tirteus — tirtheum γ. tirtheus N,r. tirceus Med. T*yr*ceusque Par. E. *Dyr*caeus v. *dir*ceus Barc. Parr. F Genou. St. Germ. PYRCEVSQVE Bφ. cf. Porph. Tyrtaeus. cafhQ. 17) animos γ. rell. om. 18) Hoc est — carminum γ. rell. om. cf. C: 'aliae commoditates carminum, nam Apollo carmine responsa dedit.' 19) aduersum (aduers*us* N,r) athenienses γ,N Med. G,rvca. 20) non om. γ h. l. posse habere om. γ. non prouenturam γ. rell. om. 21) *hunc* Q. omn. libri *hoc* (= C). 23) clodum et luscum Porph., cl*au*dum Acr. illorum γ. rell. ipsorum. eis om. γ. 24) Sic N,vr (si). — promiser*u*nt cafh. 26) uict. cons. sunt γ. sunt cons. uict. N. rell. cons. sunt uict. Pag. 640: Aliter fhQ. rell. *Item.* utrumque om. γ.

consecuti sunt. Aliter: Tyrtaeus genere fuit Atheniensis, poeta omni deformis parte membrorum. Is primus tubam inuenit, quo etiam Lacedaemonii usi duce uicerunt Messenios. Nam cum diuturno tempore inter Lacedaemonios et Messenios bellum traheretur, consuluerunt Lacedemonii (oraculo) Apollinem. Quibus responsum est, non aliter eos posse uincere, nisi [cum] duce Atheniensi pugnarent. Quibus postulantibus Athenienses Tyrtaeum dederunt, et ita Lacedaemonii uicerunt, cum hostes nouus tubae sonitus terruisset. *sortes.* Responsa Apollinis. [Dii carminibus responsa dederunt.] *Dictae per carm. sortes.* Scilicet a Sibylla sunt.

404. *uia.* Ratio. Hoc est: etiam philosophia scripta [monstrata] est uersibus.

404. 405. *et gratia regum Pieriis tempt. modis.* [Carminibus sunt descripti reges;] Id est: carmina meruerunt amicitias regum.

405. 406. *ludusque repertus.* Id est, lyra uel oblectatio, ut relaxarent se homines carminibus. *Ludus et longorum operum finis* κατὰ τὸ αὐτό dixit, quod, quando uult aliquis post laborem requiescere, utitur lyra et carminibus. Et est perpetuum epitheton *longorum operum* [laborum], id est, laborum molestorum. *operum.* Laborum.

406. 407. *Et longorum operum finis.* Hoc est: ut carmen libenter operarentur et cum delectatione opus ad finem perducerent. *finis.* Laudatio. *ne forte pudori Sit tibi.* Ideo, inquit, enumeraui haec, ne erubesceres referi in numerum poetarum, id est: ideo dixi, multa conmoda nasci de carmine, ne tibi, o Piso, poema sordere uideretur.

407. *Sit tibi.* o Piso; nam ad ipsum Pisonem loquitur: *Musa lyrae sollers.* Viuax et ingeniosa, [efficax et] perfecta. *Sollers* autem proprie dicitur, qui habet peritiam rerum difficilium soluendarum. *cantor Apollo.* Inuentor citharae [qui praeest Musis].

408. 409. *Natura fieret laudabile carmen, an arte, Quaesitum est.* Multi

1) genere fuit γ. rell. fu. gen. — Ath. *cum parte* membrorum *omni* deformis Bode scriptt. rer. myth. I. p. 149. 3) me*sodos* N. me*ssodos* Med., r. Essenios C (ter), ut Bφ, rell. *Messenios.* Caeterum diuersa tradunt de inuentione tubae Pausan. II, 21, 3. Hygin. 174. Pollux IV, 11. Clem. Alex. Str. I. p. 306. Sylb. Plin. VII, 56. Athen. IV, 184. Seru. A. VIII, 526. conf. Bode II, p. 108. 5) oraculo γ Med. N. rell. om. 6) cum om. γ,fh. — postulantibus γ. rell. om. 8) Dii — dederunt om. γ Med. NG,rvca. 9) s. a sibilla sunt γ. rell. om. 10) scripta γ,C. rell. monstrata. 12) Carminibus — reges om. γ. 13) Id est γ. rell. om. 14) Id est γ. rell. Hoc est. lira uel γ. rell. om. 15) κατα το αυτοy γ. di*x*it γ. rell. dic*it.* 17) long. operum γ, qui glossam iterauit. 19) ut *ad* carmen γ. 21) enumerau*it* γ. — erubesc*eres* N. rell. erubesc*as.* 23) tibi o piso γ,C. o Piso, tibi fh. rell. om. tibi. 24) *Sit tibi.* O Piso — loquitur γ. rell. om. — sor*didare* uideatur γ. sor*dere* uid. fh. rell. sor*didum* uide*atur.* Unus tantum liber, r, habet uide*retur.* 25) Viuax et ingeniosa perf. γ. rell. Ingeniosa et uiuax, *efficax et* perfecta. conf. C: *perita,* ing., efficax. enim fhQ. rell. autem. 27) i. inu. N. — qui p. M. om. γ.

quaerunt, utrum poeta nascatur, an fiat. Ego utrumque dico habere poetam debere, id est, artem et ingenium. *sine diuite uena.* Hoc est: sine ingenio bono et sine natura.

410. 411. *rude.* [Stultum, sine studio et ante imperitum.] Id est, inperitum, sine arte. *alterius sic Altera poscit.* Ut illud *Sallustianum* (Cat. c. 1. in fine): *Alterum alterius auxilii eget. coniurat amice.* [Conuenit amicabiliter] consentit [congrue], congruit.

412. *Qui studet optatam.* Id est, ad perfectum uenire, et est sensus: Qui studet ad gloriam uenire, multa debet perferre et facere, id est, sudare, algere, uigilare, abstinere a Venere et Libero. *Optatam* ergo *metam* dicit gloriam, quia finis istiusmodi uitae parit gloriam sempiternam. *cursu.* Labore, [et] opere, [cursu qui] cursor primus uult esse. *contingere metam.* Id est, propositi finem, gloriam, [id est, qui uult ad perfectum uenire].

413. *tulit.* Pro *fert. fecit*que. Pro *facit. sudauit.* Per aestatem scilicet. *alsit.* Per hiemem [frigus sustinuit] frixit more gymnici.

414. *uenere et uino.* Libidine [et], luxuria. *qui Pythia cantat.* Id est, carmen in Pythonem draconem ab Apolline conpositum. (confossum Herm.)*)

415. *Tibicen.* Citharoedus.

416. *Nunc satis est Dixisse: ego mira poemata pango. Nunc.* Hoc tempore, istis temporibus. Id est: in hac copia inperitorum sufficit, alicui sese iactare et dicere: ego optimus poeta sum, cum non sit. *pango.* Conpono, facio, [id est, ego possum mira poemata conponere. Hoc dicit malus poeta]. *Pango, pangis, pegi* facit praeteritum.

417. *Occupet extremum scabies.* [Ille patiatur scabiem, qui extremus componet uersus.] Methaphoricos autem locutus est a ludo puerorum. Ita enim pueri currentes [aiunt]: 'Occupet scabies in extremo remanentem!' Id est: ego poeta sum, habeat scabiem, qui non est poeta. Hoc ergo ex

4) Stultum — imperitum om. γ. i. i*n*p. sine arte γ. a*n*te fh. rell. om. 6) Alter*um* alt. γ,C. rell. Al*ter* alt. — Conu. am. om. γ. 7) congru*it* γ G. C: 'conuenit, cons., congruit.' r addit amicab. congru*e* fhQ. rell. om. consent. congr. i. ad perf. uenire, *et est sensus* γ. rell. om. h. l. 9) *et facere* et paulo post et Libero — sempiternam om. Med. NG,rvca. 12) et om. γ. cursu qui om. γ. curs*or* γ. rell. om. 13) id est γ. — *id est* qui — uenire om. γ. h. l. uide supra. 16) Vulgo: frigus sustinuit. γ: fri*gore gimnici.* C: *frixit* gymnici more. Bφ: *alsit.* algorem sustinuit. 17) et om. γ. Lib. et lux. fhC. totum schol. om. Med. NG,rvcaQ. 18) draconem γ,r. serpentem fh. rell. om. 19) Citharedus γ,C. rell. om. 20) *Nunc.* Hoc tempore γ. rell. om. 21) Id est om. γ. 22) ego γ Med. N rell. om. — *sit* γ,fh. rell. *sim.* — id est — poeta om. γ. id est — conponere om. N. 23) Pango — ptm. γ. rell. om. 25) Ille — uersus om. γ. 26) meta*f*oricos γ. 27) e*x*curren*te* r. aiunt om. γ. Bφ: '*occupet extr. scab.* Qui uoluerit in numero poetarum extremus computari scabie repleatur. et tractum est a pueris ludentibus quibus solet dicere is qui *brauium* (l. bra*b*ium, Graece βραβεῖον) tenet. qui prior uenerit, brauio donabitur; qui ultimus, occupet illum scabies.' 28) ex om. fh. *) cf. Ouid. M. VII, 444.

persona illorum dixit, qui dicendo: '*carmina scimus facere*' nihil sciunt, et uolunt tamen se existimari poetas. *Scabies* ludus puerorum est: [ut] habes in *Suetonio Tranquillo* (p. 346 Reiffersch.): *mihi turpe relinqui est,* in cursu scilicet. Mihi turpe est, [ut ultimus faciam carmina] non referri in numero poetarum.

418. *sane nescire fateri.* Ordo est: Mihi sane turpe est, et fateri, quia nesciam.

[419. *Ut praeco, ad merces.* Quemadmodum praeco uoce hortatur populum, accedere ad emendas merces proscriptas, ita et poeta diues hortatur, adsentari sibi in carmine per dona multos.]

420. *Adsentatores.* Blandos, falsos auditores. *ad lucrum.* Ad dona sua laudandum, unde dona accipiat, id est: sic poeta quomodo praeco; cogit autem largitate sua, quomodo per potentiam.

421. *Diues agris, diues positis in foenore numis.* Qui multos agros et multos numos habet positos in foenore.]

422. *Si uero est, unctum qui recte ponere possit.* Id est: qui bene pascat. *Unctum* autem lautum conuiuium et tersum, ut alibi [unde alio loco] (E. I, 17, 12): *accedes siccus ad unctum. Persius* (I, 53): *calidum scis ponere sumen. Unctum* igitur adpellat pulmentarium bene coctum, et est saturice dictum. Id est: Si uero sit poeta, qui bene pascit, hoc est, si habeas [habet eum], qui caenam praeparet, bene mirabor, si istiusmodi homo possit falsum amicum a uero discernere. [Nam cum falsus amicus eodem modo illum laudat, et uerus non poterit poeta largus inter bonos malosque habere iudicium.]

423. 424. 425. *spondere leui.* Id est, uas fieri, promittere pecuniam, quia debet leuis pauper. Interuenire et fidem dicere [uadem fieri, promittere pecuniam, quia debet leuis pauper] pro [*leui.*] Tenui et egenti et uili.

423. 424. *atris Litibus.* Noxiis, [et] tristibus. *inplicitum.* Inretitum.

424. 425. *si sciet inter — Noscere. mend. uerumque be. am.* Nam cum falsus amicus eodem modo illum laudat, et uerus non poterit largus poeta

1) et γ. rell. om. 2) tamen om. γ. — *aesti*mari ca. *exti*mari v. — ut om. γ. 3) *sytho*nio tranq. γ. — *a* cursu s. γ. schol. om. Med. NG,rvca. — Mihi turpe γ. rell. turpe mihi. ut — carmina om. γ,fh. non ref. in numero (numer*um* fh) po. γ,fh. 5) Mihi turpe fat. nesc. r. et om. Med. NG,rvcaQ. *quia* nesciam γ. quod nes. fh. rell. fat. nes. 7) Ut — multos om. γ. 8) accedere om. N. — diues po. N. 9) per dona om. N. per dona *et largitatem* fh. 11) sua γ. ad laud. fh. rell. om. — unde — potentiam γ. rell. om. 13) Diues — foenore om. γ. 14) multos om. fh. 16) ut alibi γ. rell. unde in (om. Q) alio loco. 18) igitur γ,fh. rell. recte. 19) pasc*it* γ. rell. pasc*at*. 20) si ha*beas* qui γ. (Porph). si habeat eum N. rell. si ha*bet* eum qui. 21) Nam — indicium Med. N,rvca. rell. om. hoc loco et inferius habent. illum N,r. laud*at* N,v. eum lau*det* rca. 24) Id est, uas — pauper γ. rell. om. 25) uadem — pauper fh. rell. om. 26) et γ. rell. uel. 27) et om. γ. — i*n*ret. γ. scholia ad *litibus* et *inplic.* om. Med. NG,rvca. 28) Nam — iudicium γ,fhQ h. l. uide schol. ad u. 422. 29) laud*at et* γ. lau*dat ac* fhQ. — non *in usura* pot. fh.

inter malos bonosque habere iudicium. *mendacem uerumque beatus.* Audiens ab adsentatoribus. Id est: Cum adsentatione [ab adsentatoribus] fallatur, uerum amicum poterit ignorare; item quia nemo diuiti uerus amicus est, a quo beneficiis redimitur. *beatus.* Diues.

426. *Tu seu donaris.* [Id est] Tu, o Piso, si donasti alicui, aut donaturus es, hoc auditore carminum tuorum ne utaris.

427. [*tibi factos.* Id est: a te factos.]

427. 428. *plenum Laetitiae.* Id est, gaudentem donis tuis[, ut pro donis laetetur, nolito pretio aliquem laudatorem tuis uersibus locare, ne tuo munere laetus fictas tibi laudes persoluat. *pulchre! bene! recte!* Esse conpositos uersus.].

429. 430. *Pallescet.* Pallidus fiat, cum coeperit te falsum laudare[, quasi prae nimia adulatione]. *super his.* Id est: post haec, quae dixi[t] [bene] pulchre, recte. *stillabit amicis Ex oculis rorem.* [Ficte laudando et prae gaudio flendo.] *amicis.* Lacrimans amicis oculis, id est, adsentatoribus. *stillabit.* Id est, fundet, lacrimabit, rorem emittet.

431. *ut qui conducti plorant in funere.* Hoc est: Qui conducuntur ad funera, [sicut] saepe grauiora faciunt uere dolentibus: ita et adsentatores plus laudant quam amicus uerus. *Item*: Antiqui praeficas dicebant mulieres, quae mortuos alienos conductae plorabant, quod [fit] in quibusdam prouinciis fit.

432. *ex animo.* Pleno animo. *sic.* Eodem modo.

434. *Reges dicuntur multis urgere culullis.* Reges enim, quos uolunt recipere in amicitiam, multo mero inebriant temptantes, an per potum, quae habeant, secreta prodant. Docet autem hoc loco, multa cura et multo studio adsciscendos esse amicos sese. *Culullis* autem, id est, calicibus, et est diminutiuum a culeo, ut alibi (C. I, 31, 11 sqq.): *Ipse diues et aureis Mercator exsiccet culullis Vina.* [*Syra reparata merce*]. *urgere.* Temptare.

435. *Et torquere mero.* Id est, examinare, [et] protrahere ad confessio-

1) mendacem — redimitur om. Med. NG,rvca. 2) Audiens ab ads. γ. rell. om. 3) quia γ. quod fh. Totum schol. om. Med. NG,rvcaQ. 5) Id est om. γ. Tu γ. rell. om. — si — aut γ. rell. seu — seu. 7) tibi — ate factos om. γ. 8) ut — persoluat om. γ. 10) Esso co. uersus om. γ. 12) quasi — adulatione om. γ. 13) post haec γ. rell. *super* h. dix*i* γN rell. dix*it*. — bene om. γ. recte γ. rell. om. 14) Ficte — flendo om. γ. 15) Lacrimans amicis oculis γ. rell. om. conf. C: *amicis.* assentatoribus, *amicabilibus.* 16) *stillabit* — emittet γ. rell. om. 18) sicut om. γ. — assen*tores* fh. 19) antiqui *qui* γ. 20) prou. fit γ. rell. quod fit. quod *hodieque* Ritter. quod — fit om. C. conf. Bφ: '*conducti.* TRENODII (sic θρηνῳδοὶ Porph.) qui et praefic*i* uocantur qui conducuntur ut plorent mortuum.' Pleno animo γ. rell. om. *sic.* Eodem modo γ. rell. om. 24) quae om. γ,fh. habe*a*nt γ,fh. rell. quae habent. 25) multo om. Med. NG,rvca. 26) esse γ. — autem om. Med. NG,rvca. rell. om. 27) cu*l*leo γ. Graece κουλεός. cu*l*leum Cato R. R. 11. 28) ex*s*iccet γ. uina cul. γ. — Syra rep. merce om. γ. — *urgere.* Temptare γ. rell. om. 29) ex*ani*m*are fh. et om. γ. *pro*trah. γ,fh, ut Porph. rell. trahere.

nem, [id est] uino explorare ingenia dignorum amicorum. *perspexisse.* [Praeuidere] perspicere, probare.

436. *condes.* [conpones, ut (E. I, 3, 24): *Respondere paras, seu condis amabile carmen.*] Poemata facies.

437. *Numquam te fallant animi.* Ingeniosi homines laudant multa carmina, ideo uide, ne te fallant astuti animi, qui, cum sint uafri et subdoli, innocentem praeferunt uultum, quasi uulpes in *Aesopi* fabula contra coruum. *sub uulpe.* Id est, sub astutia, id est: sub inposturis adulantium, sub dolo. Vulpes enim est dolosum animal [est], ut in *Aesopi* fabulis: sic et qui uersus faciunt [facit], ex fictione adulantium facile possunt [potest] subdolos animos prouidere. *fallent.* Pro fallant.

438. *Quintilio si quid recitares.* Hic *Quintilius* erat *Varus* poeta Cremonensis, amicus Vergilii.

[439. 440. *'Hoc' aiebat, 'et hoc'.* Maledictum dicebat malo poetae, ut corrigeret malos uersus.] *melius te posse negares.* Deest *si.* [Id est: si negasses, te meliora carmina facere posse. *delere iubebat.*] Id est: iubebat, ut denuo uersus corrigerentur, quemadmodum ferramentum male productum redditur incudi, et bene ibi formatur.

441. *male tornatos.* [Male conpositos] Male factos.

442. *uertere.* Corrigere, mutare.

[443. *Nullum ultra uerbum.* Deest *faciebat.*] *operam.* Id est, studium monendi, quo nihil profecisset.

444. *Quin sine riuali teque et tua solus amares.* Sine riuali amantur carmina, quando amantur ab eo solo, qui facit ea. *Riualem* [autem] pro aemulo posuit; *riuales* enim sunt unius meretricis amatores, et hoc tractum est ab Antiquis; *riuales* enim dicebantur, quod in agris riuum haberent communem, et propter eum saepe disceptarent.

445. *inertes.* Sine grauitate factos.

446. *duros.* [Male] Non bene sonantes. *incomptis.* Non bene currentibus, sine oeconomia scriptis. *adlinet.* Id est: adponet.

1) id est om. γ. 2) Praeuidere om. γ. praeuidere, om. persp. probare, Med. NG,rvca. 3) *condes* — carmen om. γ. 4) Poemata facies γ. rell. om. 7) ferunt ca. 8) Id est *substantia* i. γ. scripsi: sub astutia. conf. C. rell. om. 9) est om. γ. *est* dol. anim. — fabu*lis* γN,r. rell. fabu*la*. faci*unt* γ. 10) ex f*a*ctione ad*h*ul. γ. rell. f*i*ct. adul. pos*sunt* γ. — fac*is* — pot*es* c. 11) prouidere γN. rell. pr*ae*uid. freq. confusio, ut Nep. Hannib. 11. 14) Hoc — uersus om. γ. 15) id est — posse om. γ. 17) *pro*ductum γ. rell. ductum. 19) Male conp. om. γ. conf. Bφ: '*male tornatos.* Tractum est a fabris, qui ferramentum non bene formatum iterum incudi committunt.' — Male factos γ. rell. om. 21) Nullum — faciebat om. γ. Nullum — prof. om. Med. NG,rvca, ut *operam* — profecisset. Id est γ. rell. om. 24) am. ab eo s. γ. rell. ab eo so. am. autem om. γ. 25) alterius N Med. G,rvca. rell. unius. et γ. rell. om. 26) quod γ. rell. qui. *magis* γ Med. rell. in agris. 27) dis*crep*arent Med. NG,rvca. 29) Non bene γ. rell. Male. 30)

447. *Transuerso calamo.* [Transuersim ducta pinna uitia carminum (notata mutabis?)*) maculabis.] Non [autem] *transuerso calamo*, sed transuerso apice. *atrum signum.* Notam culpae; significat enim *notatum* uersum male formatum [dicimus]. [*ambitiosa.* Superflua.]

447. 448. *ambitiosa recidet Ornamenta.* Superfluos ornatus amputabit. *parum claris.* Obscuris; *lucem dare*: apertiores facere.

449. *Arguet ambigue dictum.* Amphibologias uituperat. *mutanda notabit.* Designabit, certa faciet, quae mutari debent.

450. 451. 452. *Fiet Aristarchus,* Nomen Graeci grammatici, qui Homeri carmen adnotauit. Ille ergo iudex etiam optimi poetae fiet, quod *Asistarchus* Homerum emendans hoc signo notauit uersus, quos iudicauit Homeri non esse. [*non dicet; cur ego amicum Offendam in nugis?* Sicut multi dicunt: Cur ego debeo corrigere amicum in suo errore?] *in nugis.* In re leui, in non bono poemate. *seria ducent In mala.* [In malas necessitates.] *Seria.* Hic *magna.* Si non fuerit emendatus, inrisio laudatorum etiam in aliis maioribus ipsum docebit errare. *sinistre.* Contrarie[, quia, ut superius dixit (A. P. 390): *nescit uox missa reuerti.* Et ideo, postquam mali poetae carmina publicant contraria, ab omnibus excipiuntur et inreparabiliter [irrecuperabiliter] deridentur, sicut scabies et regius morbus caeterique morbi, quos dixit, sunt incurabiles adeo, ut uix aut numquam possint curari].

453. *regius.* Quem Quidam daemoniacum, Alii comitialem, Alii arquatum uocant, quem Graeci ἴκτερον dicunt. Quibus oculi uirides sunt.

454. *Aut fanaticus error. Fanaticum errorem* pati dicuntur, qui a fanis percutiuntur, id est, qui lymphatico agitantur. Sicut lunaticum aut morbosum, ita insanum poetam fugiunt sapientes.

IOKONONIA (sic) γ. conf. Bφ: 'Trans*vor*so (e expu. B). Notabat cum atramento uersum male formatum delendo.'

1) Transuersim — maculabis om. γ. maculabit N. 2) autem om. γ. Non — apice om. Med. NG,rvca. cf. C: '*transverso.* calamo in transuersum ducto.' 3) signif. enim notatum u. m. f., om. dicimus γ. Vulgo: Not. cu. significat, nam notari u. m. f. dicimus. no*tum* C (notatum Q). 4) amb. Superflua. om. γ. 5) *amb. rec. Orn.* superfluos orn. amp. γ. rell. om. 6) apertiores facere γ. rell. apertiora ea facere. 7) uituper*at* γ. rell. uituper*auit*. 8) deb*e*ant fh. 10) carmen γ. rell. carmina. 11) qui γ. emen*datis* γ. 12) non om. γ. *Non dicet* — errore om. γ. 13) *in nugis.* In re — poemate γ. cf. C: 'in carmine, in re leui et nugatoria.' rell. om. cf. Bφ: in *inutilitatibus* malorum uersuum. 14) In ma. necess. om. γ. *Seria* hic magna γ. rell. om. *In mala.* Si non fuit emendatus γ. 15) etiam γ. rell. om. 16) *sinistre.* contrarie. malo homine adiri (sic) γ. conf. C: '*sinistre.* peruerse, irrisorie, male laudatum.' sinis*trae.* contrar*iae* Bφ. Med. quia — curari om. γ. 18) irreparabiliter N. rell. irrecup. 19) scabies ut nunquam possint curari r. 22) C: 'Quem alii arq.. alii ἴκτ., alii *aeruginem a fellis suffusione nominant*, quibus. Bφ: *morbus reg.* cauculi. (sic. glauci oculi? Plin. VIII, 21. XI, 37). — comitialem γ,r (comic.) caflhQ. comi*tabi*lem G,v (comitabi*ll*em). comm*u*tabilem Med. N. 23) *aquar*ium Med. N,rv. rell. *arqua*tum. — *morbus reg.* ικτετοΝ dicitur Graece γ. glossa. — uirides *sunt* γ,C. rell. uirides*cunt*. 24) *ph*anat. et phanis Med.. r. *) notabis C. Hermann. conf. Porph. et u. 449.

iracunda Diana. Laesione offensa.

455. *tetigisse.* Pro *tangere.*

456. *agitant.* Persecuntur. Nam pueri praetereuntibus inludere soliti, quos insectantur, in dementiam conpellunt. *incautique.* Quia possunt ludi ab insano poeta.

457. *ructatur.* Pro [e]*ructat,* ut *Cic.* (in Catil. II, 5): *eructant sermonibus caedem.*†)

458. *Sic ueluti merulis intentus decidit auceps.* Sensus est: Nec semel insanos uersus faciet, nec carebit cupiditate, ut adsidue tamquam in foueam cadat.

459. *longum.* [Diu] ualde.

462. *Qui scis, an prudens.* Quasi alius hunc uersum dicat, qui poetae prohibeat [poetae] subueniri.

463. *dicam.* Dicam illi, qui uult illum liberari: Unde scis, an ultro sese abiecerit in puteum.

[464. *deus inmortalis haberi.* Id est: dum opinione hominum se collecturum diuinitatem putauit, si numquam comparuisset.].

465. *Dum cupit Empedocles.* Empedocles fuit Agrigentinus Pythagorius, qui se in flammas Aetnae montis iniecit inmortalitem adfectans; quod eius crepidulae prodiderunt, quas flamma eructauit; aereis enim usus fuerat. *ardentem frigidus Aetnam.* Empedocles enim dicebat, tarda ingenia frigido circa praecordia sanguine inpediri. *frigidus.* Stultus.

466. *Insiluit.* Dum (se? conf. Porph.) credit, ex opinione hominum adlecturum diuinitatem, si nusquam conparuisset.

466. *Sit ius lic. perire poetis.* Sit ius perire insanis.

[467. *Inuitum.* Cadentem in foueam.] *idem facit occidenti.* In eodem delicto est, si homicidae parcat.

467. *idem facit occidenti.* Similis est occidenti.

1) *lesu* off. γ. 2) pro tangere om. Med. NG,rvca. 3) persecuntur γ. — inlud. γ. 6) pro ructat γ,fh. rell. eructat, et notandum est, Med. NG,rvca pro loco Ciceronis habere Verg. A. II, 8. 9: ut: et (om. N) *iam nox humida* (*umida* Ribb.) *cae*l*o Praecipitat.* 9) *ut* et schol. sequens om. Med. NG,rvca. habent autem: ta*n*quam (*quam*quam r) assidue in fou. cadat. 11) Diu om. γ. 13) po. proh. γ. rell. proh. po. — Post hoc schol. Fabricius (fh) iterauit, paucis mutatis, schol. ad u. 456: *agitant pueri inc. sec.* atque etiam scholion Porphyrionis ad u. *ructatur* neglegentius huc conlocauit, utrique ergo interpreti adsignauit. 14) *Dicam* alt. habet γ. rell. Scilicet. — uult ill. γ. rell. ill. uult. 16) deus — comparuisset om. γ. 19) praecipitauit N. rell. iniecit. Lemma *ard. frig. Aetnam* om. Med. NG,rvca. γ habet *aetnam.* 21) E*n*pedocl. γ. tarda γ. rell. om. — ingenio γ. 22) Stultus γ. rell. om. 23) Insiluit — si nusquam comparuisset γ. rell. om. C. 25) Sit ius p. ins. γ. rell. om. 27) par*cat* γ. rell. par*catur.* 28) simil i (est?) occidenti. om. fhQ. rell. simile, om. occidenti. conf. C: 'simile, in eodem est delicto cum homicida. *similis est homicidae*'.

†) Cicero: 'qui *er. serm.* suis *caed.* bonorum atq. urbis incendia.'

468. *hoc fecit.* Ut se [de]mitteret in puteum. *retractus erit iam.* De puteo.

469. *Fiet homo. Sapiens. famosae.* In opinione positae, id est: nec desinet uelle gloriose mori.

470. *Nec satis adparet, cur uersus factitet.* [Nescitur] Nec scietur paena, propter quam faciat malos uersus insanus poeta, aut quia laeserit bidental, aut quia uiolauerit [patris] sepulcrum.

471. *Minxerit.* Urinam fecerit. *triste bidental.* [Bidental locus, in quo fulmen conditum erat cum magna reuerentia a sacerdotibus. *Triste* autem, quoniam propter lapsum constituitur fulmen. Et [est Q] *bidental* a bidentibus dictum; nam reliquias fulminis pontifices cum sacrificio sepeliebant. Aliter: Quod bis fulmine percussum est, bidental adpellatur. Hoc expiari non potest. Errant autem, qui dicunt ab agna dictum bidental. *Triste bidental,* quia tristes fiunt homines uidentes locum, quem ceciderit fulmen.] *Bidental* locus fulminis. Triste autem, quoniam propter lapsum constituitur (fulmen). Et *bidental* a *bidentibus* dictum; nam reliquias fulminis pontifices cum sacrificio reponebant. Aliquid, quod bis fulmine percussum est, *bidental* adpellatur: hoc expiari non potest. Errant autem, qui dicunt ab agna dictum *bidental. Bidental* locus est, in quo fulmen est conditum. *Triste bidental* ideo, quia tristes fiunt homines uidentes locum, in quem ceciderit fulmen; tristes autem recordatione.

472. *Mouerit incestus. Incestus* dicitur homo pollutus, qui flagitium conmiserit, aut in sororem, aut in sacerdotem, aut in adfinem.

473. *clathros.* [Oppositiones ostiorum.]

474. *Indoctum doctumque fugat.* Id est: Omnibus dicit: audite me, cum ab omnibus fugiatur. *acerbus.* Malus.

1) se om. fh. mitteret γ. rell. *dem.* — de puteo γ. rell. om. 3) Sapiens γ. rell. om. 4) des*unt* fh. des*inet* γ,C(Q). 5) Nes*cit* poen*am* ca. Nec scietur γ. rell. Nescitur. 6) mal. uersus γ. rell. uers. malos. *in* insan*os* poeta fh. rell. insan*us* poeta. — *aut* — *aut* γ. rell. an. — an. 7) patris om. γ. 8) Minxerit (minex. Bernn. ABC). Urinam fecerit γ. rell. om. — Scholia uncis inclusa *Bidental* — *fulmen* apud Fabricium (fh) leguntur atque apud Editorem Pragensem, qui insanum exitum *'locum, quem ceciderit fulmen'* non correxit. Pectora, siluae *caeduntur,* non fulmine caeditur locus, sed fulmen *cadit* in illum. Rell. libri haec habent scholia breuiora: 'Bidental. locus fulminis. Triste autem quod (om. N,r) propter lapsum fulmen constituitur. Et est bidental a bidentibus dictum. nam reliquias fulminis pontifices cum sacrificio sepeliebant.' 20) Bidental — recordatione γ. 23) Bφ: 'Ostendit propter aliqu*id* peccatum stultum hominem carmina uelle componere. unde derisione dignus habetur. scilicet aut uiolauit pater num sepul*ch*rum. aut etiam noluit a se remouere potestatem et dominium iouis quem expi*ari* nullo modo poterat. propter quod mouit et concitauit contra se fulmen iouis. *bidental* enim uocatur id quod iuppiter fulminat eo *quod utraque parte exurat.*' 24) Opp. ost. om. γ, qui habet *clatros* (ut EBφF) *rudos* (?). Bφ: 'fustes rotundi quibus obfirmatur cauea. cf. C: '*clathri* sunt robusti postes et rotundi, repagula, quibus obfirmatur cauea' etc. Conf. κλῆθρος, κλῆθρον. *D*atros opp. host. r. *Cl*astros opp. host. Med., v. 26) Malus γ. odiosus, malus C. rell. om.

475. *adripuit.* Nactus fuerit.

476. *Non missura cutem.* Non dimissura, cum conprehenderit corpus. *hirudo.* Sanguisugia uel sanguisuga. Nam *Alii* sanguisugia, [et] *Alii* sanguisuga dixerunt. [Distat autem] Inter harundinem, hirundinem et hirudinem multum interest: *harundo* canna [est], *hirundo* auicula, *hirudo* sanguisuga.

Q. HORAT. FL. DE ARTE POETICA EXPL. INC. EPPODON. (γ)

Q. HORATII. FLACCI DE ARTE POETICA EXPLICIT INCIP̄. EIVSDĒ EPODON. (EDB Barc.)

F. HORATII DE ARTE POETICA LIBER EXPLICIT. INCIPIT (EIVSDEM H.) EPODON. (φH.)

1) *ar*rip. libri. 2) Non dim. NG(Q). C: 'Non dim. cutem, *quando* comprehen*dit* corpus, id est sic inhaeret, ut hirudo.' Non in schol. om. γ. Non dim. om. ca. extremo scholio po. fh. 3) Sanguisugia uel γ. rell. om. i. sanguisugia N *.ut* sanguisuga Med., v. hirudo. sanguis suga in marg. HYRVDO. Bφ. Nam γ. rell. om. — et om. γ. uulgo: 'Alii sanguisu*gam*, et alii sanguisu*giam* dixerunt. *D*istat autem.' 5) multum interest γ. rell. om. est om. γN,r. *Arundo* canna *h*ir. auic. *i*rudo sa. r.

Explanatio Acronis In arte poetica feliciter Explicit. (r) Acronis Cōmentaria in Quinti Horatii Flacci Sermonum Libros Duos. (v)

PORPHYRION.

†) Adhibui praeter uet. cod. Monac. (M), in quo Ars po. sedem occupat inter Carminum librum IV. et Carmen saeculare, quod Epodi excipiunt, codd. Parr. R et B^b (7987. saec. XV) atque Bernn. A (non Horatii sed Porph. i. e. lectiones duorum codicum a manu Petri Danielis editioni Basil. a 1555 adscriptas) et 2.

Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere si uelit. Hunc librum, qui inscribitur de Arte Poetica ad Lucium Pisonem, qui postea urbis custos fuit eiusque filios misit. Nam et ipse Piso poeta fuit et studiorum liberalium antistes; in quem librum congessit praecepta Neoptolemi τοῦ Παριάνου de Arte Poetica, non quidem omnia sed eminentissima. Primum praeceptum est περὶ τῆς ἀκολουθίας. Nam ut pictor, si humano capiti equi dederit ceruicem eamque uoluerit decorare pinnis et inferiorem partem membrorum exprimere piscis effigie, superiorem uero mulieris exornare specie, ualde ridebitur, quod contra naturam omnia faciat: ita poetice, si ornatus causa plus, quam exigit materia, aliquid institutum ornetur, meretur contempni.

5. *risum teneatis, amici?* Percontantis est haec uox et praecipientis, utique rideri oportere.

9. 10. *Pictoribus atque poetis Quodlibet audendi semper fuit aequa potestas.* Sequens praeceptum est: omnes quidem poetas potestatem habere fingendi ita, ut aliquid faciant, non ut uelint cum auibus serpentes uel cum agnis tigres iungere.

14. *Inceptis grauibus plerumque et magna professis. Plerumque* tertium καθολικόν: Natura quorundam poetarum est pessima, qui incipiant grandia describere, deinde in locos conmunes exeant. Qui, licet boni sint, tamen ridentur ac superuacui habentur, nisi loco positi sint. (conf. Cic. ad Diu. IX, 16).

PORPH. INCIPIT EIVSDEM CARMEN DE ARTE POETICA. M. Porphyrion in artem poeticam incipit R. Explanatio Porphirionis in arte poetica Incipit. r. Porphyrionis in artem poeticam commentaria v (inter '*Carmen* finit *seculare*' et *Sermones*, qui inscriptione carent).

1) Lemma in M: Humano capiti ceruicem *si quis* equinam Iungere uel. (sic). rell. Humano capiti. r addit: etc. 2) inscribit*ur* M. 3) eiusque *libros* MB^b. eiusque liberos R. eiusque librorum r. rell. om. 4) neoptolomi B^b. neotoloni R. του παριανου MAG(Q). τον παριανος 2 et 'alius ap. A.' Spat. uac. in RB^b,v rell. om. 6) ακολουφιας M. ακολουθιους 2. ἀκολουθίας rafhQ. rell. habent lacunam. 7) e*u*mque $MR2B^bG$ (1 m.). rell. e*a*mque. — decorar*i* MRB^b,r. rell. decorare. — pinnis MG. 9) qu*od* M. spe*t*ie M. *u*idebitur RB^b,va. *errare u*idebitur fh. conf. Dillenburger p. 20. — poetic*es* MG,va. poetice RB^b,r. poetic*ae* 2. poetic*en* fh (non poetic*em*, ut ref. Q). si om. MR. *scilicet* ornatus RB^b (s. orn.). si plus quam exigit materiae institutum ornetur, contempni fh. aliquid MRB^b2 (Q),r. rell. om. meretur MRB^2(Q),r. rell. om. 10) pro *ornetur* r habet *erit.* 11) conte*mpn*i MB^b. rell. conte*mn*i. 12) percon*t*. $MRAB^b$,rvaQ. perc*unc*t. 2,fh. 14) Quodl. M. aud*i*endi MRB^b (corr.). serpen*tes* M. 17) tygres RB^b2. *u*igere B^b. rell. *iun*gere. 18) tercium M. καθολικον MR2(Q). om. fh. in rell. lacuna. 19) Praeceptum tertium. Est na-

15. 16. *Purpureus, late qui splendeat, unus et alter Adsuitur pannus.* Per hoc locos communes significat.

18. *Aut flumen Rhenum.* Non dicit genere masculino *Rhenus,* sed neutro: *hoc Rhenum,* quia est *hoc flumen.*

19. 20. *et fortasse cupressum Scis simulare.* Hoc prouerbium est in malum pictorem, qui nesciebat aliud bene pingere quam cupressum. Ab hoc naufragus quidam petit, scutum suum exprimere. Ille interrogauit, num ex cupresso uellet aliquid adici. Quod prouerbium Graecis in usu est: Μή τι ἐκ κυπαρίσσου θέλεις. Conf. Erasmi Adag. Bas. 1559. p. 164. Prou. in Παρ. Ἑλλ. ap. A. Schottum desideratur.

21. 22. *amphora coepit Institui; currente rota cur urceus exit?* Hoc dicit: Quare, cum aliam materiam institueris scribere, aliam efficis; (sic ridendus es,) quomodo ridendus est figulus, qui, cum destinauerit amphoram fingere, urceum efficiat?

24. 25. *Maxima pars uatum, pater et iuuenes patre digni, Decipimur.* Hoc tale παράγγελμα est: Erramus, inquit, et dum conamur ueram uirtutem sequi, uicina uirtuti in uitia incidimus; nam breuiter scribentem

tura veafh. (nā v) q. po. pessima qui. r: *Inceptis. — professis.* est natura pessima q. poetarum qui. Post καθολ. habet M: et magna professis est natura q. po. *esse pessimam* qui. B[b] post lacunam Graecae uoci relictam: 'magna professis est nam (ortum ex nā = natura) q. p. *esse pessimam* qui. unde Q scripsit post repetita lemmatis uerba *et magna professis*: '*Sensus est:* natu*ram* q. p. esse pessimam. Ego secutus sum R: *Natura* q. p. *est pessima* qui. 21) *et* sup. R.

1) A*d*s. M. rell. *ass.* 3) sed neut*rum* R. 4) quia est flumen fh. 7) petit *ut* (peti*uit* a) — exprim*eret* 2,rfh. peti*uit* ut a. quidam *sculpa* (sic) petit ut *suum fatum* exprimeret r. *fatum suum* afhQ. petit *sumptum* suum exprimere v. petit *scutum* (= A) suum exprimere M. scutum ut *scutum* suum exprimeret G2. quidam *scutum* (casum R) petit suum exprimere B[b]R. conf. C: irrisio pictoris inepti, qui uix aliud nouerat quam depingere cupressum: a quo cum naufragus quidam peteret, ut *uultum* suum *et naufragium* exprimeret, interrogauit, num ex cupresso uellet aliquid adpingi. hoc Graecis episodium dicitur' etc. conf. Bφ: '— Unde cum ab eo exposceret quidam naufragus *ut pingeret sibi in scuto naufragium* quod passus fuerat' —. Recte *Scutum;* nam non fato sed scuto adici poterat cupressus. 8) adici M. ad*d*ici B[b]. rell. adiici. 9) ΜΗΤΗξΚΥΡΙCCΟΝ (Κημισσον Θελεις Hocheder. p. 176.) ΘeαeIC (sic) M. conf. Q, qui scripsit cum G: Μή τι ἐκ κυπαρίσσου θέλῃς. A: μήτι καὶ κύπρισσον (sic) θέλεις. 2: μηλισα κυπαρισσου θελεις (sic). Ego retinui θέλεις, quia μὴ etiam indicatiuum adiunctum habet. hoc sensu: ὅρα, μὴ — θέλεις, ut Philoct. v. 30: ὅρα, καθ' ὕπνον μὴ κατακλιθεὶς κυρεῖ. conf. Schaefer. Melet. p. 115. 116. et G. Hermann. ad Vig. 459 p. 810. Editiones et C om. prouerbium. H. Stephanus in diatr. secund. (ed. 1568. 8.) p. 158 lectionem ueteris libri ΜΗΤΙ ΚΙΡΙCΟΝ ΘΗΛΕΙC aperte mendosam ita corrigendam putat ΜΗΤΙ ΚΑΙ ΚΥΠΑΡΙCCΟΝ ΘΕΛΕΙS, dicens: 'Vir doctus quidam Erasmum reprehendit, quod hoc inter adagia retulerit (iniuriâ); peccauit uero Erasmus, quod prouerbii quidem sensum, sed non et ipsa prouerbialia uerba nobis retulerit.' 11) A*n*fora M 13) est omn. libri. om. Q. — a*m*foram M. H. Stephanus in diatr. secund. p. 156 aliquem hic uerborum defectum suspicatur. 'quem uet. liber confirmat, in quo scriptum est: *sic ridendus es,* quomodo ridendus est figulus.' Haec uerba om. codd. mei. 16) tale omn. libri tacite om. Q. ΠαΡΓΓeαΜα M. (sic) om. R,vafh. spat. uac. in B[b]. — *d*um libri. *cum* tacite induxit Q. 17) in uicina uirt. uitia fh. uicina uirt. in uicia 2B[b]. uirtut*e* MB[b].

sequitur obscuritas, leuia conponentem nerui inhibent, diserta profitentem κακόζηλα uitiant spreta rerum inspectione.

29. *Qui uariare cupit rem prodigialiter unam.* Aliud hoc praeceptum est: non esse fabulis indulgendum nec extenuandum usque in uitia materiam.

32. *Aemilium circa ludum faber unus.* Aemilii Lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nunc Polycleti balineum est. His demonstrat, aerarium fuisse fabrum imum, hoc est, in angulo ludi tabernam habentem. Hoc autem praecepto (38): *sumite materiam uestris qui scribitis aequam* praecipit nunc eis, qui sunt poetae, ut eam materiam eligant, (in) qua possint placere.

40. *cui lecta potenter erit res.* Id est: qui legerit id, quod praestare possit. *Potenter* figurauit: ὡς εἶ δυνατός.

42. *Ordinis haec uirtus erit et uenus, aut ego fallor.* Loquitur nunc περὶ τῆς εὐταξίας, (i. e.?) quo*) ordine seruanda a poetis. *Venerem* (Venus?) autem decorem carminis significat. *) qui ordo seruandus C. Hermann.

47. *Dixeris egregie, notum si callida uerbum.* Exponit nunc de uerbis ueteribus ac nouis, quomodo poetica sint. Nam licet aliqua uulgaria sint, ait tamen, illa cum aliqua conpositione splendescere. Verbi gratia: *Curculio* sordida uox est; ornatu accedente uulgaritas eius absconditur hoc modo (G. I, 185): *populatque ingentem farris aceruum Curculio. Curculio* apud Homerum (?) est, qui fabam libenter uescitur.

48. 49. *si forte necesse est Indiciis monstrare recentibus.* Quodsi, idem inquit, ad rem aliquam explicandam uerba antiqua non suffecerint, permittitur poetae, noua fingere. *Indicia* uerba adpellauit; philosophi enim dicunt, indicandarum rerum causa inuentas esse uoces.

50. *Fingere cinctutis non exaudita Cethegis.* [Omnes enim Cethegi (unum)

1) co*n*p. n. inh. d*i*serta M. 2) κακοζύλα M. (κακοζελα Hoched. p. 176) 2G. κακόζηλα AQ. spat. uac. in v. rell. om. uiti*at* sp. (uiti*at* spretam v) rer. inspectio afh. 4) ne fh. 6) fa*u*erimus M. 7) bal*n*eum rafh (bal. est om. v). 8) fabrum *imum* M, non *unus* (Q). 9) post *praecepto* lacunam noluit signare Q, quia Fabricius (fh) uerba '*Sumite m. u. qui* etc.]' tamquam lemma unco inclusit. ad u. 38 conf. scholion in C, ubi Cato (Cic. de Sen. c. 9) laudatur et Auianus, teste Suringario p. 68. 10) nunc om. afh. — eligent fh. *in* qua M. *cum* qua B[b]. qu*i* G. rell. qu*a*. 12) praest*r*are M. [13) εἶ om. fh. ΔΥΝΑΤωC MA2,a. δυνατος G(Q),r. lacuna in RB[b],v. Dillenburger p. 20. 15) ηεΡΙ ΤΗC aζιαC (sic) M. περὶ τῆς ασίας 2G,ra. spat. uacuum in RB[b],v. περί τῆς εὐταξίας fhQ. quo ordine seruanda a (om. Hoched.) poetis. Venerem autem d. c. sign. MRA2G,v. seruandam B[b],rafh. a poetis uenerem *aut etiam* d. c. sign. r. uenerem *aut* B[b],afh. quo ordine (*sit*) seruanda a poetis. Venerem autem Q. 19) conp. M. *g*ur*g*ulio 2. cur*g*ulio afh. (ter). rell. curc. (v semel *circulo* sord. bis. *curculio*). 22) fab*am* libri praeter rafh, quae habent fab*a*. conf. Plin. VIII, 50. iecur. XI, 37: absinthium. XX, 5: caepes. Tacit. Agr. 28: firmissimos. Tib. II, 5. 63: lauros. 23) *iam* afh. rell. *idem*. 25) indi*t*ia M. 26) inue*n*ias M. (inueni*en*das Hoched.) 27) Hoc est exemplum scholii corruptissimi maximeque uitiati, quod in codd. et edd. non solum turbatum sed etiam in fine additamento incongruo maculatum est. Uncis

morem seruauerunt [eundem] Romae; inter caetera (recinctam zonam?) descriptam comam [re]tulerunt. Numquam enim tunica usi sunt, (;) ideo *cinctutos* eos dixit, quoniam *cinctum* est genus tunicae infra*) pectus aptatae. Eis ergo *non exaudita* uerba tamquam insolita (et) intercisa (intercessa?) nemo dixit.||Est autem intestinum pusillum, et deinde uerbi gratia,|| sic (ne Hoched.) alapam cum uno digito imam ferimus auriculam||]. Vide u. 133. *) interp. a. Ei*us* Q.

52. 53. *Et noua fictaque nuper habebunt uerba fidem, si Graeco fonte cadent, parce detorta.* [Et] magis, inquit, auctoritatem mereri possunt noua uerba, si a Graeco fuerint in Latinum deriuata; ut transtulimus *triclinium*, quod antea *caenaculum* uocabamus, quia ibi caenabatur, et ab οἴνῳ uinum, et a κύλικι calicem, et a κόκκυγι cuculum.

55. 56. *ego cur, adquirere pauca Si possum, inuideor.* Cum Plauto Caecilioque permissum sit uerba fingere, cur mihi minus liceat Latinum ampliare sermonem et nouis uti uerbis? *Inuideor* posuit pro: inuidetur mihi.

63. *Debemur morti nos nostraque.* Conprobat nunc, uniuersa morti esse destinata; etiam uerba interire cum opera hominum.

65. *sterilisue*†) *diu palus.* Diuus Caesar duas instituerat res facere: portum Ostiensem munire et Pomptinam paludem, quae [est] in Campania ad quadragesimum miliarium, emittere in mare. Hanc ergo significat in hoc recidisse, ut iam aretur. †) sterilis*que* M (sterilis*ue* Hocheder).

inclusa sunt petita ex afh, quibuscum, paucis exceptis, quae notata infra sunt, rv faciunt. Post lemma longior lacuna est in v. — omnes *hi* ceth. r. — des. *zon*am re*tinu*erunt C. Hermann.

1) inter canea v. inter ęnea (aenea) r. rell. inter cetera (*cae*t. a). — di*scre*ptam v. retuler*a*nt rv. re*tt*uler*u*nt 2. 2) cinctut*is* eos v. Quoñ M. 3) ap*tum* v. rell. ap*tatae.* 4) insolita Et *inter Caesarem* (conf. codd. infra) nemo v. inter *cesa* r. conf. Bφ: *cethegis.* cethegi gens est, quae utitur tunicis aptatis pectori sine cingulo, et est spec. pro genere.' Est — auriculam omn. codd. et edd. — Pro *uerbi gratia* habet B^h: nerbigin*am* et R: nerbigi*na.* Ordo prioris partis peior in M et rell. codd. est: 'noces. *Fingeret.* fing. (*s*ing. Hoched. noces fingere fin*git* RB^h) non seruanerunt eius qui inter omnes hic et hegi (sic. omnes qui hic cethegi B^h. qui om. R) *unum* (MAB^b) morem seruauerunt. cinctutis non exaudita fξ ΤΑ eZHC (spat. uac. in RB^b). Omnes is ex hegi (cethegi RB^h) morem seruauerunt eius quae (eiusque B^{b}R) romae (rome R) inter . . . anea (inter anea A2B^{b}R) discerptam (discerpt*a* A) *r*omam (= ARB^b) retuler*at*†) (ARB^b) nu*m*quam enim tunica usi sunt. Ideo cinctutis (cincutis B^b) his dixit. Quoniam cinctum est genus tunicae infra pectus aptat (= RB^h) his (eis M) ergo non exaudita uerba tamquam soluant (M. soluta A. insolita R) et inter caesarem (= A2RB^b) nemo dixit. Est — auriculam.' M. 5) i*n*am M. 7) ficta *quae* M. 8) parce *demp*ta M. par*te* dempta B^h. Et om. MB^{b}R. *Eo* mag. fh. — me*tiri* RG,v. rell. mereri. 9) fuer*u*nt R. — ut om. fh. triclinium (tri*d*iñ M). antea cenac. *illud* uoc. MRB^h. 11) a coelice MG. aeelice B^h. χαλιχε 2. edd. cylice. — chocythe M. cochithe (corr.) B^h. cocyte G. cocite Bφ. χωχιτε 2. cocythe r. coccyte vafh. cucu*nam* M. cucu*inam* B^b. cocu*ma* aliaque quam plura Bφ. cucu*lum* edd. 12) a*d*quir. MG. rell. acq. 13) permissā *sic uoluerant* uerba M. permiss*sum sit. Voluerant* uerba R. *pro*miss*am sit* noluerant uerba B^b. — mihi *non* afhQ. m. *minus* M (negl. Q) RAB^{b}2,r. om. v. 15) debe*mur* M, afh, ut plurimi uett. codd. rell. debemus. conf. C: debe*mur.* et nos morimur et opera nostra. — morti uniu. vafh. 16) ope*re* fh. pa*u*lus M. 18) po*mpt.* MA. rell. po*nt.* est vafhQ. mil. est 2,r. rell. om. 19) emitte*ret* M. emit*titur* R. emit*tetur* B^h. 20) re*cep.* afh. reced. B^h. rell. reci*d*isse. †) re*litt*erat Hoched.

67. 68. *Seu cursum mutauit iniquum frugibus amnis Doctus iter melius.* Tiberim intellegamus; hunc enim Agrippa deriuauit, qua nunc uadit; antea per Velabrum fluebat.

70. 71. *cadentque Quae nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus.* Hoc est, ratio loquendi; usus enim nihil aliud [est] quam regula sermonis Latini.

73. *Res gestae regumque ducumque.* Incipit nunc loqui de omnibus metris: de epico, elegiaco et iambico.

75. *Versibus inpariter iunctis.* Elegiacos uersus dicit. *Inpariter:* inparibus; nam hexametro priore sequenti pentametro scribuntur clamores.

79. *Archilochum proprio rabies armauit iambo.* Primus Archilochus iambos scripsit in Lycambam, socerum suum.

80. *Hunc socci cepere pedem grandesque cothurni.* Quo modo comoediae et tragoediae ornantur. Qui pes iambicus adpellatur; nam hoc distat iambicus [a] iambo, (id est metro,) quod iambus ex iambicis constat et maledictis armatur. Iambicus autem metro magis quam ratione similis est iambo.

81. *Alternis aptum sermonibus.* Nihil enim poeta in tragoedia dicit, sed plures personae. Itaque heroicum solet res referre; quid actum sit, tragoedia agit.

81. 82. *et popularis Vincentem strepitus.* Ipsum altius in scena sonantem, quam populi clamor est.

83. *Musa dedit fidibus diuos puerosque deorum.* Nunc de lyrico carmine loquitur, quo metro scribuntur aut heroum laudes aut Olympionicarum. *Pueros* autem *deorum* heroas dicit.

85. *Et iuuenum curas.* Hoc est, amores, quos lyrici celebrant.

et libera uina referre. Qualia sunt Anacreontis carmina.

86. 87. *Descriptas seruare uices op. col. Cur ego si — salutor?* Hoc

3) *b*ela*f*rum M. uela*ph*rum B[b]. rell. Velabrum. 5) usus nihil enim M. enim om. R. est om. M. 8) ele*gio* ARB[b]2. ac R2. 9) i*n*p. M. — uersus d. inp. om. M. 10) nam *et* a metro *enim* M. *gae*st. M. — amores R. *cla*mores MAB[b](Q). rell. om. 11) Archi*locum* r. Archol. M. proprior ab M. 12) generem M. generum B[b]R,rvafh. socerum 2G et Q, qui refert: 'socerum codd.' 13) lemma om. M. 14) trag. et com. 2. om. *eo numero.* qui fh. — *in* hoc 2. a om. MRB[b]. *ab* iambo 2. iambicus iambo *paribus d.* (id A) *est metro* quod ex iambis (iamb*us* RB[b]) constat et mal. arm. MAR et B[b], qui habet: *O*rn*a*tur tragedie yambo paribus etc. R: *Ornat*ur, qui pes iambicus app. nam etc. 15) iambus ex iam*bis* rvafh. iambus ex iam*bicis* Q. recte. nam iambus h. l. non est pes, ut A. po. 251, sed uersus uel carmen, ut C. I, 16, 2. Ouid. Ib. 522, etc. 18) elegit M (et Hocheder. *degit* Halm. et Q). degit R. de*dit* B[b]. *dicit* rvafhQ. 19) Heroicum *Heroum* solet vafh. a*cti* MR2G. (corr. eum) *ap*ti B[b]. rell. act*um.* ait B[b]. ait agit R. 21) popula*ris* M. ut uet. Bern. K. — sonan*te* M. — in scaena M (negl. Q). afh. in scena B[b],r. (*so*rna v). rell. om. 24) *qui* metro scrib*unt* MRB[b]. — olimp. MR. 28) serua*uere* M.

est: ordinem positum per species si non possum [signorum] persequi, quare poeta [dicitur] dicor?

87. *Cur nescire pudens praue quam discere malo.* Huius uersus sensus talis est: Cur malo nescire praue pudens, id est, erubescens, ne uidear ignorasse, quam malo discere?

90. *Indignatur item priuatis.* Hoc est: humilibus uerbis non uult tragoediam inpleri.

95. *Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.* Exigit saepe et tragoedia, ut pedestribus scribatur uerbis, ut cum Peleus uel Telephus regio habitu mutato loquantur. Neque enim debet in habitu mendici auxilium petens regaliter loqui.

97. 98. *Proicit ampullas.* Hoc ex *Callimacho* sustulit, qui [Quod] dixit: ληκύθειος Μοῦσα (fragm. 316 Blomf. 319 ap. Bentl. ed. Ernesti p. 548. schol. Hephaestionis p. 20: — 'ὅθεν καὶ Καλλίμαχος τὴν Τραγῳδίαν ληκύθιον μοῦσάν φησι.'). *Si curat cor spectantis tetigisse querela*, hoc est: si id agit, ut adtente spectantem flere cogat.

99. *dulcia sunto.* Nunc quasi legem ponit et praecipit. *Sunto* enim et *agunto sint* et *agant* significat. Sed leges antiquae his fere plenae sunt, quae significantur uerbis.

102. 103. *uis me flere, dolendum est Primum ipsi tibi.* Hoc Demosthenicum est; nam cum ad illum is, qui uapulauerat, accessisset peteretque submisse, ut causam suam ageret, eo quod caesus esset, negauit, se facturum, quia ille non uapulasset. Illo adfirmante, factum esse, superuacuas dixit eius querelas; tunc tertio, cum eum indignari uideret et [toto] tuto

1) uulgo: per species (spe*t.* M) *signorum* quare poeta *dicitur.* posui: si non possum persequi (seruare — si nequeo Hor. conf. Acr.). 4) praue pudens, id est, om. M. 6) non uult M (negl. Q) AR (om. B[b], in quo folium sublatum est, G,r. rell. om. 8) et om. vafh. 9) ut oom. fh. — telefus M. (*d*elef. Hoched.) Pel *uel* Tel. MR,r. pel. *et* teleph. 2. Teleph. *et* Pel. vafh. 10) loq*uan*tur MR2,rvafh. lo*qui*tur Q. qui refert: 'loquitur codd. loquantur Edd.' — habitu *mendici* MAR2G,rv. habitu auxilium peten*tis* a. *humili* habitu aux. petens fh. 12) *sus*tulit omn. libri. *trans*tulit Dillenburger p. 21 sequens Auct. p. 695: '*proic. ampullas.* Hoc a Callimacho *transtulit. si uis me flere*' etc. dixit . . . spat. uac. . . . sic curat R. Bentleius in Callimachi fragm. a Bentleio coll. ed. Ern. p. 548 dicit: 'Commentator uetus ad illud Horatii *Proiicit ampullas et sesq. uerba* Hoc, inquit, a Callimacho transtulit. Nempe intellexit τὴν Μοῦσαν ληκύθειον.' Cicero ad Att. I, 14, 3 et Plinius I, 2 ληκύθους adferunt. Crates in fragm. ap. Athen. X. p. 418 et ap. Meineke Fragm. Com. ed. min. I. p. 82: Ἔπη τριπήχη Θετταλικῶς τετμημένα, 'polysyllaba, qualia ἁμαξιαῖα uocat Aristophanes.' Conf. Orell. ad h. l. 16) *ad*tente M. qu*ae*rell*as* M. quere*las* r. quaerela v. Si curat cor] Hoc afh. 17) Dul*t*ia M. sum*pto* G. 17) Sunto enim agunto, om. et, fh. 19) qu*a* significant (signific*at* R) uerbis M. quae significan*tur* uerbis 2(G?Q),rv. quae significant, uerbis a. quae *dicuntur* significan*ter*, uerbis fh. 20) demo*n*sth. M. 21) ad om. 2. — qu*a* ua*b*ulauerat M. peteret R2G,vfh. 22) su*b*m. R. sub misse r. rell. s*u*m̄isse M,v, et summisse. 23) ille om. R. — ua*b*ul. M. ut supra. a*d*f. M. 24) di*xit* MRA2G(Q),rva. *isque* superu. dix*isset* eius querelas Auct. p. 695. *eique* superu. rvfh. *ei* superu. Asc. (a) et Dillenb. p. 22. dic*ente* eius que-

adfirmare cum lacrimis adfectu dixit, nunc se illi credere; capiebat enim dicendi impetum ex irascente.

103. *tunc tua me infortunia laedent.* Id est: tum tuae me calamitates mouebunt; quod (quas?) Graeci ἀτυχήματα uocant.

113. *Romani tollent equites peditesque cachinnum.* Ridebit equester ordo et plebs. *Cachinnum* autem est uerbum secundum ὀνοματοποιΐαν fictum a sono risus.

114. *Intererit multum, diuusne†) loquatur, an heros.* Hoc est: unicuique personae actus [proprius] aptandus est, tamquam apud Menandrum inducitur seruus libere loquens; et hoc ille indiligenter*) et inconsulto, ut omnia domino simpliciter fateatur; itaque quodammodo illum excusat.

119. *Aut famam sequere aut sibi conuenientia finge.* Hoc aliud praeceptum est. Nam poeta scripturus aut secundum hominum consensum debet aliquid describere, aut si historiam tamquam tritam non uult adtingere, debet conuenienter notam inducere.

120. *Scriptor honoratum si forte reponis Achillem.* Apud antiquos comoediarum tragoediarumque scriptores cum primum in scaenam prodirent, fauorabiliter excipiebantur, etiam si male agerent, ut illorum ad scribendum iterum adlicerentur animi; [a] praetore cogente totam necesse erat peragi fabulam. Sin uero iterum male egissent, incipiebant derideri; ideo dixit: *reponis,* quasi: iterum profers.

124. *Perfidus Ixion.* Moris erat apud Antiquos, ut ducturi uxores nuptialia munera et dotem ultro soceris darent. Ixion ergo cum filiam Deionei [Eponei] accepisset uxorem, et dotem inuitus daret, scrobem fecit ingentem, quam igne repleuit et in summo leuiter cinere contexit. In hanc Deionea [Eponea], quem simulans ad caenam inuitauerat, mersit, ac sic passus est uiuum [illum] exuri. Ab hoc *perfidus* [dictus est] *Ixion.*

relas fh. qu*aerell*as M. qu*aerel*as v. *Hoc negante* eique superu. *dicente* Ritter. illi se Hocheder. *eum* om. MR,r (tunc terti*o cum* ind. ui*detur* afh.) — tuto R,r. i. e. pro certo. rell.*toto*. *toto adfectu* non dicitur.

1) a*d*firma*nt* (M) et aff. libri praeter R. affirm*are* (a*d*f. Q) R, Dillenb. Ritter et Q. — lachrym. vafh. *ad*fectu M. 3) cu*m* M,r. *t*um 2(G?Q). rell. tunc ut Hor. 4) mouebunt. Infortunia quae fh. rell. mou. *quod.* uoci Graecae spat. uac. rel. v. conf. Bφ: '*infort.* TIKEMATA grece dicuntur infortunia.' ple*p*s. M. plaebs G. plebs R2,Q. rell. plebe*ius*. conf. Bφ: 'i. ridebit equester ordo et plebs.' 9) proprius fh. 10) ind. seru. inducitur lib*er* (= afhQ) loq. MRA2G,rv. et om. afh. *ex* hoc v. 13) scri*b*turus M more suo. — hominum om. RG. 14) debet — debet om. Hochederus (homoeotel.).—a*tt*ing. M. 16) scri*b*tor—achille*u*— com*ed*.—sc*ae*n. M. 17) Trag. Com. afh. 18) *accip.* afh. *ex*cip. M. rv etiam om. M. (cf. Q: '*a*ccip. etiam om. M. ageren*tur* ill. M. Edd.'). 19) a praetore MR. *ac* per Q. *et* pr. a. rell. om. a. 20) *etiam* male MRG (in marg. *iterum*). 21) repon*i*t M. profer*ens* MR. 22) *is*ion r. eponei om. 2G. fil. epon*i* r. Eponei fil. vafh. conf. Acr. 24) daret inu. vafh. *igne* cont. M. 26) ponea M (sic). rell. Eponea. G2 add. *socerum.* — c*ae*nam M. 27) *et* sic 2. — Ab hoc M. *et ab* h. R. rell. *Ob* hoc. illum om. MR. — dictus est om. MR(Q). †) *Da*uusne Herm. cf. u. 115. 237. *) ind*u*lgenter libri. posui ind*il*igenter. Herm. uoluit in*elega*nter.

128. 129. *Difficile est proprie communia dicere; tuque Rectius Iliacum.* Nunc aliud catholicum, et quasi interrogans: At enim, inquiunt, difficile, et communes res propriis explicare uerbis?

131. 132. *si Non circa uilem patulumque moraberis orbem.* In eos dixit, qui a fine Iliados Homeri scripserunt et κυκλικοὶ adpellantur; ideo et *patulum orbem* dixit.

133. *Nec uerbo uerbum curabis reddere.* Hoc est: si non quaesieris, ut ad uerbum commutes, nec exprimere carmen, sed magis sensus: alioquin, si quid transtuleris, et pusillum erit et ineptum. Cf. u. 50 p. 652 et Addenda.

139. *Parturient montes, nascetur ridiculus mus.* Graecum hoc prouerbium est: Ὤδινεν ὄρος· τίκτεται μῦς, uel: Ὄρος τί δ'ἔτεκε; μῦν. †)

146. *Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri. Antimachus.* Fuit cyclicus poeta. Hic adgressus est materiam, quam sic extendit, ut uiginti quattuor uolumina inpleuerit, antequam septem duces usque ad Thebas perduceret.

154. *Si plosoris eges aulaea manentis.* Id est: Si uis te ab adsentante audiri, donec aulaeum leuetur, et donec is, qui agit, dicat: *Vos ualete et plaudite,* quae consummatio et comoediae et tragoediae est, haec intuenda sunt, quae omnia subicit.

179. *Aut agitur res in scenis, aut acta refertur.* In tale transit καθολικόν: Duo sunt genera nuntiorum: alter est, qui extra scenam acta nuntiat, puta si filios Medea occidit, nuntiantur statim Iasoni; neque enim

